BULLARIUM

ROMANUM

APPENDIX.

AM

BULLARUM

DIPLOMATUM ET PRIVILEGIORUM

SANCTORUM ROMANORUM PONTIFICUM

TAURINENSIS EDITIO

LOCUPLETIOR FACTA

COLLECTIONE NOVISSIMA PLURIUM BREVIUM, EPISTOLARUM, DECRETORUM ACTORUMQUE S. SEDIS

A S. LEONE MAGNO USQUE AD PRAESENS

CURA ET STUDIO

COLLEGII ADLECTI ROMAE VIRORUM S. THEOLOGIAE ET Ss. CANONUM PERITORUM

QUAM

SS. D. N. PIUS PAPA IX

APOSTOLICA BENEDICTIONE EREXIT

AUSPICANTE OLIM

FEL. MEMORIAE FRANCISCO GAUDE S. R. E. CARDINALI

APPENDIX

NUNC PRIMUM EDITA

VOLUMEN I

a S. LEONE I (ann. CCCCXL) ad PELAGIUM II (ann. DXC)

AUGUSTAE TAURINORUM

SEBASTIANO FRANCO ET FILIIS EDITORIBUS

M DCCC LXVII.

MONITUM.

Dum CC. VV. huius nostrae Magni Bullarii Romani editionis, tum Romae tum Taurini degentes, Curatores doctam huic Tomo Primo *Appendicis* nunquam editae praemittendam, ut novitati ac gravitati Operis congruebat, Praefationem Generalem exornant, parantque Indices rerum copiosissimos ad calcem ipsius adiungendos, nec non extremam manum imponunt Actis Ss. Pontificum Vigilii, Pelagii I, Ioannis III, Benedicti I, et Pelagii II, quae, iuxta praeordinatam totius Operis oeconomiam, ad hoc ipsum primum Volumen spectant, et nos ipsi imprimi studemus quam simillimas formas (vulg. *fac-similia*) characterum Codd. Vat. Mss., e quibus vel desumpta fuere, vel cum illis collata Monumenta Pontificia quae hic evulgamus; arbitrati sumus optumum factum fore et sociis lectoribus acceptissimum, si interim maximam voluminis partem, iam impressam, sub titulo Partis Primae Voluminis Primi in lucem protulerimus: quam Pars Altera non multo post excipiet, continens Acta praedictorum Ss. Pontificum, et Praefationem Generalem, et Indices, nec non similes formas characterum Codd. Vat. Mss. ipsarumque elucidationem; unàque dabimus aliud totius voluminis, ad instar ceterorum, charteum operimentum. Quod sane consilium libentissime sequuti sumus, tam ut votis sociorum iamdiu *Appendicem* huiusmodi desiderantium faceremus satis, quam ut nostram in hoc Opere edendo testaremur alacritatem et fidem, utpote qui non amplius quam sexdecim ab hinc mensibus exscripta monumenta habuimus in manu, prout ante Tomum x Bullarii profitebamur, atque illico ea incipimus evulgare.

Porro ingentes, quae ad hanc *Appendicem* parandam opus fuerunt, impensae aequum bonumque nobis, uti credimus, apud honestos prudentesque viros titulum tribuunt, ut idem pro *Appendice* pretium, ac pro aliis Bullarii voluminibus, iis qui toti Operi emendo subscripserunt retinentes, iis vero, qui illam separatim emere velint, paulo altius ponamus.

Pretium huius Primae Partis Vol. I.

Totius Operis subscriptoribus	lib. Gall. 13. 40
Subscriptoribus pro sola *Appendice* . . .	lib. Gall. 23. 45

Excellentissimos DD. et VV. PP. per Orbem Cristianum Episcopos, itemque RR. Ordinum Religiosorum Superiores et bibliothecarum archivorumque Praesides CC. iterum iterumque adprecamur, ut, si quae apud ipsos Bullae et Epistolae RR. PP. nondum editae reperiantur, illas e suis authographis exscriptas ad nos mittere festinent, quo haec nostra editio absolutissima prorsus, iuxta omnium vota, evadat.

LECTORI BENEVOLO

EDITORES TAURINENSES

S. D.

Optatissimam omnibus et iamdiu repetitis vocibus hinc promissam, illinc vehementer efflagitatam Magni Bullarii APPENDICEM, praecipuum sane et novum prorsus ac singulare, illudque quam maximi aestimandum huius nostrae Editionis prae ceteris emolumentum et decus, Operisque Cocqueliniani necessarium complementum, en tandem, amice Lector, suscipimus evulgandam; quo maturius, uti olim profitebamur, eo uberius; nunc autem addimus et tibi eo iucundius, quo desideratius. In eà enim quam plurima et supremae auctoritatis, utilitatis, praestantiaeque Monumenta Pontificia, quae ab omnibus hactenus excusis Bullariis exulabant, vel nunquam, vel sparsim edita, inque innumeris et magnis voluminibus, studiosorum multitudini plerumque imperviis, distracta et dissipata, NUNC PRIMUM conquisita undique diligentissime, et in unum veluti corpus collecta, eruditisque notis illustrata, deinceps continuà, si Deus faveat, editione tibi prope in singulos dies, ut ita dicam, prolata tuo labore nullo, impensà modicà, ac summà cum animi voluptate subinde accipies: lectissimam et ditissimam, supra quam sperare fas erat, sacrae eruditionis segetem; amplissimi CC. VV. consessus opus pergrande, qui SS. D. N. Pii Papae IX Benedictione Apostolica adspirante, et fel. mem. Principe E.^{mo} Card. Francisco Gaude olim auspicante, tabulariis ac bibliothecis

lustrandis, diplomatibus nondum editis colligendis, editisque cum suis originalibus conferendis, omnibusque discutiendis, diiudicandis, illustrandis curas assiduas, acerrima ingenia, maximam in re diplomaticâ peritiam, omnigena quae in Urbe huic studiorum generi praesto sunt adiumenta per octo fere annos sedulo et indesinenter impenderunt, et uberrimum utique fructum tot laborum, studiorumque retulerunt.

Re enim verâ, ut de hoc primo tantum volumine verba faciamus, quod iam prae manibus gestans iucundaris, dum primus tomus Magni Bullarii per sexcentum annos et supra leviter discurrens a Leone Magno (an. CCCCXL) ad Nicolaum II (an. MLXI) usque descendebat et veluti fluebat, istud, maioris utique molis quam ille, prae monumentorum copiâ vix ad Pelagium II (an. DXC) per unum saeculum et dimidium perducimus, scilicet ad limen Pontificatus Gregorii I cognomento Magni, cuius vere Magni, quin immo Maximi Pontificis Acta, quae iam ut edantur praesto sunt, alterum Appendicis volumen totum sibi vindicabunt. Itaque de eo temporis spatio, de quo Recensio Coqueliniana vix quinquaginta quinque epistolas RR. PP. tibi exhibebat, heic denuo additas reperies fere tercentum, et insuper epistolarum vel decretorum fragmenta circiter centum quinquaginta.

Quod autem pluris valet, isthaec omnia quae damus Monumenta indubiae prorsus genuinitatis sunt (paucis exceptis quae dubia quidem aut suspecta, sed digna nihilominus visa sunt, quae a viris doctis cognoscerentur), ad auream Ecclesiae Catholicae antiquitatem pertinentia, et rerum gravitate ac scribentium auctoritate praestantissima. Et profecto quis heic perlegens plusquam centum viginti Leonis M. gravissimas epistolas, quae in prius edito Magno Bullario desiderabantur, Hormisdae septuaginta novem, Simplicii viginti, Felicis III quatuordecim, Gelasii duodecim, Vigilii pariter quatuordecim et celebre Constitutum, Pelagii I sexdecim, Pelagii II undecim, ut de minoribus taceam, et paucas quidem sed *potentissimas* Agapeti *literas* ad Iustinianum Imperatorem et ad Orientales Episcopos datas, quibus Apostolici Principatus auctoritas et maiestas tota se prodit, non mirabitur atque laetabitur?

Minime quidem nos decet profanos homines huius tam ampli Operis institutum et merita praeclarissima, item media et adiumenta quibus confectum fuit verbis enarrare, quod satis abunde sciteque praestant in adiectâ proxime Praefatione CC. VV. sacrae theologiae et Ss. Canonum periti qui Editionis curandae munus susceperunt; tamen non possumus quin hoc saltem unum attingamus, quod statim oculis inspicientium se praebet, qua nempe diligentiâ et attentione perspicacissimâ omnes variae lectiones adnotatae fuerint quae tum in codd. mss. tum in editis voluminibus occurrunt, adeo ut in hac unâ Recensione ceterae, vel manu scriptae, vel typis impressae uno veluti intuitu conspiciantur.

Mirum porro est, ut quisque prudens satis per se intelliget, quot nobis perlati labores, quot factae impensae ad tantum opus, herculeis, ut aiunt, humeris formidandum; itineribus namque conficiendis, libris undique colligendis et emendis, peritorum hominum adhibendis ingeniis, archivis ubique locorum examinandis et codicibus exscribendis vigiliae, curae, sollicitudines multae, et ingens pecuniarum pondus opus erant. At si *euntes ivimus* saepe defatigati et taedio oppressi *mittentes semina*, nunc *venimus cum exultatione portantes* de benedictione Domini uberes *manipulos nostros* (Ps. cxxv, 6). Etenim D. O. M. bonorum omnium largitori impensissimas grates referentes, summopere laetamur recogitantes quantum ornamenti et praesidii Catholicae Ecclesiae et Sedi Apostolicae, quas erga perpetuo inest animis nostris omnimoda fides et pietas, et quantum utique utilitatis et gratiae toti fidelium multitudini, quin et universae hominum societati obventurum sit ex novâ hac tot tantorumque, in quibus summorum Pontificum auctoritas et sapientia refulget, monumentorum editione. Nonne ibi conspicimus qua ratione tunc Romanae Sedis auctoritas, quae universis rebus humanis circumquaque fatiscentibus sola perstitit immota, ipsiusque Antistitum sapientia et universalis sollicitudo regimini ecclesiarum et populorum praesedit, novumque istum saeclorum ordinem, novum orbem christianum quodammodo procreavit? *ipsius enim et genus sumus* (Act. xvii, 28), illius, inquam, Sedis veluti progenies et factura sunt quotquot sub caelo gentes Christiano Nomine glo-

riantur. Hinc igitur et in praesenti quoque miserrimâ heu! rerum conditione, quâ omnia susque deque vertuntur et ab ipsis radicitus fundamentis humanae Potestates submotae concutiuntur, in spem magnam erigimur admirantes quomodo firma maneat solidissima Petra super quam universae Christianae Reipublicae structura consurgit, quomodo fluctibus universalis diluvii secura emineat et superferatur aquis Arca Petri, in qua aeterna futurae aliquando regenerationis semina custodiuntur. Sedes quippe illa caput est mundi: inde novi rerum ordinis instaurandi sumenda erunt auspicia; ipsius firmitas inconcussa ceteras Potestates solidabit; illâ sospite salvi sumus. Alii igitur alia pertractent, alii aliis delectentur; hoc unum nobis cordi est istiusmodi Actis Pontificiis inhaerere, illa *nocturnâ versare manu, versare diurnâ.*

En ista dum loquimur decimusoctavus centenarius annus evolvitur ex quo D. Petrus summus Apostolorum Princeps Capitolinam arcem divo sanguine consecravit, ibique sui Imperii sedem intransmutabiliter defixit. Qui annus felix faustusque nostro etiam incepto bene feliciterque ominatur; et novas iam addidit vires, novamque iuventam. Etenim volumen primum *Appendicis* tamdiu desideratum en tandem prodit in lucem; brevi absolutus erit tomus undecimus Bullarii, quem SS. D. N. Pio Papae IX ad pedes eius provoluti nos ipsi in proximâ S. Petri centenariâ festivitate, propitio Deo, oblaturi sumus, et insuper duodecimum altero anni eiusdem dimidio edere speramus; dum alacriter adlaborantes alterum quoque *Appendicis* volumen Acta Gregorii Magni continens insequentem in annum edendum paramus.

His dictis animum erige, Lector benigne; promissis manemus; nostra non deficit fides, non minuitur vigor. Sed interim, quod pro viribus dare potuimus, boni consulas, quaeque dare promittimus, paulisper expecta. Vale.

Augustae Taurinorum, XV Kal. Februarii an. MDCCCLXVII
Die Festo Cathedrae S. Petri Apostoli qua primum Romae sedit.

S. LEO I.

EPISTOLA I.

• *Ne Pelagii, Coelestiique haeresis Catholicam Ecclesiam inficiat, nonnulla praescribit.*

Ad Aquileiensem Episcopum [1].

Clerici Pelagiani, et Coelestiani, quin errorem suum execrent, in Ecclesiam non recipiendi.

Cap. I. Relatione sancti fratris et coepiscopi nostri Septimi [2], quae in subditis habetur, agnovimus quosdam presbyteros et diaconos, ac diversi ordinis clericos, quos Pelagiana sive Coelestiana haeresis habuit implicatos, ita in vestra provincia ad communionem catholicam pervenisse, ut nulla ab eis [4] damnatio proprii exigeretur erroris; et pastoralibus excubiis nimium dormitantibus, lupos ovium pellibus tectos in ovile dominicum, non depositis bestialibus animis, introisse [5]; et quod per auctoritatem canonum decretorumque nostrorum ne insontibus [6], quidem conceditur [7], usurpasse [8]; ut relictis Ecclesiis, in quibus clericatum aut acceperant, aut receperant, instabilitatem suam per diversa circumferant [9], amantes semper errare, et numquam in fundamento apostolico permanere. Quoniam, qui nullo discussi examine nullo sunt praeiudicio suae professionis obstricti, hunc maxime expetunt [10] fructum, ut sub velamento communionis plures domos adeant, et per falsi nominis scientiam [11] multorum corda corrumpant. Quod utique efficere non possent, si Ecclesiarum praesules necessariam diligentiam in talium receptione servassent [12], ne cuiquam eorum evagari in diversa licuisset [13].

Iis per Ecclesias evagari ut nefas.

Cap. II. Ne ergo hoc ulterius audeatur [14], neve per quorumdam negligentiam introducta pernicies ad eversionem mul-

1 Ex Ballerinis *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 589. Hanc editionem sapientum iudicio probatissimam in hisce litteris colligendis sequendam duximus, quam tamen cum aliis, at praesertim cum romana Cacciarii studiis exculta, cui a Vaticanis codicibus plurima inest auctoritas, diligenter contulimus.

2 Cacciari *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 30, et seq.; De Rubeis *Monum. Eccl. Aquilei.* cap. XV Ianuario inscriptam contendunt; Ballerinii vero *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 582, et seq. cuipiam Ianuarii praedecessori.

3 Edit. et Cacciari l. c. *Septimii*.

4 Cacciari, et cod. Vat. *ab eisdem*.

5 «Al. *Lupus... tectus... introiret*». Ballerin. l. c.

6 «Al. *infantibus*». Cacciar. l. c.

7 «Al. *exceditur*, vel *ceditur*». Cacciar. l. c.

8 «Al. *usurpare*». Ballerin., et Cacciar. ll. cc.

9 «Al. *instabilitate sua per diversa circumferantur*». Baller. col. 590.

10 «Apud Sichardum *producunt*». Ballerin. l. c.

11 «Duo codd. *inscientiam*». Ballerin. l. c.

12 «Al. *servarent*». Ballerin. l. c.

13 «Totum hoc inciaum in ms. Vat. Reg. desideratur: Sichardus omittit *in diversa*. Ballerin. l. c.

14 «Vat. cod. antiquiss. *audeant*». Cacciar. l. c., pag. 31; «al. *audiatur*». Cacciar. ibid., et Ballerin. l. c.

tarum tendat animarum; hac[1] nostri auctoritate praecepti industriae tuae fraternitatis indicimus, ut congregata apud vos synodo provincialium sacerdotum, omnes sive presbyteri, sive diaconi, sive cuiusque[2] ordinis clerici, qui de Pelagianorum Coelestianorumque consortio[3] in communionem catholicam ea imprudentia sunt recepti, ut non prius ad damnationem sui coarctarentur erroris, nunc saltem, posteaquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quae et ipsis prodesse, et nullis possit nocere[4], cogantur. Damnent apertis professionibus suis superbi erroris auctores, et quicquid in doctrina eorum universalis Ecclesia exhorruit detestentur: omniaque decreta sinodalia, quae ad excisionem huius haereseos Apostolicae Sedis confirmavit auctoritas, amplecti se, et in omnibus approbare plenis et apertis, ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in verbis eorum obscurum, nihil inveniatur ambiguum[5]. Quoniam novimus hanc istorum esse versutiam, ut in quacumque particula dogmatis execrandi, quam a damnandorum soliditate discreverint[6], nihil sibi sensuum suorum aestiment esse non salvum[7].

Temere recepti fidem suam in synodo provinciali profiteantur.

Cap. III. Cumque omnes definitiones suas, ad subrependi facilitatem[8] improbare se simulent, atque deponere; hoc sibi tota arte fallendi, nisi intelligantur[9], excipiunt, ut gratia Dei secundum merita dari accipientium sentiatur. Quae utique nisi gratis detur[10], non est gratia, sed merces retributioque meritorum, dicente beato Apostolo: *Gratia[11] salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, sed Dei donum est[12], non ex operibus: ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quae praeparavit Deus, ut in illis ambulemus*[13]. Omnis itaque bonorum operum donatio divina praeparatio est: quia non prius quisquam iustificatur virtute, quam gratia, quae unicuique[14] principium iustitiae, et bonorum fons atque origo meritorum est. Sed ab istis ideo per[15] naturalem industriam dicitur praeveniri, ut quae ante gratiam proprio clara sit[16] studio, nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata: falsumque[17] sit quod veritas ait: *Quoniam filius hominis venit quaerere, et salvare quod perierat*[18].

Ab eorum versutiis circa divinae gratiae mysterium sedulo cavendum.

Dei gratia iustitiae principium, atque origo meritorum est.

Cap. IV. Cavendum ergo dilectioni tuae est, magnaque diligentia providendum, ne per huiusmodi homines extincta du-

1 « Quatuor nostri codd. cum Canisio *hoc* ». Balleria. l. c.

2 « Cod. Vat. 1997 *cuiuscumque* ». Cacciar. l. c.

3 « Verba *qui de Pelagianorum, Coelestianorumque consortio* desunt in Vat. Reg. col. 1 » Ballerin. l. c.

4 « Vat. cod. 1342 *et nullos possit docere* ». Cacciar. l. c. Mendose, uti videtur.

5 « Al. *nihil in verbis earum, nihil in sensu inveniatur ambiguum*; al. omittunt *obscurum nihil* ». Ballerin. col. 591.

6 « Al. *qua ad nostrorum soliditatem discreverint*; al. *qua se a damnatorum societate discreverint* ». Ballerin. l. c.

7 « Duo codd. Vat. *non salvari* ». Ballerin. l. c.

8 « Al. *ad subrepentem facilitatem*; al. *ad tantam facilitatem* » Ballerin. l. c.

9 « Cod. Lucens. *intelligatur* ». Ballerin. col. 592.

10 « Cod. Lucens. *datur* ». Ballerin. ibid.

11 « Quidam codd. Vat. *gratis* ». Ballerin. ibid.

12 « Al. *Dei enim donum est*: al. *sed Dei enim*, etc. » Ballerin., et Cacciar. ll. cc.

13 Eph. II, 8.

14 « Al. *Omnis itaque bonorum operum devotia divina praeparatio est; nec propria quisquam iustificatur virtute; quoniam gratia unicuique*, etc. » Ballerin. l. c.

15 « Vat. cod. 1997 delet *per* ». Cacciar. l. c.

16 « Al. *data sit* ». Ballerin. l. c.

17 « Tota haec pericope ab Sichardi exempl. abest. » Ballerin. l. c.

18 Luc. XIX, 10.

Quisquis Ecclesiae praeceptis obsistat ejiciendus.

dum scandala suscitentur [1], et de exciso olim dogmate aliquod in provincia tua eiusdem mali germen oriatur; quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam Sanctae [2] Ecclesiae sobolem veneno sui oris [3] inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspicione se purgent; et obediendo nobis probent, se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus praeceptis satisfacere detrectarit, sive ille clericus, sive ille sit laicus, ab Ecclesiae societate pellatur, ne perditor [4] animae suae saluti insidietur alienae.

Ubi quis fuerit sacris initiatus, ibi perseveret.

Cap. V. Illam quoque partem ecclesiasticae disciplinae, qua [5] olim a Sanctis Patribus, et a nobis saepe decretum est, ut nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio [6] clericorum ab Ecclesia ad Ecclesiam cuiquam transire sit liberum, ut [7] in integrum revoces, admonemus: ut unusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, ubi [8] ordinatus est, perseveret: ita ut si quis sua quaerens, nec quae Iesu Christi, ad plebem et [9] Ecclesiam [10] suam redire neglexerit, et ab honoris privilegio, et a communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quae pro custodia canonum, et pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos: [11] quia [12] inferiorum ordinum culpae ad nullos magis referendae sunt, quam ad desides negligentesque rectores, qui multam saepe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam [12].

Inferiorum culpae ad desides rectores ut plurimum referendae.

EPISTOLA II [13].

Septimum Altinum Episcopum de litteris ad Venetiarum Metropolitam missis edocet [14].

Leo episcopus Septimo [15] episcopo, salutem.

Septimi spectata fides.

Cap. I. Lectis fraternitatis tuae litteris, vigorem fidei tuae, quem [17] olim noveramus, agnovimus: congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi pastoralem curam vigilanter exequeris: ne lupi, qui sub specie ovium [18] subintrarunt, bestiali [19] saevitia simplices quosque dilacerent; et non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea [20], quae sunt

1 « Cod. Vercell. *ne scandala suscitentur*, intermediis vocibus omissis: Cod. Lucens. omittit *per huiusmodi homines* ». Ballerin. l. c.

2 « Al. *odoris* ». Cacciar. pag. 32; al. *veneni sui odore* ». Ballerin. l. c. Sano mel. n. lectio.

3 « Al. *sanctam* ». Ballerin. l. c.

4 « Al. *perditione*; al. *proditor* ». Ballerin. col. 593.

5 « Al. *qua et olim* ». Ballerin. l. c.

6 « Tres codd. Vat. *nec in diaconatus, nec in subsequenti ordine*; al. utrobique habent *ordine*; cod. Lucens. omittit *nec in subsequenti officio* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. deest *ut* ». Ballerin. l. c.

8 « Al. *ibi, ubi* ». Ballerin. l. c.

9 « Sichardus delet vocem *plebem et* ». Ballerin. l. c.

10 « Al. *ad Ecclesiam* ». Cacciar. l. c.

11 Forte legendum *vehementius non commovendos*.

12 Can. I, dist. 86. His autem opponitur Cacc. innixus Cod. Vat. 5286, ubi legit., Januar. fuisse ordinat. episcop. ann. 443. De Rubeis et Quesnell. hanc reiiciunt ad ann. 444. Vid. Cacc., et De Rubeis ll. cc.

13 Dat. circa an. 442 secund. Ballerin., quos sequitur Iaffè *Regest. Rom. Pontif.*, edit. Berolin. 1851.

14 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 594, et seq.

15 « Al. *Septimium* ». Ballerin. l. c., et Cacciari *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 32.

16 Cacciari l. c., et al. *Altinum*. Vid. Ballerin. l. c., not. 1.

17 Quesnell. contra fidem codd. *quam*. Ballerin., et Cacciar. ll. cc.

18 Matth. VII, 15.

19 « Al. *bestiarum* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

20 Cacciari delet *ea*.

sana [1], corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, ad Metropolitanum episcopum provinciae Venetae scripta direximus, quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere, si quisquam de Pelagianorum et Coelestianorum consortio veniens in communione catholica sine professione legitimae satisfactionis habeatur. Saluberrimum [2] enim est, et spiritualis medicinae utilitate plenissimum, ut sive presbyteri, sive diaconi, sive [3] alii cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, errorem suum, et ipsos erroris auctores damnari a se sine ambiguitate fateantur, ut sensibus pravis et dudum peremptis nulla sperandi [4] supersit occasio, nec ullum membrum Ecclesiae talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria coeperit obviare.

Agendi ratio cum clericis Pelagianis, Coelestianisque statuitur.

Cap. II. Circa quos etiam illam canonum constitutionem praecipimus custodiri, ne ab his ecclesiis, ad quas proprie pertinent, sinantur abscedere, et pro suo arbitrio ad loca sibi non deputata transire. Quod cum recte non permittitur inculpatis, multo minus debet [5] licere suspectis. Proinde dilectio tua, cuius devotione gaudemus, iungat curam suam dispositionibus [6] nostris, et cum supradicto Metropolitano det operam, ut circumspecte, ac velociter impleantur ea, quae ad totius Ecclesiae incolumitatem et laudabiliter sunt suggesta [7] et salubriter ordinata [8].

Pro lubitu e suis ecclesiis abscedere nulli non licet.

In Ecclesiae bonum ordinata fideliter implenda.

EPISTOLA III [9].

Anastasium episcopum Thessalonicensem vicarium suum in Illyria delegat, eiusque officium declarat.

Dilectissimo fratri Anastasio,

Leo.

Cap. I. Omnium quidem litteras sacerdotum grato nos relegere animo fraterni [10] collegii caritas facit, cum per spiritalem gratiam tamquam praesentes amplectimur, quibus sermone epistolis mutuo commeantibus sociamur. Sed maior nobis [11] in his videtur esse affectio, in quibus de statu Ecclesiarum certiores effecti, ad exercendae sollicitudinis vigilantiam officii nostri consideratione compellimur: ut in speculis, quemadmodum Dominus [12] voluit, constituti, et pro voto nostro currentibus rebus nostrum commodemus assensum, et ea quae depravari aliqua usurpatione perspicimus, adhibitae coercitionis remediis corrigamus: sperantes iacti seminis responsurum nobis uberem fructum, si non sinamus crescere, quae in messis detrimenta dominicae coeperint pullulare.

Leonis in universam Ecclesiam sollicitudo.

Pontifex velut in speculis a Christo constitutus.

Cap. II. Postquam itaque nobis petitio tuae dilectionis innotuit per filium nostrum Nicolaum presbyterum, ut tibi quo-

1 « Quatuor praestantes codd. *sancta* ». Ballerin. l. c.

2 Can. 21 caus. 1, quaest. 7.

3 « Cacciari l. c., pag. 33 *vel* ».

4 Ita Ballerin. cum cod. Reg. Vat. 1997, Vallicel., aliisque editis; « Cacciari cum Quesnell. leg. *spirandi* ». Cacc. l. c.

5 « Al. *debeat* ». Ballerin. col. 595.

6 « Vallicel. exempl. *sponsionibus* ». Cacciari l. c.

7 « Al. *gesta* ». Ballerin., et Cacciar. ll. cc.

8 Secund. Ballerin., quos sequitur Iaffè, dat. circa ann. 442.

9 Ex Ballerin. Edit. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 619, et seq. Contra ordinem a Balleriniis servatum hanc epistolam sequenti praeponendam cum Cacciario duximus. Quamquam enim utraque eodem die data fuerit, postulat tamen rei natura ut putemus, prius Anastasium constitutum fuisse in Illyria Leonis Vicarium, deinde vero ea de re episcopos Illyrici certiores esse factos.

10 « Cod. Barber., unde haec epistola ab Holstenio primum est edita, corrupte *alterni* ». Ballerin., l. c., col. 620.

11 Pronomen *nobis*, quod et Cacciarius post Quesnell. omisit, ex eodem cod. Barber. retinendum est. Vid. Ballerin., l. c.

12 « Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 26 cum vulg. *Deus* ».

Ad Syricii exemplum Illyricae provinciae Anastasium vice sua praeficit.

que a nobis, sicut decessoribus tuis, per Illyricum cum nostra vice propter custodiam regularum auctoritas praestaretur, praebentes assensum nostra adhortatione compellimus, ut nulla dissimulatio [1], negligentia nulla proveniat circa Ecclesiarum regimen per Illyricum positarum, quas dilectioni tuae vice nostra committimus [2], beatae recordationis Syricii exemplum secuti, qui sanctae memoriae Auysio praedecessori tuo bene de Apostolica Sede tunc merito, et rebus post sequentibus approbato certa tum primum ratione commisit, ut per illam provinciam positis, quas ad disciplinam teneri voluit, Ecclesiis subveniret. Gloriosa instautius exempla sequenda sunt, ut quorum privilegiis uti cupimus, eorum nos similes in omnibus approbemus. Imitatorem te tam praedecessoris tui, quam decessoris, qui pari modo hoc et meruisse, et egisse cognoscitur, esse volumus, ut de profectu Ecclesiarum, quas tibi vice nostra committimus, gaudeamus. Ut enim bene agenti, et, quae sacerdotali auctoritati conveniunt, solertius exequenti ad honorem proficit res tributa; ita huic oneri esse [3] cognoscitur, qui commissa sibi potestate, qua debet moderatione, non utitur.

Eorum vestigiis insistendum, quorum privilegia cupimus.

Vicariis Apostolicis pro canonum custodia praecipue vigilandum.

Cap. III. Credita itaque tibi, frater carissime, gubernacula pervigil tene, et mentis tuae oculos per omnia, quae curae tuae videas iniuncta, circumfer; in mercedem tuam profutura custodiens, et his, qui [4] disciplinam canonum labefactare nituntur, obsistens. Divinae legis sanctio veneranda, et canonum specialius decreta serventur. Per commissas tibi provincias tales Domino sacerdotes, quibus sola vitae et clericalis ordinis suffragantur [5] merita, consecrentur. Nihil gratiae personali, nihil ambitioni, nihil redemptis permittas licere suffragiis. Examinentur diligentius, et per longum vitae tramitem disciplinis ecclesiasticis, qui ordinandi fuerint, imbuantur; si tamen illis omnia, quae a Sanctis Patribus sunt constituta, conveniant, et, quae beatum Apostolum Paulum de talibus legimus praecepisse, custodierint, ut unius uxoris vir sit, et hanc virginem, ut auctoritas divinae legis cavet, acceperit [6]. Quod ita [7] sollicitius volumus custodiri, ut omnibus excusationibus locum adimamus: ne se quisquam credat posse ad sacerdotium pervenire, qui uxorem, antequam Christi gratiam consequeretur, accepit, qua deficiente, alteram post baptismum coniunxerit sibi. Cum negari uxor illa non possit, nec prioris coniugii numerus aboleri; et eorum ita sit pater filiorum, quos ante baptismum ex illa susceperit, quemadmodum et illorum fit [8], quos ex altera post baptismum noscit [9] suscepisse. Sicut enim [10] peccata, et quae illicita esse noscuntur, per lavacrum baptismatis abolentur; ita quae sunt legis praecepto concessa vel licita, non delentur.

In presbyteris sacrandis quid sit cavendum.

Bigami licet ante baptismum nupti, ac viduarum mariti sacris non initiandi.

Per baptismum peccata, licita vero non diluuntur.

Cap. IV. Nullus, te inconsulto, per illas Ecclesias ordinetur antistes: ita enim fiet, ut sint de eligendis matura iudicia, dum tuae dilectionis examinatio formidetur. Quisquis vero a Metropolitanis episcopus [11]

Apostolico Vicario inconsulto, nullus metropolitas sacretur antistes.

1 « Cod. Vat. apud Allatium *dissimulatione* ». Ballerin. l. c.

2 « Cod. Vat. apud Allat. *commisimus*; sed supra *committimus* ». Ballerin. l. c.

3 Forte legendum *deesse*.

4 «Idem cod. Vat. *quae*». Ballerin. l. c. col. 621.

5 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 26 cum Allat. *suffragentur*.

6 Edit. Cacciar. l. c. erronee *acceperint*.

7 Cacciar. l. c. cum Quesnello omittit *ita*.

8 Cacciar. cum Quesnello contra fidem codd. omittit *fit*. Vid. Ballerin. l. c.

9 Cacciar. l. c. cum Quesnell. *noscitur*, sed contra fidem codd. Vid. Balleriu. l. c.

10 Voces *sicut enim* additae sunt a Quesnello quasi, ut ipsi visum est, necessariae ad sensum complendum. Vid. Ballerin., et Cacciar. ll. cc.

11 Cod. Barb. *de metropolitanis episcopis*; Cacciar. l. c. cum Quesnello retinet *a metropolitanis episcopis*. Concinnius ad sensum n. lectio.

contra nostram praeceptionem praeter tuam notitiam fuerit ordinatus, nullam sibi apud nos status sui esse noverit firmitatem, eosque usurpationis suae rationem, qui hoc praesumpserint, reddituros.

Metropolitae vero per Vicarium Ap. donantur, et cautissime ordinentur.

Singulis autem metropolitanis sicut potestas ista committitur, ut in suis provinciis ius habeant ordinandi; ita eos metropolitanos a te volumus ordinari, maturo tamen et decocto [1] iudicio. Quamvis enim omnes antistites probatos, et Deo placitos deceat consecrari, hos tamen praecellere volumus, quos praefuturos his, qui ad se pertinent, consacerdotibus, noverimus. Quod dilectionem tuam sollicitius agere praemonemus, et cautius, ut illud apostolicum custodire, quod scriptum est, approberis: *Manus cito nemini imposueris* [2].

Ad synodum accedere debitum est, ac utile.

CAP. V. Ad synodum quisquis fratrum fuerit evocatus occurrat, nec sanctae congregationi se deneget, in qua maxime constituendum [3] esse noverit, quod ad disciplinam poterit ecclesiasticam pertinere. Melius enim omnis [4] culpa vitabitur, si inter sacerdotes Domini collatio frequentior habeatur: et emendationi pariter et caritati plurimum praestat adunata societas. Illic, si quae caussae natae fuerint, praestante Domino, ita poterunt terminari, ut contentio nulla resideat, sed sola [5] inter fratres caritas coalescat.

Quae caussae quae eas non potuerunt in synodo definiri, vel quae appellentur, Ap. Sedis iudicio reservandae.

Si qua vero caussa maior evenerit, quae a tua fraternitate illic praesidente non potuerit definiri, relatio tua missa nos consulat, ut revelante Domino, cuius misericordiae profitemur esse quod possumus, quod ipse nobis aspiraverit, rescribamus: ut cognitioni nostrae pro traditione veteris instituti et debita Apostolicae Sedis reverentia, nostro examine vindicemus: ut enim auctoritatem tuam [6] vice nostra te exercere [7] volumus; ita nobis quae illic componi non potuerint, vel qui vocem appellationis emiserit, reservamus.

Sedis Apostolicae praecepta vel ab ipsis metropolitis obtemperandum.

CAP. VI. Haec itaque in omnium fratrum facies notitiam pervenire, ut nullus deinceps per ignorationem [8] in observandis his, quae praecepimus [9], excusandi se reperiat facultatem. Ad ipsos etiam Metropolitanos singularum provinciarum nostra [10], quibus eos moneremus, scripta direximus, ut noverint apostolicis obediendum esse sententiis; et tunc [11] se nobis parere, cum fraternitati tuae ex nostra delegatione coeperint, secundum ea quae scripsimus, obedire.

Qui Vicario paret Apostolico, paret Pontifici.

Presbyteri, ac diaconi die dominica consecrandi.

Cognovimus sane, quod non potuimus silentio praeterire, a quibusdam fratribus solos Episcopos tantum diebus dominicis ordinari; Presbyteros vero et Diaconos, circa quos par consecratio fieri debet, passim quolibet die dignitatem officii sacerdotalis accipere; quod contra canones et traditionem Patrum usurpatio corrigenda committit, cum mos quibus est traditus circa omnes sacros ordines debeat omnimodis custodiri; ita ut per longa temporum curricula, qui sacerdos vel levita ordinandus est, per omnes clericalis officii ordines provehatur, ut diuturno discat tempore, cuius et doctor ipse futurus est.

Stata interstitia servanda.

Data pridie idus Ianuarias Theodosio XVIII, et Albino Coss.

Dat. die 12 ianuarii an. 444.

1 « Allat. legit *decoro* ». Ballerin. l. c.

2 1 Tim. v, 22.

3 « Cod. Barb. *custodiendum* ». Ballerin. l. c.

4 Cacciar. l. c. pag. 37 cum Quesnell. omittit *omnis*.

5 « Editi *solida* ex Holestein coniectura». Ballerin. l. c., col. 622.

6 « Quesnellus, quem Cacciarius sequutus est, *nostram* ex ingenio posuit ». Ballerin. l. c.

7 Cacciar. l. c. inverso ordine *exercere te*.

8 « Apud Allatium *ignoratione* ». Ballerin. l. c.

9 « Apud eumd. Allat. *praecipimus* ». Ballerin. l. c.

10 Cacciar. omittit *nostra*.

11 In edit. Cacciarii exciderunt voces: *apostolicis obediendum esse sententiis, et tunc*.

EPISTOLA IV[1].

Ad Dioscorum Alexandrinum de sacris ordinibus conferendis, nec non de Missae sacrificio diebus festis iterando.

Leo episcopus
Dioscoro episcopo Alexandrino,
salutem.

Romanae et Alexandrinae Ecclesiae una disciplina, prout una fides.

CAP. I. Quantum dilectioni tuae dominicae caritatis impendamus[2] affectum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmius fundare desideramus[3] initia, ne quid caritati tuae ad perfectionem deesse videatur, cum tibi spiritalis[4] gratiae merita, ut probavimus[5], suffragentur. Paterna igitur, et fraterna collatio debet sanctitati tuae esse gratissima, et a te taliter suscipi, quemadmodum a nobis eam intelligis proficisci. Unum enim nos sentire oportet et agere, ut, sicut legimus, in nobis quoque unum esse cor et una anima[6] comprobetur. Cum enim beatissimus[7] Petrus apostolicum a Domino acceperit principatum, et Romana Ecclesia in eius permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus discipulus[8] eius[9] Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernavit, aliis regulis traditionum suarum decreta formaverit: cum sine dubio de eodem fonte gratiae unus spiritus et[10] discipuli fuerit et magistri, nec aliud ordinatus[11] tradere potuerit[12] quam quod ab ordinatore susceptit. Non ergo patimur, ut cum unius nos esse[13] corporis et fidei fateamur, in aliquo discrepemus; et alia doctoris, alia discipuli instituta videantur.

S. Marcus primus Ecclesiae Alexandrinae episcopus a Petro creatus.

Nil tradit ordinatus, quod ab ordinante non accepit.

Sacerdotalis et levitica ordinatio post sabbati ieiunium celebranda.

Quod ergo[14] a patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis quoque[15] volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus sacerdotalis vel levitica ordinatio celebretur; sed post diem sabbati, eius noctis, quae in prima sabbati lucescit, exordia deligantur[16], in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunis, et[17] a ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem observantiae[18] erit, si mane ipso dominico die, continuato sabbati ieiunio, celebretur, a quo tempore praecedentis noctis initia non recedunt, quam[19] ad diem resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur, pertinere non dubium est. Nam praeter auctoritatem consuetudinis, quam ex apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura[20] manifestat[21], quod cum apostoli Paulum et Barnabam ex praecepto Spiritus Sancti ad Evangelium gentibus[22] mitterent praedi-

Tanti pendenda antiquissimae consuetudinis vetustas, quanti doctrinae apostolicae auctoritas.

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 628, et seqq.

2 « Al. *impendimus* ». Balleria. l. c.

3 « Cod. Vatican., et al. *festinemus*, vel *festinamus* ». Ballerin. l. c., et Cacciar. *Opp. S. Leon.* part. II, pag. 46.

4 « Al. *specialis*, aut *spiritualis* ». Ballerin. l. c.

5 « Al. *probamus* ». Ballerin. l. c.

6 Act. IV, 32.

7 C. XVI, caus. 24, q. 1.

8 « Al. *sanctus episcopus discipulus* ». Ballerin. l. c., et Cacciar. pag. 47.

9 « Al. *ipsius* ». Baller., et Cacciar. ll. cc.

10 Cacciari. cum al. delet *et*.

11 « Duo codd. *ordinatis* ». Ballerin. col. 629.

12 Cacciar. l. c. *poterit*, mendo, ut videtur, typograph.

13 « Abest *esse* a solo cod. Griman., quem secutus est Quesnellus ». Cacciar. l. c.

14 C. 4, dist. 75.

15 Cacciar. l. c. cum al. *Hoc quoque*; Quesn. retinet *hoc*, omisso *quoque*; al. utrumque delent. Vid. Ballerin. l. c.

16 « Vat. Hisp. *eiusdem noctis, quae in prima sabbati lucescit, exordio consecrandi eligantur* ». Ballerin. l. c.

17 Duo codd. delent *et* ». Ballerin. l. c.

18 « Duo codd. *ex eadem observantia* ». Ballerin. l. c.

19 « Duo codd. *quod* ». Ballerin. col. 630.

20 Act. XIII.

21 « Cod. Vat.: *etiam Sacram habemus in exemplo Scripturam* ». Ballerin. l. c.

22 « Al delent *gentibus* » Ballerin. l. c.

Apostoli e Divini Spiritus praecepto ieiunantes et orantes Paulo et Barnabae manus imposuere.

candum, ieiunantes et orantes imposuerunt eis manus; ut intelligamus, quanta et dantium et accipientium devotione curandum sit, ne tantae benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie et laudabiliter apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum sacerdotum formam per Ecclesias, quibus Dominus praeesse te voluit, etiam ipse servaveris, ut his, qui consecrandi sunt, nunquam benedictio nisi in die resurrectionis dominicae tribuatur, cui [1] a vespera sabbati initium constat adscribi, et quae tantis divinarum dispositionum [2] mysteriis est consecrata, ut quicquid est a Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium. In hac per resurrectionem Christi et mors interitum, et vita accepit initium [3]. In hac Apostoli a Domino praedicandi omnibus gentibus Evangelii tubam sumunt [4], et inferendum universo mundo Sacramentum regenerationis accipiunt. In hac, sicut beatus Ioannes Evangelista [5] testatur, congregatis in unum discipulis, ianuis clausis, cum ad eos Dominus introisset, insufflavit, et dixit: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum detinueritis, detenta erunt* [6]. In hac denique promissus a Domino Apostolis Spiritus Sanctus advenit, ut caelesti quadam regula insinuatum et traditum noverimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria sacerdotalium benedictionum, in qua [7] collata sunt omnia dona gratiarum.

Dies Resurrectionis Christi, seu dominica conferendis ordinibus constituta.

Dominicae diei summa dignitas.

Ordinationes ea die peragendas divinitus insinuatum.

Solemni die sacrificium iterare et rationabile est, et pium.

Cap. II. Ut autem in omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri, ut cum solemnior quaeque [8] festivitas conventum populi numerosioris indixerit, et ea [9] fidelium [10] multitudo convenerit, quam recipere Basilica simul una non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur; ne, his tantum admissis ad hanc devotionem, qui primi advenerint, videantur hi, qui postmodum confluxerint, non recepti [11]: cum plenum pietatis atque rationis sit, ut quoties Basilicam, in qua agitur, praesentia novae plebis impleverit, toties sacrificium subsequens offeratur. Necesse [12] est autem, ut quaedam pars populi [13] sua devotione privetur, si unius tantum Missae more servato, sacrificium offerre non possint, nisi qui [14] prima diei parte convenerint. Studiose ergo dilectionem tuam et familiariter admonemus, ut quod nostrae consuetudini ex forma paternae traditionis insedit, tua quoque cura non negligat; ut per omnia nobis et fide et actibus congruamus [15]. Propter quod remeanti [16] filio nostro Possidonio [17] presbytero, hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus

1 Cacciar. l. c. *et cui.*

2 Cacciar. cum al. *dispensationum.*

3 « Vat. 1342 *vita accepit aeterna principium; tres alii aeternum principium; al. accepit principium* ». Ballerin. l. c.

4 Ioann. xx, 21.

5 « Cod. Vindob. omittit *evangelista; dein cum congregatis in unum discipulis, clausis ianuis, ad eos Dominus introisset* ». Ballerin. l. c.

6 Ioann. xx, 22.

7 « Al. *in quo* ». Ballerinii, et Cacciar. ll. cc.

8 « Al. omittunt *quaeque* ». Ballerin. col. 631.

9 « Al. *ad eandem;* al. *ad eam;* al. *ad eam tanta* ». Ballerin. l. c.

10 « Sichard. delet *fidelium* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. *non recipi* ». Ballerin. l. c.

12 C. 11, De consecr. dist. 1.

13 « Cod. Griman. *quarta pars populi* ». Cacciar. l. c. Forte mendose.

14 « Al. omittunt *qui* ». Ballerin. l. c.

15 « Al. *ut omnia nobis ex fide et actibus congruant* ». Ballerin. l. c.

16 « Duo codd. *rememoranti* ». Cacciar. l. c. Corrupte, ut videtur.

17 « Vallic. cod. *Possidone* ». Cacciar. ibid.

perferendam, qui nostris[1] processionibus atque ordinationibus[2] frequenter interfuit, et toties ad nos missus quid in omnibus apostolicae auctoritatis[3] teneremus agnovit.

Data xi kalendas iulias.

Dat. 21 iunii, an. 445.

EPISTOLA V[4].

Viennensis Provinciae Episcopis de Hilarii seditione referens nonnulla gravissima recolit, atque decernit.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Viennensem[5] provinciam constitutis

Leo Romae Episcopus.

Ecclesiae institutio.

CAP. I. Divinae cultum religionis, quem in omnes gentes, omnesque nationes Dei voluit gratia coruscare, ita Dominus noster Iesus Christus humani generis Salvator instituit[6], ut veritas, quae antea legis et prophetarum praeconio continebatur, per apostolicam tubam in salutem universitatis exiret, sicut scriptum est: *In omnem terram exivit*[7] *sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum*[8]. Sed huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, ut in beatissimo Petro apostolorum omnium summo principaliter collocarit; et ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velit in corpus omne manare[9], ut exortem se mysterii intelligeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium individuae unitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*[10]: ut aeterni templi aedificatio, mirabili munere gratiae Dei, in Petri soliditate consisteret; hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illa nec humana temeritas posset appetere, nec portae contra illam inferi praevalerent. Verum hanc petrae istius sacratissimam firmitatem, Deo, ut diximus, aedificante, constructam nimis impia vult praesumptione violare quisquis eius potestatem tentat infringere, favendo cupiditatibus suis, et id, quod accepit a veteribus, non sequendo: eum nulli se subditum legi, nullis institutionis[11] dominicae credit regulis contineri, a vestro nostroque per novae usurpationis ambitum more desciscens, praesumendo illicita, et quae custodire debuit, negligendo.

Recedens a Petri soliditate in consortium individuae unitatis assumpti exors est divini mysterii.

Nulla sive inferna, sive humana vis Christi Ecclesiam unquam evertet.

Ecclesiae firmitatem violat, qui eius statuta non servat.

CAP. II. Verum haec nos, Deo, ut credimus, aspirante, servata[12] circa vos nostrae caritatis gratia, quam sanctitati vestrae Apostolica semper Sedes, ut meministis, impendit, nitimur consilio maturiore corrigere, et vestrarum Ecclesiarum

In Statu Ecclesiae a maioribus accepto perdurandum.

1 « Al. *in nostris* ». Ballerin. l. c.

2 « Al. *orationibus* ». Ballerin. l. c.

3 « Al. *Apostolicae Sedis auctoritatis*; Vat. 541 *Apostolicae Sedis auctoritate*; al. *Apostolicae Sedis auctoritatibus* ». Ballerin. l. c.

4 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. 1, col. 632, et seqq.

5 « Cod. Sirmondi *per provincias Maximam Sequanorum et Viennensium* ». Ballerin. col. 633, et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 37.

6 Can. 7, dist. 19.

7 « Quesnell. *exiet*; forte mendo typograph. pro *exiit* ». Baller. l. c. Attamen et Cacciari l. c. habet *exiet*, licet in nota advertat., in cod. Vat. legi *exivit*.

8 Ps. xviii, 5.

9 « Sirmondus legit: *collocaret, atque ab ipso, quasi quodam capite, dona sua vellet in corpus omne manare* ». Ballerin. col. 634. Cacciar. autem pag. 38 cum ms. *ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet*. Quidam tamen codd. omittunt *omne*. Vid. Baller. l. c.

10 Matth. xvi, 18.

11 Cacciar. l. c. *institutionibus* mendo, ut videtur, typographico.

12 « Sirmondus *reservata* ». Ballerin. l. c.

statum, communicato vobiscum labore, componere, non nova instituentes, sed vetera renovantes, ut in statu consuetudine, quae nobis a nostris patribus est tradita, perduremus, et Deo nostro per boni operis ministerium, remotis perturbationum scandalis, placeamus. Nobiscum

Causas ad Apostolicam Sedem appellari ius est vetustissimum.

itaque vestra fraternitas recognoscat, Apostolicam Sedem pro sui reverentia a vestrae etiam provinciae sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, et per diversarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellationem causarum aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia: adeo ut servata unitate spiritus in vinculo pacis, commeantibus hinc inde litteris, quod sancte agebatur, perpetuae proficeret caritati: quoniam [1] sollicitudo nostra non sua quaerens, sed quae sunt Christi, dignitatem divinitus datam nec Ecclesiis, nec Ecclesiarum sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem semper inter maiores nostros et bene tentum, et

Hilarius ordinationes per Gallias praeter ius sibi arrogat.

salubriter custoditum [2] Hilarius Ecclesiarum statum et concordiam sacerdotum novis praesumptionibus turbaturus excessit; ita suae vos cupiens subdere potestati, ut se beato apostolo Petro non patiatur esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans, et debitam metropolitanis sacerdotibus in suam [3] transferens dignitatem, ipsius quoque beatissimi Petri reverentiam verbis arrogantioribus minuendo: cui cum prae [4] caeteris solvendi et ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ovium cura specialius mandata est. Cui quisquis principatum aestimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem; sed inflatus spiritu superbiae suae semetipsum in inferna demergit.

Qui Petro primatum denegat, non illi, sed sibi gravius officit

Cap. III. Quae igitur apud nos in caussa Celidonii episcopi gesta confecta sint, et quae Hilarius dixerit, dum cum eodem praesente supradicto episcopo audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Ubi postquam Hilarius rationabile, quod in sanctorum concilio sacerdotum posset respondere, non habuit [5], ad ea se occulta cordis ipsius transtulerunt, quae nullus laicorum dicere, nullus sacerdotum posset audire. Doluimus, fateor [6], fratres, et hunc eius mentis tumorem medelis patientiae nostrae curare tentavimus. Nolebamus etenim [7] ea illi exacerbare vulnera, quae suae animae insolentibus subinde sermonibus infligebat et quem susceperamus ut fratrem, delinire magis ipsum [8], quamvis ipse se suis responsionibus innodaret [9], quam contristare nostris interlocutionibus nitebamur. Absolutus est Celidonius episcopus, quoniam se iniuste sacerdotio fuisse deiectum manifesta testium responsione, ipso etiam praesente, monstraverat, ita ut, quod Hilarius nobiscum residens posset opponere, non haberet. Remotum est ergo iudicium, quod prolatum in hac sententia legebatur, quod tamquam viduae maritus sacerdotium tenere non posset. Quod nos quidem servantes legalia constituta sollicitius voluimus [10] custodiri non solum

Hilarii in Celidonium acta reprehendenda.

Leonis erga ipsum mira patientia.

Celidonius episcopali sede temere orbatus in eam restituitur.

1 « Al. *quam*, sed mendose ». Cacciar. pag. 39.

2 « Al. *constitutum* » Baller. et Cacciar. ll. cc. Forte melius.

3 Cacciari l. c. cum Sirmondo et mss. Vat. *in suum ius*. « Nostri codd. (inquiunt Baller. l. c., col. 65) *in suum ius transferre dignitatem*, quod alia interpunctione ad participium *cupiens* refertur ».

4 « Quesnell. contra omnium codd. fidem mallet legi *pro* ». Ballerin. l. c.

5 Cacciar. cum. codd. Vat. *habuerit*.

6 « Vox *fateor* a Quesnello expuncta ex fide editt. et mss. retinenda est ». Ballerin. l. c. et Cacciar. l. c., pag. 40.

7 « Cod. Vat. 1340 *enim*. ». Cacciar. l. c.

8 « Nostri codd. omitt. *ipsum*. » Ballerin. l. c.

9 « Al. *invitaret*, forte pro *incitaret*; al. *irretiret*, aut *implicaret* ». Ballerin. l. c.

10 Cacciar. l. c. *voluimus*.

Viduarum mariti, et bigami vel a minoribus Ecclesiae officiis arcendi.

circa sacerdotes, sed circa clericos quoque minoris officii, ne ad sacram militiam hi permittantur accedere, quibus sit tale coniugium, vel qui [1] contra apostolicam disciplinam non unius tantum uxoris viri fuisse monstrentur. Sed sicut eos, quos factum suum non potest excusare, aut non admittendos, aut si fuerint [2], decernimus removendos; ita quibus hoc falso obiicitur, habita necesse est examinatione purgemus, et suum officium perdere non sinamus. Mansisset namque in illum prolata sententia, si obiectorum veritas extitisset. Redditus itaque est Ecclesiae suae, et huic, quam amittere non debuit, dignitati coepiscopus noster Celidonius, sicut gestorum series, et post decursam cognitionem sententia, quae e nobis est prolata, testatur.

Proiectus de subrogato sibi per Hilarium episcopo conqueritur.

CAP. IV. Huic negotio sic finito fratris et coepiscopi nostri Proiecti querela successit, cuius ad nos litterae lacrymabiles et dolendae de superordinato sibi episcopo sunt directae. Epistola quoque ingesta est civium ipsius, et numerosa singulorum subscriptione firmata, invidiosissimis contra Hilarium plena querimoniis: quod Proiecto episcopo suo aegrotare liberum non fuisset, eiusque sacerdotium in alium praeter suam notitiam esset translatum, et tamquam in vacuam possessionem ab Hilario pervasore haeredem viventis inductum. Quid hic [3] fraternitas vestra sentiat cuperemus audire. Quamquam de vestris animis nostra non debeat sententia dubitare, cum fratrem in lectulo constitutum tam non [4] infirmitate corporis aggravari, quam alio videatis dolore torqueri. Quae spes illi de vita relinquitur, cui de sacerdotio suo desperatio, dum illi alter substituitur, irrogatur? Apparet [5] quam mitis sit corde Hilarius, qui obesse praesumptioni suae fraternae mortis credidit tarditatem. Quantum enim in se fuit, illi subtraxit lucem, abstulit vitam, qui hunc dolorem [6], in locum eius alterum subrogando, ne ad salutem illi recursus esset, iniecit. Esto ut brevis [7] fratri evenerit humanae conditionis consueta migratio, quid sibi Hilarius quaerit in aliena provincia? et id, quod nullus decessorum ipsius ante Patroclum habuit [8], quid [9] usurpat, cum et ipsum, quod Patroclo a Sede Apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit sententia meliore sublatum? Expectarentur certe vota civium testimonia populorum, quaereretur honoratorum arbitrium [10], electio clericorum, quae in sacerdotum solent ordinationibus ab his, qui noverunt [11] patrum regulas, custodiri: ut [12] apostolicae auctoritatis norma in omnibus servaretur, qua praecipitur, ut sacerdos Ecclesiae praefuturus non solum attestatione fidelium, sed etiam eorum, qui foris sunt, testimonio muniatur [13], neque ullius scandali relinquatur occasio, cum per pacem et Deo placitam concordiam consonis omnium studiis, qui doctor pacis futurus est, ordinatur.

Id agens Hilarius ius omne perfregit.

1 « Al., omisso *qui*, habent *vel contra*; al. *ut contra* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

2 « Sirmond. addit *admissi* ». Ballerin. l. c.

3 « Duo mss. *hinc*, et forte melius ». Cacciar. pag. 48.

4 Melius Cacciari ibid. *non tam*.

5 « *Apparet igitur* nonnulli Vat. codd. *Ergo* Vat. 544, et editi; delent autem Quesn. et concil. coll. ». Cacciari pag. 71.

6 « Sirmond. inserit *ei* ». Ballerin. col. 637.

7 « Sensus exigere videtur *brevi* ». Ballerin. loco cit.

8 « Male quidam editi *aut Patroclus habuerit* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. *cur*. « Ballerin. l. c.

10 Can. 27, dist. LXIII.

11 « Sirmond. *qui norunt* «. Ballerin. col. 638.

12 « Quesnellus contra omnium mss. et edit. fidem pro *ut* substituit *aut* ». Ball. et Caec. ll. cc.

13 I Tim. III, 7.

Hilarii itineris indecora celeritas.

Cap. V. Sed ille [1] insperatus nescientibus supervenit, et improvisus abscessit, cursu, ut didicimus, celeri itinera multa conficiens, et per longinquas provincias tanta immaturitate [2] discurrens, ut videatur gloriam de scurrili velocitate potius, quam de sacerdotali moderatione captasse. Haec enim directarum ad nos civium verba sunt litterarum: « Ante abscessit, quam eum venisse nossemus ». Non est hoc redire, sed fugere, nec salubritatem impendere diligentiae pastoralis, sed vim inferre latronis et furis, dicente Domino: *Qui non intrat per ianuam in cortem ovium, sed ascendit aliunde, hic fur et latro est*[3].

Episcopis provincias invisere non est per eas currere, sed diligentiam impendere pastoralem.

Non ergo Hilarius tam studuit episcopum consecrare, quam eum potius, qui aegrotabat, occidere: et ipsum, quem superposuit, male ordinando decipere. Nos tamen, quod vobis credimus, Deo iudice, placiturum [4], in commune cunctis fratribus consulentes, et male ordinatum submoveri, et episcopum Proiectum in suo sacerdotio permanere debere decrevimus: id statuentes, ut si quisquam fratrum nostrorum in quacumque provincia decesserit[5], is sibi ordinationem vindicet sacerdotis, quem illius provinciae metropolitanum esse constiterit. Duae[6], ut videmus, causae transactae sunt, in quibus tamen [7] multa sunt, quae praeter rationem ecclesiasticam videantur esse commissa, et iusti iudicii debeant expectare censuram. Sed nos diutius hic non possumus immorari, cum ad alia, quae nobis cum vestra sanctitate sollicitius conferenda sunt, provocemur.

In Proiecti causa quid sancitum.

Ne ullus per vim ordinetur antistes sedulo cavendum.

Cap. VI. Militaris manus, ut didicimus, per provincias sequitur sacerdotem, et armati praesidii praesumptione suffulto ad invadendas per tumultum famulatur Ecclesias [8], quae proprios amiserint sacerdotes. Trahuntur ordinandi ante hoc officium his, quibus praeficiendi sunt, civitatibus ignorati [9]. Ut enim notus qui fuerit, et probatus [10], per pacem petitur; ita per vim necesse est, qui ignotus adducitur, imponatur. Obtestor et obsecro, et sub Dei vos invocatione convenio, probibete, fratres, talia, et omnem dissensionis materiam de vestris provinciis removete. Certe nos ante Deum absolvimus, qui vos, ne permittatis ultra haec fieri, convenimus. Per pacem et quietem sacerdotes, qui futuri sunt, postulentur. Teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus et plebis. Qui praefuturus est omnibus, ab omnibus eligatur. Ordinationem sibi, ut ante iam diximus, singuli metropolitani suarum provinciarum cum his, qui caeteros sacerdotii antiquitate praevenium, restituto sibi per nos iure defendant. Alienum ius alter sibi non audeat vindicare. Suis limitibus, suis terminis sit unusquisque contentus, et privilegium sibi debitum in alium transferre se posse noverit non licere. Quod si quis negligens apostolicas sanctiones, plus gratiae tribuens personali sui honoris desertor esse voluerit, privilegium

Ad Episcoporum consecrationem quae testimonia requirantur.

Metropolitis episcopos ordinandi privilegium suum in quemvis transferre nefas est.

1 « Cod. Vat. 1340 delet *ille* ». Cacciar. l. c.

2 « Perperam Quesnell. legendum putat *maturitate* ». Ballerin. col. 628.

3 Ioan. x, 1 apud vet. ital; apud autem vulgat. edit. *in ovile ovium*.

4 « Vat. codd. praeter 1340 *profuturum* ». Cacciari pag. 42.

5 « Sirmond. addit. *de hac vita* ». Baller. l. c.

6 Vat. 1340 *Quia quae*; al. *quia*, expuncto *duae*. Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

7 « Duo codd. expungunt *tamen* ». Ball. l. c.

8 « In anterioribus editionibus legebatur: *armatis praesumptione suffultum ad invadendas per tumultu famulatur Ecclesias, quae proprios amiserint* ». Ballerin. l. c. Mendose quidem. « Vaticanus cod. 544 *ex armatis et praesumptione suffulto ad invadendas famulatus Ecclesias* ». Cacciar. loc. cit.

9 « Antea edit. *ignoti* ». Ballerin. l. c.

10 « Cod. Vat. 1340 *Ut enim notus, qui fuerit probatus etc.* ». Cacciar. l. c.

Si quis privilegio suo cesserit, e provincia antiquior episcopus illud sibi vindicet.

suum in alium transferre posse se credens, non is, cui cesserit, sed is, qui intra provinciam antiquitate episcopali caeteros praevenit sacerdotes, ordinandi sibi vindicet potestatem. Non passim, sed die legitimo ordinatio celebretur: nec sibi constare status sui noverit firmitatem, qui non die sabbati vespere, quod lucescit in prima sabbati, vel ipso dominico die fuerit ordinatus. Solum enim maiores nostri Resurrectionis dominicae diem hoc honore dignum iudicaverunt, ut sacerdotes, qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur.

Ordinationes legitimo die habendae.

Hilarius omni iure metropolitano destituitur.

Cap. VII. Suis unaquaeque provincia sit contenta conciliis, nec ultra Hilarius audeat conventus indicere synodales, et sacerdotum Domini iudicia, se interserendo, turbare. Qui non tantum noverit se ab alieno iure depulsum [1], sed etiam Viennensis provinciae, quam male usurpaverat [2], potestate privatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statuta reparari, cum is, qui sibi ordinationem provinciae indebitae vindicabat, talis in praesenti etiam probatus fuerit exstitisse [3], ut cum ipse frequentius temerariis, et insolentibus verbis sententiam damnationis expeteret, suae tantum civitatis illi sacerdotium pro Sedis Apostolicae pietate praeceptio nostra servaverit. Non ergo intersit ulli ordinationi: non ordinet, qui meriti sui conscius, cum quaereretur ad caussam [4], turpi fuga se credidit subtrahendum, exors apostolicae communionis, cuius particeps esse non meruit: Deo, ut credimus, hoc agente, qui illum, inopinantibus nobis, et ad iudicia nostra pertransit, et inter examinationes habitas, ne communionis nostrae consors fieret, ut abscederet latenter, effecit.

Communionis gratia non est faciliter deneganda.

Cap. VIII. Nulli christianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis fiat hoc arbitrium sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus et dolens quodammodo debet inferre animus iudicantis [5]. Cognovimus enim pro commissis et levibus verbis quosdam a gratia communionis exclusos, et animam, pro qua Christi sanguis effusus est, irrogatione tam saevi supplicii sauciatam et inermem quodammodo, exutamque omni munimine, diabolicis incursibus [6], ut facile caperetur, obiectam. Certe si quando caussa [7] talis emerserit, ut pro commissi criminis qualitate, aliquem iuste faciat communione privari, is tantum poenae subdendus est, quem reatus involvit; nec particeps debet esse supplicii, qui consors non docetur fuisse commissi. Sed quid mirum, cum in laicos talem existere, qui soleat de sacerdotum damnatione gaudere?

Gallicanos episcopos ad unitatem, decretorumque custodiam hortatur.

Cap. IX. Unde quia nostra longe alia videtur intentio, nam omnium Ecclesiarum statum et concordiam custodire cupimus sacerdotum, ad unitatem vos vinculo caritatis hortantes et obtestamur, et affectione congrua commonemus, ut ea quae a nobis, Deo inspirante et beatissimo Petro Apostolo, discussis probatisque nunc omnibus caussis decreta sunt, pro vestra pace et dignitate servetis: certi [8] non tam

1 « Quesnellus cum nonnullis codd. *Qui tamen noverit, se non solum ab alieno iure depulsum* ». Ballerin. col. 639, et Cacciar. pag. 43.

2 Perperam Quesnellus ad marginem forte *qua male usus fuerat*. Ballerin. l. c.

3 « Edit. et inferioris notae codd. omittunt *exstitisse* ». Ballerin. l. c.

4 « Edit. ante Sirmond. legebant *Non ergo sit illi ordinatio, qui meriti sui conscius, cum quaereretur ad accusandum, turpi fuga, etc.* ». Baller. col. 640. « Vat. 1340 pro *ad accusandum* legit *ad accurandum* ». Cacciar. l. c. Amanuens. mend., ut videtur.

5 « Al. *vindicantis* ». Ballerin. l. c.

6 « Sirmond. *incursionibus* ». Ballerin. l. c.

7 « Duo Vat. codd. et quatuor Ballerinian. *si qua causa* ». Vid. Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

8 « Vat. cod. 1340 *servetis. Et certi* ». Cacc. pag. 44.

nostro, quam vestro honori proficere, quod talia statuisse cognoscimur. Non enim nobis ordinationes vestrarum provinciarum defendimus, quod potest forsitan ad depravandos vestrae sanctitatis animos Hilarius pro suo more mentiri, sed vobis per nostram sollicitudinem vindicamus; ne quid ulterius liceat novitati, nec praesumtori locus ultra iam pateat privilegia vestra cassandi. Nostrae etiam[1] gratulationi hoc solum crescere profitemur, si et Apostolicae Sedis diligentia apud vos illibata servetur, et per sacerdotalis disciplinae custodiam[2] honori vestro perire, quod suum est, improbis[3] usurpationibus non sinamus. Et quoniam honoranda est semper antiquitas, fratrem et coepiscopum nostrum Leontium probabilem sacerdotem, hac, si vobis placet, dignitate volumus decorari; ut praeter eius[4] consensum alterius provinciae non indicatur a vestra sanctitate concilium, et a vobis omnibus, quemadmodum vetustas eius, et probitas exigit, honoretur, metropolitanis privilegii sui dignitate servata. Aequum est enim, nec ulli de fratribus fieri videtur iniuria, si his, qui sacerdotii vetustate praecedunt, pro aetatis suae merito in suis provinciis a sacerdotibus caeteris deferatur. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi[5].

Leontium episcopum pro Hilario synodis cogendis praeficit.

EPISTOLA VI[6].

Mauritaniae Caesariensis episcopos hortatur, ut Ecclesiae statuta in sacrandis episcopis servent: eis de quibusdam causis, deque sacris virginibus per Vandalos violatis mentem suam aperit.

Leo Urbis Romae Episcopus universis Episcopis per Caesariensem Mauritaniam[7] constitutis in Domino salutem.

CAP. I. Cum de[8] ordinationibus sacerdotum quaedam apud vos illicite usurpata crebior ad nos commeantium sermo perferret, ratio pietatis exegit ut pro sollicitudine[9], quam universae Ecclesiae ex divina institutione dependimus[10], rerum fidem studeremus agnoscere; vicem curae nostrae proficiscenti a nobis fratri[11] et consacerdoti[12] nostro Potentio delegantes[13], qui secundum scripta, quae per ipsum ad vos direximus, de episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem plenissime notitiae nostrae cuncta reseravit, et sub quibus, qualibusque rectoribus quaedam Christi plebes in partibus provinciae Caesariensis habeantur, sincera nobis relatione patefecit; necessarium fuit ut dolo-

De ordinationibus Episcoporum illicitis agnoscit.

Indignos homines ad Episcopatum prohibet gravissime dolet.

1 « Al. *enim* ». Ballerin. col. 641.

2 » Al. *concordiam* ». Ballerin. l. c.

3 Cacciar. l. c. cum anter. editt. et Val. mss. *pro novis et improbis*; tres codd. Ballerin. *novis*. Vid. Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

4 « Perperam Quesnell. expungit *eius* ». Ballerin. l. c.

5 Dat. iuxta Ballerin. an. 445.

6 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 658, et seqq. hanc ep. damus pristinae integritati ope codd. restitutam; nam exemplar a Maynardi editum ex Ballerinior. sententia ordinem praefert tantisper perturbatum.

7 » Cacciari *Opp. S. Leonis* part. II, p. 1 addit *in Africa*, et contra Quesnellum, qui contendit, Lupicinum ep. non potuisse ad S. Leonem appellare, advertit, plerosque antiquiores et insigniores codd. adiicere, *in causa Lupicini episcopi* ».

8 Cacciar. l. c. pro *de* legit *in*.

9 » Ms. Vercell. *per sollicitudinem* ». Ballerin. l. c.

10 « Tres codd. *impendimus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

11 « Apud Iustell. *confratri* ». Ballerin. l. c.

12 « Ms. Sessor. *coepiscopo* ». Ballerin. l. c.

13 « Val. Cod. 1341 et edit. *iniungentes* ». Cacciar. l. c. Rectius n. lectio.

rem cordis nostri, quo pro dominicorum gregum periculis aestuamus [1], datis nunc quoque ad dilectionem vestram literis promeremus, mirantes [2] tantum apud vos per occasionem [3] temporis impacati aut ambientium praesumptionem, aut tumultum valuisse popularem [4], ut indignis quibusque, et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium, et gubernatio Ecclesiae dederetur [5]. Non est hoc consulere populis, sed nocere, nec praestare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim praesidentium salus est subditorum, et ubi est incolumitas obedientiae, ibi sana est forma doctrinae. Principatus autem, quem aut seditio contulit [6], aut ambitus occupavit, etiamsi moribus, atque actibus non offendit [7]; ipsius [8] tamen initii sui est perniciosus exemplo, et difficile est ut bono peragantur exitu, quae malo sunt inchoata principio.

Immeritis Ecclesias regendas tradere non est regimen praestare, sed discrimen augere.

Ubi incolumis obedientia, ibi sana doctrina.

CAP. II. Quod si in quibuslibet Ecclesiae gradibus providenter scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque praeposterum; quanto magis elaborandum est, ut in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur? Nam totius familiae Domini [9] status et ordo nutabit, si quod requiritur [10] in corpore, non inveniatur in capite. Ubi est illa beati Pauli Apostoli per spiritum Dei emissa praeceptio, qua in persona Timothaei omnium Christi sacerdotum numerus eruditur, et unicuique [11] nostrum dicitur: *Manus cito nemini imposueris, neque communices* [12] *peccatis alienis* [13]? Quid est [14] cito manus imponere, nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientiae [15], ante experientiam disciplinae sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi et talem effici ordinantem, qualis est ille, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet [16] in eligendo sacerdote iudicium; ita gravi semetipsum afficit damno, qui in suum collegium assumit [17] indignum. Non ergo [18] in cuiusquam persona praetermittendum est, quod institutis generalibus continetur; nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra divinae legis praecepta collatus [19].

Quanti sit, ne contra leges episcopatus conferantur.

Corporis membra capiti cohaereant necesse est.

Cito manus imponere quid sibi velit.

Suae dignitati graviter obest, qui in suum collegium assumit indignum.

CAP. III. Dicente enim Apostolo, ut [20] inter alias electionis regulas is episcopus ordinetur, quem *unius uxoris virum* [21] fuisse, aut esse [22] constiterit; tam sacrata [23]

Bigamus, aut viduae maritus episcopatum non ascendat.

1 « Ms. Varcell. *pro Dominico grege aestuamus* ». Ballaria. l. c. Certa malius.

2 Dist. 61, c. 5.

3 « Ms. Varcall. *per actionem* ». Baller. l. c.

4 « Aliq. codd., *populorum* ». Ballerin. l. c.

5 « Quesnellus in textum iotulit *dederetur*; sed mss. omnia, quae vidimus, legg. *crederetur* ». Cacciar. loc. cit.

6 Cacciar. l. c. *extorsit*, ut et in nastra Bullarii editione, pag. 39, col. 1 sub fin.

7 « Cacciar. l. c. cum. al. *non offendat* ».

8 « Ms. Taurin. et al. *ipso* ». Cacciar. l. c. et Ballerin. col. 659.

9 « Cod. Vat. 1997 delet *Domini*, et mox pro *nutabit* habet *exorbitabit* ». Cacciar. l. c.

10 « Ms. Varcell. cum duabus aliis *non sit* ». Ballerin. col. 659.

11 Cacciar. l. c. *et proinde unicuique*; sic etiam alii codd. at edit. Al. *et inde*. Vid. Baller. loc. cit.

12 Cacciar. l. c. *communicaveris* iuxta vulgat.

13 I Tim. v, 22.

14 C. 3, dist. 78.

15 Cacciar. l. c. cum. al. *ante meritum laboris*. « Iustell. *ante meritum obedientiae laboris* ». Ballerin. l. c.

16 « Cod. Flarent. *servat* ». Baller. l. c. « Al. *sectatur* ». Cacciar. l. c.

17 Cacciar. l. c. et Quesnell. (apud Ballerin. l. c.) *in suae dignitatis collegium sublimet*.

18 Cacciar. l. c. *enim*.

19 « Al. *fuerit de praevaricatione collatus* ». Cacciar. l. c.

20 « Quaedam mss. delent *ut* ». Ballarin. l. c.

21 I Tim. III, 2.

22 « Cod. Flar. delet voces *aut esse* ». Ballerio. loc. cit.

23 Cacciari pag. 3, cum plerisq codd. *sacra*.

semper habita est ista praeceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligendi [1] eadem intelligeretur [2] servanda conditio; ne forte illa, prius quam in matrimonium [3] eius veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta coniugium. Quis igitur tolerare [4] audeat, quod in tanti sacramenti perpetratur iniuriam, cum huic magno venerandoque mysterio nec [5] divinae quidem legis statuta defuerint [6], quibus evidenter est definitum, ut virginem sacerdos accipiat uxorem [7], et alterius torum nesciat coniugis, quae uxor futura est sacerdotis [8]? Iam tum enim [9] in sacerdotibus figurabatur Christi et Ecclesiae spiritale coniugium, ut *quoniam* [10] *vir caput est mulieris* [11], discat [12] sponsa Verbi [13] non alium virum nosse quam Christum, qui merito unam eligit [14], unam diligit et aliam praeter ipsam suo consortio non adiungit.

Nec presbyter fiat, nec diaconus.

Si ergo etiam in veteri testamento haec sacerdotalium coniugiorum forma servata est; quanto magis sub Evangelii gratia [15] constituti apostolicis debemus servire [16] praeceptis, ut quamlibet quis bonis moribus praeditus, et sanctis operibus inveniatur ornatus; nequaquam tamen vel ad diaconi [17] gradum vel ad presbyterii honorem, vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem eius non unius viri fuisse claruerit [18]?

Quid in episcopis consecrandis requiratur.

Cap. IV. Monente vero Apostolo, atque dicente: *Et hi autem probentur primum, et sic ministrent* [19]: quid aliud intelligendum putamus [20], nisi ut in his provectioribus non solum matrimoniorum castimoniam, sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut a baptismo novellis [21], aut a saeculari actu repente conversis officium pastorale credatur; cum per omnes gradus [22] militiae christianae de incrementis profectuum [23] debeat aestimari, an possint cuiquam maiora committi? Merito [24] beatorum [25] Patrum venerabiles sanctiones cum de sacerdotum electione loquerentur, eosdem ut [26] idoneos sacris administrationibus censuerunt, qui multo tempore per singulos officiorum gradus provecti, experimentum sui probabile praebuissent, ut unicuique testimonium vitae suae actuum suorum ratio perhiberet. Si enim ad honores mundi sine suffragio [27] temporis,

Neophytis et laicis episcopalis honor non credendus.

1 « Cod. Vat. *eligenda* ». Cacciar. l. c.

2 « Al. *intelligatur* ». Cacciar. l. c.

3 « Duo codd. *in societatem* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

4 Cacciar. l. c. cum al. *Quis ergo dissimulare;* Cod. Florent. apud Baller. col. 660 *Quis igitur dissimulare, vel tolerare.*

5 Cacciar. l. c. *ne*. Sane aptius.

6 Levit. XXI, 13; Ezech. XLIV, 22.

7 « Al. delent *uxorem* ». Ballerin. l. c.

8 Cacciar. l. c. cum al. *Pontificis*.

9 « Periodus haec usque ad verbum *adiungit* in quibusd. codd. desideratur ». Ballerin. l. c.

10 « Cod. Florent. *quomodo* ». Ballerin. l. c.

11 Eph. V, 23; I Corinth. XI, 3.

12 « Cod. Florent. *ita Christus caput est Ecclesiae, discat, etc.* ». Ballerin. l. c.

13 Cacciari cum nonnullis codicibus *Christi*. Forte rectius. Vid. Ballerin. l. c.

14 Cacciar. l. c. *elegit*.

15 Cacciar. cum. al. *iam gratia;* apud. Quesnell. *sub revelata iam gratia*. Vid. Ballerin. col. 661.

16 Cacciar. *inservire;* et Cod. Flor. apud eumd. *obedire*.

17 Cacciar. l. c. *diaconii*.

18 « Al. *constiterit* ». Ballerin. l. c.

19 I. Tim. III, 10.

20 « *In hoc putamus* ». Cacciar. l. c. cum al. Vid.. Ballerin. l. c.

21 « Al. *a baptismo rudibus* ». Ballerin. l. c.

22 « Quesnellus cum aliq. mss. et edit. *cum omnis gradus* ». Ballerin. l. c.

23 « Al. *provectuum* ». Ballarin. l. c.

24 C. 5. dist. 61.

25 « Al. *sanctorum* ». Ballerin. l. c.

26 « Al. *demum* ». Baller. l. c., qui advertunt, hunc locum insigni varietate in mss. decurtatae editionis efferri. Hanc varietatem et in edit. Cacc. l. c., pag. 4 videre est.

27 « Duo codd. *sine suffragatione* ». Baller. col. 663.

sine merito laboris iudignum est pervenire, et notari ambitus solent, quos prohibitatis documenta non adiuvant; quam diligens et quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, et caelestium dignitatum, ne [1] in aliquo apostolica et canonica decreta violentur, et his Ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescii, et totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principium? Cum valde iniquum sit et absurdum, ut imperiti magistris, novi antiquis, et rudes praeferantur emeritis. In domo quidem magna, sicut Apostolus disserit[2], necesse est, ut [3] vasa diversa sint, quaedam aurea et argentea, quaedam vero lignea et fictilia; sed horum ministerium pro materiae qualitate discernitur [4], nec idem est pretiosorum usus [5] et vilium. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, et lignea praeferantur argenteis. Sicut autem in ligneis et fictilibus eorum hominum species figuratur [6], qui nullis adhuc virtutibus nitent; ita in aureis et argenteis hi sine dubio declarantur, qui per longae eruditionis ignem, et per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum et argentum purum esse meruerunt. Quibus si merces pro devotione non redditur, omnis ecclesiastica disciplina resolvitur, omnis ordo turbatur, dum in Ecc'esia, qui nullum subierunt ministerium, perverso eligentium iudicio indebitum obtinent principatum.

Rudes emeritis, novi antiquis in episcoporum electione non praeferendi.

Mercede pro meritis non reddita, omnis ecclesiastica disciplina dissolvitur.

Cap. V. Cum ergo inter vos tantum valuerint aut studia popularium [7], aut ambitus suffragiorum, ut non solum laicos, sed etiam secundarum uxorum viros [8], aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale provectos; nonne expertissimae [9] exigunt causae, ut Ecclesiae, in quibus ista commissa sunt, iudicio severiore purgentur, et non solum in tales praesules, sed etiam in ordinatores eorum ultio competens proferatur [10]? Sed circumstant nos hinc mansuetudo clementiae, hinc censura iustitiae. Et quia *universae viae Domini misericordia et veritas* [11], cogimur secundum Sedis Apostolicae pietatem ita nostram temperare sententiam, ut trutinato pondere delictorum, quorum utique non una mensura est, quaedam credamus utcumque toleranda [12], quaedam vero penitus amputanda. Eos enim, qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se coniugio sociarunt nec apostolica, nec legalis auctoritas sacerdotium obtinere permittit [13]; et multo magis illum, si fuerit in vestro iudicio confutatus, qui [14], sicut ad nos relatum est, duarum simul est maritus uxorum, vel illum, qui ab uxore dimissus [15] alteram duxisse perhibetur [16]. Caeteros vero, quorum provectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad

Pontifex supremum iudicem agens pessumdatam in Africa disciplinam clementer restaurat.

Bigamos, viduarumque maritos ab episcopatu deponit.

Antistites a laicis assumptos, licet nuptos, perfert hu-

1 C. 8, dist. 61.

2 II Tim. II. — « Al. *dixit* ». Baller. l. c.

3 « Quaedam mss. Val. delent *ut* ». Baller. l. c.

4 « *Dividitur* ». Cacciar. l. c.

5 « *Nec qui pretiosorum, idem est usus et vilium* » Cacc. l. c. Al. aliter legunt. Vid. Baller. l. c.

6 « *Figurantur* ». Carciar. l. c. Aptius, opinor, n. lectio.

7 « Aliquot mss. *populorum* ». Ball. col. 664.

8 C. 17, caus. 1, q. 7.

9 « Al. *aptissimae* ». Ballerin. l. c.

10 « *In ordinatores eorum digna districtione moveamur?* ». Cacciar. l. c. cum mss.

11 Ps. XXIV, 10.

12 « *Quae constat non unius esse mensurae, quaedam definiamus utcumque toleranda, etc.* » Cacciar. pag. 5.

13 « Ms. Vercell. cum. Iustello *obtendere* ». Baller. l. c. Ad orat. context. concinnius videtur.

14 Cacriar. l. c. omittit *qui*. Certe mendo typographico.

15 « *Qui prima uxore dimissa* ». Cacc. l. c., ubi refert aliam lectionem sane nostrae cohaerentem *qui a prima uxore dimissus*.

16 « In Quesnello additur *privandum honore decernimus* ». Ballerin. l. c. Eadem verba et apud Carriar. recurrunt, nec quidem inepte.

maniter: attamen caetera statuta non resolvit.

officium episcopale delecti sunt, neque ex hoc quod uxores habent[1], possunt esse culpabiles, susceptum sacerdotium tenere permittimus, non praeiudicantes Apostolicae Sedis statutis, nec beatorum Patrum regulas resolventes[2], quibus salubriter constitutum est, ne primum, aut secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis suffultus ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat. Quod enim nunc utcumque patimur esse veniale, inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id, quod omnino interdicimus, usurparit[3]: quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi, neque quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi.

Peccati venia delinquendi licentiam nunquam praebet.

CAP. VI[4]. Donatum autem Salicinensem ex Novatianis[5] cum sua, ut comperimus, plebe conversum, ita dominico gregi volumus praesidere, ut libellum fidei suae ad nos meminerit dirigendum, quo et Novatiani dogmatis damnet errorem, et plenissime confiteatur catholicam veritatem.

Donatum Novatianorum episcopum ad fidem conversum in eius sede relinquit.

Maximum quoque ex laico licet[6] reprehensibiliter ordinatum, tamen si donatista iam non est, et a spiritu schismaticae pravitatis alienus, ab episcopali, quam quoquo modo adeptus est, non repellimus dignitate; ita ut et ipse libello ad nos edito catholicum se esse manifestet.

Maximum ob illicitam ordinationem episcopali non exuit dignitate.

CAP. VII. De Aggaro vero et Tyberiano, quorum a caeteris, qui ex laicis ordinati sunt, in hoc caussa diversa est, quod eorum ordinationi atroces tumultus, et saevae seditiones memorantur esse famulatae, vestro iudicio cuncta commisimus: ut relata habiti apud vos examinis fide, quid de supradictis statuendum sit, scire possimus.

Aggari, ac Tyberiani caussa episcopis ad referendum commissa.

CAP. VIII. Illae[7] autem famulae Dei, quae integritatem pudoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia sua, si se incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, et potuerit corruptione carnis mens invicta[8] non pollui; minus tamen hoc eis oberit, si quod potuerunt animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse.

Sacrae virgines per vim violatae sese integris non audeant comparare.

Carnis corruptione mens invicta non polluitur.

CAP. IX. Cum itaque[9] de omnibus fere, quae fratris nostri Potentii relatio continebat, plenissime dilectionem vestram per David fratrem et coepiscopum nostrum, qui et sacerdotii merito nobis est probatus et moribus, videatis instructam; superest, fratres, ut concorditer[10] salubres suscipiatis hortatus, et nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus[11] pareatis[12], et in nullo patiamini providentissima canonum decreta violari. Quae enim nunc certarum remisimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis, ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta posthac

Sacror. canonum curam vehementius commendat.

1 « Al. *habeant* ». Ballerin. l. c.

2 Cacciari cum edit. decurtata *nec praecessorum nostrorum, nostrisque decretis, quibus* etc.

3 « Edit. decurtata *usurpare praesumpserit* ». Ballerin. col. 865.

4 Cacciari cum editione decurtata hic ponit capita, quae Ballerinii habent sub. nn. IX, X.

5 « Cod. Barber. *Saiensem ex Novatiano*, et in marg. *Saiacensem*. Cod. Florent *Saiacinensem* ». Ballerin l. c.

6 « Ms. Vat. omittit *licet*, et paulo post *tamen* ». Baller. l. c.

7 C. 14, caus. 32, q. 5.

8 « Vet. edit. *invita* ». Ballerin. col. 666. Forte aptius.

9 Haec in edit. decurtata, quam et Cacciari sequitur, habentur cap. II.

10 « Edit. decurtata et ms. Florent. *concordi obedientia* ». Ballerin. l. c.

11 « Cod. Angelicae *institutionibus* ». Ballerin. l. c.

12 « Edit. decurtata *serviatis* ». Ballerin. l. c.

Quisvis metropolita immeritum sacrat antistitem suo privilegio privandus.

ultione [1] plectamus, in eos specialius et propensius commovendi, qui in episcopis ordinandis sanctorum Patrum statuta neglexerint [2], et quos refutare debuerant, consecraverint. Unde si episcopi talem consecraverint sacerdotem, qualem esse non liceat; etiamsi aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, ordinationis [3] tamen ius [4] ulterius non habebunt, nec unquam [5] ei sacramento intererunt, quod, neglecto divino iudicio, immerito praestiterunt.

Sedes episcopales nonnisi in frequentioribus civitatibus erigendae.

CAP. X. Illud sane [6], quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta servari, ut non in quibuslibet [7] locis, neque in quibuscumque castellis, et ubi ante non fuerunt, episcopi consecrentur: cum, ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, presbyterorum cura sufficiat; episcopalia autem gubernacula nonnisi maioribus populis, et frequentioribus civitatibus oporteat praesidere; ne, quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta vetuerunt [8], viculis et possessionibus, vel obscuris et solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium; et honor, cui debent excellentiora committi, ipsa sui numerositate vilescat. Quod nunc in sua dioecesi Restitutus episcopus factum esse causatus est, et rationabiliter postulavit, ut si episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humana conditione decesserint, loca ipsa ad ius eiusdem antistis [9], cui olim propria, vel contigua fuerunt, revertantur. Et inutile est, ut sacerdotalis dignitas inconsiderata ordinantis facilitate superflua multiplicatione minuatur [10].

Secus erectae, quando vacaverint, cessent.

Episcopalis dignitas ipsa sui copia minuitur.

CAP. XI. De his autem, quae in sacro virginitatis proposito constitutae, ut superius dictum est, barbaricam pertulere violentiam, et integritatem pudoris non animo, sed corpore perdiderunt; ea nobis videtur servanda moderatio, ut neque in viduarum deiiciantur gradum, nec in sacrarum et perseverantium virginum numero censeantur: quibus, si in moribus virginalibus [11] perseverant, et castimoniae soliditatem mente custodiunt, sacramentorum [12] non est neganda communio; quia iniustum est illas in eo vel argui, vel notari, quod non voluntas amisit, sed vis hostilis eripuit.

Sacris virginibus Vandalorum furore violatis sacramentorum communio non deneganda.

CAP. XII. Caussam quoque Lupicini episcopi illic iubemus audiri, cui multum et saepius postulanti communionem hac ratione reddidimus [13], quoniam cum ad nostrum iudicium provocasset, immerito eum pendente negotio a communione vid².bamus fuisse suspensum. Adiectum etiam illud est, quod huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in praesenti positus, aut confutatus, aut certe confessus [14] iustae posset subiacere sen-

De Lupicini causa consilium suum aperit.

1 « Ms. Vercell. et Iustell. *iusta postulatione*, forte pro *post ultione* ». Baller. l. c.; Cacciari, pag. 6, *post haec ultione*.

2 « Al. *neglexerunt*, et mox *consecrarunt* ». Ballerin. col. 667.

3 « Ms. Sepor. *consecrationis* ». Ballerin. l. c.

4 « Tres codd. *ordinationis tamen eius ulterius licentiam non habebunt* ». Ballerin. l. c.

5 Cacciari l. c. delet *unquam*..

6 C. 1, dist. 80.

7 « *Quibuscumque*, et dein *quibuslibet* ». Cacciar. l. c.

8 Cacciar. cum al. *vetuerant*.

9 « Al. *ad ius eius antistis redigantur, cuius fuerant ante priora*. Quid. codd. pro *redigantur* habent *redeant*; al. *propria* pro *priora* ». Ballerin. l. c.

10 Cacciar. cum decurt. edit. *muniotur*. Ad sensum forte aptius.

11 Cacciar. pag. 7 cum edit. *si in omnibus virginalibus observationibus*.

12 « Vox *sacramentorum* abest a ms. Florent ». Ballerin. col. 668.

13 « Duo mss. et Iustellus *reddimur* ». Ballerin. l. c. Forte mendose pro *reddimus*.

14 « Duo mss. *confusus* ». Ballerin. l. c. Rectius, uti videtur, n. lectio.

tentiae, ut vacantem locum, quemadmodum disciplina ecclesiastica exigit, is qui consecrabatur, acciperet [1].

Causae in futurum habendis consulit.

CAP. XIII. Si quae vero [2] aliae emerserint causae, quae ad statum ecclesiasticum, et ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore Domini volumus [3] ventilentur, et de componendis atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea, quae iuxta ecclesiasticum morem iuste et rationabiliter fuerint definita, nostra quoque sententia roborentur [4].

EPISTOLA VII [5]

Illyrici metropolitis de eorum obedientia gratulatus adeundae synodi necessitatem ostendit, eosque monet, ne pro lubitu episcopos ordinent, alteriusve antistitis clericum sibi vindicent.

Dilectissimis fratribus Senacioni, Caroso, Theodulo, Lucae, Antiocho et Vigilantio, metropolitanis per Illyrici provincias [6] constitutis, Leo.

De metropolitanum obedientia gratulatur.

CAP. I. Grato animo epistolas nostras a vestra dilectione susceptas recurrentis paginae sermo testatus est, quas nos pro Ecclesiarum statu et pace solliciti, ne quid novella praesumptio erroris afferret, noscimur direxisse: volentes a sacerdotibus Domini custodiri, quae Sedis Apostolicae auctoritas crebro constituit; scilicet ut per Illyricum Ecclesiae constitutae ad curam fratris et coepiscopi nostri Anastasii Thessalonicensis urbis antistitis pertinerent. Ut si quae maiores inter episcopos causae sunt, quae in provinciis suis nequeant terminari, ad eius notitiam referantur, et eodem arbitro [7], sub divini timore iudicii, componantur. Servetur hic ordo sacerdotali concordiae profuturus, ut Ecclesiae Domini concordi, quemadmodum cupimus, consilio construantur, et nullum, insidiante diabolo, aditum possit praebere dissensio, per quam valeat dissipare, quae nos magno studio habita cupimus moderatione connectere.

Anastasio maiores causae deferendae.

Synodo provinciali quisvis episcopus fuerit convocatus, accedat.

CAP. II. Invitati fratres in causis maximis, et quae intra provincias suas finiri [8] nequeant, terminandis, si nulla gravi necessitate retinentur, fraternum studium [9] pro Ecclesiae utilitate non denegent: maxime cum moderatio nostra providerit ut non frequens, neque pro levibus causis conveniendi necessitas indicatur: et binos ternosve episcopos de singulis provinciis adesse sufficiat, ut leve fiat paucis, quod multis esset onerosum; atque ita efficiatur studio caritatis, ut sacerdotalis tractatus ea, quae ad disciplinam possunt ecclesiasticam pertinere, Sancto sibi Spiritu revelante, constituat. Id enim nos volentes quorumdam inobedientiam iusta coercitione corrigere vestra noverit dilectio definisse, ut quisquis superbo animo, cum nulla corporis vel causae fuerit necessitate detentus, fraternum saepius

Illius cogendae quicum necdum, quae causae.

Sancta synodus Divino Spiritu afflatur.

Hunc, qui pro libidine desit, esse iudicandus.

1 Cacciar. l. c. cum edit. *exciperet*.

2 « Edit. omittunt *vero* » Ballerin. l. c.

3 « Ms. Florent. delet *volumus* ». Ballerio. col. 669.

4 Dat. 10 august. ann. 442 iuxta Cacciar.; sec. autem Ballerinios circa an. 446, de quo Jaffè in *Regest. Rom. Pontif.* dubius haeret.

5 Ex edit. Ballerio. *Opp. S. Leonis* tom. I col. 677, et seqq.

6 « *Per Achaiam* ». Cacciari et edit. cum cod. Barberin. apud Ballerin. l. c., qui hanc lectionem reprobant.

7 « *Arbitrio* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 18.

8 « *Finire* ». Cacciar. l. c.

9 « Ms. Barber. corrupte *fraternos studios*. Holstenius correxit *fraterno se studio* ». Ballerin. col. 678.

volucrit vitare conventum, se sciat esse indicandum.

Episcopos ad lubitum eligere metropolitis interdictum.

Cap. III Et quia memorati fratris nostri sollicita relatione cognovimus, Achaiae provinciae metropolitanum illicitas et constitutis Patrum nostrisque auctoritatibus interdictas ordinationes saepe celebrasse, illudque suis ausibus addidisse, ut, Thespiensibus invitis et repugnantibus, incognitum et ante non visum episcopum consecraret; nulli [1] prorsus metropolitano hoc licere permittimus, ut suo tantum arbitrio, sine cleri et plebis assensu quemquam ordinet sacerdotem; sed eum Ecclesiae Dei praeficiat, quem totius civitatis consensus elegerit. Ut itaque nos desides non sumus in monendo quae custodiri debeant, quaeque vitari, ita in exequendis illis atque servandis neminem esse patimur negligentem: cum custodientem talia [2] laus dignissima comitetur, et fructus, ut speramus a Domino, uberior obsequatur [3]; devium vero et apostolicae constitutionis oblitum, obnoxium habitura sit et ecclesiastica et divina censura.

Canonum violator in censuram incidit ecclesiasticam et divinam.

Nullus episc. alterius dioecesani clericum sibi arroget.

Cap. IV. Illud quoque pari observantia ad sacerdotalis concordiae vinculum ab omnibus volumus custodiri, ut nullus episcopus alterius episcopi clericum sibi audeat vindicare sine illius ad quem pertinet cessione, quam tamen evidentia scripta contineant: quoniam hoc et canonum definivit auctoritas, et ipsa servandae unitatis ratio docet, ne omnis ordo ecclesiasticus per hanc licentiam efficiatur instabilis. Altius itaque, fratres carissimi, quae a nobis pio [4] mentis affectu decerni perspicitis, in pectora vestra descendant; ut nos, qui sollicite cupimus servare unitatem spiritus in vinculo pacis [5], praeceptionis nostrae fructum percipiamus, et vestrae dilectionis operibus gratulemur. Volumus enim tam vestrum esse, quam nostrum est, ut per caritatis gratiam constituatur, quod nulla insidiantis diaboli arte violetur. Plenius vero observare debent, quae caveri ad ipsum fratrem et coepiscopum nostrum Anastasium scripsimus, eaque in vestram notitiam litteris ipsius volumus pervenire: a quibus fraternitatem vestram nolumus deviare, ut caritatem dominicam, custodita Patrum sanctione, servemus. Data octavo idus ianuarias, Aetio III et Symmacho viris clarissimis consulibus.

Canonum custodiam enixe commendat.

Dat. die 6 ian. an. 446.

EPISTOLA VIII [6].

Dorum redarguit, quod Epicarpium caeteris consecrandis anteponat, ac suum cuique gradum pro ordinationis tempore vindicat.

Dilectissimo fratri Doro [7] Leo episcopus.

Cap. I. Iudicium [8], quod de te sperabamus, dolemus [9] esse frustratum, quando [10] ea te commisisse perspicimus, quae omnem ecclesiasticae sanctionis regulam culpabili novitate foedarent [11]: cum plenissime no-

Ecclesiae instituta per eum dolet violari, a quo fuerant custodienda.

1 Cacciar. l. c., pag. 59 cum edit. *illi;* quam vocem sine causa Holstenius genuinae cod. lectioni, *nulli*, substituit. Vid. Ballerin. l. c.

2 « In Quesnelli edit. errore typograph. *talis* ». Ballerin. col. 580. Hunc errorem exscripsit etiam Cacciari l. c.

3 « Corrigendum videtur *subsequatur* ». Ballerin. l. c. Apte quidem.

4 « Quesnell. cum Holsten. *piae* ». Baller. l. c. Holstenium secutus est et Cacciari pag. 60, l. c.

5 Ephes. IV, 3.

6 Ex Balleriniis *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 732. Ibi titulum gerit *Ad Dorum Beneventanum episcopum;* et al. additur *Obiurgationis epistola*. Vid. Ballerin. l. c.

7 Quidam codd. habent ad *Theodorum*; al. *Dorotheum*; al. *Dorotaeum*, seu *Doroleum* ex amanuensium vitio pro *Doro Leo*. Vid. Ballerin. l. c., et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 87.

8 « Al. *iudicium nostrum* ». Baller. col. 733.

9 « Al. *nollemus* ». Ballerin. ibid.

10 « Vat. codd. 542, 544 *quoniam* ». Cacciar. loc. cit.

11 « Duo codd. Quesnel. *violarent* ». Baller. ibid.

veris quanta sollicitudine per omnes Domini Ecclesias paternorum velimus canonum praecepta servari [1], et hanc maxime curam ad sacerdotes universarum plebium pertinere, ut sanctarum constitutionum regulae nullis corrumpantur excessibus. Unde miramur te, quem auctoritatum Apostolicae Sedis observantissimum esse convenerat, tam negligenter, ac potius insolenter egisse, ut traditarum tibi legum non custos, sed transgressor existeres.

Paulus presbyter Beneventanus immerito e suo gradu turbatus.

Libello etenim Paulli presbyteri tui, qui in subditis habetur, cognovimus, apud te novo ambitu foedoque colludio [2] presbyterii ordinem fuisse turbatum ita, ut unius festina et immatura provectio, quaedam eorum deiectio facta sit, quorum honorem aetas commendabat [3], et nulla culpa minuebat. Quod si ambientis intentio, aut imperita faventium studia id, quod numquam habuit consuetudo, poscebant, ut incipiens emeritis, et novellus praeferretur antiquis, tuae fuerat industriae atque doctrinae, ut iniusta petentium desideria rationabili auctoritate cohiberes: ne quem sacerdotali [4] propere provehebas honore, ad iniuriam eorum, quibus sociabatur, inciperet, minorque [5] se fieret, dum in illo non humilitatis virtus, sed elationis [6] vitium roboraretur. Neque enim ignorabas dixisse Dominum, quod *qui se humiliat, exaltabitur, qui vero se exaltat, humiliabitur* [7]; eumdemque dixisse [8]: *Vos autem quaeritis de pusillo crescere, et de maiore* [9] *minores esse* [10].

Reprehenditur Dorus, quod iniquum facinus non impedierit.

Dignitates ex meritis, non ex adulatione obtinendae.

Utrumque enim inordinatum, utrumque praeposterum est, et omnis laborum fructus aufertur, omnis meritorum mensura vacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit; ut cupiditas eminendi non solum superbientem minuat, sed etiam conniventem. Si vero, ut asseritur, primi secundique presbyteri circa Epicarpium [11] sibimet praeponendum tanta huic [12] assentatio fuit, ut illum cum sui dedecore poscerent honorari, ne hoc quidem illis proprio se iudicio deiicientibus tribui debuit, quod volebant; quia [13] tam miserae voluntati dignius te [14] fuerat obviare, quam cedere. Deformis autem et ignava subiectio bene sibi consciis, et non irritam facientibus gratiam Dei praeiudicare non potuit [15], ut primatus suos quocumque commercio in alterutrum transferentes subsequentium [16] suorum minuerunt [17]

Ideoque praepositus caeterorum dignitatem non imminuit.

1 « Tres codd. *servare* ». Caccier. l. c. Mendo quidem typographico.

2 Pleraque mss. *colluvio;* sed codd. melioris notae *colludio*. Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Sane *colluvio* nec syntaxi respondet.

3 « Al. *quos aetas commendabat;* al. *quos et aetas* etc.; al. *quorum aetas ordinem commendabat* ». Ballerin. l. c. Cacciar. autem l. c. legit *quos aetas ordinem commendabat;* sed advertit, vocem *ordinem* in Vatt. 542, 544 desiderari. Certe expungenda, ubi *quos aetas* habetur.

4 « Al. *in sacerdotali;* al. *in sacerdotalem... honorem;* al. *in sacerdotio;* al. *ne quem sacerdotio provehebas* ». Ballerin. l. c.

5 « Edit. cum quibusd. mss., praemisso puncto, habent corrupte *Miror quis fieret* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. *furoris* aut *fortioris* ». Baller. l. c.

7 Luc. XIV 11, et XVIII 14. Attamen apud vulg. edit. verborum ordo inverso legitur.

8 « Edit. cum Vat. 541 interserunt verba Matthaei, XX 26, 27: *Quicumque vult inter vos maior fieri, sit vester minister; et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Vos autem quaeritis*, etc. ». Ballerin. l. c.

9 Cacciar. pag. 68 *et de honore*. Sane mel. n. lect.

10 Ex multis Evangel. antiquiss. exemplar., quorum quaedam ipsius Leonis aetat. creduntur praecedere, clare liquet, haec verba in Evangelii Matth. textu cap. XX inter versus vulgat. edit. 28, et 29 olim fuisse inserta. Vid. Ball. l. c.

11 « Tria mss. *Epicardium;* alia duo *Epicardium presbyterum* ». Ballerin. col. 736.

12 « Codex Sessor. delet *huic* ». Ballerin. l. c.

13 Cacciar. l. c. cum edit. *cui*.

14 Caccier. l. c. ordine inverso, *te dignius*.

15 « Duo mss. *non poterit* ». Ballerin. l. c.

16 « Codd. Vat. 542, 544, *observantium* ». Cacciar. l. c.

17 « Cod. Sessor. *minuerint et anteposuerint* ». Ballerin. l. c. At *minuerint* ad syntaxim apte.

dignitatem, et quia ultimum sibi anteposuerant, caeteris praemineret [1].

Qui sese honoris sui indignos probavere, in ultimum locum deiiciuntur.

Cap. II. Praedicti igitur presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi, licet privari etiam sacerdotio mererentur; tamen, ut eis pro Apostolicae Sedis pietate pareatur, ultimi inter omnes Ecclesiae presbyteros habeantur: et, ut iudicii sui sententiam ferant, inferiores etiam illo erunt, quem propria sententia sibimet praetulere: caeteris omnibus presbyteris in eo ordine permanentibus, quem unicuique ordinationis suae tempus adscripsit [2]. Nec quisquam praeter praedictos duos imminutae dignitatis patiatur iniuriam, sed in eorum tantummodo statum hoc recurrat opprobrium, qui novello et immature ordinato inferiores fieri delegerunt, ut illam evangelicam sententiam ad se sentiant pertinere, qua dicitur: *Quo iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis* [3]: *et qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis* [4]. Paullus vero presbyter ordinem suum, de quo laudabili firmitate non cessit, obtineat, ne alterius aliquid in cuiusquam praesumatur iniuriam; ita ut dilectio tua, quam non immerito tota facti huius pulsat invidia, hoc saltem remedio curare se properet, ut sine dilatione [5] haec, quae decernimus, tradantur effectui: ne si iterato ad nos imploratio iusta confugerit, necesse sit severius commoveri; cum his, quae male sunt facta, correctis, malimus redintegrare disciplinam, quam augere vindictam. Executionem vero praeceptionum nostrarum fratri et coepiscopo nostro Iulio [6] commisisse nos noveris, ut omnia illico [7], quemadmodum constituimus, roborentur. Data VIII idus martii [8], Posthumiano viro clarissimo consule.

Caeteri iuxta tempus ordinationis, gradum suum servent.

Pauli presbyteri laudabilis firmitas et praemium.

Dat. die 8 martii 448.

EPISTOLA IX [9].

Eutychen laudat, quod de Nestoriana haeresi iterum serpente ad ipsum diligenter retulerit.

Dilectissimo [10] filio Eutichi praesbytero Leo episcopus.

Eutychis in litteris mittendis sollicitudo.

Ad notitiam nostram tuae dilectionis epistola [11] retulisti, quod Nestoriana haeresis quorumdam rursus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam ex hac parte nobis placuisse rescribimus. Quoniam index animi tui est sermo, quem sumpsimus; unde non ambigas [12], auctorem catholicae fidei Dominum tibi in omnibus affuturum. Nos autem cum plenius, quorum hoc improbitate [13] fiat, potuerimus agnoscere, necesse est, auxiliante Domino, providere, quatenus nefandum virus, dudumque

S. Leonis studium pro Nestoriana haeresi radicitus evellenda.

1 « Id. cod. Sess. *quia ultimum sibi anteposuerint, ut cum ceteris praemineret*. Edit. autem eum quibusd. mss. *at quem ultimum* etc.» Ballerin. l. c.

2 « Tres codd. *adscribit* ». Ballerin. l. c. et Cacciari pag. 89.

3 Matth. VII, 2. Apud vulg. edit. verba leguntur paululum immutata.

4 Marc. IV, 24; et Luc. VI, 38. Apud vulg. edit. idem ac superius notand. recurrit.

5 Cacciar. cum vulg. et plerisq. mss. *sine dissimulatione*. Aptius ad context. n. lect.

6 « Quidam codd. *Iuliano* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. *illi* ». Ballerin. l. c. Corrupta quidem.

8 « Al. *data idus Martii*; cod. Vat. 543 *idus Mai* ». Ballerin. l. c. at Cacciari pag. 89. Jaffè op. cit. nobiscum cohaeret.

9 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 737. Ibi titulum habet. *Ad Eutychen Constantinopolitanum abbatem*, et nonnulli codd. apud Ballerin. l. c. addunt *adversus Nestorianam haeresim*.

10 « Quidam codd. pressius inhaerentes voci graecae [illegible] habent *desiderantissimo* (forte *desideratissimo*) ». Ballerin. l. c.

11 « Al. *litteris* ». Ballerin. l. c. et Cacciari *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 90.

12 « Al. *non ambigimus*, vel *ambigis* ». Ballerin. col. 738 et Cacciar. l. c. Sed *ambigis* opinor expungendum.

13 « Al. *importunitate*, vel melius *pravitate* ». Ballerin. l. c.

damnatum radicitus possit extingui. Deus te custodiat incolumem, dilectissime fili [1].

Data kalendis Iunii, Posthumiano et Zenone viris clarissimis consulibus.

Dat. I Iun. an 448.

EPISTOLA X [2].

A Flaviano causam exquirit, cur Eutyches ab Ecclesia fuerit eiectus.

Dilectissimo fratri Flaviano episcopo Leo episcopus.

Flaviani silentium obiurgat.

CAP. I. Cum christianissimus et clementissimus imperator sancta et laudabili fide [3] pro Ecclesiae catholicae pace sollicitus ad nos scripta transmiserit de his, quae apud vos perturbationis strepitum commoverunt, miramur fraternitatem tuam quidquid [4] illud scandali fuit nobis silere potuisse; et non potius procurasse ut primitus nos insinuatio [5] tuae relationis instrueret, ne de rerum gestarum fide possemus ambigere. Accepimus enim [6] libellum Eutychis [7] presbyteri, qui se queritur, accusante Eusebio episcopo, immerito communione privatum; maxime cum evocatum [8] se adfuisse testetur, nec suam [9] praesentiam denegasse [10]; adeo ut in ipso iudicio libellum appellationis [11] se asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum [12]: qua ratione compulsus sit, ut contestatorios libellos in Costantinopolitana urbe proponeret. Quibus rebus intercedentibus, nondum agnoscimus qua iustitia a communione Ecclesiae fuerit separatus. Sed respicientes ad causam facti tui nosse volumus rationem, et usque ad nostram notitiam cuncta deferri: quoniam nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cuiusquam partis praeiudicium definire, priusquam universa, quae gesta sunt, veraciter audiamus.

Eutyches ad Sed. Ap. appellatio.

Causae penitus cognoscendae necessitas et sollicitudo.

CAP. II. Et ideo fraternitas tua per idoneam maxime aptamque personam plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem novitatis emerserit, quod severiori sententia dignum fuerit vindicari. Nam et ecclesiastica [13] moderatio et religiosa piissimi [14] principis fides multam nobis sollicitudinem christianae pacis indicunt [15]: ut, amputatis dissensionibus, fides catholica inviolata servetur, et his, qui prava defendunt, ab errore revocatis, nostra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniantur. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas afferri, cum memo-

1 « Quidam codd. *Deus te salvum custodiat, desideratissime fili* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

2 Ex edit. Balleriniana. *Opp. S. Leonis*, tom. I, col. 762. « In codd. Vat. habet huoc titulum *Epistola Ss. archiepiscopi Romae Leonis ad Flavianum archiep. C. politanum, ubi quaerit quid Eutyches contra catholicam fidem sentiens a communione Ecclesiae ab eo fuerit separatus.* Surius autem cum Raynaudo edidere: *ubi quaerit, cur Eutyches a communione Ecclesiae fuerit separatus* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 91.

3 « Plures codd. *sanctae et laudabilis fidei* ». Cacciar. l. c. pag. 92.

4 « Quesnell. *quid*, sed contra fidem tom codd. tum edit. ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

5 « Nonnulli. codd. addunt *magis* ». Baller. l. c.

6 Cacciar. l. c. *etenim*.

7 Cacciar. *Eutychetis*.

8 « Quesnell. cum. quibusd. codd. *vocatum* ». Ballerin. col 763.

9 Cacciar. l. c. cum. aliis *sui*.

10 « Quesnell. cum duob. codd. *denegasset* » Ballerin. l. c.

11 « Al. addunt *suae* ». Ballerin. l. c.

12 « Quesnell. contra fidem codd. *susceptam* ». Ballerin. col. 764.

13 « Nonnulli codd. *Ecclesiae* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 93.

14 « Aliq. codd. *religiosissimi* ». Ballerin. l. c.

15 « Quidam codd. *inducunt* ». Baller. et Cacciar. ll. cc. Recte n. lectio.

ratus presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inventum fuerit, quod reprehensione sit dignum. Decet enim in talibus caussis hoc maxime provideri, ut sine strepitu concertationum [1] et custodiatur caritas et veritas defendatur [2]. Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos videt necessario esse sollicitos, quam plenissime et lucide universa nobis, quod ante [3] facere debuit, indicare festinet, ne inter assertiones partium aliqua ambiguitate fallamur, et [4] dissensio, quae in suis initiis abolenda est, nutriatur: cum in corde nostro ea observantia, Deo inspirante, permaneat, ne constitutiones venerabilium Patrum divinitus roboratae, et ad soliditatem fidei pertinentes, prava cuiusquam interpretatione violentur. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

In fidei caussis defendenda veritas, at charitas servanda.

Flavianum urget, ut plene ac dilucide de tanto referat negotio.

Data duodecimo kalendas martii [5], Asturio [6] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 18 febr., an. 449.

EPISTOLA XI [7].

Theodosii litteris de causa Eutychis rescribit.

Leo episcopus Theodosio Augusto.

CAP. I. Quantum praesidii Dominus Ecclesiae suae in fide vestrae clementiae praeparavit, his etiam litteris quas ad me misistis, ostenditur: ut vobis non solum regium, sed etiam sacerdotalem inesse animum gaudeamus. Siquidem, praeter imperiales et publicas curas, piissimam sollicitudinem christianae religionis habetis [8], ne scilicet in populo Dei aut schismata aut haereses aut ulla scandala convalescant: quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiternae et incommutabili Trinitati in [9] unius divinitatis confessione servitur [10]. Quid autem in Constantinopolitana Ecclesia perturbationis [11] acciderit, quod ita fratrem et coepiscopum meum [12] Flavianum potuerit commovere, ut Eutychem presbyterum communione privaret, nondum potui [13] evidenter agnoscere [14]. Quamvis enim praedictus [15] presbyter ad Sedem Apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit, breviter tamen aliqua praelibavit, asserens se Nicaenae synodi constituta servantem, frustra in fidei diversitate culpatum.

Mira Theodosii in Ecclesiam sollicitudo.

Tum optimus est regni status, quum Deo servitur in fidei unitate.

Eutyches ad Sedem Apostolicam appellavit.

CAP. II. Eusebii autem episcopi accusatoris eius libellus, cuius exemplaria ad nos memoratus presbyter misit, de obiectionum evidentia nihil habebat; et cum presbytero haereseos crimen intenderet, quem tamen in eo sensum argueret, non evidenter expressit, quamvis et ipse episcopus Nicaenae synodi profiteretur [16] se inhaerere [17] decretis: propter quod non

Quid in eo sit criminis ex accusatoris libello non satis liquet.

1 Cacciar. l. c. *concertantium.*

2 Cacciar. cum plerisq. codd. et edit. addit *frater carissime.*

3 Cacciar. l. c. *antea.*

4 « Vat. 5845 addit *inde.* » Baller. col. 765.

5 « Mendose quidam codd. *maii* ». Ballerin. loc. cit.

6 Cacciar. l. c. *Astario.*

7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 767. « *Nullam prorsus* (inquit Cacciari *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 94) *mss. codices huius epistolae praeferunt synopsim, nullamque capitum divisionem. . . . . Quesnellus ergo forte omnium primus et synopsim descripsit, et epistolam in duo capita divisit* ».

8 « Mss. Ratisponens. *habeatis* ». Baller. l. c.

9 « Al. omittunt *in* » Ballerin. l. c.

10 Cacciar. l. c. ex codd. Vat. addit *gloriosissime.*

11 « Cod. Ratispon. *turbationis* ». Baller. l. c.

12 « Al. *nostrum* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

13 « Al. *potuimus* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

14 Cacciar. l. c. *cognoscere.*

15 Cacciar. l. c. *memoratus.*

16 « Al. *profiteatur* ». Ballerin. l. c.

17 « Cod. Vat. 544 *adhaerere* ». Cacciar. l. c.

habuimus unde aliquid [1] plenius disceremus [2]. Et quia caussae meritum, fidei ratio et laudabilis sollicitudo vestrae pietatis exigit [3], necesse est iam locum subreptionibus non patere; sed prius, de quibus eum aestimat arguendum, instrui nos oportet, ut possit congrue de bene cognitis iudicari. Ad praedictum autem episcopum litteras dedi [4], quibus mihi displicere cognosceret, quod ea, quae in tanta caussa gesta fuerant, etiam nunc silentio detineret [5], cum studere debuerit primitus nobis cuncta reserare: quem credimus vel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum; ut, in lucem ductis his, quae adhuc videntur occulta, id quod evangelicae et apostolicae doctrinae convenit, iudicetur.

Leo concilii acta a Flaviano expectat.

Data XII kalend. martii, Asturio [6] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 18 febr., an. 449 [7].

EPISTOLA XII [8].

Flaviani litteras de Eutychis causa a se acceptas enunciat, eique suae auctoritatis praesidium promittit.

Leo Flaviano episcopo Constantinopolitano.

Flaviani litteras sibi traditae.

Pervenisse ad nos tuae dilectionis epistolas [9], ut primum venientis filii nostri honorabilis viri Rodani opportunitatem reperimus, indicamus, quae nos de caussa facerent certiores, quam apud vos pravo dolemus errore commotam. Quoniam aliter de fide, quam convenit, hic, qui dudum religiosi videbatur propositi esse, sentiret; quem a traditione catholica non decuerat deviare, sed in eadem, quae tenetur ab omnibus, credulitate persistere. Verum de hac re plenius per eum, qui ad nos tuae dilectionis portavit epistolas, rescribimus [10], ut fraternitatem tuam, quid de tota causa constitui debeat, instruamus. Non enim patimur [11] aut illum in suae persuasionis pravitate persistere, aut dilectionem tuam, quae, zelo fidei, pravo et stulto resistit errori, diutina adversae partis impugnatione turbari. Supradictum vero filium nostrum, per quem has epistolas dedimus, hac volumus, qua dignum est, affectione suscipias, et eo ad nos remeante rescribas.

De Eutyche per Flaviani tabellarium redeuntem pleniores litteras mittit.

Sollicitudinem suam ostendit.

Data duodecimo kalendas iunias, Asturio [12] et Protogene coss.

Dat. die 21 maii, an. 449.

EPISTOLA XIII [13].

Falsa Eutychis dogmata mirifice refellit, quae si ipse damnaverit, absolvendum admonet.

Leo episcopus dilectissimo fratri Flaviano Constantinopolitano episcopo.

Flaviani negligentiam leviter arguit.

Cap. I. Lectis dilectionis tuae litteris [14], quas miramur fuisse tam seras, et [15] gesto-

1 « Al. *aliud*; al. autem omitt. *plenius* ». Baller. col. 768.

2 « Al. *diceremus* ». Ballerin. l. c. Aptius ad sens. n. lectio.

3 « Al. *exegit* ». Ballerin. l. c. Forte mend. typographico.

4 Innuit Leo praec. epist. ad Flavianum pag. 24, col. 1.

5 « Al. *etiam nimio silentio reticeret*; al. *etiam nunc silentio reticeret* ». Ballerin. l. c.

6 Cacciar. pag. 95 *Asterio*.

7 Cacciari tamen cum aliis tum mss. tum edit. habet *Data die kalendarum martii*, etc., idest primo die martii.

8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 792.

9 Intelligit epistolam, quae primo a Flaviano scripta de hoc negotio fuit, et XXII est apud BalleriniOs col. 751.

10 Nimirum sequenti epistola XIII.

11 « Quesnellus contra fidem Griman. cod., ex quo omnium primus hanc epistolam vulgavit, edidit *patiemur* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* par. II, pag. 109. Hoc mendum et in edit. Balleriniorum, qui Griman. codicem non viderunt, irrepsit.

12 Cacciar. l. c. *Asterio*.

13 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom I, col. 801. « Plerique codices vocant *Leonis rescriptum ad Flavianum*. In pluribus autem et antiquissimis mss. haec inscriptio legitur: *Dilectissimo fratri Flaviano Leo* ». Ballerin. l. c.

14 « Al. *epistolis* ». Ballerin. l. c.

15 « Al. *sed gestorum*; al. vero *sed et gestorum* ». Ballerin. l. c. Mendose, ut videtur.

rum episcopalium ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contra [1] integritatem fidei exortum fuisset, agnovimus: et quae prius videbantur occulta, nunc nobis reserata patuerunt. Quibus Eutyches, qui presbyterii nomine honorabilis videbatur, multum imprudens [2], et nimis imperitus ostenditur, ut etiam de ipso dictum [3] sit a Propheta: *Noluit intelligere, ut bene ageret; iniquitatem meditatus est in cubili suo*[4]. Quid autem [5] iniquius, quam impia [6] sapere, et sapientioribus doctioribusque non cedere? [7] Sed in hanc insipientiam cadunt, qui cum ad cognoscendam [8] veritatem aliquo impediuntur obscuro [9], non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras, nec ad evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt: et ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuere. Quam enim eruditionem de sacris novi et veteris Testamenti paginis acquisivit, qui ne [10] ipsius quidem symboli initia comprehendit? Et quod per totum mundum omnium regenerandorum [11] voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur.

Summa Eutychis imprudentia et ignorantia.

Impia sapere, et doctioribus non credere nequissimum est.

In rebus fidei magistri erroris existunt, qui veritatis discipuli non fuerunt.

Eutychis insipientiam graviter obiurgat.

CAP. II. Nesciens igitur quid deberet de Verbi Dei incarnatione [12] sentire, nec volens ad promerendum intelligentiae lumen in Sanctarum Scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem et indiscretam confessionem sollicito recepisset [13] auditu, qua [14] fidelium universitas profitetur, credere se in Deum Patrem omnipotentem, et in Iesum Christum Filium eius unicum Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu Sancto et [15] Maria Virgine. Quibus tribus sententiis omnium fere haereticorum machinae destruuntur. Cum enim Deus et omnipotens et Pater creditur [16], consempiternus eidem Filius demonstratur, in nullo a Patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de aeterno natus est coaeternus; non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non divisus essentia: idem vero sempiterni Genitoris Unigenitus sempiternus natus est de Spiritu et Maria Virgine. Quae nativitas temporalis illi nativitati divinae et sempiternae nihil minuit, nihil contulit, sed totam [17] se reparando homini, qui erat deceptus, impendit: ut et mortem vinceret, et diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati et mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet, et suam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit de-

Vel e symboli initiis omnes fere haereses destruuntur.

Christi duplex nativitas.

Incarnationis necessitas.

1 Cacciar. *Opp. S. Leonis* par. II, pag. 115, cum antiquiss. Vat. cod. legit *scandali contigerit atque contra*, etc. et Ballerin. l. c. fatentur, haec in multis mss. legi, licet a pluribus absint.

2 « Veron. cod. *impudens* ». Ballerin. l. c.

3 « Al. *praedictum* ». Ballerin. l. c. Ita legit et Cacciari ex vetust. Vat. codd.

4 Ps. XXXV 4, 5.

5 Can. *Quid autem iniquius* 30. Caus. XXIV, quaest. 3.

6 « Cod. Ratispon. *iniqua* ». Ballerin. l. c. col. 803.

7 Cacciar. l. c. pag. 115 cum codd. Vat. *credere?*

8 « Sex codd. *ad agnoscendam* ». Ballerin. l. c. col. 804.

9 Cacciar. et nonnulli codd. melius *obstaculo*; quidam cod. *obscuro obstaculo*. Vid. Ballerin. l. c.

10 Cacciar. l. c. *qui nec*; cod. Vat. 1322 *si nec*. Vid. Ballerin. l. c.

11 « Aliq. cod. et edit. *regeneratorum* ». Ballerin. l. c. Sanc aptius.

12 « Cod. Vat. 1341 *Quid de Verbo et Verbi Dei incarnatione* ». Cacciar. pag. 116.

13 « Quid mss. et edit. *apprehendisset* ». Ballerin. l. c.

14 Plures codd. *quam*. Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Rectius, opinor, n. lectio.

15 Cacciar. cum al. edit. et Vatic. codd. melius *ex*.

16 Cacciar. pag. 117 cum vulgat. et quibusd. mss. *et aeternus creditur Pater*. Vid. Ballerin. col. 805. Concinnius videtur ad orat. context.

17 Cacciar. l. c. cum plerisq. vetustiss. codd. *totum*. Vid. et Ballerin. l. c. col. 806.

tinere. Conceptus quippe est de Spiritu Sancto intra uterum Matris Virginis, quae illum ita[1], salva virginitate, edidit, quemadmodum, salva virginitate, concepit.

Maria ut Virgo concepit, ita et peperit.

Sed si de hoc christianae fidei fonte purissimo sincerum[2] intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuae veritatis obcoecatione sibi[3] propria tenebrarat[4], doctrinae se evangelicae subdidisset. Et dicente[5] Matthaeo, *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham*[6], apostolicae quoque praedicationis expetisset instructum[7]. Et legens in epistola ad Romanos, *Paulus servus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Evangelium*[8] *Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem*[9], ad propheticas[10] paginas piam sollicitudinem contulisset. Et inveniens[11] promissionem Dei ad Abraham dicentis, *In semine tuo benedicentur omnes gentes*[12], ne[13] de huius seminis proprietate dubitaret, secutus fuisset Apostolum dicentem: *Abrahae dictae sunt promissiones, et semini eius. Non dicit et seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo, quod est Christus*[14]. Isaiae quoque praedicationem interiore apprehendisset auditu dicentis: *Ecce virgo in utero accipiet*[15], *et pariet filium, et vocabunt*[16] *nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum*[17], *nobiscum Deus*[18]. Eiusdemque Prophetae fideliter verba legisset: *Puer natus est nobis, filius*[19] *datus est nobis, cuius*[20] *potestas super humerum*[21] *eius, et vocabunt*[22] *nomen eius, magni consilii Angelus, Admirabilis, Consiliarius*[23], *Deus fortis, Princeps pacis, Pater futuri saeculi*[24]. Nec frustratorie loquens[25], ita Verbum diceret carnem[26] factum, ut editus utero Virginis Christus haberet formam hominis, et non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putavit, Dominum nostrum[27] Iesum Christum non nostrae esse naturae[28], quia missus ad beatam Mariam[29]

Duplex Christi natura e sacris litteris evincitur.

Annunciationis verba frustra adducuntur.

1 Cacciar. l. c. *quae ita illum.*

2 « Cod. Ratisp. *purissimum sincerum*; melius Vat. *purissimum sincerumque* ». Ballerin. col. 808. Rectius tamen. *n.* lectio.

3 « Cod. Veron. 58, *sibimet* ». Ballerin. l. c.

4 « Quidam codd. *et tenebrabat* ». Baller. l. c.

5 Cacciar. l. c. cum plur. codd. omittit *Et*, et alia interpunctione habet *subdidisset, dicente*, etc. Quod nobis magis probatur.

6 Matth. I, 1.

7 « Cod. Vat. *instrumentum* ». Baller. l. c. Forte melius.

8 « Nonnulli codd. *in Evangelio* ». Ballerin. loc. cit. Vulg. edit. nobiscum legit.

9 Rom. I vv. 1, 2, 3.

10 Cacciar. pag. 418 cum edit. et plur. mss. *ad propheticas quoque* ». Vid. Ballerin. l. c.

11 Cacciar. l. c. *contulisset et invenisset*; cod., autem Vatic. 1322 *inveniret*. Vid. Cacciar. l. c.

12 Gen. XII, 3; et XXII, 18.

13 Cacciar. l. c. cum edit. et plerisq. codd., puncto affixo post vocem *gentes*, habet *Et ne*. Vid. Ballerin. col. 809.

14 Gal. III, 16, ubi apud vulg. edit. legit. *qui est*.

15 Cacciar. l. c. cum edit. *concipiet*. Vid. Ballerin. col. 810.

16 Cacciar. l. c. cum edit. *vocabitur*.

17 « Vat. cod. *quod interpretatur* ». Baller. l. c.

18 Isai. VII, 14; Matth. I, 23, ubi apud vulg. edit. legit. *utero habebit*.

19 Cacciar. cum plur. codd. *et filius*. Vid. Ballerin. *l.* c.

20 Cacciar. l. c. omittit *cuius*.

21 « Plur. codd. *humeros* ». Ballerin. l. c.

22 Cacciar. cum plur. codd. *vocabitur*. Vid. Ballerin. l. c.

23 « Voces *admirabilis, consiliarius* absunt a nonnull. codd. neque ac a greca interpretatione; cod. Veron. 58 addit *Dei filius* ». Baller. l. c.

24 Is. IX, 6, ubi vulg. edit. quaedam verba legit paululum immutata.

25 « Quatuor codd. apud Quesn. *frustratoria eloquens*; prima autem eiusdem editio *frustratorie ita loquens, Verbum* etc. ». Ballerin. l. c.

26 « Cod. Vat. *caro* ». Cacciar. l. c.

27 « Tres codd. omittunt *nostrum* ». Ballerin. col. 811.

28 « Quatuor vet. codd. *nostrae non esse naturae* ». Ballerin. l. c.

29 « Cod. Veron. 58 *beatam Virginem Mariam* ». Ballerin. l. c.

semper Virginem [1] Angelus ait: *Spiritus Sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque et [2] quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei* [3], ut quia conceptus Virginis divini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti? Sed non ita [4] intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, et mirabiliter singularis, ut per novitatem creationis proprietas remota [5] sit generis. Foecunditatem enim Virgini Spiritus Sanctus dedit, veritas autem corporis sumpta de corpore est; et aedificante sibi Sapientia domum [6], *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [7]: hoc est, in ea carne, quam assumpsit [8] ex homine, et quam spiritus [9] vitae rationalis animavit.

In una Christi persona duplex est natura, ac utriusque individua proprietas.

CAP. III. Salva igitur proprietate utriusque naturae et substantiae [10], et in unam coeunte personam [11], suscepta est a maiestate humilitas, a virtute infirmitas, ab aeternitate mortalitas: et ad resolvendum conditionis nostrae debitum, natura inviolabilis naturae est unita passibili; ut, quod nostris remediis [12] congruebat, unus atque idem mediator Dei et hominum homo Iesus Christus, et mori posset [13] ex uno, et mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis perfectaque natura verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus, quae in nobis ab initio Creator condidit, et quae reparanda suscepit. Nam illa, quae deceptor intulit, et homo deceptus admisit [14], nullum habuerunt in Salvatore vestigium. Nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam servi sine sorde peccati, humana augens, divina non minuens: quia exinanitio illa, qua se invisibilis visibilem praebuit, et Creator ac Dominus omnium rerum unus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis. Proinde qui manens in forma Dei fecit hominem, idem [15] in forma servi factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem suam utraque natura: et sicut formam servi Dei forma non adimit [16], ita formam Dei servi forma non minuit [17]. Nam quia gloriabatur diabolus, hominem sua fraude deceptum divinis caruisse muneribus, et immortalitatis dote nudatum duram mortis subiisse sententiam, seque in malis suis quoddam de praevaricatoris [18] consortio invenisse solatium; Deum quoque, iustitiae exigente ratione, erga hominem, quem in tanto honore [19] condiderat, propriam mutasse sententiam: opus

Christus humanas infirmitates, at peccati vestigium non subiit.

Ut servi formam Dei forma non adimit, ita Dei formam servi forma non minuit.

1 « Plur. codd. omitt. *semper Virginem* ». Ballerin. l. c.

2 « Pauci quidam codd. omittunt partic. *et* ». Ballerin. l. c. Sane contra Vulg. textum.

3 Luc. I, 35.

4 Cacciar. pag. 119 cum edit. et mss. Vat. *ita nobis*.

5 Ita Vat. et Vallic. codd.; sed Cacciari cum edit. *mota*. Melius videtur n. lectio.

6 Prov. IX, 1.

7 Ioan. I, 14.

8 « Quidam codd. *suscepit*; al. *sumpsit* ». Ballerin. col. 812.

9 « Quesnell. cum edit. et plerisq. mss. *spiritus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

10 « Vox *substantiae* abest a plur. codd. ». Ballerin. l. c.

11 « Duo codd. Veron. *una coeunte persona* ». Ballerin. l. c.

12 « Nonnull. cod. *divinis remediis* ». Ballerin. col. 814.

13 « Quatuor vetust. codd. hic et paulo post *possit* ». Ballerin. l. c. Rectius n. lectio.

14 « Quinque vet. codd. perperam *amisit* ». Ballerin. l. c.

15 « A nonnull. codd. abest vox *idem* ». Ballerin. l. c.

16 « Duo codd. *ademit* ». Cacciar. pag. 120.

17 « Quidam codd. *et sicut forma servi Dei formam non adimit, ita forma Dei servi formam non minuit* ». Ballerin. col. 816.

18 Cacciar. l. c. cum plur. codd. *praevaricationis*. V. et Ballerin. l. c. Forte melius n. lectio.

19 « Veron. 58 *in tantum honorem* ». Ballerin. l. c.

fuit secreti dispensatione consilii, ut incommutabilis Deus, cuius voluntas non potest sua benignitate privari, primam erga nos pietatis suae dispositionem [1] sacramento occultiore compleret; et homo diabolicae iniquitatis versutia actus in culpam, contra Dei propositum, non periret.

Christus nova ordine generatus.

CAP. IV. Ingreditur ergo haec mundi infima [2] Filius Dei de coelesti sede descendens, et a paterna gloria non recedens novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invisibilis in suis visibilis factus est [3] in nostris; incomprehensibilis voluit comprehendi; ante tempora [4] manens esse coepit ex tempore; universitatis Dominus servilem formam, obumbrata maiestatis suae immensitate, suscepit; impassibilis Deus non dedignatus est homo esse [5] passibilis, et immortalis mortis legibus subiacere. Nova autem nativitate generatus, quia inviolata virginitas [6] concupiscentiam [7] nescivit, carnis [8] materiam ministravit. Assumpta est [9] de Matre Domini natura, non culpa; nec in Domino Iesu Christo ex utero Virginis genito, quia nativitas [10] est mirabilis, ideo nostri [11] est natura dissimilis. Qui enim verus est [12] Deus, idem verus est homo: et nullum est in hac unitate mendacium, dum invicem [13] sunt et humilitas hominis et altitudo Deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium est: Verbo scilicet operante quod Verbi est, et carne exequente quod carnis est. Unum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniuriis. Et sicut Verbum ab aequalitate paternae gloriae non recedit [14], ita caro naturam nostri generis non relinquit [15]. Unus enim idemque est, quod saepe dicendum est [16], vere Dei Filius, et vere hominis filius. Deus per id quod *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [17]: homo per id quod *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [18]. Deus per id quod *omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [19]: homo per id quod *factus* [20] *est e muliere, factus* [21] *sub lege* [22]. Nativitas carnis, manifestatio est humanae naturae: partus Virginis, divinae est virtutis indicium. Infantia Parvuli ostenditur humilitate cunarum: magnitudo Altissimi declaratur vocibus angelorum [23]. Similis est rudimentis hominum, quem Herodes impie [24] molitur occidere; sed Dominus est om-

Eiusdem nova nativitas.

Ex Virginis utero genitus naturam nostri similem, non culpam assumpsit.

In Christo individua sunt et hominis humilitas et altitudo Deitatis.

In Christo ut Verbum ab aequalitate paternae gloriae non recedit, ita neque caro naturam nostram relinquit.

Sublime dogma mirifice declaratur.

Carnis nativitas est humanae naturae manifestatio; Virginis partus indicium divinae virtutis.

1 Cacciar. l. c. *dispensationem;* quam lectionem tum editis tum plerisque mss. communem fatentur et Ballerin. l. c.

2 « Aliq. cod. *infirma* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Rectius ad orat. context. videtur n. lectio.

3 « Aliq. cod. *apparuit* ». Ballerin. col. 818; Cacciar. pag. 121.

4 Cod. Vat. vetustiss. *tempora aeterna*; al. *aeternaliter*. Vid. Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Datur ne tempus aeternum?

5 Cacciar. l. c. *esse homo.*

6 « Nonnull. cod. *virgo* ». Ballerin. l. c.

7 « Duo codd. *quae concupiscentiam* ». Ballerin. l. c.

8 « Al. *et carnis*; al. *sed carnis* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 122.

9 » Edit. ante Quesnell. addunt hic *igitur* ». Ballerin. l. c.

10 » Codd. nostri addunt *eius* ». Cacciar. l. c.

11 « Al. *nostrae*; al. hanc vocem prorsus delent ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

12 « Vox *est* abest a nonnull. codicib. ». Ballerin. l. c.

13 « Aliq. codd. *in invicem* ». Ballerin. l. c.

14 » Veron. 57 *non recidit* ». Ballerin. l. c. Forte pro *recessit.*

15 « Idem cod. *non reliquit* ». Ballerin. l. c.

16 » Verba *quod saepe dicendum est* absunt a plur. codd. itemque a greca versione ». Ballerin. col. 820.

17 Ioan. I, 1.

18 Ibid. v, 14.

19 Ibid. v, 3.

20 « Cod. Vindob. hic et paulo post *factum* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

21 « *factus est* ». Cacciar. l. c.

22 Galat. IV, 4.

23 « Vat. 3791 *in excubiis angelorum* ». Ballerin. l. c.

24 « Edit. ante Quesn. et plur. mss. *impius* ». Ballerin. l. c.

nium, quem Magi gaudent suppliciter adorare [1]. Iam [2] cum ad praecursoris sui [3] Ioannis baptismum venit [4], ne lateret, quod carnis velamine Divinitas tegeretur, vox Patris de coelo intonans dixit: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui* [5]. Quem itaque [6] sicut hominem diabolica tentat astutia, eidem sicut Deo angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lassescere atque dormire evidenter humanum est. Sed quinque [7] panibus quinque millia hominum satiare [8], et largiri Samaritanae aquam vivam, cuius haustus bibenti praestet [9], ne ultra iam sitiat; supra dorsum maris plantis non desidentibus [10] ambulare, et elationes fluctuum increpata tempestate consternere, sine ambiguitate divinum est. Sicut ergo, ut multa praeteream, non eiusdem naturae est flere miserationis affectu amicum [11] mortuum, et eumdem, remoto quatridua nae aggere sepulturae, ad vocis [12] imperium excitare [13] redivivum; aut in ligno [14] pendere, et, in noctem luce conversa, omnia elementa tremefacere; aut clavis transfixum esse, et paradisi portas [15] fidei latronis aperire: ita non eiusdem naturae est dicere: *Ego et Pater unum sumus* [16]: et dicere *Pater maior me est* [17]. Quamvis enim in Domino Iesu Christo Dei et hominis una persona sit; aliud tamen est, unde in utroque communis est contumelia [18], aliud, unde communis est gloria. De nostro enim illi est minor Patre humanitas; de Patre illi est aequalis cum Patre divinitas.

In Christo minor est Patre humanitas, at illi aequalis est cum Patre Divinitas.

CAP. V. Propter hanc ergo [19] unitatem personae in utraque natura intelligendam et filius hominis legitur [20] descendisse de caelo, cum Filius Dei carnem de ea Virgine, de qua est natus, assumpserit [21]. Et rursus Filius Dei crucifixus dicitur [22] ac sepultus, cum haec non in divinitate ipsa, qua Unigenitus consempiternus et consubstantialis est Patri, sed in naturae humanae sit infirmitate perpessus. Unde unigenitum Filium Dei crucifixum et sepultum omnes etiam in symbolo confitemur secundum illud Apostoli [23]: *Si enim cognovissent, numquam Dominum maiestatis crucifixissent* [24]. Cum autem ipse Dominus noster atque Salvator fidem discipulorum suis [25] interrogationibus erudiret, *Quem me* [26] inquit, *dicunt homines*

Personae in utraque natura unitas Scripturis adstruitur.

1 « Vat. cod. 1322 cum quibusd. recentior. et edit. *Magi gaudentes suppliciter adorare veniunt* ». Baller. col. 821, et Cacciar. pag. 123.

2 « Al. *nam* ». Ballerin. l. c. Forte melius n. lectio.

3 « Veron. 57 delet *sui* ». Ballerin. l. c.

4 « In edit. *veniret*, sed nullo codice suffragante ». Ballerin. l. c.

5 Matth. III, 17; plur. codd. hic habent *complacuit*. Vid. Ballerin. col. 822. Sed perperam.

6 « Cod. Vat. 1322 *utique* ». Cacciar. l. c.

7 « Vatic. 5845 *de quinque panibus*; edit. et quaedam mss. *Et de quinque panibus* ». Ballerin. l. c. Melius n. l.

8 « Duo codd. *saturare* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. *praestitit*; al. *praestat* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

10 Ita commun. codd. Quidam tamen habent *subsistentibus*; al. corrupte *desitientibus*, *desimentibus*, *desudantibus* vel *desistentibus*. Vid. Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

11 Cacciar. l. c. cum quibusd. codd. *Lazarum amicum*.

12 Cacciar. cum aliq. mss. et edit. *et ad vocis*, etc.

13 « Duo codd. *suscitare* ». Cacciar. pag. 124.

14 « Cod. Vallic. *cruce pendere* ». Cacciar. ib.

15 « Al. *ianuas* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

16 Ioan. x, 30.

17 Id. XIV, 28.

18 Cacciar. l. c. cum aliis *unde contumelia in utroque communis*.

19 « Quidam codd. pro *ergo* habent *enim* ». Ballerin. col. 824, et Cacciar. l. c.

20 « Nonnull. codd. *dicitur* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

21 « Al. *assumpsit* ».

22 « Al. *legitur* ». Ballerin. l. c.

23 Cacc. l. c. cum plur. codd. *illud apostoli dictum*. Vid. et Ballerin. col. 825.

24 I Cor. II, 8.

25 « Al. *suorum*; in edit. perperam *suorum suis* ». Ballerin. col. 826.

26 « Quidam codd. *quid me*; al. delent *me* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

esse filium hominis? [1] Cumque illi diversas aliorum opiniones retexuissent, *Vos autem*, ait, [2], *quem* [3] *me esse dicitis* [4]? Me utique, qui sum filius hominis, et quem [5] in forma servi atque in veritate carnis aspicitis, quem me esse dicitis [6]? Ubi B. Petrus divinitus inspiratus, et confessione sua omnibus gentibus profuturus, *Tu es*, inquit, *Christus* [7] *Filius Dei vivi* [8]. Nec immerito beatus est pronunciatus a Domino, et a principali petra soliditatem et virtutis traxit et nominis qui per revelationem Patris eumdem [9] et Dei Filium est confessus et Christum: quia unum horum sine alio [10] receptum non proderat ad salutem, et aequalis [11] erat periculi Dominum Iesum Christum aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem vero Domini (quae utique veri corporis [12] fuit, quia non alter [13] est resuscitatus, quam qui fuerat crucifixus et mortuus), quid aliud quadraginta dierum mora gestum est, quam ut fidei nostrae integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim cum discipulis suis [14], et cohabitans atque convescens et pertractari se diligenti curiosoque contactu ab eis, quos dubietas perstringebat [15], admittens [16], ideo et clausis ad discipulos ianuis introibat, et flatu suo dabat Spiritum Sanctum, et, donato intelligentiae lumine, sanctarum Scripturarum occulta pandebat; et rursus idem [17] vulnus lateris, fixuras clavorum, et omnia recentissimae passionis signa monstrabat, dicens: *Videte manus meas et pedes* [18], *quia ego sum. Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet* [19], *sicut me videtis habere* [20]: ut agnosceretur in eo proprietas divinae humanaeque naturae individua permanere; et ita sciremus Verbum non hoc esse [21] quod carnem, ut unum [22] Dei Filium et Verbum confitemur [23] et carnem. Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium aestimandus [24] est vacuus, qui [25] naturam nostram in Unigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnovit. Nec sententiam beati apostoli et evangelistae Ioannis expavit dicentis: *Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: et omnis spiritus, qui solvit Iesum* [26], *ex Deo non est, et hic est Antichristus* [27]. Quid autem est solvere Iesum, nisi humanam ab

Haec a Petro primitus affirmata Ecclesiae primatum illi instruit.

Non alter est resuscitatus, quam qui fuerat crucifixus et mortuus.

Unum Dei Filium Verbum simul et carnem omnibus est confitendum.

Luculentissimum ad hoc Ioannis testimonium.

1 Matth. xvi, 13.

2 « Quidam codd. delent *autem*; al. delent *ait* ». Ballerin. l. c.

3 « Al. *quid* ». Ballerin. l. c. Contra vulg. edit. textum.

4 Matth. xvi, 15.

5 « Vat. 1341 *quem me* ». Cacciar. l. c.

6 « Vat. 5845 hic addit *me utique in forma servi*; et delet praecedantia *me utique, qui sum filius hominis*, etc. ». Cacciari l. c.

7 « Aliq. codd. omittunt *Christus* ». Baller. loc. cit. Contra Vulg. text.

8 Matth. xvi, 16.

9 « Veron. 58 *eumdem Deum* ». Baller. l. c.

10 « Al. *altero* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. *sed aequalis* ». Ballerin. l. c.

12 « Al. *hominis* ». Ballerin. col. 827.

13 « Al. *aliter* ». Ballerin. l. c.

14 « In aliq. cod. abest *suis* ». Ballerin. l. c.

15 « Veron. 8 *quos dubitare perspiciebat* ». Ballerin. l. c.

16 « Al. *assensum adhibens*; al. *assensus admittens*; al. *assensum praebuit* ». Ballerin. l. c.

17 Cacciar. pag. 126 omittit vocem *idem*, quam tamen fatetur in vetustiss. codd. Vat. haberi. Vid. et Ballerin. l. c.

18 « Al. *pedes meos* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Contra Vulg. textum.

19 « Vat. 1322 *habent* ». Ballerin. at Cacciar. ll. cc.

20 Luc. xxiv, 39, ubi apud vulg. edit. legit. *quia ego ipse sum.*

21 « Cacciar. l. c. cum aliq. mss. *hoc non esse* ».

22 Cacciari l. c. *et ut unum*; al. *et unum*. Vid. Ballerin. l. c.

23 « Al. *confiteamur* ». Ballerin. l. c.

24 « Cod. Vallic. *existimandus* ». Cacciar. l. c.

25 « Veron. 8 *quia* ». Ballerin. l. c.

26 « Vat. 1341 *qui scindit*; al. *qui solvit Iesum Christum* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

27 I Ioan. iv, 1.

eo separare naturam, et sacramentum [1], per quod unum [2] salvati sumus, impudentissimis evacuare figmentis? Caligans vero circa naturam corporis Christi necesse est, ut etiam in passione eius eadem obcoecatione desipiat. Nam si [3] crucem Domini non putat falsam, et susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat, cuius credit mortem, agnoscat et carnem: nec diffiteatur nostri corporis hominem, quem cognoscit fuisse passibilem; quoniam negatio verae carnis negatio est etiam corporeae passionis. Si ergo [4] christianam suscipit fidem, et a praedicatione Evangelii suum non avertit auditum, videat quae natura transfixa clavis pependerit in crucis ligno [5], et aperto per militis lanceam [6] latere crucifixi, intelligat unde sanguis et aqua fluxerit [7], ut Ecclesia Dei et lavacro rigaretur [8] et poculo. Audiat et [9] beatum Petrum Apostolum praedicantem, quod sanctificatio Spiritus per aspersionem fiat sanguinis Christi. Nec transitorie legat eiusdem Apostoli verba dicentis [10]: *Scientes quod non corruptibilibus argento et auro redempti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis; sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Iesu Christi.* [11]. Beati quoque Ioannis Apostoli testimonio non resistat dicentis: *Et sanguis Iesu* [12] *Filii Dei emundat nos ab omni peccato* [13]. Et iterum: *Haec est victoria, quae vincit* [14] *mundum, fides nostra* [15]. Et: *quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam* [16] *Iesus est Filius Dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Iesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam spiritus* [17] *est veritas. Quia tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua et sanguis, et* [18] *hi tres unum sunt* [19]. Spiritus utique sanctificationis, et sanguis redemptionis, et aqua baptismatis [20]: quae tria unum sunt, et individua manent, nihilque eorum a sui connexione [21] seiungitur: quia catholica Ecclesia hac fide vivit, hac [22] proficit, ut in Christo Iesu [23] nec sine vera divinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate divinitas.

Negatio verae carnis est etiam negatio corporeae passionis.

Ecclesia catholica universa hac fide vivit.

Cap. VI. Cum autem ad interlocutionem [24] examinis vestri Eutyches responderit [25], dicens: *Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum* [26] ante adunationem; post adunationem vero, unam naturam confiteor: miror tam absurdam, tamque perversam eius [27] pro-

Impie delirat Eutyches in Christo duplicem naturam effingens ante adunationem, postea vero unam

1 Cacciari cum edit. *sacramentum fidei*. Vid. Ballerin. col. 830.

2 « Duo codd. delent *unum* ». Ballerin. l. c.

3 « Al. *qui crucem* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 127.

4 « Al. *si enim* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

5 « Cod. Ratisp. *in cruce* ». Baller. col. 831.

6 « Al. *militis lancea* ». Ballerin. l. c.

7 Cacciar. l. c. cum al. *effluxerint*; al. *fluxerunt*, vel *fluxerint*. Vid. Ballerin. l. c.

8 « Vat. 1341 *regeneretur* ». Cacciar. l. c. Forte ex vitio amanuens.

9 « Al. delent partic. *et* ». Ballerin. l. c.

10 « Al. *dicentem* ». Cacciar. l. c.

11 I Petr. I, 18, ubi apud vulg. edit. nonnulla verb. leguntur ordine paululum immutata.

12 « Quidam codd. addunt *Christi* ». Baller. loc. cit. Ita quidem in Vulg.

13 I Ioan. I, 7.

14 « Duo codd. *vicit* ». Ballerin. col. 832. Contra Vulg. fidem.

15 « Edit. perperam *vestra* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 128.

16 « Al. *quia* ». Ballerin. l. c. Contra fid. vulg. edit.

17 Cacciar. l. c. contendit, legendum *Christus*.

18 « Al. delent *et* ». Ballerin. l. c. Contra Vulg. fidem.

19 I Ioan. v, 6 ad 8.

20 « Vat. 1322 *baptismi* ». Cacciar. l. c.

21 Cacciar. l. c. *in sui connexione*.

22 « Edit. vetust. *ac pro hac* ». Ballerin. l. c. Sana mend. typograph.

23 « Voces *in Christo Iesu* absunt a plurib. codd. ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

24 « Edit. ante Quesn. *ad interrogationem* ». Ballerin. col. 833.

25 « Al. *responderet* », Ballerin. l. c.

26 « Aliq. codd. delent *nostrum* ». Ballerin. col. 834.

27 « Plur. codd. delent *eius* ». Ballerin. l. c.

fessionem nulla iudicantium increpatione reprehensam [1], et sermonem nimis insipientem nimisque blasphemum [2] ita omissum, quasi nihil, quod offenderet, esset auditum; cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem Unigenitus Dei Filius fuisse dicatur, quam nefarie, postquam *Verbum caro factum est*, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches ideo vel recte vel tolerabiliter aestimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum [3], sollicitudinis [4] tuae diligentiam commonemus, frater carissime, ut, si per inspirationem misericordiae Dei ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui peste [5] purgetur. Qui quidem, sicut gestorum ordo patefecit, bene coeperat a sua persuasione discedere, cum vestra sententia coarctatus profiteretur, se dicere, quod ante non dixerat, et ei fidei acquiescere, cuius prius fuisset alienus. Sed cum anathematizando impio dogmati noluisset praebere consensum, intellexit eum fraternitas vestra in sua manere perfidia, dignumque esse, qui iudicium condemnationis exciperet. De quo, si fideliter atque utiliter dolet, et quam recte mota sit episcopalis auctoritas vel sero cognoscit; vel si ad satisfactionis plenitudinem, omnia quae ab eo male sunt sensa, viva voce et praesenti subscriptione damnaverit: non erit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio, quia Dominus noster verus et bonus pastor, *qui animam suam posuit pro ovibus suis* [6], et qui venit animas hominum salvare, non perdere, imitatores nos suae vult esse pietatis: ut peccantes quidem iustitia coerceat, conversos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides vera defenditur, quando etiam a sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem vero causam pie ac fideliter exequendam fratres nostros [7] Iulium [8] episcopum et Renatum presbyterum tituli Sancti Clementis [9], sed et filium meum Hilarium Diaconem [10] vice nostra direximus. Quibus Dulcitium, notarium nostrum, cuius fides nobis est probata, [11], sociavimus: confidentes adfuturum Divinitatis auxilium, ut is, qui erraverat, damnata sensus sui pravitate, salvetur. Deus te incolumem custodiat, frater carissime [12].

A qua tamen blasphemia si recedat, absolvendus.

Erga correctum nulla reprehensibilis miseratio.

Peccantes iustitia coercet, conversos misericordia non repellit.

Legati ad concilium missi.

Data idibus Iunii, Asturio [13] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 13 Iunii an. 449.

EPISTOLA XIV [14].

Theodosio legatos suos ad synodum se misisse significans, Eutychen in meliorem mentem reductum iri confidit.

Caesari Theodosio
religiosissimo et piissimo Augusto
Leo Papa Ecclesiae catholicae urbis Romae [15].

Quantum rebus humanis consulere providentia divina dignetur, sollicitudo cle-

Theodosii in Ecclesiam sollicitudo.

1 « Cod. Vallicell. *deprehensam* ». Cacciar. pag. 129. Minus apte, ut opinor.

2 « Duo codd. omittunt *nimisque blasphemum* ». Ballerin. l. c.

3 « Al. *confutatus* ». Ballerin. l. c.

4 « Plur. codd. *dilectionis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

5 Cacciar. pag. 130 Vat. codicum praefert lectionem *ab hac sensus sui macula per te*.

6 Ioan. IX, 11.

7 « Al. *fratrem nostrum* ». Baller. col. 837.

8 « Al. *Iulianum* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 31.

9 « Voces *tituli S. Clementis* absunt a Vatic. codd 1322, 1341 ». Cacciar. l. c.

10 « Cod. Vallic. *diaconum* ». Cacciar. l. c.

11 « Cacciar. l. c. cum plur. mss. *saepe probata* ».

12 « Nonnulli codd. hanc pericopen delent ». Ballerin. col. 838.

13 Cacciar. l. c. *Asteria*.

14 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 839.

15 Nonnulli codd. aliter inscriptionem referunt Vide Ballerin. l. c.

mentiae vestrae Spiritu Dei incitata demonstrat, quae in catholica Ecclesia nihil impacatum, nihil vult esse diversum; quoniam fides, quae non nisi una est, in nullo potest sui esse dissimilis. Unde licet Eutyches, quantum gestorum episcopalium ordo patefecit, imperite atque imprudenter errare detectus sit, debuerit que a sua, quae merito reprobatur, persuasione [1] discedere; quoniam [2] tamen pietas vestra, quae in honorem Dei religiosissime catholicam diligit veritatem, apud Ephesum [3] constituit synodale iudicium [4], ut imperito seni, ea, in qua nimis caligat, veritas innotescat; fratres meos Iulium [5] episcopum et Renatum presbyterum, et filium meum Hilarum Diaconem [6] misi, qui ad vicem praesentiae meae pro negotii qualitate sufficerent, et qui cum [7] secum deferrent [8] iustitiae ac benignitatis affectum, ut quia dubitari non potest quae sit christianae confessionis integritas, et totius erroris pravitas damnaretur; et, si resipiscens, qui deviaverat, pro venia [9] supplicaret [10], sacerdotalis ei benevolentia subveniret: cum in libello suo, quem ad nos misit, hoc saltem sibi ad promerendam veniam reservaverit, ut correcturum se esse promitteret quidquid nostra sententia de his, quae male senserat, improbasset. Quid autem catholica Ecclesia universaliter de sacramento dominicae Incarnationis credat et doceat, ad fratrem et coepiscopum meum [11] Flavianum plenius continent scripta, quae misi.

Eutychem ex imperitia excusat.

Legatos ad concilium se misisse innuit.

Humiles Eutychianae appellationis sensus imperatori aperit.

Catholicae Ecclesiae de Incarnatione Christi doctrinam Flaviano satis explicasse admonet.

Data idibus iunii, Asturio [12] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 13 Iunii an. 449.

EPISTOLA XV [13].

Pulcheriam hortatur, ut Eutychis errori viriliter obsistat, eamque de missis legatis edocet.

Leo episcopus Pulcheriae Augustae.

CAP. I. Quantum sibi fiduciae de fide vestrae clementiae Ecclesia Dei debeat polliceri, multis saepe probavimus documentis; dum sicut, Spiritu Sancto docente, didicistis, illi per omnia potestatem vestram subiicitis, cuius munere et protectione regnatis. Unde quia, contra integritatem fidei christianae dissensionem quamdam in Constantinopolitana Ecclesia, Eutyche auctore, generatam, fratris et coepiscopi mei Flaviani relatione cognovi, ita ut totius causae speciem synodalium gestorum textus ostenderet: dignum gloriae vestrae est ut error, qui de imperitia magis, quam de versutia natus est, auferatur, priusquam ullas vires de consensu imprudentium pertinacia pravitatis acquirat. Nam quantum Nestorius a veritate excidit, dum Dominum Iesum Christum de Matre Virgine hominem solum asserit natum; tantum etiam hic a catholico tramite deviavit, qui de eadem Virgine editum, non nostrae credit esse naturae: ut quod formam servi gessit, quod nostri similis fuit atque conformis,

Pulcheriae probata fides.

Eutychiana haeresis quamprimum evellenda.

Huius pravitatem declarat.

Caro in Christo nostrae imago non fuit, sed veritas.

1 « Edit. *a sua merito reprobabili persuasione* ». Ballerin. l. c.
2 « Edit. *quia* ». Ballerin. l. c.
3 « Voces *apud Ephesum* a graeca versione et a Ratisp. cod. absunt ». Ballerin. col. 840.
4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* p. II, pag. 141 cum edit. et aliq. mss. *concilium*.
5 « Al. *Iulianum* ». Ballerin. l. c.
6 « Al. perperam *Hilarium* ». Ballerin. l. c. « al. vero *diaconum* ». Cacciar. l. c.
7 « Duo codd. *meum* ». Ballerin. col. 842. Forte mel. n. lectio.
8 « Iidem duo codd. *ferrent* ». Ballerin. l. c.
9 « In Ratisp. deest *pro venia* ». Baller. l. c.
10 « Ratisp. *supplicet* ». Ballerin. l. c.
11 « Al. *nostrum* ». Cacciar. pag. 142.
12 Cacciar. l. c. *Asterio*.
13 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 847. Quomodo aliter epistola inscribatur in quibusd. mss., vid. apud Ballerin. l. c.

quaedam nostrae carnis fuerit imago, non veritas. Nihil autem prodest, Dominum nostrum Beatae Mariae [1] Virginis filium hominem dicere, si non illius generis ac seminis homo creditur, cuius in ipso Evangelii exordio praedicatur. Unde multum doleo, multumque constristor, quod

Eutychis pervicaciam graviter dolet.

hic, qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra unicam spem nostram, patrumque nostrorum vana et nimis perversa audet adstruere. Qui cum videret insipientiae suae sensum catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat; nec ita [2] Ecclesiae praesules commovere, ut sententiam damnationis exciperet [3]. Quam utique, si in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim Apostolicae moderatio hanc temperantiam servat, ut et severius agat cum obduratis, et veniam cupiat praestare correctis.

Apostolica Sedes obduratos respuit, correctis indulget.

Cap. II. Quia ergo mihi multa fiducia [4] est de pietatis tuae sincerissima fide, obsecro gloriosissimam [5] clementiam tuam [6], ut siculi sancto studio tuo catholica praedicatio semper adiuta est, ita nunc quoque eiusdem faveas libertati. Non enim portiuncula aliqua fidei nostrae, quae minus lucide sit clara, pulsatur, sed hoc imperita resultatio audet incessere quod Dominus in Ecclesia sua neminem voluit ignorare. Et ideo pro vestrae pietatis consuetudine elaborare dignemini, ut quod [7]

In Eutychis blasphemias Pulcheriae praesidium exposcit.

Incarnationem Christi veram Ecclesia universa confitetur.

1 « Nonnulli codd. cum graeca versione omittunt *Mariae* ». Ballerin. col. 849; et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 153.

2 Cacciar. l. c. cum lection. communiori *ne ita*. Forte melior n. lectio.

3 Cacciar. l. c. *mereretur excipere*.

4 « Vat. 1319 *multum in fiducia* ». Cacciar. pag. 154.

5 « Veron. cod. *gloriosam* ». Baller. col. 850.

6 Cacciar. cum plerisq. codd. *vestram*. Huic edit. com. addunt *illustrissima et religiosissima filia*. Vid. Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

7 Cacciar. l. c. vocem *quod* transfert post voc. *humanae*.

8 Cacciar. *in hac tentatione*; quam lectionem Ballerinii l. c. iuste reprobant.

contra singulare sacramentum salutis humanae blasphema insipientia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si ipse, qui in hanc tentationem [8] incidit, resipiscit, ita ut quod male senserat propria voce et subscriptione condemnet, communio illi sui ordinis reformetur. Quod etiam fratri et coepiscopo meo Flaviano me clementia vestra scripsisse cognoscat; et his, quos misimus, delegasse, ut venia concedatur, si error aboletur. Ne autem piissimi principis dispositioni, qua episcopale concilium voluit congregari, nostra videretur praesentia defuisse, fratres meos Iulium [9] episcopum, Renatum presbyterum, et filium meum Hilarum [10] diaconem misi, qui vicem praesentiae meae implere sufficerent. Sed ei, qui in errore est, melius consuletur [11], si ubi desipuit, ibidem resipiscat; et ubi damnationem meruit, illic indulgentiam consequatur.

Eutychi, si resipiscat, parcendum.

Quinam legati ad concilium.

Erranti melius consulitur, si ibi veniam consequatur, ubi meruit damnari.

Data idibus iunii, Asturio [12] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 13 Iun. an. 449.

EPISTOLA XVI [13].

Pulcheriae opem in Eutychis errorem invocans de hoc disserit, et causas exponit cur ipsemet concilium adire nequeat.

Leo Pulcheriae Augustae.

Cap. I. Quantum praesidii Dominus Ecclesiae suae in vestra clementia praepa-

Pulcheriae in Ecclesiam sollicitudinem commendat.

9 « Aliq. cod. *Iulianum* ». Ballerin. col. 852.

10 « Al. perperam *Hilarium* ». Ballerin. l. c.

11 « Nonnull. codd. *consulitur* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

12 Cacciar. pag. 156 *Asterio*.

13 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 853. In edit. ante Quesnell. sic inscribebatur epistola: *Leo catholicae Romanae Ecclesiae episcopus piissimae Pulcheriae Augustae*. Hanc inscriptionem retinendam etiam mss. codd. auctoritate censuit Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 143. Cuique autem liquet, huius ep. initium usque ad *pravitatis acquirat* cum exordio praecedentis pene adamussim cohaerere.

rarit, multis saepe probavimus documentis. Et quicquid nostris temporibus contra impugnatores catholicae veritatis industria sacerdotalis obtinuit [1], ad vestram maxime gloriam redundavit: dum sicut, Spiritu Sancto docente, didicistis, illi per omnia potestatem vestram subiicitis, cuius munere et protectione regnatis. Unde, quia contra integritatem fidei christianae dissensionem quamdam in Constantinopolitana Ecclesia [2], Eutyche auctore, generatam, fratris et coepiscopi mei Flaviani relatione cognovi [3]; ita ut totius causae speciem synodalium gestorum textus ostenderit [4], dignum gloriae vestrae [5] est ut error, qui, ut arbitror, de imperitia magis quam de versutia natus est, auferatur, priusquam ullas sibi vires de consensu imprudentium pertinacia pravitatis acquirat. Quia etiam ignorantia graves nonnumquam incidit in [6] lapsus, et plerumque in diaboli ruit foveam [7] incauta simplicitas; per quam supradicto [8] subrepsisse intelligo spiritum falsitatis: ut [9], dum aestimat se religiosius de Filii Dei maiestate sentire, si ei naturae nostrae veritatem inesse non diceret [10], totum illud quod *Verbum caro factum est* unius atque eiusdem putaret [11] esse substantia. Et quantum Nestorius a veritate excidit, dum Christum de Matre solum hominem asseruit [12] natum, tantum etiam hic a catholico tramite deviat [13], qui de eadem Virgine non nostram credit [14] editam esse substantiam, volens utique eam solius Deitatis intelligi: ut quod formam servi [15] gessit, et quod nostri similis fuit atque conformis, quaedam nostrae naturae fuerit imago, non veritas.

Ipsius auxilium contra Eutychen implorat.

Hunc ex imperitia excusat.

Ut in graves lapsus incidit ignorantia, ita in diaboli foveam ruit incauta simplicitas.

Eutyches in Christo veram denegat humanitatem.

Divinitatem Nestorius.

E sacris Scripturis Eutyches refutatur.

CAP. II. Nihil autem [16] prodest Dominum nostrum beatae Mariae Virginis filium, verum perfectumque hominem dicere, si non illius generis homo creditur, cuius in Evangelio praedicatur. Dicit enim Matthaeus: *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham* [17]; et ita humanae originis ordinem sequitur, ut generationum lineas usque ad Ioseph, cui mater Domini erat desponsata, deducat. Lucas vero retrorsum successionum gradus relegens ad ipsum humani generis principem redit, ut Adam primum, et Adam novissimum eiusdem ostendat esse naturae. Potuerat [18] quippe omnipotentia Filii Dei sic ad docendos iustificandosque [19] homines apparere, quomodo et patriarchis et prophetis in specie carnis apparuit, cum aut luctamen iniit, aut sermonem conseruit, eumve officia hospitalitatis [20] non abnuit [21], vel etiam appositum cibum sumpsit. Sed illae imagines huius hominis erant indices [22], cuius veritatem ex praecedentium patrum stirpe sumendam significationes mysticae nuntiabant.

Primus et novissimus Adam eiusdem sunt naturae.

Neque officit, quod Dei Filius patriarchis prophetisque sub carnis specie apparuerit.

1 « Vat. 514 *obtinet* ». Cacciar. l. c.

2 « Vat. 511 *Constontinopolitanae Ecclesiae* ». Cacciar. ibid.

3 « Vat. 511 *ognovi* ». Cacciar. ibid.

4 « Al. *ostenderet* ». Ballerio. l. c.

5 Cacciar. l. c. cum quibusd. mss. *gloria vestra*. Vid. et Ballerin. l. c.

6 Cacciar. cum aliq. mss. omittit praepos. *in*.

7 Cacciar. l. c. *foveas*.

8 Cacciar. l. c., suffragantibus plerisq. mss., *in supradicto*.

9 « Vat. Regio. omittit *ut* ». Ballerin. l. c.

10 « Al. *dicat* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. *putet* ». Ballerin. l. c.

12 « Al. *asserit* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 144.

13 « Al. *deviavit* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

14 « Al. *credidit* ». Ballerin. l. c.

15 « Al. *ut in quod formam servi*; al. *ut quod in forma*, etc.; al. *ut in quo formam servi* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

16 « Al. *tamen* ». Ballerin. col. 854.

17 Matth. I, 1.

18 « Al. *potuit* ». Ballerin. l. c.

19 « Quidam codd. omittunt vocem *iustificandosque* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

20 « Al. *humanitatis* ». Ballerin. col. 855.

21 Pro *non abnuit* duo Vat. cod. legunt *habuit*. Cacciar. l. c.

22 « Al. *indicia* ». Ballerin et Cacciar. ll. cc.

Et ideo sacramentum reconciliationis nostrae ante tempora aeterna dispositum nullae implebant figurae, quia nondum supervenerat Spiritus Sanctus in Virginem, nec virtus Altissimi obumbraverat ei, ut intra [1] intemerata viscera, aedificante sibi Sapientia domum, Verbum caro fieret; et forma Dei ac forma servi in unam conveniente personam, Creator temporum nasceretur in tempore; et per quem facta sunt omnia, ipse inter omnia [2] gigneretur. Nisi enim novus homo, factus in similitudinem carnis peccati, nostram susciperet vetustatem, et consubstantialis Patri consubstantialis esse dignaretur et Matri, naturamque sibi nostram solus a peccato liber uniret, sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captivitas; nec uti [3] possemus triumphantis victoria, si extra nostram esset conserta [4] naturam.

Nisi Christus nostram induceret naturam, humani generis nulla salus.

Christus ut Patri est consubstantialis, ita et Matri.

Cap. III. De hac autem participatione mirabile sacramentum nobis regenerationis illuxit [5], ut per ipsum Spiritum, per quem Christus et conceptus est et natus, etiam nos, qui per concupiscentiam carnis sumus geniti, spirituali rursus origine nasceremur. Propter quod ab Evangelista de credentibus dicitur: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate* [6] *viri, sed ex Deo nati sunt* [7]. Cuius ineffabilis gratiae particeps non est, nec potest in filiorum Dei adoptione censeri [8] quisquis a fide sua, hoc quod nos principaliter salvat, excludit. Unde multum doleo, multumque contristor, quod hic, qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra unicam spem nostram patrumque nostrorum, vana et nimis stolida [9] audet adstruere. Qui, cum [10] videret insipientiae suae sensum catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat; nec ita Ecclesiae praesules commovere, ut damnationis sententiam [11] mereretur excipere: quam utique, si in suo sensu [12] voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim Apostolicae moderatio hanc temperantiam servat, ut et severius agat cum obduratis, et veniam cupiat praestare correctis. Quia ergo multa mihi fiducia est de pietatis tuae sublimissima [13] fide, obsecro gloriosam clementiam tuam, ut sicut sancto studio tuo catholica praedicatio semper adiuta est, ita nunc quoque eius faveas libertati: quam forte ideo permisit Dominus hac tentatione pulsari, ut quales intra Ecclesiam laterent [14], possent [15] agnosci. Quorum plane non est negligenda curatio, ut nec [16] ipsorum nos contristet amissio.

Ex hoc illuxit regenerationis nostrae sacramentum.

Eutychis lapsum, et pertinaciam luget.

Errantium curatio nunquam negligenda.

Cap. IV. Augustissimus vero et christianissimus imperator cupiens quam celerrime turbata componi, episcopali concilio, quod Ephesi vult haberi, nimium breve et angustum tempus indixit, diem kalendarum augustarum praestituendo

Diem concilio indictam non approbat.

1 Cacciar. l. c. *ut et intra:* quam lectionem et Ballerin. l. c. laudant.

2 « Aliq. cod. voces *ipse inter omnia* omittit ». Ballerin. l. c.

3 Cacciar. pag. 145 cum edit. *nec aliter uti.* Vid. et Ballerin. l. c.

4 Cacciar. l. c. *confecta.*

5 Cacciar. *indulsit*; al. *induxit.* Vid. et Ballerin. l. c.

6 « Vat. 544 *voluptate* ». Cacciar. l. c.

7 Ioan. 1, 13.

8 « Edit. ante Quesn. *filiorum Dei adoptionem consequi* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. *stulta* ». Ballerin. col. 856.

10 « Al. *dum* ». Ballerin. ibid.

11 Can. *Damnationis sententiam* 5, caus. 24, q. 1.

12 « Al. *in sua sententia* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

13 « Al. uti etiam Cacciari *sincerissima*; al. *solidissima* ». Vid. Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

14 « Al. *quales sint intra Ecclesiam*; al. *lateant* pro *laterent* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 146.

15 « Al. *posset*, aut *possit* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

16 « Al. *ne* pro *ut nec* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

conventui: cum a tertio[1] iduum maiarum, quo serenitatis eius scripta suscepimus, maior pars reliqui sit temporis absumenda, ut profectio sacerdotum, qui negotio sufficiant, valeat ordinari. Nam

Innuit cur ad illud ipsemet non accedat.

illud, quod pietas ipsius etiam[2] me credidit[3] debere interesse concilio, etiam si secundum aliquod praecedens exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam posset impleri, quia rerum praesentium nimis incerta conditio a tantae Urbis populis me abesse non sineret: et in desperationem quamdam animi tumultuantium mitterentur, si pro occasione[4] causae ecclesiasticae viderer patriam et Sedem Apostolicam velle deserere. Quia igitur ad

In suis legatis ipsa inest Pontificis auctoritas.

publicam utilitatem[5] pertinuisse cognoscitis, ut, salva clementiae vestrae venia, caritati me et precibus civium non negarem; in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoque adesse cum caeteris qui adfuerint aestimate: quibus secundum causam satis mihi ex gestorum serie et ipsius, de quo agitur, professione patefactam, evidenter et plene[6] quid servandum esset ostendi. Non enim de portiun-

Causae pondus.

cula aliqua fidei nostrae, quae minus lucide declarata sit[7], quaeritur; sed hoc stultissima resultatio[8] audet incessere[9], quod Dominus noster[10] in Ecclesia[11] neminem sexus utriusque voluit ignorare. Siquidem ipsa catholici Symboli brevis et perfecta confessio, quae duodecim apostolorum totidem est signata sententiis,

Attamen vel ipsa Symboli

tam instructa sit munitione caelesti, ut omnes haereticorum opiniones solo ipsius possint gladio detruncari. Cuius Symboli

confessione omnis haeresis destruitur.

plenitudinem si Eutyches puro et simplici

Eutyches arrogantiam caret.

voluisset corde concipere, in nullo a decretis sacratissimi Nicaeni concilii deviaret; et hoc a sanctis Patribus intelligeret constitutum, ut contra apostolicam fidem, quae nonnisi una est, nullum se ingenium,

Apostolica fides una est,

nullum elevaret eloquium. Et ideo pro vestrae pietatis consuetudine elaborare dignemini, ut quod contra singulare sacramentum salutis humanae blasphema[12] insipientia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si[13] ipse, qui in hanc ten-

Ad quam si Eutyches revertatur, venia donandus.

tationem incidit, resipiscat, ita ut per libellarem satisfactionem proprium damnet errorem, communio ei sui ordinis non negetur. Quod etiam sancto Flaviano

Quum error aboletur, non negligenda caritas.

episcopo me clementia tua scripsisse cognoscat, ut caritas non negligatur[14], si error aboletur.

Datum idibus iunii, Asturio[15] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 13 Iunii an. 449.

EPISTOLA XVII[16].

Presbyteros et archimandritas in Eutychis haeresim perbelle excitans hanc detestatur, eosque de Christi Incarnatione instruendos Flaviano remittit.

Dilectissimis filiis Fausto, Martino[17], et reliquis archimandritis Leo episcopus.

Cum propter caussam fidei, quam Eu-

Legatos mittens etiam presbyterum, et archi-

tyches perturbare tentavit, de latere meo

1 Cacciar. cum al. *a die tertio*.

2 « Cod. Vindob. omittit *etiam* ». Ballerin. col. 857.

3 « Id. cod. *credit* ». Ballerin. ibid.

4 « Al. *per occasionem* ». Ballerin. l. c.

5 Cacciar. cum aliq. codd. *publicam hanc utilitatem*.

6 « Cod. Grim. delet *et plene* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

7 « Al. *clarescat* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

8 « Al. *stolidissima insultatio*; al. *stolidissime audet* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. *asserere* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc.

10 « Aliq. cod. delet *noster* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. *in Ecclesia sua* ». Ballerin. l. c.

12 « Al. *blasphemiae* ». Ballerin. col. 858.

13 « Al. *At si* ». Ballerin. ibid.

14 Cacciar. *non negatur*; quam lectionem frequentiorem in edit. ac mss. occurrere ipsi Ballerinii l. c. fatentur.

15 Cacciar. l. c. *Asterio*.

16 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 859.

17 « Al. *Marciano* vel *Marcellino*, aut *Marcelliano* ». Ballerin. l. c.

mandritis scribere non omisit.

mitterem, qui defensioni veritatis assisterent, congruum credidi, ut etiam ad vestram dilectionem scripta dirigerem: quos certum habeo ita studere pietati, ut blasphemas et impias voces nullatenus aequanimiter audire possitis, manente in cordibus vestris apostolica institutione,

Qui secus evangelizat ac ab Ecclesia accepit, anathema est.

qua dicitur: *Si quis vobis evangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit*[1]. Sensum autem praedicti [2], qui, sicut gestorum lectione cognovimus, merito re-

Leo Eutychis haeresim execratur.

probatus est, etiam nos detestandum esse decernimus: ita ut si assertor insipiens in sua pravitate voluerit permanere, habeat cum his consortium, quorum est secutus errorem. Merito enim fiet extra Christi Ecclesiam, qui in Christo humanam, id est nostram, negat esse naturam. Sed, si

Quonam ratione cum ipso agendum.

idem, Spiritu Dei miserante, correctus impietatem sui erroris agnoverit, et quae catholici execrantur, plena satisfactione damnaverit, volumus ei misericordiam non

Ab Ecclesia error, non qui ab errore resipuit, excludendus.

negari; ut Ecclesia Domini nullum sentiat damnum, cum et resipiscens possit recipi, et solus debeat error excludi. De

De Dominica incarnatione ad Flavianum se plenius scripsisse admonet.

sacramento autem pietatis magnae, in qua nobis per incarnationem Verbi Dei iustificatio est et redemptio, quae sit nostra ex Patrum traditione sententia, in [3] litteris, quas ad fratrem meum Flavianum episcopum misi [4], nunc sufficienter, quantum arbitror, explicatum est; ut per insinuationem praesulis vestri quid secundum Evangelium Domini nostri Iesu Christi in omnium [5] fidelium cordibus fixum esse cupiamus, noscatis [6].

Datum idibus Iunii, Asturio [7] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 13 iunii an. 449.

EPISTOLA XVIII [8].

De Iuliani litteris gratulatus Eutychis perversitatem deplorat, suaque scripta per legatos ad Flavianum se misisse significat.

Leo episcopus Iuliano episcopo carissimo fratri [9].

Iuliani litteras sibi redditas pergratum eius fidei monimentum.

Litterae dilectionis tuae, quae mihi nuper sunt redditae, quam spiritali catholicae fidei vigeas amore demonstrant, et multum gaudere me faciunt, quod in eamdem sententiam [10] pia corda concurrunt, ut secundum doctrinam Spiritus Sancti impleatur in nobis quod Apostolus

Unum idemque dicere ac sentire Ecclesiae catholicae est.

ait: *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, et non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia* [11]. Cuius uni-

Eutyches ab hac unitate recessit.

tatis nimium se Eutyches fecit [12] extraneum, si [13] in sua perversitate veterascit, nec adhuc, quibus vinculis a diabolo [14] sit obligatus, intelligit, et quemquam sacerdotum Domini reperiendum putat, qui eius imperitiae amentiaeque consentiat.

1 Gal. I, 9.

2 Cacciar. cum edit. addit *Eutychis*.

3 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 148 *in his litteris*.

4 Cacc. l. c. *nunc misi*. Haec autem pericope, *in litteris, quas ad fratrem meum Flavianum episcopum misi*, in edit. ante Quesnel. desideratur. Vid. Ballerin. col. 861.

5 « Al. *omnibus* ». Ballerin. col. 862.

6 « Greca versio addit *Deus vos custodiat, dilectissimi filii* ». Ballerin. l. c.

7 Cacciar. l. c. *Asterio*.

8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 869.

9 « Al. *Iuliano episcopo Coensi* ». Ball. l. c.

10 Cacciar. cum Vulg. *in eadem sententia*. Male quidem.

11 1 Cor. I, 10.

12 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 156, cum edit. *facit*. Forte melius.

13 Cacciar. l. c. cum edit. *qui*.

14 « Edit. ante Quesnel. perperam *a Domino* ». Ballerin. col. 870.

Cur de eius perversitate primo quaestionis initio dubitaret.

Diu apud nos incertum fuit quid in ipso catholicis displiceret: et cum fratris nostri Flaviani nullas litteras sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam haeresim repullulare quereretur, non plene potuimus discere unde procederet vel quo tenderet tam dolosa causatio [1].

Eius hypocrisis execranda.

Sed postquam gestorum ad nos episcopalium documenta perlata sunt, omnia illa, quae fallacium querelarum velamine tegebantur, quam essent detestanda patuerunt.

Ephesini concilii quae causa.

Et quia clementissimus imperator pro benevolentia ac pietate animi sui de statu huius, qui ante honorabilis videbatur, diligentius voluit iudicari, atque ob hoc indicendum credidit episcopale concilium, per fratres nostros Iulium [2] episcopum et Renatum presbyterum, sed et filium meum Diaconem Hilarum, quos ex latere meo vice mea misi, ad fratrem

Ad Flavianum per legatos de dominica Incarnatione datae litterae.

nostrum Flavianum sufficientia pro qualitate causae scripta direxi, quibus et vestra dilectio et Ecclesia universa cognoscat de antiqua et singulari fide, quam indoctus impugnator incessit, quid divinitus traditum teneamus, et quid incommutabiliter [3] praedicemus. Quia tamen non debemus partes miserationis omittere, congruere moderationi credidimus [4]

Leonis in Eutychen clementia.

sacerdotum [5], ut, si condemnatus presbyter plena satisfactione corrigitur, sententia, qua obstrictus est, relaxetur; si vero in eodem insipientiae suae luto iacere delegerit, statuta permaneant, et cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem.

Data idibus iunii, Asturio [6] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 13 iun. an. 449.

EPISTOLA XIX [7].

Iuliano rescribens Eutychis haeresim fusius refellit.

Leo urbis Romae episcopus dilectissimo fratri Iuliano episcopo.

Flaviani litteras sibi gratas admodum ostendit.

CAP. I. Licet per nostros [8], quos ab Urbe [9] pro fidei caussa [10] direximus, plenissimas ad fratrem nostrum [11] Flavianum litteras miserimus contra nimiae impietatis errorem; tamen, quia per filium nostrum Basilium Diaconem [12] scripta tuae dilectionis accepimus, quae multum nobis catholici sensus fervore placuerunt, etiam hanc paginam, quae illis epistolis consonaret, adiecimus, ut [13] unanimiter atque constanter his, qui Evangelium Christi corrumpere cupiunt, resistatis: quoniam Sancti Spiritus in nobis atque in vobis [14] una est eruditio eademque doctrina,

Qui catholicam doctrinam respuit, membrum non est Corporis Christi.

quam quicumque [15] non recipit, non est membrum corporis Christi; nec potest eo capite gloriari, in quo naturam suam asserit non haberi. Quid autem prodest

Impudenter Eutyches, quorum fidem con-

imprudentissimo seni Nestorianae haereseos nomine eorum lacerare opinionem,

1 « Male Grim. cod. *accusatio* ». Cacciar. l. c.

2 « Al. *Iulianum* ». Ballerin. l. c.

3 « Cod. Ratisp. *immutabiliter* ». Ball. l. c.

4 « Id. cod. *credimus* ». Ballerin. ibid.

5 Vulgat. ante Quesnell. hunc locum ita exhibent, *congrua moderatione credidimus sanciendum*; quam lectionem Cacciar. pag. 157 retinuit.

6 Cacciar. l. c. *Asterio*.

7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 875.

8 « Al. *per eos* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 132.

9 « Al. *ad urbem* ». Ballerin. l. c. Perperam, ut videtur.

10 « Verba *pro fidei caussa* in nonnull. codd. desiderantur ». Ballerin. l. c.

11 « Anter. edit. et pleriq. codd. vocem *nostrum* omittunt ». Ballerin. col. 876.

12 « Al. *diaconum* ». Cacciar. pag. 133.

13 « Graeca versio hic addit *pro veritate humanitatis Christi* ». Ballerin. l. c.

14 « Pro verbis *in nobis atque in vobis*, graeca versio habet *in universa catholica Ecclesia* ». Ballerin. l. c.

15 Al. *quisque* aut *quisquis*; cod. Flor. *nam qui non receperit, nec est*, etc. Vid. Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

vellere nequit, Nestorianos arguit.

quorum piissimam convellere non potest fidem; cum, quantum Nestorius a veritate discessit, Deitatem Verbi ab assumpti hominis substantia separando [1], tantum a recto tramite etiam iste desciscat [2], qui unigenitum Dei Filium sic de utero beatae Virginis praedicat natum, ut humani quidem corporis speciem gesserit, sed humanae carnis veritas Verbo unita non fuerit? De quo prodigio [3] falsitatis quis non videat, quae opinionum monstra nascantur? Qui enim negat verum hominem Iesum Christum [4], necesse est, ut multis impietatibus impleatur [5], eumque aut Apollinaris sibi vindicet, aut Valentinus usurpet, aut Manichaeus obtineat, quorum nullus in Christo humanae carnis credidit veritatem. Qua utique non recepta, non solum quod secundum carnem atque animam rationalem, qui erat in forma Dei, manens idem in forma servi, homo natus denegatur; sed etiam quod crucifixus est et mortuus ac sepultus, quodque die tertio [6] resurrexit, et quod ad dexteram Patris sedens [7] ad iudicandos vivos et mortuos in eo corpore sit venturus, in quo est iudicatus [8], abnuitur: quia haec redemptionis nostrae sacramenta vacuantur, si Christus veram veri hominis totamque naturam suscepisse non creditur.

Stulte nimis in Christo humani corporis speciem effingit.

Quod et alii impiissime statuerunt.

Siquidem per id catholica fides destruitur.

CAP. II. An quia manifesta erant signa divina, falsa dicentur documenta corporea, et testimonia utriusque naturae valebunt, ut creator intelligatur; non valebunt, ut creatura salvetur? Quod Deitatis est, caro non minuit; quod carnis est, Deitas non peremit. Idem enim et sempiternus ex Patre, et temporalis ex Matre: in sua virtute inviolabilis, in nostra infirmitate passibilis: in Deitate Trinitatis cum Patre et Spiritu Sancto unius eiusdemque naturae; in susceptione autem [9] hominis, non unius substantiae, sed unius eiusdemque personae: ut idem esset dives in paupertate, omnipotens in abiectione, impassibilis in supplicio, immortalis in morte. Nec enim Verbum aut in carnem, aut in animam aliqua sui parte conversum est; cum simplex et incommutabilis natura Deitatis tota in sua sit semper essentia, nec damnum sui recipiens, nec augmentum, et sic assumptam naturam beatificans, ut glorificata in glorificante permaneat. Cur autem inconveniens aut impossibile videatur, ut Verbum et caro atque anima unus Iesus Christus et unus Dei hominisque sit filius, si caro et anima, quae dissimilium naturarum sunt, unam faciunt, etiam sine Verbi incarnatione, personam, cum multo sit facilius, ut hanc unitatem sui atque hominis Deitatis praestet potestas, quam ut eam in substantiis suis [10] obtineat solius humanitatis infirmitas? Nec Verbum igitur in carnem, nec in Verbum caro mutata est: sed utrumque in uno manet, et unus in utroque est, non diversitate divisus, non

In Christo utriusque naturae proprietas est indivisibilis.

Deitas in Christo per carnem non minuitur, neque caro perimitur per Deitatem.

In Christo una eademque persona, sed duplex substantia.

Verbum caro fit, ut in carnem, vel in animam non commutatur.

Ut anima et caro unam in homine personam, ita Verbum et anima et caro unum faciunt Iesum Christum.

Verbum et caro in uno manent, et unus in utroque est.

1 « Graeca versio addit *et ab ipsa Virginis conceptione* ». Ballerin. col. 877.

2 « Aliq. codd. *discedat* ». Ballerin. et Cacciar. II. cc.

3 « Aliq. codd. *E quo prodigio*; al. *De quo praeiudicio* ». Cacciar. pag. 134.

4 Al. *Qui enim negat mediatorem Dei et hominum hominem, Christum*, etc., quam lectionem Cacciar. l. c. praefert; al. *Negator enim mediatoris Dei et hominum hominis Christi Iesu*; al. *Negato enim mediatore Dei et hominum homine* etc. Vid. Baller. et Cacciar. II. cc.

5 « Al. *implicetur* ». Ballerin. l. c.

6 « Vulg. addunt *a mortuis* ». Ballerin. col. 878 et Cacciar. l. c.

7 « Cod. Ratisp. *sedet, et* ». Ballerin. l. c. Melius, opinor, n. lectio.

8 « Vulg. addunt *ad mortem* ». Ballerin. col. 880.

9 « Vat. 1319. *Cum in susceptione autem hominis* ». Cacciar. pag. 135.

10 « Cod. Ratisp. omittit *suis* ». Ballerin. col. 881.

permixtione confusus, nec alter ex Patre, alter ex Matre; sed idem aliter ex Patre ante omne [1] principium, aliter de Matre in fine saeculorum, ut esset *mediator Dei et hominum homo Iesus Christus* [2], in quo inhabitaret [3] *plenitudo Divinitatis corporaliter* [4], quia assumpti, non assumentis provectio est, quod *Deus illum exaltavit, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Iesu omne genuflectatur caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus Christus* [5] *in gloria est Dei Patris* [6].

Secus Christus Dei hominumque mediator non esset.

Cap. III. In eo vero quod Eutyches in episcopali iudicio ausus est dicere, ante incarnationem duas in Christo fuisse naturas, post incarnationem autem, unam; necessarium fuerat, ut ad reddendam rationem professionis suae crebris atque sollicitis iudicum interrogationibus urgeretur; ne [7] tamquam inane aliquid praeterflueret, quod non nisi de haustu venenatorum dogmatum apparebat effusum [8]. Arbitror enim talia loquentem hoc habere persuasum, quod anima, quam Salvator assumpsit, prius in caelis sit commorata, quam de Maria Virgine nasceretur, eamque sibi Verbum in utero copularet [9]. Sed hoc catholicae mentes auresque non tolerant [10]: quia nihil secum Dominus de caelo veniens nostrae conditionis exhibuit, nec animam enim, quae anterior extitisset, nec carnem, quae non materni corporis esset, accepit. Natura quippe nostra non sic assumpta est, ut prius creata, post assumeretur [11]; sed ut ipsa assumptione crearetur. Unde quod in Origene merito damnatum est, qui animarum, antequam corporibus [12] insererentur [13], non solum vitam [14], sed et diversas fuisse asseruit [15] actiones: necesse est ut etiam in isto, nisi maluerit sententiam [16] abdicare, plectatur, Nativitas enim Domini secundum carnem, quamvis habeat quaedam propria, quibus humanae conditionis initia transcendat, sive quod solus [17] ab inviolata Virgine sine concupiscentia [18] est conceptus et natus, sive quod ita visceribus matris est editus, ut et foecunditas pareret, et virginitas permaneret; non alterius tamen naturae erat eius caro, quam nostrae [19], nec alio illi, quam caeteris hominibus, anima est inspirata principio, quae excelleret, non diversitate generis, sed sublimitate virtutis. Nihil enim carnis suae habebat adversum, nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam [20] voluntatum. Sensus corporei vigebant sine lege [21] peccati; et veritas affectionum sub moderamine Deitatis et mentis, nec tentabatur illecebris, nec cedebat iniuriis. Verus homo vero unitus est Deo, nec secundum existentem prius animam deductus est e caelo [22], nec secundum car-

Non satis in synodo explorata Eutychis commenta.

Neque Christi anima corporis eius conceptionem praecessit, nec illius corpus ex nihilo fuit creatum.

Damnatam animarum praeexistentiam Origenes docuit.

Per quae Christi nativitas a nostra differat.

Christi anima virtutis sublimitate, neutiquam diversitate generis excellit.

In Christo nec desideriorum pugna, nec voluntatum certamen.

1 « Idem cod. delet *omne* «. Ballerin. l. c.

2 I Tim. II, 5, ubi vulg. edit. legit *Christus Iesus*.

3 « Cod. Vat. 544 *habitaret* ». Cacciar. p. 136.

4 Coloss. II, 9.

5 « Duo codd. delent *Christus* ». Baller. l. c.

6 Philipp. II 9-11, ubi vulg. edit. habet *quia Dominus*.

7 Cacciar. l. c. *nec*.

8 Cacciar. l. c. cum aliis *affusum*.

9 « Al. *copularit* ». Ballerin. l. c.

10 « Al. *non tolerarent* ». Cacciar. l. c.

11 « Al. *ut prius creata sumeretur* «. Baller. col. 882. Perperam, ut videtur.

12 « Al. *in corporibus* ». Ballerin. l. c.

13 « Al. *misceantur* ». Ballerin. l. c.

14 « Al. *vitas* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 132. Sed perperam.

15 « Al. *asserit* ». Cacciar. l. c.

16 Cacciar. *sententiam suam*.

17 « Al. addunt *ex Spiritu Sancto* ». Baller. col. 883.

18 « Al. addunt *carnis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

19 Cacciar. l. c. cum al. *nostra*. Forte melius.

20 « Al. *nec discordiam desideriorum gignebat compugnatio* (Edit. *compugnantia*) *voluntatum* ». Ballerin. col. 884.

21 « Al. *sorde* «. Ballerin. l. c.

22 « Al. *ex alto*; al. delet. *est* ». Baller. l. c.

nem creatus ex nihilo; eamdem gerens in Verbi Deitate personam [1], et tenens communem nobiscum in corpore animaque naturam. Non enim esset Dei hominumque mediator, nisi idem Deus, idemque homo in utroque et unus esset et verus. Incitat quidem [2] nos ad latitudinem disserendi materiae magnitudo; sed apud eruditionem tuam non est copiose [3] laborandum: praesertim cum iam per nostros ad fratrem Flavianum sufficientes litteras miserimus, ad confirmandos animos non solum sacerdotum, sed etiam laicorum. Praestabit, ut credimus, misericordia Dei, ut absque cuiusquam animae detrimento possint adversum diaboli dolos et sana defendi, et vulnerata curari [4].

Christo communis est nobiscum animae et corporis natura.

De Incarnatione Christi ad Flavianum sese abertius scripsisse meminit.

Data idibus iunii, Asturio [5] et Protogene viris clarissimis consulibus [6].

Dat. die 13 iunii an. 449.

EPISTOLA XX [7].

Acceptis Flaviani litteris, et concilii actis, legatos suos ad Ephesinam synodum mittit.

Flaviano carissimo fratri Leo Papa.

Litteras tuae dilectionis accepi cum gestis, quae apud vos de [8] fidei quaestione confecta sunt. Et quia clementissimus imperator pro Ecclesiae pace sollicitus synodum voluit congregari, quamvis evidenter appareat, rem, de qua agitur, nequaquam synodali indigere tractatu; tamen, frater carissime, subsecutos [9] esse significo, quos in hac re placuit destinare. Nec necessarium fuit nunc amplius scribi, cum, propitio Deo, de his quae caussae credimus convenire, per ea quae ipsi portabunt scripta, sis plenius instruendus.

Flaviani litterae, conciliique gesta sibi tradita.

Theodosio indulgens legatos Ephes. synodo non denegat.

Flaviano quid sit agendum per eos significat.

Data duodecimo [10] kalendas iulii, Asturio [11] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 20 iun. an. 449.

EPISTOLA XXI [12].

Theodosii pro Ecclesia sollicitudinem commendans, rationes aperit cur sibi ad Ephesinam synodum convenire non liceat, suaque vice legatos eligit.

Leo Theodosio Augusto.

Acceptis clementiae vestrae litteris, multum universali Ecclesiae gaudendum esse perspexi, quod christianam fidem, qua divina Trinitas [13] honoratur et colitur, in nullo dissimilem, in nullo vultis [14] esse discordem. Quid enim rebus humanis ad exorandam misericordiam Dei efficacius suffragetur, quam si una gratiarum actio et unius confessionis sacrificium maiestati eius ab omnibus offeratur? In quo [15] sacerdotum et cunctorum fidelium ita demum erit plena

Theodosii studium pro Ecclesiae unitate.

Ad divinam misericordiam exorandam nil efficacius, quam unius confessionis sacrificium.

1 « Versio graeca *sed eamdem habens in divinitate et humanitate personam* ». Ballerin. loc. cit.

2 « Al. *Incitat enim*; al. *At incitat quidem* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

3 Cacciar. pag. 138 cum al. *copia*.

4 « Graeca versio et antiquiss. Vat. cod. 5750 addunt *Deus te incolumem custodiat, sancte frater* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

5 Cacciar. l. c. *Asterio*.

6 Videsis et ep. XIII pag. 26, col. 2, ubi de Eutich. haeresi fusius disseritur.

7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 885.

8 « Al. *super* ». Ballerin. l. c.

9 « Perperam Quesnell. contendit legendum *subsecuturos* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 157.

10 « Al. XV *kal.* ». Ballerin. col. 886 et Cacciar. l. c. Jaffè op. cit. nobiscum cohaeret.

11 Cacciar. l. c. *Asteria*.

12 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 886.

13 « Al. *qua divinitas* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis*, part. II, pag. 158.

14 Cacciar. l. c. cum al. *vult*. Recte quidem n. lectio.

15 Cacciar. l. c. cum al. *In quo et*.

Tum plena devotio, quum plena fidea.

devotio, si in his, quae per unicum Dei Filium Deum Verbum pro nostra redemptione sunt gesta, nihil aliud sentiatur, quam quod ipse de se et [1] praedicari iussit et credi [2]. Unde quamvis ad diem, quem concilio episcopali [3] pietas vestra constituit, occurrere me ratio nulla permittat, cum nec aliqua ex hoc [4] ante exempla praecesserint, et temporalis necessitas me non patiatur deserere civitatem; praesertim cum tam evidens fidei causa sit, ut rationabilius [5] ab indicenda synodo fuisset abstinendum: tamen, in quantum Dominus iuvare dignatur, meum studium commodavi, ut clementiae vestrae statutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputandis scandalis pro causae qualitate [6] sufficiant, quique praesentiae meae impleant vicem; quia non talis quaestio orta est, de qua [7] aut possit aut debeat dubitari.

Quomiuus synodo intersit, consuetudo impedit ac necessitas.

In evidenti fidei causa concilium non fuisset convocandum.

Nihilominus, ut imperatori satisfaciat, legatos suos non renuit.

Data duodecimo [8] kalend. iulii, Asturio [9] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 20 iunii an. 449.

EPISTOLA XXII [10].

Flaviani litterarum rationem approbans cum in Eutychis haeresim vel magis incendit.

Leo Flaviano episcopo Constantinopolitano.

Profectis iam nostris, quos ad vos in fidei caussa direximus, per filium nostrum Basilium diaconem scripta tuae dilectionis accepimus, quibus merito parum de negotio communis sollicitudinis indidisti [11], quoniam et gesta ante delata de omnibus nos sufficienter instruxerant [12], et ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo praedicti, per quem nunc alloquia reddentes, dilectionem tuam per Dei nostri [13] gratiam, in qua [14] fidimus, cohortamur, utentes verbis apostolicis, atque dicentes: *In nullo terreamini ab adversariis. Quae est illis caussa perditionis, vobis autem salutis* [15]. Quid enim tam exitiabile, quam, negata veritate Incarnationis [16] Christi, omnem spem salutis humanae velle dissolvere, et apostolo contraire dicenti manifeste: *Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne?* [17] Quid [18] tam gloriosum, quam contra inimicos Nativitatis et Crucis Christi pro fide evangelica dimicare? De cuius purissimo lumine invictaque virtute, datis iam ad tuam dilectionem litteris [19], quid in nostro esset corde patefecimus, ne de his [20], quae secundum doctrinam catholicam didicimus et docemus, aliquid inter nos videri possit ambiguum. Quia vero tam clara et tam valida [21] sunt testimonia veritatis, ut nimis coecus, nimisque obduratus habendus sit, qui ad coruscationem lucis atque rationis non confestim se a tenebris falsitatis excus-

Flaviani litterae per Basilium diaconum sibi traditae.

Quam prudenter Flavianus in illis se gesserit.

Ad fidem tuendam ipsum vehementer hortatur.

Negata vera Christi Incarnatione, omnis spes humanae salutis dissolvitur.

Nil gloriosius, quam pro fide evangelica dimicare.

Eutychis imbecillitatem carpit.

1 « Al. omittit. *et* ». Ballerin. l. c.

2 Cacciar. l. c. addit *gloriosissime imperator.*

3 Cacciar. l. c. cum al. *quamvis ad diem concilii episcopalis, quem pietas*, etc.

4 « Al. *ex hac parte* ». Ballarin. col. 887.

5 « Al. *rationabilibus causis* ». Ballerin. l. c. Rectius ad orat. context. n. lectio.

6 Cacciar. l. c. cum al. *aequitate.*

7 « Al. *unde* pro *de qua* ». Ballarin. l. c. et Cacciar. p. 159.

8 « Al. XIII ». Cacciar. l. c. Jaffè op. cit. nobis favet.

9 Cacciar. l. c. *Asterio.*

10 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis*, tom. I, col. 887.

11 « Al. *indidisses* ». Ballerin. col. 888 et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 168.

12 Cacc. l. c. mendo typographico « *instruxerat* ».

13 « Al. delent *nostri* ». Cacciar. l. c.

14 « Al. *in quo* ». Ballarin. et Cacciar. ll. cc.

15 Philipp. I, 28.

16 « Al. *veritate carnis* ». Ballarin. et Cacciar. ll. cc.

17 I Tim. III, 16.

18 « Al. *Et quid* ». Ballerin. l. c.

19 Vid. sup. epistolam XIII pag. 26, col. 2.

20 Cacciar. pag. 169 cum al. *illis.*

21 Cacciar. l. c. *tam valida et tam clara.*

Imperitorum insania patienter curanda.

serit; ad curandam imperitorum insaniam etiam patientiae vos adhibere volumus medicinam, ut per paternas increpationes hi, qui in senectute carnis suae mente sunt parvuli, discant obedire maioribus.

Quibus, si resipiscant, parcendum.

Ac si, deposita imperitiae suae vanitate, resipiscunt [1], omnique errore damnato, fidem veram singularemque suscipiunt, misericordia eisdem episcopalis benevolentiae [2] non negetur:

Non ita, si in sua perdurent pravitate.

mansuro iudicio, quod praecessit, si impietas merito condemnata in sua pravitate perstiterit.

Data decimo kalendas augusti, Asturio [3] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 23 iulii an. 449.

EPISTOLA XXIII [4].

Ob Flaviani silentium sollicitus diligenter de causae Eutychianae exitu sciscitatur.

Leo episcopus Flaviano episcopo.

Flaviani silentium redarguit.

Auget sollicitudinem nostram taciturnitas tua, quod [5] iamdiu nulla dilectionis tuae scripta suscepimus; cum nos curarum tuarum participes pro fidei defensione solliciti frequenter per occasiones idoneas ad dilectionem tuam litteras miserimus [6], ut adhortationum nostrarum consolationibus te iuvaremus, ut adversariorum stimulis pro fidei defensione non cederes, cum laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatem tuam nostros credimus pervenisse, per quos plenius scriptis mandatisque nostris instructum te esse retines, et [7] Basilium ad te, ut volueras, ipsi remisimus.

E suis litteris ipsum de agendi ratione satis edoctum arbitratur.

Nunc, ne aliqua praetermissum occasione te crederes, per filium nostrum honorabilem et amabilem nobis virum Eupsychium [8] hanc paginam dedimus, ut tota celeritate ad scripta nostra [9] respondeas, nosque subinde de tuis actionibus [10] nostrorumque, et de totius causae absolutione facias certiores, ut sollicitudinem, quam nunc pro fidei defensione gerimus, prosperioribus nuntiis [11] molliamus.

Ut illico de rerum statu respondeat, Eupsychium mittit.

Data tertio idus augusti, Asturio [12] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat die 11 augusti an. 449.

EPISTOLA XXIV [13].

De Ravennii gaudens electione in Arelatensem episcopum, eam confirmat, utque omnium spei satisfaciat vehementer exoptat.

Dilectissimis fratribus Constantino, Andentio, Rustico, Auspicio, Nicetae, Nectario, Floro, Asclepio, Iusto, Augustali, Ynantio [14] et Chrysapio Leo Papa.

De canonum custodia in Ravennio eligendo gratulatur.

Iusta et rationabilis nobis [15] causa gaudendi est, cum a sacerdotibus Domini ea gesta cognoscimus, quae et paternorum canonum regulis, et apostolicis congruant institutis.

Ecclesiae corpus eo salubriter crescit, quo

Necesse est enim, ut omne corpus Ecclesiae salubri crescat

1 « Al. *resipiscat* ». Cacciar. l. c. Aptius, opinor, n. lectio.

2 « Al. *misericordiae iisdem episcopalis benevolentia* ». Ballerin. l. c.

3 Cacciar. l. c. *Asterio*.

4 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 889.

5 « Al. *quid* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* p. II, pag. 169.

6 Praeter sup. epist. XIII habes ad Flavianum datas epist. X pag. 24, col. 1; XII pag. 26, col. 1; XX pag. 44, col. 1; XXII pag. 45, col. 1.

7 « Vat. 1341 *sed* ». Cacciar. l. c.

8 « Al. *Eusychium*, vel *Esitium* ». Cacc. l. c.

9 « Vat 1340 *scriptis nostris* ». Cacciar. pag. 170.

10 « Al. *actibus* ». Ballerin. col. 890 et Cacc. loc. cit.

11 Cacciar. l. c. *nunciatis*.

12 Cacciar. l. c. *Asterio*.

13 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 890.

14 « Al. *Hymnatio* ». Ballerin. l. c.

15 « Al. omitt. *nobis* ». Ballerin. l. c.

eius moderatores tranquilla auctoritate vigent.

augmento, si membra, quae praesunt, et vigore excellant auctoritatis, et tranquillitate moderaminis. Quod ergo in Arelatensium civitate, defuncto sanctae memoriae Hilario, virum etiam nobis probatum, fratrem Ravennium, secundum desideria cleri, honoratorum et plebis, unanimiter consecrastis, bonum fraternitatis vestrae opus nostro iudicio roboramus. Quia [1] electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum nec studia civium defuerunt, postulationis quidem humanae, sed inspirationis credimus fuisse divinae. Utatur itaque, fratres carissimi, Dei munere memoratus antistes, et secundum consonantia omnium ordinum vota quid ex ipso devotionis expectetur, intelligat: ut dispensationis sibi creditae diligens ac temperans executor, vestro testimonio non inferior, et nostro per omnia favore sit dignior. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

Ravennium cunctis suffragiis electum in episcopali sede confirmat.

Electio pacifica et concordis a Spiritu Sancto est.

Ut ille muneri suo respondeat, bene precatur.

Data undecimo [2] kalendas septembris, Asturio et Protogene coss.

Dat. die 22 aug. an. 449.

EPISTOLA XXV [3].

Ravennio in episcopatum assumpto gratulatur.

Dilectissimo [4] fratri Ravennio Leo.

De Ravennii electione gaudet.

Provectionem dilectionis tuae, quae summi sacerdotii adepta est dignitatem, ita nobis placere cognosce, ut non solum tibi de honoris augmento, sed etiam Arelatensi Ecclesiae, cui te Dominus praeposuit, gaudeamus. Ad omnium enim fidelium decus atque utilitatem redundat, cum talis habetur antistes, cuius plurimi et adiuventur praesidio, et incitentur exemplo. Unde, quia non ignoras quid de sinceritate animi tui secundum praecedentem [5] notitiam senserimus, iustissime nos agnoscis [6] exigere, ut quod praesumimus, hoc probemus, frater carissime. Modestiae igitur tuae non desit auctoritas, constantiam mansuetudo commendet [7], iustitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem, et declinata superbia, cui proximum est ut decidat, ametur humilitas, cui semper debetur, ut crescat. Ecclesiasticarum legum non ignara est dilectio tua, ut intra earum regulas atque mensuras omnia potestatis tuae iura contineas. Iusto quippe ideo dicitur [8] lex non esse posita, quia normam praeceptionis implet iudicio voluntatis, cum verus recti amor in semetipso habeat [9] et apostolicas auctoritates et canonicas sanctiones. Quarum [10] devotus sectator et diligens executor, in eorum procul dubio consortio gloriaberis, qui de [11] creditorum sibi profectibus talentorum audire meruerunt: *Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui* [12]. Ut autem fiduciam dilectionis erga te nostrae habere non dubites, saepius nos de processu

Probatus antistes fidelibus decus, plurimis est salus.

Episcopales virtutes illi enixe commendat.

Superbiae proximus est lapsus.

Episcopi potestas ecclesiastico iure coercenda.

Iusto non est posita humana lex.

Verus recti amor lex est suprema.

Ut saepius scribat hortatur.

1 « Al. *qui* ». Ballerin. l. c.

2 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 170 II *kal.* et ad marg. *al.* VII *kal.* Jaffé l. c. nobiscum cohaeret. Videsis de hac re Ballerin. col. 891, not. 6.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 891.

4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 171 *Domino*. Insuetum titulum, inquiunt Ballerin. l. c., emendavimus ex Vat. 541 et edit. concilior.

5 « Al. male *praesentem* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

6 « Edit. perperam *agnoscitis* ». Ballerin. l. c.

7 « Edit. ante Quesnell. legunt *Modestiae igitur tuae non auctoritas constantiam, sed mansuetudo commendet* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc.

8 « Al. *Iusto tamen dicitur* ». Baller. col. 892. Perperam, ut videtur.

9 « Al. *in semetipso* sive *in semetipsa habeat* ». Ballerin. l. c.

10 « Vat. 541 *quare* ». Cacciar. pag. 172.

11 Id. cod. delet particulam *de* ». Cacc. ibid.

12 Matth. xxv, 21 et 23.

actuum tuorum facias certiores: quoniam iudicii nostri memores cupimus semper de tuis profectibus in Domino gloriari. Deus te incolumem custodiat, frater carissime [1].

Dat. an. circa 449.

EPISTOLA XXVI [2].

Ravennium de Petroniano quodam sese per Gallias Leonis diaconum mentiente admonet, eumque ab omnibus Ecclesiis expelli iubet.

Dilectissimo fratri Ravennio Leo Papa.

Petroniani execrabilis audacia.

Circumspectum te volumus esse atque sollicitum, ne quid sibi plectenda possit vindicare praesumptio: quae cum aditum falsa subreptione repererit, ad maiorem se temeritatem nomine usurpatae dignitatis extendit. Petronianum quemdam vagum et semper erroneum, certa nos clericorum tuorum suggestione didicimus per Gallias se nostrum esse diaconum iactitasse, et sub huius honoris obtentu diversas eius Provinciae Ecclesias circuire. Cuius audaciae tam nefandae dilectionem tuam, frater carissime, ita volumus obviare, ut eum, admonitis etiam totius Provinciae episcopis, in sua falsitate detectum ab omnium Ecclesiarum communione, ne ulterius hoc usurpet, expellas. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime.

A communione Ecclesiarum omnium eiiciendus.

Data sub die septimo kalendas septembris, Asturio et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 26 augusti an. 449.

EPISTOLA XXVII A [3].

Ephesina synodo reprobata, Theodosium obtestatur, ut per eam nihil innovetur, alindve concilium in Italia habeatur.

Gloriosissimo et sereniss. Theodosio [4] imperatori Leo episcopus.

Leonis in beato Petro fiducia.

Antea et ab initio in iis, quae factae sunt, synodis tantam nos accepimus fiduciam a sanctissimo Petro et principe apostolorum, ut potestatem habeamus et veritatis vindicandae pro nostra pace, et nemini ipsam liceat, cum munita adeo sit, concutere, dum sine mora laesio removetur. Quoniam igitur concilium episcoporum, quod in Ephesina civitate propter Flavianum fieri iussistis, et ipsam laedit fidem, et omnes sauciat Ecclesias [5]

Ephesi concilium fidei infestum.

. . . .

Eius seditionem a legatis cognoscit.

Atque haec non ab incerto nuntio nobis cognita sunt, sed ab ipsis, quos misimus, religiosissimo episcopo et fidelissimo Hilaro diacono nostro, qui, quae acta sunt, nobis exposuerunt. Quod autem accidit, hanc habet caussam, quod non pura conscientia rectoque iudicio, secundum consuetudinem, ii qui convenerunt, de fide et de iis, qui decepti

1 « Licet huic epistolae desit nota chronica; tamen, sub idem tempus, quo antecedens ad episcopos per Arelatensem provinciam constitutos, scripta fuit ». Ballerin. l. c.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 892. Cacc. *Opp. S, Leonis* p. II, pag. 172.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 902. Hanc epistolam a suppositionis nota eximunt Ballerinii, siquidem reperiatur in graeca collectione Chalchedonensi, quae, ipso Leone vivente, compacta fuit; et scite advertunt, huius textum non esse originalem latinum, sed partim versionem ex graeco, partim e seq. epist. XXVIII fuisset transumptum. Vid. admon. ab ipsis praemissam epist. XLIII, pag. 894, ubi ad num. 7 videre etiam est, cur duae tam similes epistolae eidem imperatori fuerint missae.

4 « Edit. *Theodosio Augusto*. In latin. autem concil. Chalched. exempl. *Gloriosissimo et clementissimo Theodosio Augusto Leo episcopus, et sancta synodus, quae in urbe Roma convenit*. Edit. Rom. voci *Augusto* praemittit *semper*, nullo mss. suffragio ». Contin. Const. in mss. Vatic.

5 Labbaeus hac interpunctione caret.

fuerunt, sententiam protulere. Cognoscimus enim ad concilium non omnes, quos oportebat, convenisse; sed alios quidem eiectos, alios autem intromissos, qui praedicti episcopi circumventione impiis subscriptionibus capti sunt. Talis namque ab ipso prolata sententia, ut omnibus per ipsum Ecclesiis iniuria inferretur. Huiuscemodi enim rem valde impiam fideique repugnantem ii testes de visu, qui per nos missi sunt, nobis significarunt. Unde, serenissime imperator, a vestra pia conscientia periculum causa fidei avertere dignare, neque humana praesumptio Christi Evangelio vim inferat. Haec ego, o christianissime et venerabilis imperator, cum iis, qui mecum sunt, episcopis, sincero affectu cupiens vos ante omnia placere Deo, ad quem ab universa Ecclesia unanimiter pro vestro imperio preces funduntur, ut facias consilium do, ne forte poenas persolvamus ante tribunal Christi, si huiuscemodi rem silentio involvamus. Obsecro igitur coram unius Deitatis inseparabili Trinitate, quae per ea, quae male acta sunt, laeditur, quaeque vestri est custos imperii, et coram sanctis angelis Christi, ut cuncta maneant intacta, sicut et ante iudicium existebant. Expectent autem maius criterium concilii, in quo omnis ex toto orbe episcoporum numerus congregetur; neque sinatis vos de alieno peccato onus sustinere; quod ut manifestius edicamus, urgentis necessitatis timore constringimur. Sed ante oculos proponite beatissimi Petri gloriam, communesque cum ipso omnium apostolorum coronas et martyrum gaudia, quibus non alia fuit causa patiendi, nisi confessio verae Deitatis, et in Christo perfecta permansio. Quae confessio eum impie nunc a paucis quibusdam laedatur, omnes nostrarum partium Ecclesiae omnesque sacerdotes mansuetudini vestrae cum lacrymis supplicant propter appellationem in Flaviani episcopi libello contentam, ut speciale concilium iubeatis in Italiae partibus peragi, ut omnis conflictus repellatur vel mitigetur, nihilque devians vel dubium in fide sit: convenientibusque insuper etiam episcopis ab orientalibus provinciis omnibus, quidam, qui de veritatis via exorbitarunt, salutaribus curationibus in integrum revocentur, et hi, quorum est causa gravior, vel consiliis acquiescant, vel ab una Ecclesia exscindantur; ita ut necessarium sit et eadem servare, quae Nicaenus canon et quae constitutio totius orbis episcoporum praecipit secundum catholicae Ecclesiae consuetudinem et nostrorum Patrum liberam fidem, per quam serenitas vestra stabilitur. Iis, qui Ecclesiam laedunt, expulsis, vestrisque provinciis iure, quod iustum est, potientibus, atque vindicta adversus haereticos exercita, vestrum etiam imperium Christi dextera defendetur.

Illius decreta quantum iniqua.

Christi Evangelio nulla inferenda vis.

Theodosium obsecrat ut, remoto fidei periculo, omnia velit intacta.

Individua Trinitas improbis actis laeditur.

In fide dominicae incarnationis Theodosium Ss. martyrum exemplo confirmat.

Ei supplicatur, ut speciale concilium in Italiam congregetur.

Nil sit in fide devians, dubium nihil.

Italicum concilium vel Orientis episcopis adeundum.

Imperium per fidem stabilitur.

Ecclesiam principes tueantur, et Christus eorum regnum defendet.

EPISTOLA XXVII B[1].

Gloriosissimo et clementissimo Theodosio Augusto Leo episcopus.

CAP. I. Olim et ab initio in conciliis celebratis tantam nos percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut auctoritatem habeamus ad veritatem pro nostra pace defendendam: quatenus nulli liceat sic eam munitam[2] in aliquo commovere, dum repente laesio removetur[3]. Igitur quia concilium episcoporum, quod

1 Ex Baller. *Opp. S. Leonis* tom. 1, col. 907, qui eamdem epist. referunt ex mss. latinae collectionis Chalchedonensis, licet non esse textum originalem satis demonstrent. Vid. quae innuimus ad preced. epist. not. 1.

2 « Alii legunt *minutam* »; at Contin. Const. in mss. Vat. iure corrig. *munitam*.

3 « Al. *moveretur* »; Contin. Const. l. c. *removeretur*.

propter Flavianum in Ephesina civitate fieri praecepistis, et ipsi fidei probatur obesse, et omnes Ecclesias vulnerare; . . . . Et haec a nobis comperta sunt non incerto nuntio, sed ab ipsis reverendissimis episcopis, qui a nobis missi sunt, et fidelissimo rerum, quae gestae sunt, narratore Hilaro diacono nostro. Haec autem ideo culpa processit, eo quod non pura conscientia et recto iudicio secundum consuetudinem hi, qui collecti sunt, de fide et errantibus [1] protulerunt. In ipso autem iudicio non omnes, qui convenerant, interfuisse cognovimus. Nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis arbitrio impiis subscriptionibus captivas manus dederent [2], et nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemque ab ipso prolatam esse sententiam, ut in omnes per eam saeviretur Ecclesias. Quod nostri ab Apostolica Sede directi, adeo impium et catholicae fidei contrarium videntes, nobis significare noscuntur.

Cap. II. Unde, tranquillissime principum, removete, quaesumus, a vestra pietatis conscientia periculum religionis et fidei, ut Christi Evangelio vim non inferat humana praesumptio. Ecce ego, christianissime et venerabilis imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reverentiam clementiae vestrae sinceri amoris officium, cupiensque vos per omnia placere Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Domini rei de silentio [3] iudicemur, obsecramus coram unius Deitatis inseparabili Trinitate, quae tali facto laeditur, cum ipsa vestri sit custos et auctor imperii, et coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu esse iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur, nec alieno peccato patiamini vos gravari: quia, quod necesse est nos dicere, veremur ne cuius religio dissipatur, indignatio provocetur. Prae oculis habete, et tota mentis acie reverenter aspicite beati Petri gloriam et communes cum ipso omnium apostolorum coronas cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit caussa patiendi, nisi confessio verae divinitatis et verae [4] humanitatis in Christo.

Cap. III. Cui sacramento, quia impie nunc a paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum Ecclesiae, omnes mansuetudini vestrae cum gemitibus et lacrymis supplicant sacerdotes, ut quia et nostri fideliter reclamarunt, et eisdem libellum appellationis Flavianus episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quae omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne ultra aliquid sit [5] vel in fide dubium vel in caritate divisum; convenientibus utique orientalium provinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atque iniuriis a veritatis tramite deviarunt, salutaribus remediis in integrum revocentur: ipsique, quorum est caussa durior, si consiliis melioribus acquiescant, ut [6] ab Ecclesiae unitate

1 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 175 *sententiam protulere*; cui graec. interpr. adhaeret per voces την αποφασιν εκφωνησαι. « Quid. edit. *erratibus*; Labbaeus *et erratis* in text., sed ad margin. *et certantibus*. Grimanic. autem cod. *de fide errantibus* ». Contin. Constant. l. c. Verum graec. text. τους συνελθοντας τη πιστει, και τους πεπλανημενους potius lectionem nostram videtur confirmare.

2 Al. *dederunt*. Mss. (advert. Contin. Const. l. c.) *dederent*; at edit. *dederant*.

3 Al. *de consilio*. Sed recte Carafa Epist. Rom. Pontif. ad marg. corrig. *de silentio*.

4 Contin. Const. l. c. delet *verae*.

5 Ita et al. Contin. Const. ibid. *ne aliquid ultra sit*.

6 Contin. Const. ib. recte delet *ut*.

non excidant. Quam autem [1] post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, canonum Nicaeae habitorum decreta testantur, quae a totius mundi sunt sacerdotibus constituta. Favete catholicis vestro more, parentumque vestrorum date defendendae fidei libertatem. Cum enim Ecclesiae causas [2], tum regni vestri agimus [3] et salutis, ut provinciarum vestrarum quieto iure potiamini. Defendite contra haereticos inconcussum Ecclesiae statum, ut et vestrum Christi dextera defendatur imperium.

Datum tertio idus octobris [4], Asturio et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 13 octobris ann. 449.

EPISTOLA XXVIII [5]

Idem ac superioris epistolae argumentum.

Leo episcopus et sancta synodus, quae in urbe Romae convenit, Theodosio [6] Augusto.

In Theodosii pietate Leonis fiducia.

CAP. I. Litteris clementiae vestrae, quas dudum ad beati Petri apostoli Sedem pro catholicae fidei amore misistis, tantam fiduciam sumpsimus defendendae per vos veritatis et pacis, ut in causa tam simplici tamque munita nihil putaremus posse existere, quod noceret: praesertim cum ad episcopale concilium, quod haberi apud Ephesum praecepistis, tam instructi sint [7] missi, ut si scripta, quae vel ad sanctam synodum vel ad Flavianum episcopum detulerunt, episcoporum publicari auribus Alexandrinus permisisset antistes; ita manifestatione purissimae fidei, quam divinitus inspiratam et accepimus et tenemus, omnium concertationum [8] strepitus quievisset, ut nec imperitia ultra desiperet, nec occasionem nocendi aemulatio reperiret. Sed, dum privatae caussae religionis exercentur obtentu, commissum est impietate paucorum, quod universam Ecclesiam vulneraret. Comperimus enim non incerto nuntio, sed fidelissimo rerum, quae gestae sunt, narratore [9] Hilaro diacono nostro, qui vix, ne subscribere per vim cogeretur, effugit, convenisse ad synodum plurimos sacerdotes, quorum utique frequentia consultationi [10] et iudicio profuisset, si is, qui sibi locum principem vindicabat, sacerdotalem moderationem custodire voluisset: ut, sicut moris est, omnium sententiis ex libertate prolatis, id tranquillo et aequo constitueretur examine, quod et fidei congrueret, et errantibus subveniret. In ipso autem iudicio non omnes qui convenerant interfuisse cognovimus. Nam alios reiectos [11], alios didicimus intromissos, qui pro [12] supradicti sacerdotis arbitrio impiis subscriptionibus captivas manus dederent [13],

Dioscori detestabilis perfidia.

Eius saevitiae

Hilarus e synodo aufugit.

Synodales sententiae cum libertate proferendae.

---

1 « *Quam post appellationem* ». Contin. Const. l. c.

2 « Et Atrebat. cod. leg. *causas*. Rect. Quesnell. cum potioribus mss. *causam*. » Contin. Const. l. c.

3 « Pro *agimus* antiq. concil. editiones cum rom. praeferunt *agamus* ». Contin. Const. l. c.

4 Ballerin. huius ep. tempus fictitium autumant, et post eos Jaffè. Contin. Const. autem l. c. probatior. codd. auctorit. hoc genuinum existimat.

5 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 909. Videat lector, an potius hic sit latinus textus praecedentis ad Theodosium epistolae.

6 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 178 addit cum al. *semper*; alias vero eiusdem epistolae inscriptiones vid. apud Ballerin. col. 910.

7 « Perperam Quesnell. *sunt* ». Ballerin. col. 912 et Cacciar. l. c.

8 « Edit. ante Quesnell. cum aliq. mss. *congressionum*, et ad margin. *concertationum* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. *narrante* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. p. 179.

10 « Al. *collationi* vel *consolationi* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

11 « Vat. 3791 *eiectos* ». Cacciar. pag. 180.

12 « Al. delent *pro* ». Ballerin. l. c.

13 « *Dederunt* ». Cacciar. l. c., qui lectionem *dederent* a Quesnell. invectam putat merum librarii mendum.

et nociturum [1] statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemque ab ipso prolatam esse sententiam [2], ut, dum homo unus impetitur, in omnem Ecclesiam [3] saeviretur. Quod nostri ab Apostolica Sede

Mira legatorum constantia.

directi adeo impium et catholicae fidei contrarium esse viderunt, ut ad consentiendum nulla potuerint oppressione compelli; constanterque in eadem synodo, ut decuit, fuerint protestati, nequaquam id, quod constituebatur, Sedem Apostolicam recepturam: quoniam revera omne

Negata vera Christi incarnatione, totum exscinditur christianae fidei sacramentum.

christianae fidei sacramentum, quod absit a temporibus vestrae pietatis, exscinditur [4], nisi hoc scelestissimum facinus, quod cuncta sacrilegia excedit, aboleatur [5].

Cap. II. Quia vero diabolica nequitia

Religionis periculum removendum.

subtiliter fallit incautos, et ita quorumdam imprudentiae [6] per similitudinem pietatis illudit, ut pro salubribus persuadeat nocitura; removete, quaesumus, a vestrae pietatis conscientia periculum religionis et fidei, quodque in saecularibus negotiis legum vestrarum aequitate conceditur, in rerum divinarum pertractatione praestate, ut Christi Evangelio vim non inferat humana praesumptio.

Theodosium exorat, ne priscae fidei constitutio violetur.

Ecce ego, christianissime et venerabilis imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reverentiam clementiae vestrae sinceri amoris officium [7], cupiensque vos placere per omnia Deo, cui [8] pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi [9] Domini rei de silentio iudicemur, obsecramus coram unius Deitatis inseparabili Trinitate, quae tali facto laeditur, cum ipsa vestri sit custos

Deus imperii et custos et auctor.

et auctor [10] imperii, et coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu esse iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Nec alieno peccato patiamini vos gravari: quia, quod necesse est nos dicere, veremur ne cuius religio dissipatur, indignatio provocetur [11]. Prae oculis habete, et tota mentis acie

Unica confessio duplicis in Christo naturae martyres coronavit.

reverenter aspicite beati Petri gloriam [12], et communes cum ipso omnium apostolorum coronas, cunctorumque martyrum palmas, quibus alia non fuit causa patiendi, nisi confessio verae divinitatis et verae humanitatis in Christo.

Cap. III. Cui sacramento, quia impie

Supplicatur, ut generale concilium in Italiam convocetur.

nunc a paucis imprudentibus obviatur, omnes partium nostrarum Ecclesiae, omnes mansuetudini vestrae cum gemitibus et lacrymis supplicant sacerdotes, ut, quia et nostri fideliter reclamarunt, et eisdem libellum appellationis Flavianus episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quae omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget,

Nil sit in fide dubium, nil in caritate divisum.

ne aliquid ultra sit vel in fide dubium vel in caritate divisum, convenientibus utique orientalium provinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atque [13] iniuriis a veritatis tramite deviarunt, salutaribus [14] remediis in integrum revocentur; ipsique, quorum est caussa durior, si consiliis melioribus acquiescant [15],

1 « Al. *quod nociturum; al. nocituros* ». Ballerin. col. 914 et Cacciar. l. c.

2 « Cod. Grim. *poenitentiam* ». Cacciar. l. c.

3 « Al. *saevire videretur* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

4 « Al. *excluditur* ». Ballerin. l. c.

5 « Al. *aboletur* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. *imprudentiam* ». Cacciar. l. c.

7 « Cod. Ratisp. *sinceritatis officium* ». Ballerin. l. c.

8 « Duo codd. *cum* ». Cacciar. pag. 181. Sed perperam.

9 « Quid. codd. delent *Christi* ». Ballerin. col. 915.

10 « Al. *auctrix* ». Ballerin. ibid.

11 « Al. *ut si haec religio dissipetur, in Vos indignatio provocetur* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Male quidem, ut opinor.

12 « Cod. Flor. *regulam* ». Cacciar. l. c. Sane perperam.

13 « Al. *aut* ». Ballerin. col. 916 et Cacciar. p. 182.

14 « Al. *salubribus* ». Ballerin. l. c.

15 « Al. *acquiescat* vel *acquiescerent* ». Ballerin. col. 917. Cacciar. l. c. Sed *acquiescat* potius mendo typograph. tribuendum.

ab Ecclesiae[1] unitate non excidant[2]. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessarie postuletur, canonum Nicaeae habitorum decreta testantur, quae a totius mundi sunt sacerdotibus constituta, quaeque subter annexa sunt. Favete catholicis vestro more, parentumque vestrorum date defendendae fidei libertatem, quam, salva clementiae vestrae reverentia, nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cum enim Ecclesiae causas[3], tum regni vestri agimus et salutis, ut provinciarum vestrarum quieto iure potiamini. Defendite contra haereticos inconcussum Ecclesiae statum, ut et vestrum Christi dextera defendatur[4] imperium.

Flaviani appellatio Nicenae synodo fulcitur.

Defendendae fidei libertatem nec vis eripiet nec terror.

Quum defenditur Ecclesia, defenditur et regnum.

Dat. tertio idus[5] octobris, Asturio[6] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 13 octobris an. 449.

EPISTOLA XXIX[7].

Litteras suas ad Pulcheriam mittens, quas antea Hilarus ei tradere non potuit, conciliabulum Ephesinum reprobat, ac imperatricis pietatem obtestatur, ut Theodosium ad Ecclesiam tuendam impellat.

Leo episcopus et sancta synodus, quae in urbe Roma convenit, Pulcheriae Augustae.

Cap. I. Si epistolae, quae in fidei caussa per nostros clericos directae sunt, ad vestram pietatem pervenissent[8], certum est, remedium vos his rebus, quae contra fidem factae sunt, aspirante vobis Domino, praestare potuisse. Quando enim sacerdotibus, quando christianae religioni aut fidei defuistis? Sed cum ad mansuetudinem vestram adeo non potuerint pervenire qui missi sunt, ut ad nos vix unus eorum[9], Hilarus diaconus noster fugiens[10], sit reversus, iteranda scripta credidimus. Et ut validiores preces nostrae esse mereantur, ipsorum scriptorum, quae ad clementiam vestram non pervenerunt, exempla[11] subiecimus, amplioribus vos obtestationibus obsecrantes, ut quanto acerbiora facta sunt, quibus pro fide[12] regia vos convenit contraire, tanto maiore gloria curam eius, in qua excellitis, religionis habeatis; ne catholicae fidei integritas ulla humanarum concertationum occasione violetur. Quae enim, congregata apud Ephesum synodo, sopienda et sananda pacis remedio[13] credebantur, haec non solum in maiora pacis dispendia, sed, quod nimis dolendum est, etiam in[14] ipsius fidei, qua christiani sumus, excidia processerunt.

Condolet, litteras suas ante concilium scriptas ad Pulcheriam non pervenisse.

Earum exempla mittit.

Ephesina synodus in fidei excidium processit.

Cap. II. Et hi quidem, qui missi sunt, quorumque unus[15] vim Alexandrini episcopi sibi omnia vindicantis effugiens rerum gestarum nobis ordinem fideliter nuntiavit, reclamarunt[16] in synodo, sicut oportuit, unius hominis non tam iudicio,

Licet Apostolicae Sedis legati Dioscori furori firmiter obstiterint.

1 « Al. *ut ab Ecclesiae* etc. ». Baller. l. c.

2 « Al. *non discedant*, vel *excedant* ». Ballar. et Cacciar. ll. cc.

3 Cacciar. l. c. cum al. *causam*. Alias lectiones, sed erroneas vid. apud Ballerin. col. 918

4 « Al. *defendat* ». Cacciar. pag. 183.

5 Cacciar. cum al. *idibus octobris*. Vide de hac re quae Ballerinii advertunt l. c.

6 Cacciar. l. c. *Asterio*.

7 Ex edit. Ballarin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 919. Aliq. huius inscriptionis diversitates vid. apud Ballerin. l. c.

8 « Al. ordine paullum immutato, *quas in fidei causa ad pietatem vestram directas sunt per nostros clericos, pervenissent* ». Baller. l. c.

9 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 184, cum al. *illorum*.

10 Cacciar. l. c. cum al. *effugiens*.

11 « Al. *exemplar* ». Ballarin. col. 920.

12 « Al. *pro sede* ». Baller. et Cacciar. ll. cc. Rectius, opinor, n. lectio.

13 « Al. *sopiendae et sanandae pacis remedia* ». Ballerin. col. 922.

14 « Nonnulli codd. delent particulam *in* ». Cacciar. l. c. Inepta ad syntaxim.

15 « Al. *Et hi qui missi sunt, quorum quidem unus*, etc. al. *quorum unus idem* ». Ballarin. l. c. et Cacciar. pag. 185.

16 « Al. *reclamaverunt* ». Cacciar. ibid.

quam furori; protestantes ea, quae per vim metumque gerentur, sacramentis[1] Ecclesiae et ipsi Symbolo ab apostolis instituto[2] praeiudicare non posse, nec se ab ea fide ulla iniuria separandos, quam plenissime expositam atque digestam a Sede beati apostoli Petri ad sanctam synodum detulissent. Cuius[3] cum recitatio, poscentibus episcopis, non sit admissa, ut scilicet remota ea fide, quae patriarchas, prophetas[4], apostolos et martyres coronavit, generatio Iesu Christi Domini nostri secundum carnem, et verae mortis ac resurrectionis[5] eius confessio, quod horremus dicere, solveretur[6]; scripsimus de hac re, ut potuimus, ad gloriosissimum principem, et, quod maximum est, christianum, cuius epistolae pariter exemplar[7] subiecimus, ut fidem, in qua renatus per Dei gratiam regnat, nulla sineret[8] novitate corrumpi: quoniam Flavianus episcopus in nostra omnium communione persistit, atque hoc, quod factum est sine consideratione iustitiae, et contra omnem canonum disciplinam, ratum haberi ratio nulla permittit: et quia dissensionis scandalum non abstulisset[9] Ephesina[10] synodus, sed auxisset, habendo intra Italiam concilio et locus constitueretur et tempus, omnibus querelis et praeiudiciis partis utriusque suspensis; quo diligentius universa, quae offensionem generaverunt[11], rectractentur, et absque vulnere fidei, absque religionis iniuria[12] in pacem Christi redeant, qui per impotentiam[13] subscribere coacti sunt sacerdotes, et soli auferantur errores.

Per vim metumque gesta plane irrita sunt habenda.

Incarnationis sacramento non admisso, vel Christi resurrectio destruitur.

Epistolae suae ad Theodosium exemplar Pulcheriae oculis subiicit.

Alterius synodi in Italiam cogendae necessitatem ostendit.

Cap. III. Quod ut obtinere mereamur, probatissinme nobis fidei[14] pietas tua, quae[15] labores Ecclesiae semper adiuvit[16], supplicationem nostram apud clementissimum principem, sibi specialiter a beatissimo Petro apostolo legatione commissa, dignetur asserere: ut, priusquam civile hoc et exitiale[17] bellum intra Ecclesiam convalescat, redintegrandae[18] unitatis copiam[19], Deo auxiliante, concedat; sciens imperii sui viribus profuturum, quicquid catholicae libertati benigna ipsius fuerit dispositione collatum.

Pulcheriam exorat, ut apud Theodosium Ecclesiae causam tueatur.

Catholicae fidei libertas imperii praesidium.

Data tertia idus octobris[20], Asturio et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. 13 octobris an. 449.

1 « Al. *iuribus* ». Ballerin. l. c. Forte melius.

2 « Duo Vat. *constituto* ». Cacciar. l. c.

3 « Duo iidem codd. *Cumque* ». Cacc. ibid. al. *cuiusque recitatio*, vel *cuius recitatio* ». Ballerin. l. c.

4 « Duo Vat. *et prophetas* ». Cacciar. ibid.

5 « Ex graeca versione *et regenerationis* (καὶ τῆς ἀναγεννήσεως) ». Ballerin. l. c.

6 « Graeca versio addit *splendidissima et clementissima Domina filia Augusta* ». Ballerin. col. 923.

7 « Al. *exempla;* al. *et exempla subiiciemus* ». Ballerin. l. c.

8 « Quesnell. cum cod. Taurin. *sinat* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

9 « Cod. Veron. *abstulit*, et paulo post *auxit* ». Ballerin. l. c.

10 « Vat. 630 *Ephesi* ». Cacciar. l. c.

11 « Al. *generaverant* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 186.

12 « Al. *infamia* ». Ballerin. et Cacciar. ibid. Forte mel. n. lectio.

13 « Al. *potentiam*, vel *impudentiam* ». Cacciar. l. c. Sed impotentia, hic scite notant Ballerin. l. c., pro immoderata potentia apud optimae notae scriptores adhiberi solet.

14 « Aliq. cod. addit hic *veritatem* ». Baller. col. 924 et Cacciar. l. c.

15 « Al. *quaeque* ». Ballerin. ibid. Perperam, ut videtur.

16 « Al. *adiuvat* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

17 « Al. *exitiabile* ». Cacciar. ibid.

18 « Al. *redintegrationi* ». Ballerin. l. c.

19 « Al. *copiam et modum* ». Ballerin. et Cacciar. ibid.

20 Ita cum aliis et Jaffè. « Edit. Quesnellanae anteriores *prid. id. octobr.* » Ballerin. l. c. Al. apud Cacciar. pag. 186 *idib. octobr.*

EPISTOLA XXX [1].

Anastasio gratulatur, quod ipsum opportunis curis distentum ab Ephesina synodo divina manus prohibuerit, eumdem ad animi constantiam hortatur.

Leo episcopo urbis Romae dilectissimo fratri Anastasio episcopo Thessalonicensi.

Dioscori perfidiam ex Hilaro cognoscit.

CAP. I. Quantum relatione Hilari diaconi nostri cognovimus, magnum facinus, Alexandrino episcopo auctore vel executore, commissum est: ut dum in fratrem nostrum Flavianum veteres aemulationes et odia privata desaeviunt, nec innocentiae probatissimi sacerdotis, nec christianae fidei parceretur. Unde multum dilectioni tuae congratulamur, quod te ad illam synodum ire cupientem opportunis obstaculis manus divina detinuit; ne absenturus procul dubio a tanto scelere indignis iniuriis subiaceres, et furori impio militibus, quantum didicimus, armisque suffulto contraire non posses. Quia ergo prorupit in apertum [2] perfidia, quae latebat, et in nefandissimam haeresim unius imperitissimi senis asseclae transierunt, tempus probationis nostrae debemus agnoscere, et contra impetus adversantium munitionibus caelestibus freti incommutabilis animi constantiam praeparare. Scimus, frater carissime, quia sacramento magnae pietatis suae aderit divina protectio.

Laetatur quod Anastasius in eius furorem non inciderit.

Periculi tempore fortiter certandum.

CAP. II. Si quid igitur fraternitati tuae de impiis constitutionibus fuerit ingestum, protestamur pariter ac monemus, ne vel in damnationem [3] fratris insontis, vel in receptionem nefarii dogmatis consensum tui cordis immisceas. Maior est enim, qui in nobis est; quam qui adversus nos. Annitere potius, quantum te ipse naturae nostrae susceptor et glorificator adiuverit, ut omnium fratrum nostrorum corda confirmes. Nobis enim ab Evangelio generationis et mortis ac resurrectionis Domini [4] Iesu Christi nullatenus recedentibus, definitissimum est in nostrae communionis numero non futuros eos, qui conantur antiqua catholicae fidei fundamenta convellere.

Anastasium excitat, ut in cathol. fide perseverans fratres confirmet.

Maior est qui in nobis est, Deus, quam qui sunt contra nos.

Qui catholicae fidei fundamenta convellit, a Sedis Ap. communione erit arcendus.

Data tertio idus octobris, Asturio [5] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. 13 octobris an. 449.

EPISTOLA XXXI [6].

Ephesinam seditionem cum Iuliano conquestus in causae veritate confidit, illique per latorem epistolae consilium suum aperit.

Leo Iuliano fratri et coepiscopo salutem.

Cognitis, quae apud Ephesum unius hominis praesumptione sunt gesta, magno quidem dolore affecti sumus de his, quae impie, furioseque commissa sunt; sed ad Dominum nostrum [7] animos dirigentes, multam fiduciam ab ipsa, quam sequimur, veritate concipimus, non omittentes omnia agere, quae, auxiliante Dei gratia, credimus profutura. Tenendum ergo nobis est, quod tenemus, et, saeviente unius turbinis [8] procella, serenis-

E synodi perfidia excruciatur.

Leonis fiducia in causae veritate.

Saeviente haeresis procella, fidei tranquillitas est amplectenda.

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 929.

2 « Aliq. codd. omittunt *in apertum* ». Ballerin. l. c.

3 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 187 *in damnatione* et infr. *in receptione*.

4 Cacciar. l. c. *Domini nostri*, quam lectionem omnibus exempl. tum editis tum mss. communem contendit.

5 Cacciar. l. c. *Asterio*.

6 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 930.

7 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 188 *nostros*. Vid. ea de re Ballerin. l. c.

8 Cacciar. l. c. *unius turbidae nubis*. Forte rectius n. lectio.

simae fidei est amplectenda tranquillitas, donec radios suos veritas per universa diffundat, et caliginem infidelitatis consumat. Quae autem disposita sint [1], per latoris sermonem agnosces.

Iulianus e tabellarii verbis quid consilii sit intelliget.

Data tertio idus octobris, Asturio [2] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. 13 octobris an. 449.

EPISTOLA XXXII [3].

Flaviani fortitudinem commendans studium suum in Ecclesiam ostendit, eumque ad graviora ferenda incitat.

Leo Flaviano episcopo Constantinopolitano.

Flaviani fortitudo.

Quae et quanta dilectio tua pro catholicae fidei defensione patiatur, per Diaconem, qui ab Epheso furtim est elapsus [4], agnovimus. Et licet magnificemus Deum, qui te gratiae suae virtute confortat, necesse est tamen nos dolere eorum ruinas, per quos veritas impugnatur, et ipsa totius Ecclesiae fundamenta quatiuntur [5]. Quia vero providentia Dei semper suis necessarium praestat auxilium, scire debet fraternitas tua, nos pro communi causa nihil eorum, quae agenda sunt, praeterire, ut primitus ad ea, quae universitati fidelium prosint, pervenire mereamur. Superest [6], ut fortiter interim dilectio tua toleret quae sibi ad aeternam gloriam non dubitat profutura. Perlator sane brevis huius epistolae fideli [7] sermone poterit enarrare quidquid illud est, ad quod, adiuvante Domino, studio fidei et caritatis intendimus.

Leonis solertia in Ecclesiam.

Adversa forti animo toleranda.

Flavianus per epistolae latorem instruendus.

Data tertio idus [8] Octobris, Asturio [9] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. 13 octobris an. 449.

EPISTOLA XXXIII [10].

Dioscori perfidiam execratus Constantinopolis cives vehementer obtestatur, ut Flaviano firmiter adhaereant, neve e catholica fide desciscant.

Leo episcopus et sancta synodus, quae in urbe Roma convenit, clero, honoratis et plebi consistenti Constantinopoli, dilectissimis filiis in Domino, salutem [11].

Ephesini concilii infanda perfidia.

Cap. I In notitiam [12] nostram, quae Ephesi contra opinionem omnium sunt acta [13], perlatis, magno animum nostrum fatemur moerore confusum: nec tantum licuisse iniquitati facile potuissemus credere, nisi [14] filius noster Hilarus diaconus, qui a nobis vice nostra cum aliis, ut interesset synodo, missus fuerat, fugiens revertisset, declinans, ne iniustae particeps esset sententiae. Quippe cum vox illic a nostris contradictionis emissa sit, quam Alexandrinus antistes, qui totum solus impotentiae [15] suae vindicavit, audire contempsit, in consortium suae voluntatis invitos pertrahens [16] sacerdotes,

Hilari fuga.

Dioscori in congregatos episcopos execrabilis violentia.

1 « Al. *sunt* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

2 Cacciar. l. c. *Asterio*.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 931.

4 « Al. *lapsus* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis*, part. II pag. 187.

5 Cacciar. l. c. *patiuntur*. Corrupte quidem.

6 « Al. *Sin est* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. male *fidei* ». Cacciar. l. c.

8 « Vulgat. ante Quesnell. III *kal. octobris* ». Cacciar. l. c.

9 Cacciar. ibid. *Asterio*.

10 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 931.

11 « Perperam Quesnell. delet verba *dilectissimis filiis in Domino salutem*; al. pro *dilectissimis* habent *dilectis* ». Cacc. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 189.

12 « Aliq. cod. *Ad notitiam* ». Cacciar. ibid.

13 « Al. *peracta* ». Cacciar. ibid.

14 Cacc. ibid. *nisi ad nos*. Rectius, ut videtur.

15 « Al. *potentiae* ». Ballerin. col. 933 et Cacciar. pag. 190. Vid not. 13 pag. 54, col. 2 huius vol.

16 Cacciar. cum al. *protrahens*.

ut per vim coacti subscriberent, qui nullam damnationis causam idoneam reperissent. Sed hos ausus pio et christiano [1] principi confidimus minime placituros.

A Flaviano nullo modo recedendum.

Nunc quia [2] Ecclesiam vestram hac ratione cognovimus dissipatam, consolandos adhortandosque vos esse credidimus [3] nostris epistolis, ut pro catholicae fidei defensione perfidorum nequitiae resistatis. Nolumus enim dilectionem vestram hoc moerore percelli, cum [4] maior gloria vestram sit subsecutura constantiam, si a probabili sacerdote vestro nullae vos minae, nulla formido divellerit [5].

Quo maior animi constantia eo maior gloria.

Quisquis enim, incolumi atque superstite Flaviano episcopo vestro, sacerdotium eius fuerit ausus invadere, numquam in communione nostra habebitur, nec inter episcopos poterit numerari.

Quivis Flaviani locum invaserit inter catholicos non habendus.

Nos enim sicut Nestorium in sua perversitate anathematizavimus [6], ita eos qui veritatem carnis nostrae in Domino Iesu Christo denegant, pari execratione damnamus.

Eutyches ac Nestorius pari anathemate perculsi.

Cap. II. State igitur in spiritu catholicae veritatis, et apostolicam cohortationem ministerio nostri oris accipite: *quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini* [7]. Nolite arbitrari, dilectissimi, quod sanctae Ecclesiae suae desit aut defutura sit divina protectio.

Non tantum est credendum in Christum, verum et pro ipso patiendum.

Splendescit enim fidei puritas, cum ab ea sordes separantur errorum. Unde iterum iterumque vos ante conspectum Domini obtestamur pariter et monemus, ut a fide, in qua fundati estis et in qua christianissimum principem novimus permanere, non insidiis, non cuiusquam persuasionibus [8] moveamini; sed in persona episcopi vestri illum in oculis [9] cordis habeatis, pro quo idem [10] omnia pati, quae fuerint [11] illata, non metuit: cuius per omnia imitatores vos esse cupimus, ut commune cum ipso praemium fidei habere possitis.

Errorum sordibus separatis, fides lux emicat candidior.

Ut quisque in fide perduret, enixe hortatur.

A qua vel ipse imperator ne quidem paululum abcessit.

Flavianus, ut Christi patientis exemplum, imitandus.

Data idibus [12] Octobris, Asturio et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 15 Octobr. an. 449.

EPISTOLA XXXIV [13].

Litteras memorat de Incarnationis doctrina ad Theodosium missas, eumque magis urget, ut generale concilium in Italia fieri iubeat.

Leo urbis Romae episcopus Theodosio semper Augusto.

Pro integritate fidei catholicae christianissimum principem convenit esse sollicitum, et hoc indefessis precibus divinam misericordiam posco, ut cordi vestro id quod est veritatis inspiret, neque falli vos in aliquo humanarum aemulationum fraude patiatur [14]. A me autem atque ab omnibus catholicis sacerdotibus, quae evangelicae atque apostolicae fidei [15] pietas defendatur, satis plene ac lucide lit-

Catholico principi fidei integritas summopere curanda.

Incarnationis doctrina imperatori per litteras satis explanata.

1 Cacciar. l. c. cum al. *christianissimo.*

2 « Al. *Nunc qui;* al. *At nunc quia* vel *Sed nunc quia* ». Ballerin. col. 934.

3 « Quesnall. contra fidem omnium exempl. tum edit. tum mss. *credimus* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

4 « Al. *ut* » Ballerin. l. c.

5 Cacciar. l. c. cum edit. et codd. Vat. *divulserit.*

6 « Aliq. cod. *anathematizamus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Conciunius ad historiam n. lectio.

7 Philipp. I, 29, ubi in vulg. edit. habetur *sed ut etiam.*

8 « Ratisp. codd. *persuasione* ». Ballerin. col. 933.

9 « Cod. Ottob. addit *vestri* ». Ballerin. l. c.

10 « Idem cod. *quidem* ». Ballerin. ibid.

11 Cacciar. cum al. *fuerunt.*

12 « Al. III *idus* ». Ballerin. col. 936. Jaffè op. cit. nobis assent.

13 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 955.

14 « Antiq. vulg. *humanarum calliditatum aemulatione patiatur* ». Ballerin. l. c.

15 Cacciar. cum al. *quae evangelicae fidei.*

teris meis [1], quas clementiam vestram iamdudum per famulum vestrum Epiphanium tribunum, qui pro hac caussa missus est, arbitror accepisse, reseratum est [2]: nec ambigi potest, hoc nos purissime credere, hoc constanter asserere, quod etiam venerandi patres, quondam apud Nicaeam congregati, secundum fidem Symboli credendum et confitendum sacratissima auctoritate sanxerunt. Nos enim, venerabilis imperator, sicut Nestorii dogma perversum merito anathematizavimus; ita iuste etiam horum impietatem, qui veritatem carnis nostrae negant a Domino nostro [3] Iesu Christo susceptam esse, damnamus, gloriosissime. Unde, si pietas vestra suggestioni ac supplicationi nostrae dignetur annuere ut intra Italiam haberi iubeatis episcopale concilium, cito, auxiliante Deo, poterunt omnia scandala, quae in perturbationem totius Ecclesiae sunt commota, resecari: ut per universum regnum vestrum, catholicae fidei integritate servata, et pacem christianam manere, et vestram apud Deum crescere gloriam gaudeamus.

Quam et Nicaena synodus iamdiu confirmavit.

Eutychiani non secus atque Nestoriani damnantur.

Instat, ut concilium in Italia habeatur.

Data octavo [4] kalendas Ianuarias [5], Asturio [6] et Protogene viris clarissimis consulibus.

Dat. die 25 Decembr. an. 449.

EPISTOLA XXXV [7].

Constantinopolitanis gratulatus de eorum pietate, Eutychianam haeresim ab aliis minime degenerem evincit, eosque rogat, ut universale concilium implorent.

Leo episcopus [8] clero, honoratis et plebi consistenti Constantinopoli.

Cap. I. Licet de his, quae in concilio sacerdotum nuper apud Ephesum gesta memorantur, multus nos moeror afficiat, eo quod, sicut consonans fama dispersit, et ipso rerum monstratur effectu, nec iustitiae illic moderatio, nec fidei est servata religio, de [9] vestrae tamen devotionis pietate [10] gaudemus, et in sanctae plebis acclamationibus, quarum ad nos exempla delata sunt, omnium vestrum probavimus affectum; quia [11] vivit ac permanet apud nos filios optimi patris iusta dilectio, et catholicae doctrinae [12] eruditionem [13] in nulla patimini [14] parte corrumpi. Non dubie enim, sicut vobis [15] Spiritus Sanctus reseravit, Manichaeorum confoederantur errori qui ab unigenito Dei Filio verum et nostrae naturae hominem negant esse susceptum, omnesque eius corporeas actiones [16] simulatorii volunt fuisse phantasmatis. Cui impietati, ne in aliquo [17] praeberetis assensum, iam per filium meum Epiphanium et Dionysium Romanae Ecclesiae notarium [18] cohortatoria ad dilectionem vestram scripta direximus, quibus confirmationem, quam expetistis [19], ultro praebuimus; ut nos paternam vobis curam non dubitetis impendere, ac modis omnibus laborare, ut, auxiliante miseri-

De civium religione gaudet.

Eutyches Manichaeorum haeresi cohaeret.

Ne quis illi assentiretur, sollicitas Constantinopolim litteras transmisit.

1 Innuit S. Leo epistolam, quam supra n. xxviii dedimus pag. 51, col. 1.
2 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. ii, pag. 110 cum edit. et plerisq. mss. *ratum est.*
3 Cacciar. l. c. et antea vulg. delent *nostro.*
4 » Vat. 1340 habet ix *kal.* ». Cacciar. l. c.
5 Cacciar. l. c. cum edit. *Iunias;* at mendosam hanc lectionem habendam esse evincunt Ballerin. col. 957, quib. assentit. Jaffé op. c.
6 Cacciar. l. c. *Asterio.*
7 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* tom. i, col. 975.
8 Edit. et plur. mss. addunt *et sancta synodus, quae in urbe Roma convenit.* At expungenda haec esse contendunt Ballerin. l. c.
9 « Al. expungunt *de* ». Ballerin. l. c.
10 « Al. *bonitate* ». Ballerin. l. c.
11 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. ii, pag. 192 cum al. *quia et.*
12 Cacciar. l. c. cum al. *catholicae eius.*
13 « Al. *catholicam doctrinam* ». Ballnr. l. c.
14 « Aliq. cod. *patiamini* ». Cacciar. l. c.
15 « Vat. 3791 delet *vobis* » Cacciar. l. c. et Ballerin. col. 976.
16 » Aliq. cod. *sanctiones* ». Ballerin. ibid. Sed perperam.
17 Cacciar. l. c. cum al. *ne aliquem.*
18 « Pleraq. mss. *notarios* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
19 « Vat. 3791 *ter expetistis* ». Cacciar. l. c. At mendose, inquiunt l. c. Ballerin.

Ephesini concilii seditio ab imperitis repetenda.

cordia Dei, omnia, quae ab imperitis et [1] insipientibus excitata sunt, scandala destruantur. Nec quisquam [2] sibi audeat de sacerdotali honore blandiri, qui potuerit in [3] execrandi sensus [4] impietate convinci.

Haec autem praesertim in episcopis non toleranda.

Nam si vix in laicis tolerabilis videtur inscitia, quanto magis in eis, qui praesunt, nec excusatione est digna, nec venia: maxime cum etiam defendere perversarum opinionum commenta praesumunt, et in consensum suum aut terrore [5] aut gratia instabiles quosque traducunt?

Itaque Eutychis errorem profitentes a catholica communione eiiciendi;

CAP. II. Spernantur [6] huiusmodi a sanctis membris Corporis Christi, neque sibi catholica libertas infidelium iugum patiatur imponi. Extra donum enim divinae gratiae, et extra sacramentum habendi sunt salutis humanae qui negantes naturam nostrae carnis in Christo et Evangelio contradicunt, et Symbolo reluctantur.

Siquidem passionis ac resurrectionis dominicae veritatem inficiantur.

Nec sentiunt se in hoc praeruptum sua obcoecatione [7] deduci, ut [8] nec in passionis dominicae, nec in resurrectionis veritate consistant: quia utrumque in Salvatore vacuatur, si in eo nostri generis caro non creditur. In quibus isti [9] ignorantiae tenebris, in quo hactenus desidiae torpore iacuere? ut nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent [10] quod in Ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis veritas Corporis et Sanguinis Christi inter communionis sacramenta taceatur [11].

Immo et ipsam negant in Eucharistiae sacramento Corporis atque Sanguinis Christi veritatem.

Quia in illa mystica distributione spiritalis alimoniae hoc impartitur, hoc sumitur: ut accipientes virtutem caelestis cibi in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus.

Nam caelestis alimoniae virtutem accipiens transit in carnem Christi, qui caro nostra factus est.

In hac fide Constantinopolitanos Apostoli verbis confirmat

Unde et ad confirmationem caritatis vestrae, quae laudabili fide inimicis veritatis obnititur, apte atque opportune sermone affectuque Apostoli [12] utar, et dicam: *Propterea et ego audiens fidem vestram, quae est in Domino Iesu* [13], *et dilectionem in omnes sanctos, non cesso, gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens* [14] *in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi* [15] *Pater gloriae det* [16] *vobis spiritum sapientiae et revelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri: ut sciatis quae sit* [17] *spes vocationis eius* [18], *et* [19] *quae divitiae gloriae haereditatis eius in sanctis, et quae sit supereminens magnitudo virtutis eius in nobis* [20], *qui credidimus* [21] *secundum operationem potentiae virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, et constituens illum* [22] *ad dexteram suam in caelestibus supra* [23] *omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et domina-*

Revera Deus Pater Christum a mortuis suscitavit;

1 « Al. *et ab* ». Cacciar. l. c.
2 « Vat. 3791 *Ne in aliquo* ». Cacciar. l. c. Perperam, ut opinor.
3 « Cod. Vindob. delet *in* ». Ballerin. l. c.
4 « Aliq. cod. *operia* ». Ballerin. l. c. Forte melius.
5 « Vat. 3791 *errore* ». Cacciar. pag. 193. Vitio, arbitror, amanuensis
6 Cacciar. l. c. cum mss. Vat., et edit. *separentur*. Optima quidem.
7 « Vat. 3791 *obstinatione* ». Cacciar. l. c.
8 « Id. cod. *cum* ». Cacciar. ibid.
9 Cacciar. l. c. cum edit. *in quibus sunt*, deleto *isti*.
10 « Voces *vel lectione cognoscerent* delent nonnull. codd. ». Ballerin. col. 977. Neque recta videtur.
11 « In edit. mendose *inter communis sacramenta fidei teneatur* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc.
12 Cacciar. cum edit. et mss. aliq. *apostolico*.
13 Quesnell. sequutus vulg. Scripturae edition. et aliq. mss. *Christo Iesu*. Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 194.
14 « Cod. Grim. addit *semper* ». Cacciar. l. c.
15 « Al. desunt voces *Iesu Christi* ». Ballerin. l. c. Contra Vulg. fidem.
16 Cacciar. l. c. *et det*. Forte mend. typograph.
17 « Vat. 1319 *est* ». Cacciar. l. c. Vulg. n. lect. cohaeret.
18 « Cod. Grim. *vestrae* ». Cacciar. l. c. Vulg. nobis assent.
19 « Cod Vindob. delet *et* ». Baller. col. 978. Contra Vulg. auctorit., ubi etiam pro *in sanctis* legit. *sanctis*.
20 « Al. *in nos* cum Vulg.; al. *in vos qui credidistis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
21 « Al. et Vulg. *credimus* ». Ballerin. l. c.
22 « Cod. Vindob. cum Vulg. delet *illum* ». Ballerin. l. c.
23 Cacciar. l. c. *super*. Contra Vulg.

tionem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro; et omnia subiecit sub pedibus eius, et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam [1], *quae est Corpus ipsius et plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur* [2].

Omniaque subiecit sub pedibus eius.

Cap. III. Dicant hic [3] adversarii veritatis, quando omnipotens Pater, vel secundum quam naturam Filium suum super universa provexerit [4], vel cui substantiae cuncta subiecerit [5]. Deitas enim Verbi par in omnibus et consubstantialis est Patri, et sempiterne atque intemporaliter [6] una eademque potentia est Genitoris et Geniti. Creator quippe omnium naturarum, quoniam *per ipsum omnia facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [7], superior [8] est omnibus [9] quae creavit, nec unquam Creatori suo non fuerunt subiecta quae condidit: cui proprium et sempiternum est, nec aliunde quam de Patre, nec aliud esse quam Pater est. Huic si addita est potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas; minor erat provehente qui crevit, nec habebat divitias eius naturae, [10] cuius indiguit largitate. Sed talia sentientem in societatem suam Arius rapit, cuius perversitati multum haec suffragatur impietas, negans Verbo Dei humanam inesse naturam, ut, dum humilitatem in Dei maiestate fastidit, aut falsam [11] in Christo asserat imaginem corporis; aut omnes actiones eius passionesque corporeas, Deitatis potius fuisse dicat, quam carnis.

Videat igitur Arius cuinam Christi naturae Deus cuncta subiecerit.

Deitas enim Verbi est consubstantial. Patri.

Proinde et Verbum omnium est Creator.

At si quid Verbi Deitati fuerit additum, minor erit provehente qui crescit.

Arianae impietati Eutyches suffragatur,

Sive Christo corporis det imaginem, sive potius corporeas passiones tribuat Deitati.

Quodlibet autem defendere audeat, prorsus insanum est: quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, ut aut aliquid [12] passa sit Deitas, aut in ullo mentita sit Veritas. Impassibilis igitur Dei Filius [13], cui cum Patre et cum Spiritu Sancto in una incommutabilis Trinitatis essentia, hoc quod est esse, perpetuum est in ea plenitudine temporis, quae sempiterno consilio fuerat praestituta, et prophetica dictorum atque gestorum significatione promissa factus filius hominis non suae conversione substantiae, sed nostrae assumptione naturae, *venit quaerere et salvare quod perierat* [14]. Venit autem non locali accessu, nec motione corporea, tamquam praesens futurus unde abfuisset, aut illinc recessurus unde venisset; sed venit per hoc, quod erat visibile et commune cernentibus declarandus, humanam scilicet carnem atque animam in visceribus virginis matris accipiens, ut maneus in forma Dei formam servi sibimet [15] et similitudinem carnis peccati [16] uniret, per quam non minueret divina humanis, sed augeret humana divinis.

Utrumque enim absurdum.

Verbum igitur impassibile, quin prorsus mutaretur, nostram naturam assumpsit.

Id mirifice declaratur,

Cap. IV. Talis enim erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium, ut, originali peccato transeunte per posteros, nullus poenam damnationis evaderet, nisi Verbum caro fieret, et habitaret in nobis, in ea scilicet natura, quae nostri et sanguinis esset et generis. Propter quod dicit Apostolus: *Sicut* [17] *per unius delictum in omnes homines in*

Atque originalis peccati remissioni necessarium ostenditur.

1 « Plura mss. *supra omnia Ecclesiae* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
2 Eph. I, 15 ad 23.
3 « Aliq. cod. *hi* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc.
4 « Al. *provexit* ». Cacciar. l. c.
5 « Al. *subiecit* ». Cacciar. ibid.
6 « Al. *generaliter* ». Cacciar. l. c. Male, ut videtur.
7 Io. I, 3.
8 « Al. *superest* ». Ballerin. l. c.
9 « Al. *in omnibus*; al. *omnium* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
10 « Cod. Grim. delet *naturae* ». Cacciar. l. c.
11 Cacciar. l. c. *falsatam*.
12 « Vat. 3791 *in aliquo* ». Cacciar. pag. 195.
13 « Aliq. cod. addit *Deus* ». Baller. col. 978. Sane perperam.
14 Luc. XIX, 10.
15 « Aliq. cod. *sumeret* ». Ballerin. col. 979 et Cacciar. l. c.
16 « Aliq. cod addit *Deo* ». Ballerin. l. c.
17 « Grim. cod. *Sicut enim* ». Cacciar. l. c. Contra Vulg. fidem.

condemnationem, sic et per unius iustitiam in omnes homines ad iustificationem vitae [1]. *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi; ita et per unius hominis obedientiam iusti constituentur* [2] *multi* [3]. Et iterum: *Quia enim per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur* [4].

Sicut enim per hominem mors; ita et per hominem mortuorum resurrectio.

Hi utique omnes, qui licet in Adam sint nati, in Christo tamen inveniuntur [5] renati, habentes fidei testimonium [6], et de iustificatione gratiae, et de communione naturae;

In Christo per gratiam et naturae communionem renascimur.

quam qui susceptam ab unigenito Dei Filio in utero davidicae virginis diffitetur, ab omni sacramento christianae religionis alienus est; et nec sponsum agnoscens, nec sponsam intelligens, nuptiali non potest interesse convivio.

Hanc qui respuit, christianam religionem omnino diffitetur.

Caro enim Christi velamen est Verbi, quo omnis, qui ipsum integre confitetur, induitur [7]. Erubescens autem illud, et quasi indignum refutans [8], nullum ex eo habebit ornatum: ac licet se regio inserat [9] festo, sacrisque se epulis importunus immisceat, discretionem tamen regis fallere improbus conviva non poterit; sed, sicut ipse Dominus protestatus est, tolletur, et ligatis manibus et pedibus, mittetur *in tenebras exteriores, ubi* [10] *erit fletus et stridor dentium* [11].

Ideoque in aeternam irruit damnationem.

Unde quicumque in Christo non confitetur corpus humanum, noverit se mysterio incarnationis indignum, nec eius sacramenti habere consortium, quod Apostolus praedicat, dicens: *Quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una* [12].

Nec membrum est Corporis Christi, scilicet Ecclesiae,

Et exponens quid per hoc significaretur [13], adiecit: *Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo et in Ecclesia* [14]. Ab ipso ergo principio generis humani omnibus hominibus [15] Christus est denuntiatus in carne venturus. In qua [16], sicut dictum est, *et erunt duo in carne una* [17], utique duo sunt, Deus et homo, Christus et Ecclesia, quae de sponsi carne prodiit, quando ex latere Crucifixi manante sanguine et aqua sacramentum redemptionis et regenerationis accepit.

Quae de Crucifixi latere prodiit, manante sanguine et aqua.

Ipsa est enim novae [18] conditio creaturae, quae in baptismate non indumento verae carnis, sed contagio damnatae vetustatis exuitur, ut efficiatur homo corpus Christi, quia et Christus [19] corpus est hominis.

Hinc homo in baptism. Christi Corpus efficitur.

Cap. V. Unde non Deum tantum dicimus Christum, sicut haeretici Manichaei; nec hominem tantum, sicut haeretici Photiniani: nec ita hominem, ut aliquid ei desit, quod ad humanam certum est pertinere naturam, sive animam, sive mentem rationalem [20], sive carnem, quae non de foemina sumpta sit sed facta [21]

Frustra igitur in Christo a Manichaeis sola Divinitas asseritur,

A Photinianis tantum humanitas,

Ab Apollinaristis humana natura non integra;

1 « Aliq. cod. delet *vitae* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Sed contra Vulg. auctoritat., ubi legit. *in iustificationem vitae*.

2 « Al. *constituuntur* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Iuxta Vulg., ubi etiam habet. *per unius obeditionem*.

3 Rom. v 18, 19.

4 I Cor. xv 21, 22, ubi Vulg. legit *Quoniam quidem*.

5 « Al. *invenientur* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. *testamentum* ». Ballerin. l. c.

7 « Edit. ante Quesnell. *qui Christum confitetur, integre induitur* ». Ballerin. l. c. Minus apte.

8 « Cod. Grim. *reputans* ». Cacciar. l. c. Mendum amanuens. videt.

9 « Al. *inferat* ». Ballerin. l. c.

10 « Al. *Ibi* ». Ballerin. l. c. Iuxta Vulg., alia interpunct. adhibita.

11 Matth. xxii, 13.

12 Eph. v, 30, ubi Vulg. legit *matrem suam*.

13 « Al. *significetur* ». Ballerin. col. 980.

14 Eph. v, 32.

15 « Al. delent *omnibus;* al. expung. *hominibus* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 196.

16 « Al. *In hoc* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

17 Gen. ii, 24.

18 « Al. *nova* ». Ballerin. l. c.

19 « Al. *Christi* ». Ballerin. l. c.

20 « Vet. 3791 *rationabilem* ». Cacciar. l. c.

21 « Al. *quam non de foemina sumpsit, sed factam*, etc. ». Ballerin. l. c.

de Verbo in carnem converso atque mutato; quae tria falsa et vana Apollinaristarum haereticorum tres partes varias [1] protulerunt. Nec dicimus, quod beata virgo Maria hominem sine Deitate conceperit, qui creatus a Spiritu Sancto, postea sit susceptus a Verbo, quod Nestorium praedicantem merito iusteque damnavimus; sed dicimus Christum Dei Filium, Deum verum, natum de Deo Patre sine ullo initio temporis, eumdemque hominem verum, natum de matre homine, certa plenitudine temporis; nec eius humanitatem, qua maior est Pater, minuere aliquid eius [2] naturae, qua aequalis est Patri. Hoc autem utrumque unus est Christus, qui verissime dixit, et secundum Deum: *Ego et Pater unum sumus* [3]: et secundum hominem: *Pater maior me est* [4]. Hanc fidem, dilectissimi, veram et indissolubilem, quae sola veros efficit christianos, quamque, ut intelligimus et probamus, pio studio et laudabili amore defenditis, perseveranter tenete, et constanter asserite. Et quoniam oportet vos [5] post divinum auxilium etiam catholicorum principum gratiam promereri, humiliter ac sapienter exposcite, ut petitioni nostrae, qua plenariam indici synodum postulavimus [6], clementissimus imperator dignetur annuere: qua [7] citius, adiuvante misericordia Dei, et sanis fortitudo augeatur, et morbidis, si curari acquiescant, medicina praestetur [8].

A Nestorio hominis sine Deitate conceptio.

Catholicae Ecclesiae doctrina

Pontifex obsecrat, ut in ea Constantinopolitani firmissime perseverent,

Et a Theodosio universale concilium exposcant,

Siquidem sanis augenda fortitudo, aegris salus reddenda.

Dat. an. 450, mense incerto.

EPISTOLA XXXVI [9].

Pulcheriae litteris plurimum recreatus Eutychianae haeresis pravitatem aperit, ac universale concilium instantius exposcit.

Leo episcopus [10] Pulcheriae Augustae.

Gaudere me plurimum et exultare in Domino pietatis tuae scripta fecerunt, quibus evidenter ostenditur quantum catholicam diligas fidem, et quantum haereticum detesteris errorem. Haeresis quippe est nimis impia, et Evangelio [11] veritatis inimica, quae non portionem aliquam laedere, sed ipsa christianae religionis conatur fundamenta convellere, negans sempiterni Patris Filium sempiternum de utero beatae Virginis matris veram carnem nostrae sumpsisse naturae, et eos damnatione percellens, qui ab evangelica et apostolica fide nullo deduci errore potuerunt, illudque frustra praetendens [12], quod Nicaenae synodi fidem teneat, cuius eum esse constat alienum, gloriosissima Augusta. Unde quia non deserit Ecclesiam suam divina protectio, dicente Domino: *Ecce ego vobiscum sum* [13]

Pulcheriae intemerata fides.

Eutychianae haeresis impietas singularis.

Hanc qui tenet frustra Nicaenae synodo adhaerere autumat.

Mira Christi in Ecclesiam suam sollicitudo.

1 « Al. *varie* ». Ballerin. l. c.

2 « Aliq. cod. *ei* ». Ballerin. l. c.

3 Io. x, 30.

4 Io. xiv, 28.

5 « Al. *nos* ». Ballerin. col. 981.

6 « Al. *postulamus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

7 « Al. *quo* ». Ballerin. l. c. Forte mel. n. l.

8 Cacciar. pag. 197 addit: *Data idibus octobris, Asterio et Protogene viris clarissimis consul.* At Ballerin. l. c. advertunt hanc temporis notam inveniri quidem in aliq. codicibus, sed in antiquioribus desiderari, et reipsa ceu genuinam admitti non posse. Coniiciunt autem post medium mensem Martium anni 450 datas has litteras fuisse.

9 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 982.

10 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 222 cum pl. mss. addit *gloriosissimae ac piissimae*.

11 « Plur. cod. *evangelicae* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

12 « Cod. Grim. *praetendimus* ». Cacc. l. c. Corrupte quidem.

13 « Edit. Surii delet *sum* ». Cacciar. l. c. Contra Vulg. fidem.

omnibus diebus usque ad consummationem saeculi [1]: eodemque opere [2] et tempore Spiritus Dei et clementiae vestrae sollicitudinem, et curam nostri cordis accendit, ut de remediis procurandis eadem utrique cuperemus, quae prius [3] poposci [4], nunc quoque instantius peto, maiore utens fiducia deprecandi, posteaquam praesidium venerandae exhortationis accepi. Spero [5] autem affuturam misericordiam Dei, ut, cooperante clementia vestra, pestiferi erroris possit morbus auferri; ut quidquid, ipso inspirante atque auxiliante, potuerit salubriter fieri, cum vestrae fidei laude peragatur: quoniam res [6] humanae [7] aliter tutae esse non possunt, nisi quae ad divinam confessionem pertinent, et regia et sacerdotalis defendat auctoritas.

Pro synodo cogenda vehementius urget.

Pessumdatur humana societas, nisi regia et sacerdotalis auctoritas rem divinam tueatur.

Data decimo sexto [8] kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septies, et Avieno viris clarissimis consulibus.

Dat. die 17 Martii, an. 450.

EPISTOLA XXXVII [9].

Martini ac Fausti desideriis per suas litteras iam sese occurrisse significat, eosque hortatus, ut catholicam de Christi incarnatione doctrinam pro viribus praedicent, alterum priorum litterarum exemplar ad illos mittit.

Leo episcopus Martino [10] et Fausto presbyteris et archimandritis [11].

CAP. I. Bonorum operum et spiritalium studiorum Deum auctorem esse non dubium est, qui quorum incitat mentes, adiuvat actiones. Quod nobis praesenti experimento evidenter apparuit. Siquidem inter discretarum spatia longinqua regionum unum sumpserunt corda nostra consilium, ut quod a nobis desiderabatis, eo vobis tempore, quo epistolae vestrae [12] mittebantur [13], occurrerit [14], si tamen dilectioni vestrae tradi scripta nostra [15] potuere, quae non solum Apostolicae Sedis auctoritate, sed etiam sanctae synodi, quae ad nos frequens convenerat, unanimitate directa sunt, ut in his, quantam curam totius Ecclesiae habeamus, appareat; hortando scilicet omnium fidelium mentes, et clementissimorum principum praesidia ad defensionem fidei postulando, quorum pios et catholicos [16] animos non diffidimus opem atque auctoritatem suam iustis petitionibus praestituros; quo citius, auxiliante Domino, perniciosa haeresis, et dudum Ss. Patrum auctoritate damnata, quae nuper Ephesi male adiuta est, auferatur.

Deus quorum incitat mentes, adiuvat et actiones.

Martino et Fausto unum idemque inspiratum fuit ac Leoni consilium.

Ideo Pontifex per missas litteras eorum desideria antevertit.

De christianorum principum auxilio non diffidit.

---

1 Matth. XXVIII, 20.

2 Cacciar. l. c. cum plur. mss. addit *eadem mente.*

3 Videsis praec. epist. XXIX ad eamdem Pulcheriam pag. 53, col. 1.

4 « Vat. 3791 *petivi* ». Cacciar. l. c.

5 Cacciar. l. c. cum edit. et mss. omnibus *sperans*, alia adhibita interpunctione.

6 Can. *res autem humanae.* Caus. 25, q. 5.

7 « Al. *omnes* ». Ballerin. col. 983, Cacciar. pag. 223.

8 « Al. *decimo quinto* ». Cacciar. l. c. Jaffè autem op. c. nobiscum cohaeret.

9 Exedit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 983.

10 « Al. Perperam *Martiano* ». Ballerio. l. c.

11 « *Et archimandritis* ex solo Ratisp. cod. adiicitur ». Ballerin. ibid.

12 « Al. *nostrae* ». Ballario. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 223.

13 « Vat. 3791 *emittebantur* ». Cacciar. l. c.

14 « Cod. Ratisp. *occurreret* ». Ballerin. l. c.

15 Ionuit epistolam apud Ballerin. LI ad Faustum et Martinum, quam habes et in hoc Bullar. Romao. a oobis edito tom. I, pag. 72.

16 « Al. *quorum utpote catholicos;* al. perperam *quorum posset catholicos* ». Ballarin. et Cacciar. ll. cc.

Obsecrat, ut catholica incarnationis sententia omnibus innotescat.

CAP. II. Interim vero det operam, quantum fieri potest, vestra dilectio, ut omnibus Ecclesiae filiis innotescat quid [1] contra impium sensum, secundum doctrinam evangelicam et apostolicam, praedicemus [2]. Quia licet plene, quae semper fuisset atque esset catholicorum sententia, scripserimus; tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes non parum exhortationis addidimus [3]. Memor enim sum me sub illius nomine Ecclesiae praesidere, cuius a Domino [4] Iesu Christo est glorificata confessio, et cuius fides omnes quidem haereses destruit, sed maxime impietatem praesentis erroris expugnat; et intelligo mihi aliud [5] non licere, quam ut omnes conatus meos ei causae, in qua universalis Ecclesiae salus infestatur, impendam. Ne autem aliqua negligentiae occasione scripta nostra [6] ad vos non potuerint pervenire, exemplaria [7] eorumdem nunc mittenda credidimus, ut nullo modo fidei, quam defendimus, praedicatio vestra notitiae subtrahatur.

Patri confessio praesertim Eutychis impietatem expugnat.

Pontificis sollicitudo in Ecclesiam universam extendenda

Priorum litterarum, si forte perierint, exemplum mittit.

Data decimo sexto kalendas Aprilis, Valentiniano Augusto septies et Avieno V. Cl. consulibus.

EPISTOLA XXXVIII [8].

Ravennio enixe commendat, ut qua par est sollicitudine, eius ac Cyrilli epistolas cunctis Galliae episcopis communicet, quaeque a legatis oretenus acceperit, fideliter exequatur.

Dilectissimo fratri Ravennio Leo papa.

Diu filios nostros Petronium presbyterum, et Regulum diaconum in Urbe tenuimus, quoniam et de nostra hoc [9] gratia merebantur, et fidei, quae nunc quorumdam errore incessitur [10], ratio postulabat. Voluimus enim eos nostro interesse tractatui, et universa cognoscere, quae per te cupimus ad omnium fratrum et consacerdotum nostrorum notitiam pervenire, carissime [11]: hoc dilectioni tuae specialiter delegantes, ut sollicitudine vigilantiae tuae epistola nostra, quam ad Orientem pro fidei defensione direximus, vel sanctae memoriae Cyrilli, quae nostris sensibus tota concordat, universis fratribus innotescat, ut certiores effecti contra eos, qui incarnationem Domini pravis persuasionibus aestimant temerandam, spirituali se virtute praemuniant. Habes probabilem facultatem, qua cunctis Ecclesiis et Deo nostro episcopatus tui possis commendare primordia, si haec ita, ut credimus atque mandavimus, impleveris, frater carissime. Quae autem committenda litteris non fuerunt, cum praedicatorum filiorum nostrorum insinuatione didiceris, Domini fretus auxilio efficaciter, ut diximus, ac laudabiliter exequeris. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Innuit cur diu Ravennii legatos in Urbe detinuerit.

Ipsum rogat ut suae ac Cyrilli litterae per Gallias propagentur.

Idque Ravennio in episcopatus sui primordiis feliciter accidit.

Hortatur ut legatorum dictis sit audiens.

Data nonis Maii, gloriosissimo Valentiniano Aug. et Avieno V. C. conss.

Dat. 5 Maii an. 450.

1 « Al. *quod* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 224.

2 « Al. *praedicamus* ». Ballerin. l. c.

3 « Aliq. codex *addimus* ». Baller. col. 984.

4 Cacciar. pag. 224 cum plerisq. codd. *Domino nostro.*

5 « Tres cod. *aliter* ». Ballerio. l. c.

6 « Cod. Grim. sic hanc periocham exhibet: *Ergo ne habita negligentia scripta nostra*, etc. ». Cacciar. l. c.

7 « Ratisp. cod. *et exemplaria* ». Ballerin. loc. cit. Perperam, ut opinor.

8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1000.

9 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 230 *hac*. Sane mendo typograph.

10 « Al. *vexata est* ». Ballerin. at Cacciar. ll. cc.

11 Cacciar. cum al. delet *carissime*.

EPISTOLA XXVIX [1].

Assensum suum Anatolii ordinationi differens, ab eo fidei professionem exigit, deque concilio in Italia celebrando Theodosium impensius urget.

Leo episcopus Theodosio semper Augusto [2].

Theodosius catholicam doctrinam de Incarnatione tuetur.

Cap. I. Omnibus quidem vestrae pietatis epistolis [3] inter eas sollicitudines, quas pro fide patimur, spem securitatis nobis maximam praestitistis, Nicaenum commendando concilium: adeo ut ab illo, sicut saepe iam scribitis, non patiamini sacerdotes Domini deviare. Sed ne aliquid in praeiudicium catholicae defensionis viderer egisse, de ordinatione eius, qui Constantinopolitanae coepit Ecclesiae praesidere, nihil interim in alterutram [4] partem temere rescribendum [5] putavi, non dilectionem negans, sed manifestationem catholicae veritatis expectans. Quod aequanimiter ferat, obsecro, vestra clementia, ut cum talem se erga fidem catholicam, qualem cupimus, approbavit, de sinceritate ipsius et [6] copiosius et securius gaudeamus. Ne vero aliqua illum de nostro animo mordeat sinistra suspicio, occasionem totius difficultatis amoveo, nec aliquid exigo, quod aut arduum videatur, aut dubium [7]; sed ad id, quod nullus Catholicorum refutet, invito. Noli enim sunt per universum mundum atque manifesti, qui ante nos sive graeca, sive latina lingua in catholicae veritatis praedicatione fulserunt, ad quorum scientiam [8] atque doctrinam quidam etiam nostrae aetatis accedunt, de quorum scriptis par et multiplex profertur instructio. Quae sicut Nestorianam haeresim destruxit, ita etiam hunc, qui nunc repullulat, abscidit [9] errorem. Relegat itaque sollicite quae a sanctis Patribus Incarnationis dominicae fides fuerit custodita, semperque similiter praedicata. Et cum sanctae memoriae Cyrilli Alexandrini Episcopi epistolam [10] (qua Nestorium corrigere et sanare voluit, pravas praedicationes ipsius arguens, et evidentius fidem Nicaenae definitionis exponens, quamque ab eo missam apostolicae Sedis scrinia susceperunt) praecedentium sensui perspexerit consonantem, Ephesinae etiam Synodi gesta recenseat, quibus contra Nestorii impietatem, a sanctae memoriae Cyrillo inserta et allegata sunt de Incarnatione Domini catholicorum testimonia sacerdotum. Non aspernetur etiam meam epistolam recensere, quam pietati patrum per omnia concordare reperiet. Cumque a se hoc, quod eidem profuturum sit, expeti desiderarique cognoverit, Catholicorum sententiis toto corde consentiat: ita ut sinceram communis [11] fidei professionem absolutissima subscriptione coram omni clero, et universa plebe declaret, apostolicae Sedi, et universis Domini sa-

De Anatolii ordinatione Leo nil adhuc rescribendum existimat.

Luculentum enim ab illo religionis testimonium expectandum.

Tum Graeci, tum Latini Patres Eutychianam haeresim evertunt.

Quibus et Cyrillus, et Nicaena synodus adhaerent.

Haec ab Anatolio palam declaranda sunt, et subscribenda.

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1005.

2 « Al. omitt. *semper*; al. etiam *Augusto* ». Ballerin. l. c.

3 « Al. *Per omnes quidem vestrae pietatis epistolas* ». Ballerin. ibid.

4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 232 iuxta Vat. cod. hic addit *tibi*, et mox delet *temere*.

5 Cacciar. l. c. *scribendum*. Aptius ad orat. contect. n. lectio.

6 Cacciar. l. c. delet *et*.

7 « Al. iuxta Vatt. codd. *ambiguum* ». Cacciar. l. c. et Balleriu. col. 1006.

8 « Cod. Ratisp. *sententiam*. Griman. *sententiam, atque doctrinam* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Rectius videtur.

9 « Al. male *repullulat, abscindet* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

10 « Innuit ep. secundam Cyrilli ad Nestorium, quae ad sanctum Coelestinum transmissa ab eodem Pontifice probata fuit. Hinc subdit *quamque... Apostolicae Sedis scrinia susceperunt* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. perperam *communionis* ». Ballerin. col. 1007.

cerdotibus, atque Ecclesiis publicandam: ut pacificato per unam fidem mundo [1], possimus [2] omnes dicere quod Angeli, nato de Maria Virgine Salvatore, cecinerunt: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis* [3].

Curet autem imperator, ut eius fidei professio nitida atque aperta ad Apostolicam Sedem remittatur.

CAP. II. Quia vero et nos, et beati patres nostri, quorum doctrinam et veneramur et sequimur, in unius fidei concordia sumus, sicut provinciarum omnium protestantur antistites, agat clementiae vestrae devotissima fides, ut quamprimum ad nos Constantinopolitani Episcopi, qualia debent [4], probati et catholici sacerdotis scripta perveniant, aperte scilicet atque dilucide [5] protestantia [6], quod si quis de Incarnatione Verbi Dei aliud aliquid credat aut asserat, quam Catholicorum omnium et mea professio protestatur, hunc a sua communione secernat, ut ei fraternam in Christo charitatem merito possimus impendere [7]. Ut autem salubribus curis [8] velocior pleniorque, auxiliante Domino, per vestrae clementiae fidem praestetur effectus, ad pietatem vestram fratres, et coepiscopos meos [9] Abundium [10], et Asterium [11], sed et Basilium, et Senatorem presbyteros, quorum mihi devotio est probata, direxi, per quos, quae nostrae forma sit fidei [12], manifestatis instructionibus, quas misimus, possitis dignanter agnoscere: ut si Constantinopolitanus Antistes in eamdem confessionem toto corde consentit, securi, ut dignum est, de ecclesiastica pace laetemur, neque aliquid residere videatur ambiguum, unde superfluis [13] forsitan suspicionibus laboremus. Sin vero aliqui a puritate nostrae fidei atque patrum auctoritate dissentiunt, concilium universale intra Italiam, sicut synodus, quae ob hanc caussam Romae convenerat, mecum petiit [14], clementia vestra concedat; ut in unum convenientibus omnibus [15] his, qui aut ignorantia, aut terrore [16] prolapsi sunt, correctionis remediis consulatur, nec [17] cuiquam ultra sit liberum ita Nicaenae synodi facere mentionem, ut eius inveniatur esse fidei contrarius: quoniam et universae Ecclesiae et vestro hoc imperio profuturum est, si unus Deus, una fides, et [18] unum sacramentum salutis humanae una totius mundi confessione [19] teneatur.

Quod ut plenius fiat, ac celerius, per legatos fidei formulam tradit.

Rursum exorat ut concilium in Italia iubeatur.

Unius eiusdemque fidei professio prodest et imperio.

Data decimoseptimo [20] kalendas Augusti, Valentiniano septies, et Avieno viris clarissimis consulibus.

Dat. die 16 Iulii, an. 450.

EPISTOLA XL [21].

Ad Pulcheriam de Anatolii ordinatione scribens, fidei formulam per legatos missam innuit, cui si qui repugnent,

1 « Grim. cod. delet *mundo* ». Cacc. l. c.

2 « Cod. Ratisp. *possint* ». Ballerin. l. c.

3 Luc. II, 14.

4 « Al. *debentur* ». Ballerio. l. c. Recte quidem.

5 Cacciar. cum al. *lucide*.

6 « Al. *protestantis* ». Ballerin. l. c.

7 « Vat. 630 *ut eius fraternam in Christo charitatem merito possimus intendere* ». Cacciar. l. c. Aptius ad orat. contextum n. lectio.

8 « Al. *salutaribus dispositionibus* ». Cacciar. l. c.

9 « Al. *nostros* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

10 « Al. perperam *Sabundium* vel *Sabuldium* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. *Etherium*, aut *Eterium* ». Baller. l. c.

12 « Cod. Grim. *quae nostra fides* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

13 « Edit. ante Quesnell. et plur. mss. *ut de superfluis* ». Ballerin. l. c. Melius, uti videtur, n. lectio.

14 « Al. *petit* ». Cacciar. pag. 234. Forte mend. typograph.

15 « Al. omitt. *omnibus* ». Ballerin. col. 1008.

16 « Al. *errore* ». Ballerin. l. c. Forte male.

17 « Al. *ne* ». Baller. l. c.

18 « Al. delent *et* ». Ballerin. l. c.

19 « Ratisp. cod. *confessio* ». Ballerin. l. c. Tunc vero alia utendum interpunctione.

20 Cacciar. cum al. *decimo sexto*. Jaffe op. cit. nobiscum cohaeret.

21 Ex edit. Bal. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1009.

universale concilium in Italia esse habendum precatur.

Leo Episcopus Pulcheriae Augustae.

Quantum Pulcheriae pro Ecclesiae unitate studium.

Gaudeo fidei clementiae vestrae, quod religiosum studium dignanter impenditis, ut pax ecclesiastica renovetur, quae quorumdam dissensionibus videtur [1] esse turbata. Debetur enim hoc vestrae specialiter gloriae, ut ablatis omnibus scandalis, quae contra catholicam fidem inimicus excitaverat [2], una eademque sit per totum mundum confessio veritatis, quae facilius certiusque reparabitur, si pravorum sensuum nulla semina, nulla vestigia relinquantur. Quod tamen mearum partium est, praeterire non debeo, ut scilicet quid de Incarnatione Filii Dei a Constantinopolitano Episcopo teneatur, agnoscam; praesertim cum ordinationem [3] ipsius dura praecesserint, taliaque ad nos debuerit scripta dirigere, quae illum a contagione huius, qui nuper emersit, erroris alienum evidenter ostenderent. Optans [4] itaque securam cum eo habere concordiam, gratiamque illi fraternae charitatis impendere, scribere ei interim distuli non dilectionem negans, sed manifestationem catholicae veritatis expectans. Simplex enim est absolutumque, quod posco, ut remoto longarum disputationum [5] labore, sanctae memoriae Cyrilli Alexandrini [6] Episcopi epistolae, quam ipse ad Nestorium miserat, acquiescat, in qua et errorem Nestorii arguit, et fidem Nicaenae definitionis exposuit: vel [7] epistolae meae quae ad sanctae recordationis Flavianum Episcopum est directa, consentiat. Quibus vigilanter [8] inspectis, Constantinopolitanus Antistes repudiandum sibi quod [9] ausa [10] est contra puram et singularem fidem imperita insipientia definire, incunctanter agnoscat; quia et mea, et sanctorum Patrum de Incarnatione Domini concors per omnia et una confessio est. Quam si quis existimaverit non sequendam, ipse se a compage catholicae unitatis abscidit [11]: cum tamen nos, ut in integrum omnia revocentur, optemus. Ad effectum vero salubrium dispositionum velocius obtinendum, fratres et coepiscopos meos Abundium [12], et Asterium [13], sed et Basilium, et Senatorem presbyteros probatissimos viros misi, qui Clementiae vestrae formam fidei, quam secundum doctrinam venerabilium Patrum praedicamus, offerrent, et remotis circumlocutionibus, quibus obscurari veritas solet, quid de Incarnatione Filii Dei a totius orbis [14] probatis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderent: quos post divinam gratiam sancto vestrae pietatis auxilio dignum est adiuvari, ne in totius Ecclesiae perturbationem imprudens procedat intentio [15]; cum, correctione adhibita, omnes oporteat in unius confessionis redire concordiam [16]. A qua si forsitan ab aliquibus discrepa-

Cur ab Anatolio fidei professionem exposcat.

Ad hanc sufficit, ut hic vel Cyrilli ad Nestorium, vel Leonis ad Flavianum litteris acquiescat,

Siquidem Leonis, ac Ss. Patrum concors, et una de Incarnatione sententia.

Nihilominus per legatos fidei formulam se misisse admonet.

1 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 236 cum al. *videbatur*; al. *videatur*. Vid. Ballerin. l. c. Sed perperam.

2 Cacciar. l. c. cum al. *extruxerat*.

3 « Vat. 1340 cum edit. *in ordinatione* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

4 « Aliq. cod. *opto* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc. Attamen minus apte.

5 « Al. *dispositionum* ». Ballerin. l. c. Inepte quidem.

6 « Duo Vatt. *Alexandrinae Ecclesiae episcopi* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

7 « Al. *et* ». Baller. l. c.

8 « Al. *diligenter* ». Ballerin. col. 1010 et Cacciar. l. c.

9 « Al. *repudianda sibi quae* ». Baller. l. c.

10 « Al. male *ausus* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 237.

11 « Al. *abscindet* ». Ballerin. l. c. Rectius videtur.

12 « Aliq. cod. *Sabundium* ». Ballerin. l. c.

13 « Al. *Etherium* vel *Aterium* ». Ballerin. loc. cit.

14 « Al. mendose *urbis* ». Ballerin. col. 1011.

15 « Al. *contentio* ». Baller. l. c. Forte melius.

16 « Ratisp. cod. *unitatem* ». Ballerin. l. c. Recte n. lectio.

A qua, si quis dissentiat, universale concilium in Italia imperandum.

tur [1], universale concilium sacerdotum haberi intra Italiam, Clementia vestra annitente [2], subeatur: quo remota arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coerceri debeat, aut sanari.

Data xvii kalendas [3] Augusti, Valentiniano Augusto septies, et Avieno viris clarissimis consulibus.

Dat. die 16 seu 20 Iulii an. 450.

EPISTOLA XLI [4].

De fidei causa sollicitus dolet, quod Anatolius, caeterive, qui eum in episcopum sacrarunt, nil ad ipsum scribant; et Archimandritas de missis legatis admonens hortatur, ut Catholicam Ecclesiam ab ingruenti haeresi defendant.

Leo Episcopus Fausto, Martino [5], Petro, Manueli, Iob, Antiocho [6], Abrahamio, Theodoro, Pientio, Eusebio, Helpidio, Paulo, Astario et Charoso [7] presbyteris et archimandritis, et Iacobo diacono et archimandritae.

Pro fidei causa angitur.

Causa fidei, in qua salus christiana consistit, multa me sollicitudine laborare compellit, metuentem ne improbitas [8], quae in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis et pertinacior [9] fiat et latior [10]. Nam cum clementissimus Imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus sollicitudinem suam pro pace universalis Ecclesiae demonstraret, ipse Constantinopolitanus Episcopus, et hi qui eumdem consecrarunt [11], praeter [12] id quod ad ordinationem novi Antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicarunt; quasi in illa Ecclesia nullum scandalum, nulla exstitisset offensio, aut non hinc praecipue fuerit ordinati meritum demonstrandum, si aliena a se, quae catholicorum sensibus sunt adversa, docuisset. Ne ergo, quod inter longinquas regiones accidere solet, in nimias dilationes tenderet veritatis examen [13], fratres et coepiscopos nostros Abundium [14], et Asterium [15], sed et Basilium, et Senatorem presbyteros, probatissimos viros, ad piissimum [16] Principem cum sufficienti paternarum auctoritatum instructione direximus. Quos in omnibus, fratres carissimi, diligentia ac sollicitudine vestra cupimus adiuvari [17], ut impietas, quae caecis [18] ausibus in exitialia [19] abrupta processit, simplices quosque [20]

Anatolii, aliorumve silentium conqueritur.

Ad Theodosium legati.

His pro Ecclesiae bono opitulandum.

1 « Id. cod. *discreparetur* ». Ballerin. l. c.

2 » Edit. ante Quesnell. *annuente* ». Baller. loc. cit. Male ad orat. contextum.

3 Cacciar. cum anter. edit. xiii kal. Contin. Const. in mss. vatic. xvi kal. Jaffé op. c. nobis assentit.

4 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. i, col. 1011.

5 « Vulgat. ante Quesnell. et quaedam mss. *Marciano* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. ii, pag. 234.

6 Cacciar. l. c. cum aliq. mss. addit *Vivantiaco*: quae vox cum recurrat in codicibus, qui carent nominibus *Iob*, *Antiocho*, censent Ballerinii l. c. ex duabus hisce vocibus perperam conflatum *Vivantiaco*.

7 « Al. *Charazo* ». Cacciar. l. c.

8 « Al. *pravitas* ». Ballerin. col. 1012, et Cacciar. l. c.

9 « Anter. edit. *perniciosior* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Rectius videtur n. lectio.

10 « Nonnull. codd. *altior* ». Ballerin. ibid. Forte amanuens. mendo.

11 « Al. *consecrarant* ». Ballerin. l. c.

12 « Cod. Grim. *propter* ». Cacciar. l. c. Mendose ut opinor.

13 « Vulgat. cum quibusd. mss. *tenderent veritatis examina* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 235.

14 « Al. *Sabundium* ». Ballerin. ibid.

15 « Cod. Grimau. *Etherium* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

16 « Al. *probatissimum* ». Cacciar. l. c.

17 « Al. *diligentiam et sollicitudinem vestram cupimus adiuvare* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

18 « Vat. 1340 *scelestis* ». Cacciar. l. c.

19 « Al. *exitiabilia* ». Ballerin. l. c.

20 « Al. *quoque* ». Ballerin. l. c. Forte mel. n. lect.

decipiendi ulterius non habeat potestatem: cum aptiore[1] medicina etiam illis cupiamus per correctionis remedia subveniri, qui aut imperitia sunt lapsi, aut terrore[2] traducti. Et ideo vos, qui iustificamini per fidem, quia[3] catholicam diligitis veritatem, et de singulari sacramento salutis humanae per spiritum sanctum estis edocti, collaborate nobiscum, et quanta potestis devotione satagite[4], ut falsitate destructa, et fidei soliditate defensa, secura per totum mundum Dei pace potiamur[5].

Ex imperitia lapsis, vel terrore coactis subveniendum.

Precatur, ut omne studium in haeresis excidium convertant.

Data XVI kal. Augusti, Valentiniano Augusto septies[6], et Avieno viris clarissimis consulibus.

Dat. die 17 Iulii an. 450.

EPISTOLA XLII[7].

Fausto rescribens eius religionem laudat, ipsumque orat, ut in catholica doctrina perdurans, si quae de fide quaestiones oriantur, ad Ap. Sedem diligenter referat.

Dilectissimo[8] Fausto presbytero
Leo Episcopus.

Gratum semper est mihi tuam alloqui charitatem, et affectum salutationis exsolvere; quoniam et scio te probabilem[9] et sincerissimae fidei esse custodem, et qui non circumducitur omni vento doctrinae, sed in fundamento Prophetarum et Apostolorum, qui Christus est, firme consistere: ut cum venerit filius hominis in Divinitate sua ad purgationem totius mundi, in electione reperiaris frumentum aeternitatis, qui dignus thesaurizari possis in horreis. Susceptis itaque litteris per filium meum Parthenium, reciprocam salutationem exsolvens, exhortor tuam beatitudinem[10], fili carissime, ut non confundaris de Evangelio generationis Domini[11] Iesu[12] Christi filii David, filii Abraham secundum carnem; quoniam haec fides vincit mundum, quando quis credit, quia[13] Christus[14] Iesus est Filius Dei. Si quae vero fidei quaestiones inveniuntur, admonemus ut de his, quae ad communem utilitatem[15] pertinent, latius nobis scribas libenter suscipientibus, qui ista[16] detulerint.

Quae in Fausto religio.

Christus Prophetarum est, ac Apostolorum fundamentum.

De evangelica fide non erubescendum.

Haec enim vincit mundum.

De qua, si quaestiones insurgant, Sedi Ap. referendae.

Dat. an. 450.

EPISTOLA XLIII[17].

Martini in fide constantiam gratulatus eum confirmat, ac de legatorum missione instruit.

De Martini fide laetatur.

Leo episcopus Martino presbytero.

Gratias agimus Deo, et multam fiduciam piae exultationis accipimus[18], cum

1 « Al. *altiore* ». Ballerin. l. c. Sed perperam.
2 « Al. *errore* ». Ballerin. l. c. Concinnius ad orat. context. n. lect.
3 « Al. *qui* vel *qua* ». Ballerin. col. 1013.
4 « Al. *id agite* ». Ballerin. l. c.
5 « Al. *potiamini* ». Ballerin. l. c.
6 « Cod. Taurin. *sexies* ». Cacciar. l. c. Mendose tamen.
7 Ex edit Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1015.
8 « Quesn. cum edit. Rom. addit *filio* ». Ballerin. l. c.
9 Cacciar. *Opp S. Leonis* part. II, p. 240 cum edit. Rom. *quoniam scio te et probabilem*.
10 « Al. ex graeca vers. *perfectionem* ». Ballerin. col. 1016. Fortasse legendum est *dilectionem*, quum *beatitudinis* titulus presbyteris tributus nunquam in originalibus Leonis litteris inveniatur. V. Ballerin. l. c.
11 Cacciar. pag. 241 iuxta Vat. cod. *Domini nostri*.
12 « Quidam codd. omitt. *Iesu* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.
13 « Vat. 1323 *quoniam* ». Cacciar. l. c.
14 « Aliq. codd. omitt. *Christus* ». Baller. l. c.
15 « Al. addunt *nobis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Forte perperam.
16 « Balutius forte *istas* legendum putat ». Cacciar. l. c. Sane iuxta graec. text., qui leg. πρὸς τοὺς ταύτας διακομίζοντας. Advertendum tamen in rom. edit. margine haberi ταῦτα. V. Ballerin. l. c.
17 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1019.
18 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 238 cum vulgat. et mss. Vatt. *accepimus*. Fortasse rectius ad sensum n. lectio.

dilectionem tuam et catholicam fraternitatem ita spiritu fidei vigere cognoscimus, ut cordibus vestris nihil infirmitatis haeretica possit inferre tentatio: ad quam divinitus destruendam nec defuit, ut scitis, sollicitudo nostra, nec [1] deerit, donec omnipotentis dextera Dei [2] omnia diaboli arma confringat, cui ob hoc aliquid audere permittitur, ut a fidelibus Christi gloria maiore vincatur. Si quid autem aut difficultatum intervenit, aut morarum, cum equanimitate tolerandum est: quoniam ubi veritas est magistra, numquam desunt divina solatia, fratres carissimi. Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, unitate tamen fidei vobiscum sumus, et toto corde Iesum Christum Dominum nostrum verum Deum, et verum hominem confitentes, nulla in vobis detrimenta perpetimur, cum de vestrae professionis concordia gloriamur: tantum ut sit auxiliante Domino constantia perseverans, dicente Apostolo: *Vobis enim donatum* [3] *est pro Christo, non solum ut in eum credatis sed etiam ut* [4] *pro illo patiamini* [5]. Ad quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam, fratres nostros atque legatos [6], quos pro apostolicae fidei libertate direximus, et quos dudum apud vos esse confidimus, plurimum credimus profuturos: cum totius actionis nostrae didiceritis affectum, et curam vestram atque consilium [7] pio operi [8] iunxeritis. De qua re non necesse est nunc latius scribere, cum iam per supradictos sufficientes epistolas [9] miserimus, quibus abundantissime omnis catholica fraternitas instruatur. Divinae erit virtutis, et gratiae ut Dei Filius, qui naturam humani generis suam fecit, amplius quam videmus [10] aut sapimus, magnum pietatis suae asserat sacramentum, quod impia temeritas sibi quidem fraudavit, sed rectis cordibus auferre non potuit.

Sollicitudinem suam in haeresim ostendit.

Unitatem catholicam dissitae regiones non dissolvunt.

Ad hanc roborandam legatos misit.

His et epistolas tradidit, quibus omnes fratres instruantur.

E recto corde nunquam fides divellitur.

Dat. idibus Septembris, Valentiniano et Avieno viris clarissimis consulibus.

Dat. 13 Septemb. an. 450.

EPISTOLA XLIV [11].

Martino ac Fausto sollicitudinem suam in universam Ecclesiam demonstrans Eutychianam haeresim execratur, eosque rogat, ut viriliter certantes de fidei statu pro occasione scribant, caeterisque catholicis praesentes litteras communicent.

Leo Fausto et Martino presbyteris et archimandritis [12].
Per Maximinum comitem.

Cap. I. Omnes scribendi occasiones libenter amplectens, alloqui dilectionem vestram sacerdotali affectione non desino: ut ex ipsa frequentia litterarum possitis agnoscere, quantam curam Ecclesiae universalis habeamus, pro cuius piissima fide studiosius defendenda vestram quoque devotionem oportet laborum no-

Litterarum frequentia Leonis solertiam in Ecclesiam aperit.

1 Cacciar. l. c. *non*. Forte ex mendo typographico.

2 « Vat. 1340 omitt. *Dei* ». Cacciar. l. c.

3 « Al. *datum* ». Ballerin. col. 1021.

4 Cacciar. l. c. omittit *ut* contra Vulg. textum.

5 Phil. I, 29.

6 Legatos innuit, de quibus in praecedentibus epistolis XXXIX, XL, XLI.

7 « Cod. Grim. *consilia* ». Cacciar. l. c.

8 « Al. *pio opere*; al. expungunt *pio* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Malo.

9 « Innuit praecedent. epistolam XLI ». Ballerin. l. c.

10 Cacciar. l. c. cum mss. Vatic. *praevidemus*.

11 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1922.

12 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 239 cum al. omitt. *et archimandritis*.

strorum esse consortem. Nam et per fratres nostros episcopos atque presbyteros, quos pro christianae religionis statu misimus, quosque dudum vobiscum esse confidimus, plenissime ex omni instructione, quam dedimus, potuistis advertere, quam intolerabile habeatur apud cunctos nostrarum partium sacerdotes quod profana quorumdam insipientia contra sacramentum redemptionis humanae inferre molita est. Et nunc per filium nostrum Maximinum comitem continuatim vos alloquiis cohortamur, ut quia, propitio Domino[1], multum catholicorum est aucta libertas, adsumatis[2] constantiam spiritalem contra Antichristi praecursores, dicente beato Ioanne: *Omnis spiritus*[3], *qui confitetur Iesum Christum*[4] *in carne venisse, ex Deo est: et omnis spiritus, qui solvit Iesum Christum, ex Deo non est, et hic est Antichristus*[5].

Ephesinum conciliabulum omnibus exprobratum.

Qui Iesum Christum dissolvit Antichristus est.

Cap. II. Cui Nestorius et Eutyches sub diversa quidem erroris specie, sed sub eodem spiritu falsitatis militare voluerunt, cum catholica fides apostolicis atque evangelicis[6] imbuta doctrinis utrumque detestetur, utrumque condemnet quae ex quo coaeternum Patri[7] *Verbum caro factum est*[8], quem credit Filium Dei eumdem etiam filium hominis confitetur; et in uno vero Deo ac vero homine Domino Iesu Christo non unam naturam, sed unam se profitetur adorare personam. In hac fide nobiscum inseparabiliter atque indifferenter uniti state constanter[9], et viriliter agite: ac si quae sunt morae de his, quae poscimus, ordinandis, per occasiones tamen, quas fidas gratia divina providerit, litteris nos vestrae dilectionis instruite. Quia multum solatii est, cum sollicitis animis rerum desideratarum actio nuntiatur. Volumus antem, ut hae litterae nostrae, quas ad vestram dilectionem misimus, etiam caeteris catholicis innotescant: quo intelligant, se quoque ad defensionem fidei hisce[10] nostris exhortationibus incitari.

Cui diversa quidem specie, at reapse Nestorius et Eutyches adhaerent.

Ecclesia enim in Christo non unam naturam, sed unam adorat personam.

Petit ut sibi pro occasione litterae mittantur, et omnibus praesentes innotescant.

Data sexto[11] idus Novembris, Valentiniano Augusto septies et Avieno consulibus.

Dat. die 8 Novembris, an. 450.

EPISTOLA XLV[12].

Marciano rescribens gratias refert maximas de eius in Ecclesiam patrocinio, illique pleniores litteras se per legatos iam misisse innuit.

Leo episcopus Marciano semper Augusto.

Litteras pietatis vestrae accepisse me gaudeo, et ad significationem totius prosperitatis pertinere cognosco, cum sermonis vestri initia[13] pro fidei nos[14] faciant integritate securos. Quantas itaque clementiae vestrae gratias referamus, non ex verbis nostris, sed ex beneficiis vestris, quae Ecclesiae contulistis, agnoscite: non ambigentes, qualem illum

E Mariani litteris eius patrocinium in Ecclesiam arguit.

Ideo gratum animum ostendit.

1 « Cod. Ratisp. *Deo* ». Ballerin. l. c.

2 Cacciar. cum Cod. Grim. *sumatis* ».

3 « Ratisp. cod. omittit. *Spiritus* ». Ballerin. loc. cit. Contra Vulg. text.

4 « Ratisp. cod. omit. *Christum* ». Ballerin. loc. cit. Contra Vulg. fidem.

5 I Ioan. IV, 2, ubi apud Vulg. legitur *qui solvit Iesum, ex Deo*.

6 « Voces *atque evangelicis*, desunt in cod. Ratisp. ». Ballerin. l. c.

7 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *aeternum Patris*. Forte minus bene.

8 Ioan. I, 14.

9 Cacciar. l. c. cum cod Grim. *confidenter*.

10 « Cod. Ratisp. *iisdem* ». Ballerin. col. 1023.

11 « Id. cod. *quinto* ». Ballerin. l. c. Jaffè op. cit. n. lect. favet.

12 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1033.

13 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 242 cum plerisq. mss. *sermones vestri pro fidei*, etc.

14 « Al. *vos* ». Ballerin. l. c. At perperam.

retributorem in omnibus habeatis, pro cuius tam pie [1] estis religione solliciti; et qui vos, ut res ipsa demonstrat, ad hoc ut fides catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur, elegit, gloriosissime [2]. Haec me nunc breviter per fratris mei Anatolii clericos pietas vestra scripsisse [3] dignanter accipiat. Pleniora autem de omnibus quae ad curam meam pro statu ecclesiarum, et concordia pertinent Domini sacerdotum, per legatos nostros scripta direximus [4].

De missis litteris illum docet.

Data idibus Aprilis, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 13 Aprilis, an. 451.

EPISTOLA XLVI[5].

Pulcheriae gesta erga Ecclesiam gratulatus, nonnulla ipsi commendat.

Leo episcopus urbis Romae Pulcheriae Augustae.

Pulcheriae probata fides.

CAP. I. Quod semper de sancta pietatis vestrae mente praesumpsimus, id plenissime experiendo cognovimus, christianam fidem, quamvis diversis pravorum appeteretur insidiis, vobis tamen praesentibus, et in defensionem eius a Domino praeparatis, non posse turbari. Non enim Deus aut suae misericordiae [6] sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum, quo dudum subdolum sanctae religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiae depulistis [7], cum haeresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit; quia non fefellit famulam et discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia. De quo virtutum agone processit, ut per sollicitudinem vestram ea, quae per Eutychen [8] diabolus molitus est, non laterent; et qui sibi singulas partes geminae impietatis elegerant, una catholicae fidei virtute [9] procumberent. Secunda ergo haec vobis, de perempto Eutychis errore, victoria est: quem [10], si quid sani cordis habuisset, dudum [11] in auctoribus suis perculsum, olimque prostratum facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediviva tentaret incendia commovere, ut in eorum transiret consortium, quorum sequutus esset exemplum, gloriosissima Augusta. Libet igitur exultare cum gaudio, et pro vestrae clementiae prosperitate digna Deo vota persolvere, qui tibi per omnes mundi partes, in quibus Domini Evangelium praedicatur, duplicem iam et palmam [12] contulit, et coronam.

Eius studio et Nestorii, et Eutychis haereses profligatae.

Quanta in Eutyche impietas.

Pulcheriae egregia facinora.

CAP. II. Clementia igitur [13] vestra cognoscat [14] omnem Romanam Ecclesiam de universis fidei vestrae operibus plurimum gratulari, sive quod legationem nostram pio per omnia iuvistis affectu [15], et quod [16] sacerdotes catholicos, qui de Ecclesiis

1 « Al. *tam pia* ». Ballerin. l. c. Mendose.
2 « Edit. ante Quesnell. delent *gloriosissime* ». Ballerin. l. c.
3 Cacciar. l. c. *conscripsisse*: edit. ante Quesnell. neutrum habent. Vid. Ballerin. l. c.
4 Innuit epist. praeced. XXXIX, XL et XLI.
5 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1035.
6 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 244 iuxta fidem mss. *fidei*.
7 « Al. *depulisti* ». Ballerin. l. c. Certe mend. typograph.
8 « Sex codd. *quae pereunti diabolus* ». Ballerin. l. c. Sane rectius n. lectio.
9 « Vat. 1340 *veritate* ». Cacciar. pag. 245.
10 Cacciar. l. c. *qui*.
11 Cacciar. l. c. *errorem dudum*.
12 Cacciar. l. c. cum Vatt. mss. *duplicis gloriae palmam*.
13 « Al. *ergo* ». Cacciar. l. c.
14 Cacciar. l. c. *agnoscat*.
15 « Vat. 1340 *effectu* ». Cacciar. l. c.
16 « Vat. 3791 *et sic quod* » Cacciar. l. c. Forte melius.

suis iniusta fuerant [1] eiecti sententia, reduxistis, sive quod reliquias sanctae memoriae Flaviani innocentis et catholici sacerdotis ad Ecclesiam, cui bene praefuit, fecistis eum [2] honore debito revocari. In quibus utique omnibus gloriae vestrae multiplicatur augmentum, dum et Sanctos pro suis meritis veneramini, et ab agro dominico spinas et tribulos vultis auferri [3]. Quosdam vero [4] Episcopos de his, qui rebus impiis videntur praebuisse consensum, reconciliationem poscere, et catholicorum communionem desiderare, tam nostrorum, quam fratres et coepiscopi mei [5] Anatolii, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognovimus: quorum desideriis sic praebemus effectum [6], ut correctis, et quae male sunt facta, propria subscriptione damnantibus, participata nostrorum, quos misimus, cura cum supradicto episcopo, pacis gratia tribuatur: quia devotionis utrumque est christianae, ut et pertinaces veritas iusta coerceat, et conversos charitas non repellat.

Lapsis episcopis quo pacto pacis gratia reddenda.

Pertinaces coerceat veritas; conversos caritas non repellit.

Cap. III. Quia vero novimus, quantum piae sollicitudinis catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur [7] impendere, indicandum esse curavimus, fratrem et coepiscopum meum [8] Eusebium nobiscum degere, et nostrae communionis esse consortem, cuius commendamus Ecclesiam, quam dicitur vastare, qui illi iniuste asseritur subrogatus: illud etiam a tua [9] pietate poscentes, quod vos spontaneo facere [10] non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem et coepiscopum meum Iulianum, quam Constantinopolitanos clericos, qui sanctae memoriae Flaviani fidelibus officiis adhaeserunt, ea, qua debetis, gratia foveatis [11]. De omnibus vero pietatem vestram per nostros, quid fieri aut ordinari [12] deberet, instruximus.

Eusebii Ecclesiam ab illegitimo episcopo turbatam Pulch. commendat.

Eam hortatur, ut de Flaviano meritos gratia foveat.

Data idibus Aprilis, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 13 April. ann. 451.

EPISTOLA XLVII [13].

De Anatolii probata fide gaudens agendi rationem cum lapsis episcopis praescribit, eique plura commendans pleniores litteras promittit.

Leo Episcopus Anatolio Episcopo.

Cap. I. Gaudemus [14] in Domino, et in dono gratiae ipsius gloriamur [15], qui [16], sicut dilectionis tuae litteris, et fratrum nostrorum, quos Constantinopolim miseramus, relatione cognovimus, sequacem te evangelicae eruditionis ostendit [17], ut per Sacerdotis probabilem fidem merito praesumamus, quod tota Ecclesia eidem credita, nec rugam cuiusquam sit erroris habitura, nec maculam, dicente Apostolo: *Despondi enim vos uni viro virgi-*

Ob Anatolii fidem de Ecclesia illi credita bene sperat.

1 Cacciar. l. c. cum al. *fuerunt.*
2 « Aliq. cod. delet *cum* ». Ballerin. l. c.
3 « Al. *auferre* ». Ballerin. l. c.
4 « Al. *sane* ». Ballerin. col. 1036. Melius, opinor, n. lectio.
5 « Al. *nostri* ». Ballerin. l. c.
6 « Vat. 3791 *affectum* ». Cacciar. l. c. Fortasse amanuens. mendo.
7 « Duo Vatt. *dignatur* ». Cacciar. l. c.
8 « Al. *nostrum* ». Ballerin. l. c.
9 Cacciar. l. c. cum ant. edit. et mss. Vatic. *vestra.*
10 « Tres Vatt. *facturam* ». Cacciar. l. c. Sane perperam.
11 « Aliq. codd. cum edit. erronee *faveatis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
12 « Aliq. edit. *declinari* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Forte melius.
13 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. 1, col. 1038.
14 « Plur. codd. *gaudeamus* ». Baller. l. c.
15 « Iid. codd. *gloriemur* ». Ballerin. l. c.
16 « Al. *quia* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 246.
17 « Aliq. vulg. *ostendis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

nem castam exhibere Christo[1]. Illa est enim virgo Ecclesia, sponsa unius viri[2] Christi, quae nullo se patitur errore vitiari, ut per totum mundum una nobis sit unius castae communionis integritas, in qua societatem tuae[3] dilectionis amplectimur, et gestorum, quae sumpsimus, seriem necessariis[4], sicut oportuit, munitum subscriptionibus approbamus. Ut ergo invicem dilectionis tuae animus nostris confirmaretur alloquiis, filios nostros Casterium[5] presbyterum, Patricium et Asclepiadem diaconos, qui ad nos tua[6] scripta detulerunt[7], cum epistolis nostris post venerabilem diem festi paschalis[8] remisimus, indicantes nos, ut supra diximus, de Constantinopolitanae Ecclesiae pace gaudere, cui hanc curam semper impendimus, ut eam nulla velimus haereticorum fraude violari.

Virgo Ecclesia sponsa est unius viri Christi.

Anatolium per legatos in proposito confirmat

Cap. II. De fratribus[9] vero, quos et epistolis tuis, et legatorum nostrorum relatione communionis nostrae cupidos[10] esse cognovimus, eo quod doleant se contra potentiam[11] contraque terrores non tenuisse constantiam[12], sed[13] alieno sceleri praebuisse consensum, cum ita eos formido turbasset, ut in damnationem catholici atque innocentis Antistitis, et in receptionem detestabilis pravitatis trepido famularentur obsequio; illud quidem quod, praesentibus et agentibus nostris constitutum est, approbamus, ut suarum interim Ecclesiarum essent communione contenti: sed cum legatis nostris, quos misimus, participata tecum sollicitudine, volumus disponatur, quatenus hi, qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant, et accusare[14] se magis eligunt, quam tueri, pacis et communionis nostrae unitate laetentur; ita ut digno prius anathemate, quae contra fidem catholicam sunt recepta, damnentur. Aliter enim in Ecclesia Dei[15], quae corpus est Christi, nec rata[16] sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostrae proprietate naturae verus nos Pontifex reconciliet, verus[17] immaculati Agni sanguis emundet. Qui licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumsit ex Virgine, sacramentum propitiationis exequitur, dicente Apostolo: *Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui et resurrexit*[18], *qui est in dextera Dei*[19], *qui etiam interpellat pro nobis*[20]. Neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi, cum satisfacientes recipimus, quos doluimus esse deceptos. Nec aspere igitur communionis nostrae gratia deneganda est, nec temere largienda: quia sicut plenum pietatis est oppressis charitatem dominicam redhiberi, ita iustum est omnia perturbationis auctoribus imputari[21].

Episcopi ob metum lapsi, si tantummodo errorem doleant, suarum Ecclesiarum communione fruantur.

At si de male gestis plene satisfaciant, Apost. S. communione laetentur.

Christus in eadem carne, quam sumpsit ex Virgine, propitiationis sacramentum exequitur.

Leonis benignitas non arguenda.

1 II Cor. xi, 2.

2 Cacciar. l. c. mendo, ut videtur, typograph. *veri.*

3 Cacciar. l. c. *suae.*

4 Cacciar. l. c. *necessitatis*. Mendose, ut videtur.

5 « Al. *Cartherium* vel *Carterium* vel *Caterium* vel *Carnerium* vel *Castorium* «. Baller. col. 1039 et Cacciar. l. c.

6 « Al. *vestra* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. *detulerant* ». Ballerin. l. c.

8 « Al. *festum paschalem* ». Ballerin. l. c.

9 « Vat. 3791 *de fratribus recipiendis* ». Cacciar. l. c.

10 « Al. *cupiditate inflammatos* ». Baller. l. c.

11 « Al. *impotentiam* ». Ballerin. l. c. Scilicet immoderatam potentiam. Vid. not. 13 ad pag. 54, h. vol.

12 « Al. *sententiam* ». Ballerin. l. c.

13 « Duo Vatt. *et* ». Cacciar. l. c. Recte quidem.

14 « Duo Vatt. *accusari* ». Ballerin. col. 1040. Mendose, ut opinor.

15 Can. *in ecclesia Dei* 68 Caus. 1, quaest. 1.

16 « Al. *sacrata* vel *sacra* ». Ballerin. l. c.

17 « Al. *et verus* «. Ballerin. l. c.

18 Cacciar. pag. 247 *surrexit*. Contra Vulg. fidem.

19 « Vat. 3791 *ad dexteram Dei*; cod. 1341 addit *sedens* ». Cacciar. l. c.

20 Rom. VIII, 34, ubi apud Vulg. legit. *ad dexteram Dei.*

21 « Duo Vatt. *omnia perturbantis auctoritatem amputari* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

Haereticorum nomina ad sacrum altare non recitanda.

Cap. III. De nominibus autem Dioscori, Iuvenalis, et Eustachii ad sacrum altare recitandis [1] dilectionem tuam hoc decet custodire, quod nostri ibidem constituti faciendum esse dixerunt [2], quodque honorandae S. Flaviani memoriae non repugnet, et a gratia tua christianae plebis animos non avertat. Nam iniquum [3] nimis est atque incongruum, eos qui innocentes et catholicos sua [4] persecutione vexarunt, Sanctorum nominibus sine discretione [5] misceri: cum damnatam impietatem non deserentes ipsi se sua pravitate condemnent [6]; quos convenit, aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

Anatolio nonnulla commendat.

Cap. IV. Fratrem vero et coepiscopum nostrum [7] Iulianum, et [8] clericos, qui sanctae memoriae Flaviano fidelibus officiis adhaeserunt, dilectioni quoque tuae volumus adhaerere: ut quem [9] fidei suae meritis vivere [10] apud Deum [11] nostrum novimus, in te sibi eum praesentem esse cognoscant. Illud quoque dilectionem tuam nosse volumus, fratrem et coepiscopum nostrum Eusebium, qui caussa fidei multa discrimina, laboresque toleravit, nobiscum interim demorari, et in nostra nunc communione persistere: cuius Ecclesiam tua sollicitudine volumus esse defensam, ut [12] nihil, eodem absente, depereat, et nullus ei [13] in aliquo praeiudicare praesumat, donec cum litterarum nostrarum ad vos prosecutione perveniat. Et ut maior circa te vel nostra, vel totius christianae plebis affectio provocetur, hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium volumus notitiam pervenire: ut qui Deo nostro deserviunt [14], de confirmata apud te pace Sedis apostolicae gratulentur. De ceteris vero caussis atque personis [15], dilectio tua litteris, quas per nostros accipiet [16], plenius instruetur.

Optat ut hae litterae omnibus innotescant.

De reliquis se spondet scripturum.

Data idibus [17] Aprilis, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 13 Aprilis an. 450.

EPISTOLA XLVIII [18].

Iulianum de receptis litteris admonens eum hortatur, ut circa haereticorum fallaciam sedulo invigilet, ac de iis mentem suam aperit.

Leo Episcopus Iuliano Episcopo.

Iuliani litteras paucis perstringit.

Litteras fraternitatis tuae per filios nostros Constantinopolitanos clericos, nuncias tuae salutis accepi, quibus te magnis tribulationibus gravatum fuisse significas: cum utique non defuerit materia sollicitudinis et laboris, quae inter procaces catholicae fidei adversarios inhaerentem veritati animum fatigarent; isque [19], ut scribis, fuerit animus [20], ut

1 Cacciar. cum edit. et mss. Vat. *non recitandis*. Rectius n. lectio, siquidem nominum recitatio per subsequentia verba prohibetur.
2 Cacciar. cum edit. et mss. Vat. *dixerint*.
3 « Al. *inimicum* ». Ballerin. l. c.
4 « Duo Vatt. omittunt *sua persecutione* ». Cacciar. l. c.
5 Cacciar. l. c. forte mendo typ. *descriptione*.
6 « Al. *ipsa sua pravitate condemnentur* ». Ballerin. col. 1041.
7 « Cod. Ratisp. delet *nostrum* ». Baller. l. c.
8 « Id. cod. *vel* » Ballerin. l. c.
9 « Vat. 3791 *quos* ». Cacciar. l. c.
10 « Al. *fidei sacramentis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
11 « Vat. 5845 *Dominum* ». Cacciar. l. c.
12 « Al. *et;* al. *ut et;* Grim. autem codex haec supprimit usq. ad *depereat* inclus. ». Ballerin. l. c. Perperam autem qui partic. *ut* expungunt.
13 « Cod Ratisp. omittit *ei* ». Ballerin. l. c.
14 « Vat. 3791 *serviunt*; al. *nunc serviunt* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 248.
15 « Al. *De caeteris vero dissidii causis atque perversionis* ». Ballerin. col. 1042. Melius ad context. vidat. n. lectio.
16 Cacciar. l. c. *accepit*. Concinnius ad sensum n. lectio.
17 « Al. *VI Idus* ». Ballerin. l. c. Jaffè op. c. nobis favet.
18 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. 1, col. 1042.
19 « Tres codd. *idque* ». Ballerin. l. c.
20 « Duo ex sup. codd. *animi* ». Baller. l. c.

per occasionem necessitatis et nobis te, et patriae praesentares. Quod vere futurum speraveram, ut apertius omnium haereticorum ambages tuo ore recognoscerem [1]. Sed gratias Deo, quod ita et incolumitas tua, et Ecclesiae caussa profecit, ut liberum tibi fuerit apud eos interim degere, quorum nobis probabilis consensus innotuit, sicut et fratris Anatolii scripta profitentur, et gesta quae apud ipsum coram nostris sunt confecta [2], demonstrant, frater carissime. Remeantibus ergo praedictis, salutationis vicissitudinem reddo, et ut contra falsitatis astutias perseverantem diligentiam teneas, fidenter exhortor: cum tibi ad hoc et tuus animus, et nostra auctoritas suffragetur. Quoniam licet de multis meliora indicata sint, quod scilicet doleant se deceptos, et damnata perfidia cum auctoribus suis, gratiam nostrae communionis exposcant (quod nos adeo libenter accepimus, reddituri his hanc, quam desiderant, communionem, cum promissa [3] compleverint); quosdam tamen [4] persistere in sua obduratione cognovimus, quos oportet districtius comprimi, si nequeunt benignitate sanari. Ad quam rem nostros post diem venerabilem Paschae [5] dirigemus, qui tecum participato consilio, ea quae a nobis constituta fuerint, exequantur.

Ab haereticorum fallacia diligenter cavendum.

De his consilium suum declarat.

Strictius comprimendus est, qui nequit benignitate sanari.

Data idibus Aprilis, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 13 Aprilis an. 451.

EPISTOLA XLIX [6].

De Marciani erga Ecclesiam sollicitudine laetatus eumdem obtestatur, ne de Eutychis, ac Dioscori fide novum iudicium instituere sinat, quidve in synodo praesertim sit tractandum significans, mox legatos suos pollicetur.

Leo Episcopus Marciano Augusto.

Cap. I. Quamvis [7] per Constantinopolitanos clericos ad pietatem tuam ante rescripserim [8]; sumptis tamen clementiae vestrae litteris per virum illustrem Praefectum urbis filium meum [9] Tatianum [10], magnam materiam gratulationis accepi, quia studiosissimos vos ecclesiasticae pacis agnovi. Cui sancto desiderio digna [11] aequitate confertur, ut quem statum esse cupitis religionis, eumdem habeatis et regni. Nam inter [12] principes christianos Spiritu Dei confirmante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur: quia profectus charitatis et fidei, utrorumque armorum potentiam insuperabilem facit, ut propitiato per unam confessionem Deo, simul et haeretica falsitas, et barbara destruatur hostilitas, gloriosissime Imperator. Aucta igitur per imperialem amicitiam spe caelestis auxilii, confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanae incitare praesumo, ne cuiusquam procaci impudentique [13] versutia quasi de [14] incerto, quid sequendum sit, sinatis inquiri. Et cum ab

Marciani studium adversus Ecclesiam.

Charitas et fides armorum vim reddit insuperabilem.

Obsecrat ne in fidei causas inquiri patiatur.

1 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 248 cum ant. vulg. et mss. Vat *cognoscerem*. Amanuens. mendo, ut videtur.

2 « Vat. 1340 addit hic *fratribus* ». Cacciar. loc. cit.

3 « Ratisp. cod. *praemissa* ». Ballerin. l. c.

4 « Vat. 1340 *autem* ». Cacciar. 249. Recte ad sens. n. l.

5 « Vox *Paschae* in plur. mss. desideratur », Ballerin. col. 1043, qui autumant h. ep. scriptam ante diem Pasch., missam vero postea.

6 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I. col. 1043.

7 « Al. *etsi* ». Ballerin. l. c.

8 Innuit epistolam, quam sup. num. XLV dedimus.

9 « Al. *nostrum* ». Ballerin. col. 1044.

10 « Grim. cod. perperam *Titianum* ». Ballerin. l. c. et Cacciar *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 250.

11 Cacciar. l. c. *divina*. Forte melius.

12 « Duo Vatt. add. *hos* ». Cacciar. l. c. Perperam.

13 « Al. *imprudentique* ». Ballerin. l. c.

14 « Tres codd. delent *de* ». Cacciar. p. 251. Male, ut videtur.

De scripturis divinis haud aliter sentiendum ac Apostoli et Patres.

evangelica apostolicaque doctrina ne uno [1] quidem verbo liceat dissidere [2], aut aliter de Scripturis divinis sapere [3], quam beati Apostoli et Patres nostri didicerunt atque docuerunt, nunc demum indisciplinatae moventur [4] et impiae quaestiones [5], quas olim mox, ut eas per apta sibi corda diabolus excitavit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus extinxit.

Foret igitur iniquum Dioscori ac Eutychis empietatem in dubium revocare.

Cap. II. Nimis autem iniquum [6] est ut per paucorum insipientiam ad coniecturas opinionum, et ad carnalium disputationum [7] bella revocemur [8]; tamquam reparata disceptatione [9] tractandum sit, utrum Eutyches impie senserit, et utrum perverse [10] Dioscorus iudicarit, qui in sanctae memoriae Flaviani condemnatione se perculit [11], et simpliciores quosque, ut in eamdem ruinam provolverentur [12], impegit. Quorum multis iam, ut cognovimus, ad satisfactionis remedia conversis, et veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cuiusmodi sit fides tenenda [13] tractandum est, sed quorum precibus et qualiter annuendum [14].

In synodo non de fide disputandum, at potius de lapsorum causis statuendum.

Per legatos quid magis expediat, monet.

Unde piissimae sollicitudini vestrae, quam de indicenda [15] Synodo habere dignamini, per legationem, quae confestim ad clementiam vestram, Deo [16] annuente, perveniet, quidquid ad causae utilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius suggeretur.

Data nono kalendas Maii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 23 Aprilis an. 451.

EPISTOLA L [17].

Cognitis Marciani pro fide gestis, de Constantinopolitana Ecclesia meliora sperat, ac legatis rationem cum lapsis agendi praescribens, synodum in aptius tempus differendam esse ostendit.

Leo Episcopus Marciano Augusto.

Marciani fides.

Cap. I. Multam mihi fiduciam scribendi [18] ad clementiam vestram, et litterae vestrae, quas veneranter accepi, et coepiscopi mei revertentes a Constantinopoli praebuerunt, non sola assertione verborum, sed ipsis iam operum [19] effectibus demonstrantes, ad defensionem catholicae fidei divinum in vobis vigere praesidium. Quo utique non solum Ecclesiae status, sed etiam vestri robur munitur imperii; ut [20] merito eius expectetis [21] protectionem, cuius colitis veritatem [22], gloriosissime Imperator. Nam ut et fratris mei Anatolii citius manifesta-

Eiusdem egregia facta.

1 « Al. *nec uno*; al. *nec in uno* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

2 « Al. *deviare*; al. *discedere* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

3 « Al. *habere* ». Ballerin. l. c.

4 Cacciar. cum edit. et plur. mss. *moveantur*.

5 « Aliq. codd. *suggestiones* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

6 « Al. *inimicum* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. *disceptationum* ». Baller. et Cacciar. loc. cit.

8 « Al. *provocemur* ». Ballerin. l. c. Aptius ad orat. context. n. lectio.

9 Cacciar. l. c. *disputatione*.

10 « Cod. Grim. *impie* ». Ballerin. col. 1045.

11 « Vat. 630 *pertulit* ». Cacciar. l. c. Apte n. lectio.

12 Cacciar. l. c. *provolventur*. Mendo typographico.

13 « Al. delent *tenenda* ». Ballerin. l. c.

14 Cacciar. ex mss. *eorum precibus qualiter sit annuendum*. Forte melius ad context.

15 « Al. *colligenda* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

16 « Duo Vatt. *Christo* ». Cacciar. l. c.

17 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1046.

18 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 252 cum al. *rescribendi*.

19 « Cod. Ratisp. delet *operum* ». Ballerin. loc. cit.

20 « Cod. Grim. *cum* ». Cacciar. l. c. Forte rectius.

21 « Ratisp. cod. *expetatis* ». Ballerin. l. c.

22 « Id. cod. *religionem et veritatem* ». Ballerin. l. c.

retur integritas, et olim damnati erroris redivivus assertor [1] locum in Christi Ecclesia non haberet; ut catholici episcopi, quos nuper haereticorum persecutio depravare non potuit, ab iniustis revocarentur exiliis; utque, reliquiis beatae memoriae Flaviani digno honore susceptis, impietatem suam condemnator [2] eius agnosceret: vestrae virtutis titulus, vestrae pietatis est fructus. Cui confido etiam aliarum insignia accumulanda palmarum: ut sicut Constantinopolitana Ecclesia, recepta apostolicae fidei libertate, laetatur; ita omnes regni vestri provinciae emundatas se esse[3] a diabolici dogmatis contagio [4] glorientur. Ut ergo praecedentibus litteris [5] indicavi, fratres meos Lucentium [6] episcopum, et Basilium presbyterum, qui sollicitudinis meae partes possint implere, direxi, favori eos pietatis vestrae in omnibus, quae sunt agenda, commendans. Nam cum [7] et fratris mei Anatolii scriptis, et nostrorum sermone cognoverim [8], multos de his, qui apud Ephesum Dioscori factione compulsi detestabilibus statutis poenitendum praebuere consensum [9], inconstantiae suae veniam postulare, et communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere; non fuit talium negligenda conversio, qui non proprio sensu, sed [10] improbi praesumtoris impulsu in haec incidisse noscuntur, in quibus liberum non habuerant [11] iudicium.

Ex ipsis meliora auspicatur

Novos legatos mittit.

Qua de causa.

Cap. II. Ne igitur[12] vel [13] resipiscentium desideria mora longior fatigaret, vel incuriosa facilitas temere aliquos ac sine discretione susciperet, iniunctum est ab Apostolica Sede directis, ut in consortium suae[14] deliberationis adscito[15] Constantinopolitanae urbis Antistite[16], et pestilentiae contagia non admittantur, et sanitatis remedia non negentur. Quae industria in omnibus, quae nequiter gesta sunt, emendandis, celerem, iuvante Domino, consequetur effectum, si reparationi pacis ecclesiasticae opem suam vestra pietas dignetur adiungere: ut vobis ita [17] regnantibus, et Dei regnum intra vos habere mereamini, et catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla haeresis inquietet; nec cuiquam liceat doctrinam evangelicam deserere, et sacerdotali honore gaudere. Synodum vero fieri, ut meminit clementia vestra, etiam ipsi poposcimus. Sed sacerdotes provinciarum omnium congregari praesentis temporis necessitas nulla ratione permittit: quoniam illae provinciae, de quibus maxime sunt evocandi, inquietatae bello[18] ab Ecclesiis suis eos non patiuntur abscedere. Unde opportuniori tempori, propitiante [19] Domino, cum firmior fuerit

Cum lapsis quinam modus sit habendus.

Evangelicam doctrinam deserere, et sacerdotali honore gaudere nemini fas esto.

Opportune synodus differenda.

1 « Duo Vatt. *qui redivivus asseritur* ». Cacciar. l. c. Male quidem.
2 « Al. *condemnatus* ». Ballerin. l. c. Male.
3 « Al. omitt. *se*: al. *esse* ». Ballerin l. c.
4 Cacciar. iuxta Vat. mss. *contagione*.
5 Innuit epistolas quas sup. n. XLV et XLIX dedimus.
6 « Cod. Ratisp. *Lucensium* ». Baller. l. c.
7 « Pl. codd. omittunt *cum* ». Ballerin. l. c.
8 « Iid. codd. *cognori* vel *recognovi* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 253.
9 « Edit. ante Quesnell. *praebuere consensum poenitendo* » Baller. col. 1047. Certe male.
10 « Al. *impii* ». Ballerin. l. c.
11 Cacciar. l. c. iuxta omnia mss. *habuerunt* ». Forte melius.
12 « Al. *itaque* ». Ballerin. l. c.
13 « Partic. *vel* aliq. codd. omitt. ». Cacciar. loc. cit.
14 « Al. delent *suae* ». Ballerin. l. c.
15 Cacciar. l. c. cum vulg. et plerisq. mss. *accito*.
16 « Duo Vatt. *Constantinopolitano episcopo* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc.
17 « Al. *in terra* ». Ballerin. l. c. Rectius ad context. n. lectio.
18 « Al. *inquieta bellorum* » Perperam. Cacciar. l. c. cum ant. edit. et mss. Vatt. *inquietante bello*. Vid. et Ballerin. l. c. Innuitur autem bellum, quod Attila hoc anno contra Valentinianum excitarat, unde in Occidentis provinciis vehemens commotio.
19 « Al. *propitiato* ». Ballerin. col. 1048.

restituta securitas, iubeat vestra clementia reservari. De qua re plenius inter caetera apud pietatem vestram poterunt allegare, quos misi.

Data v idus [1] Iunii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 9 Iunii an. 451.

---

* EPISTOLA LI [2].

Pulcheriae sollicitudini Lucentium, et Basilium committens de eorum legatione disserit, ac Eutychis impietatem execratus orat, ut hic Constantinopoli longius ablegetur, eiusque coenobio catholicus vir praeficiatur.

Leo Episcopus Pulcheriae Augustae.

Pulcheriae pietatem denuo excitat.

CAP. I. Religiosam pietatis vestrae sollicitudinem, qua universo mundo, Deo inspirante, consulitis, crebrioribus alloquiis incitare praesumo, ut operum vestrorum [3] profectum necessaria perfectio subsequatur: ac sicut de statu Constantinopolitanae Ecclesiae gratulamur, cuius et sacerdos et populus catholicae puritatis fidem iam tenere cognoscitur, ita etiam aliorum concors nobiscum sit de Verbi incarnatione confessio. Unde quod facturum me aliis litteris indicaveram, Lucentium Episcopum, et Basilium presbyterum fratres meos dirigere properavi [4], qui dispositiones meas, fratris mei Anatolii devotione sociata, secundum eas, quas acceperunt regulas exequantur, gloriosissima Augusta. Sicut enim praedicti episcopi scriptis, et clericorum eius suggestione patefactum est, multa sunt quae indulgentius sunt curanda, multa quae iustius coercenda [5], ut in causa tantae perturbationis nec districtio sit nimis [6] aspera, nec remissio parum cauta; cum aliud satisfacientibus, aliud pertinacibus debeatur.

Legatorum officium declarat.

Cum lapsis nec districtius agendum, nec remissius.

CAP. II. Offertur ergo pietati vestrae digna materia, quae placitam Domino [7] curam sancti cordis exerceat, et praecedentium meritorum coronas etiam de praesentis erroris abolitione multiplicet. Sicut enim Nestoriana impietas, ita et Eutychiana blasphemia ab omnium [8] est Catholicorum eliminanda consortio. Quia tam impium est, consempiternam et consubstantialem Patri Filii Deitatem, etiam ex utero Virginis matris partu editam negare corporeo, quam unam in Dei Filio post incarnationis sacramentum affirmare naturam, ut scilicet aut humanitas eius refutetur, aut Deitas: quum unitione [9] utriusque essentiae nec altera sit in alteram versa, nec assumpta in assumente finita; sed et Verbi incommutabilitas et carnis atque animae veritas maneant inseparabiliter in unitate personae. Quod qui, testificante lege, credentibus Patriarchis, annuntiantibus [10] Prophetis, praedicante Evangelio, docentibus Apostolis, et toto mundo confitente non credunt, extra sacramentum corporis Christi, extra unitatem sunt nominis christiani.

Eutychiana impietas non secus ac Nestoriana e catholica Ecclesia profliganda.

Verbi enim incommutabilitas, et humanitatis veritas individuae manent in unitate personae.

Quisquis id neget, extra sacramentum est corporis Christi.

CAP. III. Quorum sicut ruinam dolemus, ita perfidiam detestamur. Ut autem circa talium personas sincerum servetur ubique iudicium, et aliud correctis, aliud

1 « Al. *VI Idus*; al. *VII Idus;* al. *Idus* vel *Idibus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Jaffè op. c. nobiscum cohaeret.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1048.

3 « Cod. Ratisp. *nostrorum* ». Ballerin. l. c.

4 « Vulg. ante Quesnell. male *praeparavi* ». Ballerin. l. c.

5 « Cod. Grim. *inquirenda* ». Ballerin. l. c.

6 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 251 *nimis sit.*

7 « Cod. Ratisp. *Deo* ». Ballerin. col. 1049.

8 « Cod. Ratisp. *omni* ». Ballerin. l. c.

9 « Id. cod. *unione* ». Ballerin. l. c.

10 Cacciar. l. c. cum vulg. *annuentibus*. Perperam, ut videtur.

pertinacibus rependatur, vestra pietas nostros, qui ab Apostolica Sede sunt missi, fovere dignetur, eorumque omnes, quas iniunximus, adiuvet actiones: quo citius ac facilius, auxiliante Domino, quae ad vestram gloriam, et ad totius Ecclesiae pacem proficiant, exequantur. De Entyche autem totius scandali et pravitatis auctore, hoc clementia vestra praecipiat, ut ab eo loco, qui Constantinopolitanae urbi nimis vicinus est, longius transferatur, ne frequentioribus solatiis eorum, quos ad impietatem suam traxit, utatur. Monasterio quoque ipsius, cui perniciose indigneque praesedit, catholicum Abbatem iubete praeponi, qui illam Servorum Dei congregationem et a pravo dogmate liberare, et institutis veritatis possit imbuere.

Legatos commendat.

Eutyches longius Constantinopoli ablegandus.

Eiusque coenobio vir catholicus praeficiendus.

Data v idus[1] Iunii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 9 Iunii an 451.

EPISTOLA LII [2].

Anatolium enixe hortatur, ut operam suam Sedis Apostolicae legatis adiungat, eique de negotiis Ecclesiae componendis plura praescribit.

Leo Episcopus Anatolio Episcopo.

Cap. I. Licet sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse devotam, ut tamen efficacior tua fieri possit industria, necessarium et congruum [3] fuit, fratres meos Lucentium episcopum, et Basilium presbyterum, ut promisimus, destinare; quibus tua dilectio societur, ut nihil in his, quae ad universalis Ecclesiae statum pertinent, aut dubie agatur, aut segniter: cum, residentibus vobis [4], quibus executionem nostrae dispositionis iniunximus, ea possint agi cuncta moderatione, ut nec benevolentiae partes, nec iustitiae negligantur, sed absque personarum acceptione divinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod ut recta observantia valeat [5] custodiri [6], catholicae primitus fidei servetur integritas: et, quia per omnia *angusta et ardua via est, quae ducit ad vitam* [7], neque in [8] sinistram, neque ad [9] dextram ab eius tramite devietur. Et quia evangelica et apostolica fides omnes expugnat errores, et ab uno latere Nestorium deiicit, ab alio Eutychen et participes eius elidit; hanc regulam mementote servandam, ut quicumque in illa synodo, quae nomen Synodi nec habere poterit [10], nec meretur, et in qua malevolentiam suam Dioscorus, imperitiam [11] autem Iuvenalis ostendit, dolent, ut dilectionis tuae relatione comperimus, se metu victos, et terrore superatos ad consensum scelestissimi iudicii potuisse compelli, et communionem catholicam obtinere desiderant, satisfactioni eorum pax fraterna praestetur ita, ut non dubiis professionibus Eutychen cum suo dogmate, cumque consortibus suis anathematis execratione condemnent.

Mandat, ut Anatolius actionem suam legatis coniungat.

In causis agitandis benevolentiam expedit servare, iustitiam vero non negligere.

Etenim e fidei tramite nequaquam divertendum.

Lapsis ob metum, si satisfecerint, pax est reddenda.

Cap. II. De his autem, qui in hac causa

1 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *VII Idus*; edit. cum aliq. mss. *Idibus*. Vid. Ballerin. l. c. Jaffè op. c. nobis assentit.

2 Ex edit. Ballar. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1050.

3 « Al. *commodum* ». Ballerin. col. 1049

4 « Duo codd. omitt. *vobis*; unus habet *residentibus his* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 255.

5 « Cod. Ratisp. *Quae... valeant* ». Ballerin. col. 1051.

6 « Al. *custodire* ». Ballerin. l. c.

7 Matth. VII, 14, ubi Vulg. legit *angusta porta et arcta*.

8 Cacciar. l. c. cum plerisq. mss. *ad*.

9 « Al. cod. *in* ». Ballerin. l. c.

10 « Al. *potuit* aut *potuerit* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. *inertiam* aut *moestitiam* aut *industriam* ». Ballerin. l. c. Potius *inertiam*; sed melius n. lectio.

gravius peccavere, et ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici Synodo vindicarunt, ut humiliorum [1] fratrum simplicitatem arrogantiae suae praeiudiciis aggravarent, si forte resipiscunt, et a facti sui defensione cessantes [2], in condemnationem proprii convertantur erroris; horum si satisfactio talis accedit [3], quae non refutanda videatur, maturioribus apostolicae Sedis consiliis reservetur: ut examinatis omnibus atque perpensis, de ipsis eorum actionibus quid constitui debeat, aestimetur. Neque prius in Ecclesia, cui te Dominus voluit praesidere, cuiusquam talium, ut ante [4] iam scripsimus [5], nomen ad altare recitetur, quam quid de eis constitui debeat rerum processus ostendat.

Praecipui autem haereseos fautores Sedis Apostolicae iudicio reservandi.

Interim eorum nomina ad altare recitari vetat.

CAP. III. De commonitorio vero a clericis dilectionis tuae nobis oblato, necessarium non fuit epistolis quid videretur inserere; cum sufficeret legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instrueris. Annitere itaque, frater carissime, ut quae Ecclesiae Dei congruunt, fideliter et efficaciter cum his fratribus, quos tantae rei [6] idoneos auctores elegimus, exequaris: praesertim cum ipsa vos causae ratio, spesque divini auxilii cohortentur [7], et clementissimorum Principum tam sancta sit fides, tam religiosa devotio, ut in eis non solum christianum, sed etiam sacerdotalem experiamur affectum [8]. Qui utique pro ea pietate, qua se esse Dei famulos gloriantur, omnes suggestiones vestras fidei catholicae profuturas dignanter accipient, ut ipsorum quoque opere [9] et pax christiana reparari, et [10] error impius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur: ut, pertractata qualitate causarum [11], nostra, quid observari debeat, sollicitudo constituat.

De commonitorio Anatolii rescribit.

Eiusdem sollicitudinem magis urget.

Maiores causas ad se referri iubet.

Data v idus [12] Iunii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 9 Iunii, an. 451.

EPISTOLA LIII [13].

Iuliani studium excitat, ut si quaevis haereseos reliquiae supersint, radicitus evellantur.

Leo Iuliano Episcopo.

Quam gratum mihi semper est epistolas tuae dilectionis accipere, tam etiam nostra ad te congruum est scripta deferri, praesertim cum hoc non pro amicitia tantum communi, sed multo magis pro statu universalis Ecclesiae faciamus. Unde per fratres nostros Lucentium Episcopum, et Basilium presbyterum, quos Constantinopolim indicaveramus [14] nos esse missuros, debitum reddo colloquium, admonens ut studium diligentiae tuae [15] eisdem in omnibus [16] sociare digneris; ut reliquiae scandalorum, si quae adhuc supersunt, sagaciter auferantur. Quamvis

Cum Iuliano per litteras colloqui sibi gratissimum est.

Ut hic operam suam legatis adiungat. Ecclesiae bonum requirit.

1 « Al. *humilium* ». Ballerin. l. c.
2 « Al. *cessantes* ». Ballerin. l. c. Amanuens. mendo, ut videtur.
3 « Al. *accedat* ». Ballerin. l. c.
4 « Al. *ad te* ». Ballerin. l. c.
5 Vid. epistolam, quam sup. num. XLVII dedimus.
6 Cacciar. pag. 256 cum Val. mss. *curae*.
7 « Al. *cohortetur* » Ballerin. col. 1052.
8 « Al. *effectum* ». Ballerin. l. c. Forte mel. n. lectio.
9 « Al. *ope* ». Ballerin. l. c.
10 Cacciar. l. c. *ut*. Mendose, ut videtur.
11 « Al. *horum* ». Ballerin. l. c.
12 Cacciar. cum al. *VII Idus*; al. *VI Idus*; al. *Idus*. Vid. Ballerin. l. c. Jaffè op. c. nobis favet.
13 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1052.
14 Vid. sup. epist. XLVIII.
15 « Cod. Ratisp. omitt. *tuae* ». Ballerin. l. c.
16 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 256 cum cod. Grim. *eisdem hominibus*. Mel. n. lectio.

enim ubique iam catholicae fidei lumen eluceat, et, quod est validissimum, christianorum Principum divinis auctoritatibus corda famulentur: quaedam tamen sunt, quae ita Ephesinus ille turbo confudit, ut magno moderamine sit agendum, ne mala dissentionum, quae inde sunt orta, permaneant. Quid itaque legatis nostris iniunctum, atque commissum sit, ipsorum insinuatione cognosce, eum mihi atque illis impensurus affectum, ut quaecumque ipsis mandata sunt, dilectionis tuae studio et sollicitudine sociata, adiuvante Domino [1], perveniant ad eum, quem optamus, effectum.

Verum ad exstirpanda schismatum semina magno moderamine agendum.

Quonam pacto id efficiatur, per legatos significat.

Data v idus Iunii [2] Adelfio, viro clarissimo consule.

Dat. die 9 Iunii, an. 451.

EPISTOLA LIV [3].

Basilium et Ioannem presbyteros haeresis accusatione Romae solutos Anatolio commendat.

Leo Episcopus Anatolio confratri Episcopo Constantinopolitano.

Ad declinandam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutychiana labefactavit insania, laudabilem curam filii nostri Basilius et Ioannes presbyteri suae aestimationis habuerunt: ut inter compugnantia dogmata falsitatis vera catholicae fidei pace gauderent. Siquidem longinquae [4] peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in Apostolica Sede patefecerunt [5], damnantes utramque haeresim, quarum supra fecimus mentionem, et de incarnatione Domini nostri Iesu Christi non aliud recipientes, quam quod, instruente Sancto Spiritu, et didicimus et docemus. Per hos ergo, frater carissime, cum testimonio nostro ad propria revertentes dilectioni tuae nostra scripta direximus, fidenter hortantes [6], ut qui [7] gratia apostolicae communionis ornantur, etiam tuo favore per omnia se gaudeant adiuvari.

Cur Basilius et Ioannes Romam petierint, exponit.

Eorum intemerata fides.

Ideo digne ut Anatolio commendantur.

Data decimotertio kalendas [8] Iulii [9], Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 19 Iunii, an 451.

EPISTOLA LV [10].

Mittens Paschasino dogmaticam ad Flavianum epistolam, et quaedam Ss. Patrum de Christi Incarnatione testimonia, Eutychianam haeresim refellit, illumque rogat, ut in diem Paschatis anni 455 diligenter inquirat.

Leo Episc. Paschasino Episc. Lylibaetano [11].

Cap. I. Quamvis non dubitem fraternitati tuae omnem originem scandalorum, quae de incarnatione Domini nostri Iesu Christi in Orientalibus Ecclesiis commota sunt, ad plenum esse compertam; tamen ne quid forte sollicitudinem tuam latere potuisset, epistolam nostram, quam ad sanctae memoriae Flavianum de hac re plenissimam misimus, quamque Ecclesia

Suas ad Flavianum litteras Paschasino mittit.

1 « Cod. Ratisp. *Deo* ». Ballerin. col. 1053.

2 Grim. cod. quem Cacciar. l. c. sequitur, *VI Idus*. Jaffè op. c. nobis adhaeret.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1054.

4 « Edit. *longinquo* ». Ballerin. col. 1053.

5 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 257 cum al. *patefecerint*.

6 « Al. *orantes* ». Ballerin. col. 1054. Forte mel. n. lectio.

7 « Cod. Grim. *quia* ». Ballerin. l. c.

8 Al. *XVIII* vel *XVII kal*. Ballarin. l. c. Jaffè nobis favet.

9 « Al. cod. mendose *Iunias* ». Ballerin. l. c.

10 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1057.

11 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 258 cum al. *Leo Paschasino episcopo*.

universalis amplectitur, diligentius tibi recensendam cognoscendamque direxi: ut intelligens qua plenitudine totius huius erroris impietas, Deo adiuvante [1], destructa sit, ipse quoque eumdem spiritum pro tuo in Deum amore suscipias, sciasque penitus detestandos, qui secundum Eutychis [2] impietatem atque dementiam in Domino nostro unigenito Filio Dei suscipientis in se reparationem salutis humanae dicere ausi sunt, duas non esse naturas, hoc est perfectae divinitatis et perfectae humanitatis: et putant quod possint nostram diligentiam fallere, cum aiunt, se unam Verbi naturam credere incarnatam; cum utique Verbo [3] Dei in Divinitate [4] Patris, et sua, et Spiritus Sancti, una natura sit [5]; suscepta autem veritate carnis nostrae illi inconvertibili substantiae nostram quoque unitam esse naturam: nam nec incarnatio dici posset, nisi caro susciperetur a Verbo. Quae susceptio tanta et talis unitio est, ut a carne animata, non solum in partu beatae Virginis, sed etiam in conceptu nulla Divinitatis sit credenda divisio: quoniam in unitate personae Divinitas atque humanitas et conceptu Virginis convenit et partu.

Stulte nimis unam in Christo naturam Eutychiani effingunt.

Namque nec Christi foret dicenda Incarnatio, nisi a Verbo caro susciperetur.

CAP. II. Abominanda ergo est in Eutyche [6] impietas, quae olim a Patribus in praecedentibus haereticis damnata atque destructa est [7]: quod huic stultissimo homini prodesse debuerat, ut quod non poterat sensu apprehendere, vel [8] praecedenti caveret exemplo, ne [9] salutis nostrae singulare sacramentum, veritatem carnis humanae in Christo Domino nostro negando, vacuaret. Quoniam si vera et perfecta in illo humanitatis natura non est, nulla est nostra susceptio; et totum quod credimus, quod docemus, secundum ipsius impietatem vanitas est atque mendacium. Sed quia nec mentitur veritas, nec passibilis est Divinitas, manet in Deo Verbo utraque substantia in una persona, et ita Salvatorem suum Ecclesia confitetur, ut [10] eum et Divinitate impassibilem et carne passibilem fateatur, dicente Apostolo: *etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vivit ex virtute Dei* [11].

Impii Eutychetis stulti famulator.

Siquidem per ipsum tota fides catholica perimitur.

Universa enim Ecclesia Salvatorem suum et carne passibilem et Divinitate impassibilem confitetur.

CAP. III. Ut autem in omnibus plenius tua sit instructa dilectio, sanctorum Patrum nostrorum de sacramento Incarnationis Domini quid senserint, et quid Ecclesiis praedicaverint, ut evidenter agnosceres, aliqua ad dilectionem tuam scripta transmisi, quae nostri quoque apud Constantinopolim cum mea epistola allegarunt. Et [12] totam Constantinopolitanam Ecclesiam cum monasteriis omnibus et multis Episcopis noveris praebuisse consensum, et subscriptionibus suis Nestorium atque Eutychen cum suis anathematizasse dogmatibus. Noveris etiam proxime, me epistolam Constantinopolitani episcopi accepisse, quae refert Antiochenum episcopum, missis per provincias suas tractoriis [13], universos episcopos et epistolae meae praebuisse consensum, et Nestorium et Eutychen pari subscriptione damnasse.

Ad hoc Paschasino PP. testimonia nonnulla transmittit.

Ac nuntiat epistolam suam ab orientalibus episcopis subscriptam.

CAP. IV. Illud quoque curae tuae cre-

1 « Cod. Ratisp. omitt. *Deo adiuvante* ». Ballerin. l. c.
2 Cacciar. l. c. *Eutychetis*.
3 « Cod. Ratisp. *Verbi* ». Ballerin. col. 1058.
4 « Id. cod. *deitate* ». Ballerin. l. c.
5 « Id. cod. *sit credenda* ». Ballerin. l. c.
6 Cacciar. l. c. cum Cod. Grim. *Eutychis*.
7 Cacciar. l. c. cum al. delet *est*.
8 Cacciar. l. c. cum al. *id*. Rectius quidem.
9 Cacciar. l. c. *nec*. Sane melius.
10 Cacciar. pag. 259 *et*. Forte mendo typograph.
11 II Cor. XIII, 4, ubi Vulg. delet *nostra*.
12 « Forte *cui* vel *ei* ». Ballerin. col. 1050 ex Quesnell.
13 « Suppl. *ad* aut quidp. aliud ». Ballerin. l. c. post Quesnell.

dimus iniungendum, ut quia ratio paschalis festi experientiam tuam non latet, de eo quod in Theophili annotatione invenimus, quodque nos permovet, diligentius inquiras illic, atque pertractes cum his qui possunt supputationis et regulae istius habere peritiam, qualiter quarti anni futuri dominicae Resurrectionis dies sit tenendus. Nam enim venturum Pascha, propitio Deo, decimo kalendarum Aprilium die sit tenendum, sequenti autem pridie idus Aprilis, tertio pridie nonas Aprilis; quarto sanctae memoriae Theophilus octavo kalendas Maii constituit observandum: quod a regula ecclesiastica[1] penitus invenimus alienum[1]. In nostris autem paschalibus cyclis[2], quod bene nosse dignaris, decimoquinto kalendas Maii eiusdem anni Pascha celebrandum esse sit scriptum. Et ideo, ut nobis omnibus[3] ambiguitas auferatur, cum peritis quibusque diligentius hoc tua sollicitudo pertractet, ut in futurum huiusmodi caveamus errorem.

Nec non in diem Paschatis inquirere committit.

Data octavo kalendas Iulii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 24 Iunii, an 451.

EPISTOLA LVI[4].

Marciano generalis concilii celebrationem minus opportune volenti indulgens, legatos suos mittit, quorum moderatione universa ad fidei unitatem revocatum iri confidit.

Leo Episcopus[5]
Marciano semper Augusto[6].

Credebamus clementiam vestram id desiderio nostro posse praestare, ut, praesenti necessitate respecta, differri ad opportunius tempus sacerdotalem synodum iuberetis: ut, evocatis de cunctis provinciis sacerdotibus, vere possit[7] esse universale concilium. Sed quia vos amore catholicae fidei congregationem nunc fieri voluistis, ne devoto obviare viderer arbitrio, fratrem et coepiscopum meum Paschasinum de ea provincia, quae videtur esse securior, evocatum, qui vicem praesentiae meae possit implere, direxi: Bonifacio fratre et compresbytero meo sociato[8], et his, quos antea miseramus, adiunctis, consortem illis fratrem quoque meum Iulianum addentes episcopum. Quos ea moderatione universa, Domino auxiliante, credimus esse gesturos, ut quaecumque in querelam perturbationemque venerunt ad unitatem pacis et fidei, compressa omni dissensione, revocentur; nec ullum in aliquorum cordibus sacerdotum, vel Nestorianae, vel Eutychianae impietatis vestigium relinquatur: quoniam catholica fides, quam, instruente nos Spiritu Dei, per sanctos Patres a beatis Apostolis didicimus et docemus, neutrum subrepere[9] permittit errorem, gloriosissime Imperator. Si quid ergo morborum, si quid est vulnerum, quod sincera possit correctione curari, ut ad veram sanitatem[10] revocetur, optamus. Quae tunc[11] utique non erit[12] dubia,

Marcianum, eo quod concilium opportunius differri noluisset, leviter notat.

Nihilominus eius desiderio indulgens legatos mittit.

De quorum prudenti sollicitudine optime sperat.

1 « Idest a regulis paschalibus Latinorum ». Ballerin. l. c.

2 Scilicet in illis, qui Leonis aetate recepti lunae saltum singulis quatuordecim annis admittebant. Vid. Ballerin. l. c.

3 Cacciar. l. c. cum Cod. Grim. *modis omnibus*. Forte melius ad orat. context.

4 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1060.

5 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 260 iuxta vet. mss. Vatt. *Papa*.

6 Cacciar. l. c. addit *pro Concilio Chalcedonensi*.

7 Cacciar. l. c. cum vet. mss. Vatt. *posset*. Mel.

8 « Vet. edit. *fratre nostro et compresbytero sociato* ». Ballerin. col. 1061.

9 Cacciar. l. c. pro *subrepere* habet iuxta vetustiss. codd. Vatt. *sibi misceri*. Forte mel.

10 « Unus Vat. *sanctitatem* ». Cacciar l. c. Contra orat. contextum.

11 « Anter. edit. *nunc* ». Balleria. l. c.

12 Cacciar. iuxta Vat. codd. *non erunt*. Perperam, ut videtur.

nec cuiusquam simplicitati deinceps nocitura, si nullis[1] se excusationibus voluerit obumbrare; cum abolitionem[2] peccati non obtineat nisi vera confessio. Quia vero quidam de fratribus[3], quod sine dolore non dicimus, contra turbines falsitatis non valuere catholicam tenere constantiam, praedictum fratrem et coepiscopum meum vice mea synodo convenit praesidere. Certus sum enim[4] quod absque odio et gratia ibidem ab his, quibus hoc commisimus, laboretur, ut cum solius haereticae impietatis excidio, in omnibus Ecclesiis Dei veritas regnet et charitas.

Peccatum non abolet nisi vera confessio.

Cur Paschasino Leonis vices sint fungendae.

Data octavo kalendas[5] Iulii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 24 Iunii, an. 451.

EPISTOLA LVII[6].

Licet ob temporum perturbationem synodum differri mallet, Marciani tamen desiderio non renuit, quidve praesertim in ipso sit cavendum innuens, se per legatos huic praeesse testatur.

Leo Episcopus Marciano Augusto.

Cap. I. Poposceram[7] quidem a gloriosissima clementia vestra, ut synodum, quam ad reparandam Orientalis Ecclesiae pacem[8] etiam a nobis petitam, necessariam iudicatis[9], aliquantisper differri ad tempus opportunius iuberetis, ut liberioribus ab omni perturbatione animis, hi quoque Episcopi, quos hostilitatis metus detinet, convenirent. Sed quia pio studio humanis negotiis divina praeponitis, et rationabiliter ac religiose regni vestri viribus creditis profuturum, si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in Evangelii praedicatione discordia: ego etiam vestris dispositionibus non renitor, optans ut in omnium cordibus catholica fides, quae non potest nisi una esse, firmetur. A cuius integritate et Nestorius antea, et nunc Eutyches, diversis quidem callibus, sed impietate non impari deviarunt: abominandi prorsus in persuasionibus suis, quas, contra sincerum veri luminis fontem, de coenosis lacubus diabolicae falsitatis hauserunt. Prior itaque Synodus Ephesina Nestorium cum dogmate suo merito iusteque damnavit, et quisquis in illo errore persistit ad nullius potest spem remedii pertinere[10]. Sequens vero in praedicta civitate non potest vocari[11] concilium, quod in eversionem fidei fuisse constat agitatum; quodque vestra clementia amore veritatis catholicis adfutura aliud statuendo cassavit[12], gloriosissime Imperator.

Qua de causa synodum differendam existimaret.

Piis tamen Marciani desideriis non abnuit.

Imperii viribus prodest, quod nulla sit in apost. praedicatione dissensio.

Catholica fides nonnisi una esse potest.

A qua diverso quidem modo, pari autem impietate Nestorius et Eutyches deviarunt.

Iure itaque, ac merito synodus Ephesina Nestorium damnavit.

Altera autem in eversionem fidei habita concilium non est appellanda.

Cap. II. Unde per ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, qui regni vestri est auctor et rector, obtestor et obsecro clementiam vestram, ut in praesenti synodo fidem, quam beati Patres nostri ab Apostolis[13] sibi traditam[14] praedicarunt,

Hinc obsecrat, ne in proxima synodo quae fuerunt a maioribus tradita in dubium revocentur.

1 « Edit. ante Quesnell. *nullus* ». Baller. l. c.
2 « Edit. ante Quesnell. *absolutionem* ». Ballerin. l. c.
3 « Quidam codd. addunt *nostris* ». Ballerin. loc. cit.
4 « Voces *sum enim* in plerisq. codd. desiderantur ». Ballerin. col. 1062. Tunc autem alia interpunctio adhibenda.
5 Cacciar. pag. 261 cum al. *sexto kalendas*. Jaffè op. cit. nobis assentit.
6 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1063.
7 Vid. sup. epistol. L cap. II.
8 « Al. *pro reparanda... pace* ». Baller. l. c.
9 « Al. *indicastis* ». Ballerin. l. c.
10 « Al. *pervenire* ». Ballerin. l.c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 266. Forte melius.
11 « Al. *non possumus vocare*; al. *non possum vocare* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc.
12 « Al. *cassabit* vel *cassabitur* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 267. Perperam *cassabitur*: *cassavit* praeferendum videtur.
13 « Al. *Apostoli* vel *apostolici* ». Ballerin. col. 1064 et Cacciar. l. c.
14 « Al. *sibi traditam* omittunt ». Baller. l. c.

non patiamini quasi dubiam retractari; et quae olim maiorum sunt auctoritate damnata, redivivis non permittatis conatibus excitari: illudque potius iubeatis, ut antiquae Nicaenae Synodi constituta, remota haereticorum interpretatione, permaneant [1]. Nec me quoque, ut voluit vestra clementia, ab illo credatis abesse concilio, cum in his fratribus, quos direxi, idest Paschasino et Lucentio episcopis, Bonifacio et Basilio presbyteris, sed in fratre meo Iuliano, quem eorum volui esse participem, etiam mea sit aestimanda praesentia. Quos, auxiliante Christo, ita acturos esse confido, ut ea, quae Domino nostro placeant, decernantur, accedente pietatis vestrae studio, quod et paci prosit, et religioni [2], et custodiae veritatis.

Potius imperandum ut Nicaenae synodi constituta integra perdurent.

Per suos legatos concilio praeest.

Data sexto kalendas Iulii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 26 Iunii, an. 451.

EPISTOLA LVIII [3].

Nimis angustum cogendae synodi praestitutum spatium conquestus Anatolium de venturis legatis admonet.

Leo Anatolio Episcopo.

Cognita clementissimi Principis ex his, quas ad nos misit litteris, voluntate, mirati sumus congregandae synodo tam angustum tempus appositum; cum etsi nulla necessitas hostilitatis existeret, ipsa interiectorum dierum paucitas necessarios sacerdotes nos evocare non sineret. Quando enim per diversas longinquasque provincias mitteremus, ut vere possit fieri universale concilium? Sed quia clementissimi Principis eo affectu amplectimur voluntatem, ut huic dispositioni ipsius noluerimus obsistere, maxime cum magno desiderio a nobis hoc etiam ipse deposcas, fratrem et coepiscopum nostrum [4] Paschasinum nobis probabilem virum de seculiore provincia fecimus navigare: cui fratrem et compresbyterum nostrum [5] Bonifacium de Urbe coniunximus; illos quoque eisdem sociantes, qui prius fuerant ordinati, ut, participe in omnibus actionibus fratre et coepiscopo nostro Iuliano, cuius fidem saepe probavimus, nostra vice utantur in futuro concilio. Neque enim illic ullis contentionum difficultatibus credimus laborandum, cum et ipse indicare dignatus sis, quod in suscipienda catholica fide et damnatione Eutychis [6] atque Nestorii omnes Orientales subscripserint sacerdotes.

De angustiis temporis dolet.

Episcopi per Romanum Pontificem ad concilium universale evocantur.

De legatis Anatolium edocet.

Episcoporum orientalium subscriptio adversus Eutychem ac Nestorium.

Data sexto kalendas Iulii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat die 26 Iunii, an. 451.

EPISTOLA LIX [7].

Iuliano praescribit, ut legatis ad universalem synodum missis curam suam consiliumque iungat.

Leo Iuliano Episcopo.

Quid de dilectionis tuae animo iudicemus saepius agnovisti: praecesserunt enim plurima, quae nos facerent ista

Quid de Iuliano sentiat.

1 « Unus cod. *permanerent* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Recte n. lectio.

2 Cacciar. pag. 268 cum Vulg. *et paci prosit religionis*.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1065.

4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 261 delet *nostrum*.

5 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *meum*.

6 Cacciar. l. c. *Eutychetis*.

7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1066.

praesumere. Unde cum ob hoc secundum christianissimi Principis voluntatem in urbe Nicaena sacerdotalis habenda sit synodus, ut omnium scandalorum strepitus auferatur; necessarie fraternitati tuae quod omni Ecclesiae prosit iniungimus, ut cum fratribus et coepiscopis nostris Paschasino et Lucentio, sed et fratribus et compresbyteris nostris Bonifacio et Basilio, quos vice nostra ad praedictum conventum ire praecipimus, curam tuam actionemque coniungas in omnibus, auctoritate nostrae praeceptionis usurus: quoniam scimus omnium illic actarum [1] rerum maiorem te quam nostros habere notitiam, ut dum curam tuam illis consiliumque sociaveris, in nulla parte fallantur; sed omnia, Deo adiuvante, veniant in effectum, quae fidei et paci probaveris [2] convenire.

Concilium apud Nicaeam indictum.

Praecipit, ut Iuhanus S. A. auctoritate numeros legatis operam suam coniungat.

Data sexto kalendas Iulii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 26 Iunii, an. 451.

EPISTOLA LX [3].

Congregatae synodi causas innuens sese huic per legatos praefuturum declarat, ac proscripta disputandi audacia, quae sint decernenda praecipit.

Leo Episcopus [4] sanctae synodo apud Nicaeam [5] constitutae.

Dilectissimis fratribus in Domino salutem [6].

Optaveram quidem, dilectissimi, pro nostri [7] charitate collegii, omnes Domini sacerdotes in una catholicae fidei devotione persistere [8], nec quemquam gratia aut formidine [9] potestatum [10] saecularium depravari, ut [11] a via veritatis abscederet [12]. Sed quia multa saepe, quae poenitudinem possint generare, proveniunt, et superat culpas delinquentium misericordia Dei, atque ideo suspenditur ultio, ut possit locum habere correctio; amplectendum est clementissimi Principis [13] plenum religione consilium, quo sanctam fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli, et ad reformandam ecclesiasticam pacem voluit [14] convenire, beatissimi Petri Apostoli [15] iure atque honore servato [16], adeo ut nos quoque suis ad hoc litteris invitaret, ut [17] venerabili synodo nostram praesentiam praeberemus: quod quidem nec necessitas temporis, nec ulla poterat [18] consuetudo permittere. Tamen in his fratribus, hoc est [19] Paschasino et Lucentio [20] episcopis, Bonifacio et Basilio presbyteris, qui ab Apostolica Sede directi sunt, me synodo vestra fraternitas [21] aestimet praesidere, non abiuncta [22] a

Eo convocata synodus ut resipiscentium correctio habeatur.

Suspenditur ultio ut poenitentiae sit locus.

Imperator in concilio indicendo B. Petri iura servavit.

Mos est ut illi Pontifex per legatos praesit.

1 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 262 *auctorum*; quam tamen lectionem Ballerin. col. 1067 mendo typographico edit. Quesnell. tribuere mallent.

2 Cacciar. l. c. *probaberis*. Mendo, ut videtur, typographico.

3 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1067.

4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 262 addit. *Urbis Romae*.

5 Cacciar. *apud Calchedonem*. Sane perperam: dic enim huius epistolae synodus Nicaeam indicta fuerat.

6 Cacciar. l. c. hanc salutationem omittit.

7 « Al. *vestri* ». Ballerin. col. 1068.

8 « Ratisp. cod. *consistere* ». Ballerin. l. c. Rectius ad orat. context. n. lectio.

9 « Vat. 543 male *tanta formidine* ». Cacc. pag. 263.

10 « Tres Vatt. *sacerdotum* ». Ballerin. l. c. Graec. vers. ἡ φρὴν βασιλικῆς δυναστείας n. lectioni favet.

11 « Iid. codd. *aut* ». Ballerin. l. c.

12 « Iid. codd. *abscedere* ». Ballerin. l. c. melius, opinor, n. lectio.

13 « Duo Vatt. *Imperatoris* ». Cacciar. l. c.

14 Cacciar. l. c. cum mss. Vat. *maluit*.

15 Cacciar. l. c. addit hic *sedis*; al. vero omittunt etiam *Apostoli*. Vid. Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

16 « Cod. Ratisp. *reservato* ». Ballerin. l. c.

17 « Id. cod. *ut et* ». Ballerin. l. c.

18 « Cod. Vindob. *potuit* ». Ballerin. col. 1070.

19 « Cacciar. l. c. delet *hoc est*; al. habent *id est*. Vid. et Ballerin. l. c.

20 « Al. *Lucensi* ». Ballerin. l. c. Perperam, ut videtur.

21 « Al. *sanctitas* ». Ballerin. l. c.

22 « Duo Vatt. *non seiuncta* ». Cacciar. l. c.

Sedes enim Apostolica in suis Vicariis adest.

vobis praesentia mea [1], qui nunc in vicariis meis adsum, et iamdudum in [2] fidei catholicae praedicatione non desum: ut qui [3] non potestis ignorare, quid ex antiqua traditione credamus, non possitis [4] dubitare quid cupiamus [5].

Vetat ne contra fidem disputetur.

Cap. II. Unde, fratres carissimi, reiecta penitus audacia disputandi contra fidem divinitus inspiratam, vana errantium infidelitas conquiescat, nec liceat defendi, quod non licet credi: cum secundum evangelicas auctoritates [6], secundum propheticas voces, apostolicamque doctrinam plenissime et lucidissime per litteras, quas ad beatae memoriae Flavianum episcopum [7] misimus, fuerit declaratum, quae sit de sacramento Incarnationis Domini nostri Iesu Christi pia et sincera confessio.

Quid enim de Christi Incarnatione credendum sit, per litteras ad Flavianum satis loquet.

Praescribit igitur ut imprimis de restituendis episcopis agatur.

Cap. III. Quia vero non ignoramus, per pravas aemulationes, multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimosque episcopos [8], quia haeresim non reciperent [9], sedibus suis pulsos [10], et in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos; his primitus vulneribus adhibeatur [11] medicina iustitiae: nec [12] quisquam ita [13] careat propriis, ut alter [14] utatur alienis: cum si, ut cupimus, errorem omnes relinquunt [15], nemini [16] quidem perire suus [17] honor debeat; sed illis, qui pro fide laboraverunt, cum omni privilegio suo [18] oporteat ius proprium reformari. Prioris autem Ephesinae synodi, cui sanctae memoriae Cyrillus episcopus tunc praesedit, contra Nestorium specialiter statuta permaneant, ne [19] tunc damnata impietas, ideo [20] sibi in aliquo blandiatur, quia Eutyches iusta execratione percellitur. Puritas enim fidei atque doctrinae [21], quam eodem, quo sancti Patres nostri spiritu praedicamus, et Nestorianam, et Eutychianam cum suis auctoribus condemnat pariter et persequitur pravitatem. Bene valete in Domino, fratres carissimi [22].

Siquidem ius unicuique suum est tribuendum.

Priorem synodum Ephesinam iubet integre custodiri.

Namque fidei puritas non minus Nestorii ac Eutychis persequitur pravitatem.

Data sexto [23] kalendas Iulii, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 26 iunii, an. 451.

EPISTOLA LXI [24].

Adversus Marcianum studium suum ostendens enixe postulat, ne quaevis de sancita fide disputatio in synodo instauretur, ipsique legatos suos commendat.

Leo episcopus Marciano Augusto.

Leonis studium erga Imperatorem.

Sanctum clementiae vestrae studium, quo ad reparationem pacis ecclesiasticae

1 « Al. *non* vel *nec seiunctam... praesentiam meam aestimat* vel *confidat* ». Ballerin. l. c. Male, ut opinor.

2 Cacciar. pag. 264 cum edit. anter. omittit *in*. Vid. et Ballerin. l. c.

3 « Al. *et qui* ». Ballerin. col. 1071. Forte melius n. lectio.

4 « Al. *potestis* ». Ballerin. col. 1072.

5 « Al. *cupiam* ». Ballerin. l. c.

6 « Cod. Ratisp. *evangelicam veritatem* ». Ballerin. l. c.

7 Inouit epistolam, quam sup. num. XIII dedimus.

8 « Al. mendose *spiritus*; quod mendum al. correxerunt substituendo *fratres* ». Baller. l. c.

9 « Al. *receperunt* vel *receperint* ». Ballerin. loc. cit. Forte melius.

10 « Al. *expulsos* ». Ballerin l. c.

11 « Quesnell. cum uno cod. *adhibenda est* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 264.

12 « Duo codd. *ne* ». Ballerin. l. c.

13 « Vat. 1322 delet *ita* ». Ballerin. l. c.

14 « Quesnell. marte suo *aliter* ». Baller. l. c.

15 « Cod. Ratisp. *relinquant* ». Ballerin. col. 1073.

16 « Id. cod. *apud neminem* ». Ballerin. l. c.

17 « Al. delent *suus* ». Ballerin. l. c.

18 « Al. delent *suo* ». Ballerin. l. c.

19 Cacciar. pag. 265 *nec*. Recte n. lectio.

20 « Cod. Vind. erronee *idem*; Ratramn. *demum* ». Ballerin. col. 1074.

21 « Al. *doctrina* ». Ballerin. l. c.

22 Cacciar. pag. 266 hanc periocham omittit.

23 Cacciar. cum al. *quinto*. Jaffè op. cit. nobis favet.

24 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1075.

synodum habere voluistis, adeo libenter accepi, ut, quamvis eam fieri intra Italiam poposcissem [1], et aptius expectari tempus optassem, quo scilicet plurimi possent episcopi etiam de longinquioribus [2] provinciis evocari; mox tamen ut mihi pietatis vestrae scripta sunt tradita, et Bonifacium de compresbyteris meis ab Urbe direxerim, et de episcopis fratrem meum Paschasinum de Sicilia fecerim navigare, qui vicem meam sufficienter implerent, datis per eosdem epistolis ad eos qui legationem ante susceperant, ut ipsi quoque praedictis ad implendas partes meae praesentiae iungerentur, gloriosissime imperator. Unde quamvis nimis arctus dies synodo fuerit constitutus, spero tamen affuturum Dei omnipotentis auxilium, quo omnes valeant ad praefinitum tempus occurrere, et unanimiter cum sanctae fraternitatis assensu, quae universali Ecclesiae congruant, definire. Compressa enim vel remota inquietudine ac pravitate paucorum, facile firmabitur probanda concordia, si in eam fidem [3], quam evangelicis et apostolicis praedicationibus declaratam per sanctos [4] Patres nostros accepimus et tenemus, omnium corda concurrant, nulla penitus disputatione cuiusquam retractationis admissa: ne per vanam fallacemque versutiam aut infirma videantur, aut dubia, quae in ipso angulari lapide, qui est Christus Dominus, ab initio [5] sunt fundata, et sine fine mansura: hoc nobis indesinenter orantibus, ut a sacramento singularis fidei nemo inveniatur alienus: sed damnata impietate haereseos, nullum de perditione cuiusquam catholica Ecclesia sentiat detrimentum. Quod autem pietatem vestram his, quas per meos misi [6], epistolis obsecravi, nunc quoque simili fiducia precor, ut vice mea acturos commendatos per omnia habere dignemini, quo facilius ac diligentius, quae optimo fidei vestrae ordinata sunt studio, salubri impleantur effectu.

Ad synodum legatos suos mittit. — *De cuius exitu optime sperat.* — *Dummodo quae fuere de fide sancita in dubium non revocentur.* — *Haec enim fundantur in angulari lapide qui est Christus.* — *Legatos commendat.*

Data XIII kalendas [7] Augusti, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 20 Iulii, an. 451.

EPISTOLA LXII [8].

Pulcheriam pro Ecclesia valde sollicitam de legatis, litterisque suis ad synodum missis instruit, atque in Ephesini latrocinii auctores clementiam suam testatur.

Per Theoctistum Magistrianum.
Leo Episcopus Pulcheriae Augustae.

Mira Pulcheriae in Ecclesiam sollicitudo.

CAP. I. Religiosam clementiae vestrae sollicitudinem, quam catholicae fidei indesinenter impenditis, per omnia recognosco; et Deo gratias ago, quod tantam universalis Ecclesiae curam habere vos video, ut, quod et iustitiae [9] et benevolentiae congruere arbitror, confidenter insinuem, quo celerius, quae, propitio Christo, pietatis vestrae studio irreprehensibiliter hactenus gesta sunt, ad gratulandum perducantur effectum, gloriosissima Augusta. Quod ergo synodum

1 Vid. praeced. epistol. XL et L.
2 « Duo Vatt. *longinquis* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 268.
3 « Vat. 1340 *in eadem fide* ». Cacciar. l. c. Recte n. lectio.
4 « Al. *antiquos* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
5 « Al. *quae in ipso angulari lapide Christo ab initio*, etc. Ballerin. l. c.
6 « Al. *de his per quos meas misi epistolas* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
7 Cacciar. l. c. cum al. *decimo quarto kalendas*.
8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1076.
9 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 269 cum plerisq. mss. *quod ut iustitiae* ». Perperam, ut videtur.

De missis legatis admonet.

Nicaeae [1] haberi clementia vestra praecepit, eum a me, ut in Italia haberetur, mansuetudo vestra retineat postulatum [2], ut omnes nostrarum partium convocati Antistites, si securitas temporis suppeteret, conveuirent; adeo tamen non aspernanter accepi ut binos de coepiscopis meis et compresbyteris ordinarem, qui vicem meam implere sufficereut, etiam [3] datis ad venerabilem synodum congruentibus scriptis [4], quibus fraternitas advocata cognosceret, quam formam servare in hac diiudicatione deberet, ne ulla temeritas aut fidei regulis, aut canonum statutis, aut benignitatis remediis obviaret.

Nec non de scriptis, quibus iudicii rationem synodo praescribit.

Quae Leonis clementia.

CAP. II. Sicut enim a principio huius causae frequentissime scripsi, hanc inter discordes sensus et carnales aemulationes moderationem volui custodiri, ut integritati quidem fidei nihil evelli, nihil liceret apponi; ad unitatem vero pacemque redeuntibus, remedium veniae praestaretur. Quia tunc opera diaboli potentius destruuntur [5], cum ad Dei proximique dilectionem hominum corda revocantur. Sed quam contraria tunc his monitis atque obsecrationibus meis acta sint, multum est explicare: nec opus est epistolari pagina comprehendi quicquid in illo Ephesino non iudicio, sed latrocinio potuit perpetrari, ubi [6] primates synodi nec resistentibus sibi fratribus, nec consentientibus [7] pepercerunt: cum ad infringendam catholicam fidem, et ad execrabilem haeresim roborandam, alios privilegio honoris exuerent, alios consortio impietatis inficerent, saeviores profecto in eos, quos persuadendo ab innocentia separabant, quam in illos, quos beatos confessores persequendo faciebant.

Tunc vis diaboli destruitur, quum homines ad Dei, proximique dilectionem revocantur.

A qua Ephesinum conciliabulum penitus abfuit.

Nihilominus vel ipsis latrocinii auctoribus, si indubie corrigantur, veniam statuit non denegandam.

CAP. III. Verumtamen quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerunt, et maioribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina, nullis unquam epistolis definivi, etiam talibus, si resipiscerent, veniam denegandam. Et quamvis incommutabiliter inimicissimam christianae religioni haeresim detestemur, ipsas tamen, si non dubie [8] corrigantur, et digna se satisfactione purificent, ab ineffabili misericordia Dei non iudicamus alienos; sed potius cum gementibus gemimus, cum flentibus flemus, et sic utimur iustitia commotionis, ut non amittamus [9] remedia charitatis: quod, sicut pietas vestra cognoscit, non verbis solis promittitur [10] sed etiam factis docetur. Siquidem pene [11] omnes, qui in consensum praesidentium aut traducti fuerant, aut coacti, rescindendo quod statuerant [12], et condemnando quod scripserant, perpetuam culpae abolitionem, et apostolicae pacis gratiam sint adepti.

Charitas promittenda non solum verbis, sed etiam factis docenda est.

Hoc consilio se cuncta gessisse testatur.

CAP. IV. Si ergo clementia vestra propositum meum [13] considerare dignetur, probabit me eo consilio cuncta gessisse, ut sine cuiusquam animae detrimento, haereseos tantum obtineretur extinctio;

1 Caeciar. l. c. cum edit. *Calchedonensem* cum tamen hoc tempore Synodus Nicaeam indicta nondum Calchedonem translata foret. Vid. Baller. col. 1077.

2 Conf. sup. epistolas XL, L pag. 66, 77.

3 « Al. cod. omitt. *etiam* ». Ballerin. l. c.

4 Innuit ep. LX, quam videre est, pag. 87, col. 2.

5 « Edit. ante Quesnell. *operum diaboli potentiae destruuntur* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. *Ibi* puncto praemisso ». Ballerin. l. c.

7 « Voces non *consentientibus* in cod. Ratisp. *desiderantur* ». Ballerin. l. c.

8 Caeciar. l. c. cum edit. et plerisq. mss. omitt. *non dubie.*

9 « Al. *omittamus* ». Ballerin. col. 1078. Forte melius.

10 « Al. *promittimus* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. omitt. *pene* ». Ballerin. l. c.

12 « Al. *resistendo ei quod statutum fuerat ab illis*; al. *rescindendo quod statutum fuerat ab illis* ». Ballerin. l. c.

13 « Al. *nostrum* ». Ballerin. l. c.

et ob hoc circa auctores saevissimorum turbinum quiddam consuetudinis minuisse, ut ad indulgentiam postulandam compunctione aliqua possit [1] eorum tarditas excitari. Qui etsi post illud iudicium suum tam impium, quam iniustum, non sunt catholicae fraternitati ita [2] honorabiles, uti fuerunt [3]; suas tamen adhuc obtinent sedes, et episcopatus sui honore potiuntur aut per veram et necessariam satisfactionem pacem totius [4] Ecclesiae recepturi, aut si haeresim, quod absit, tuentur [5], professionis suae merito iudicandi.

Data decimotertio kalendas Augusti, Adelfio viro clarissimo consule.

Dat. die 20 Iulii, an. 451.

EPISTOLA LXIII [6].

Ravennium edocet de stato die Paschatis.

Dilectissimo fratri Ravennio Episcopo Leo Episcopus.

Romani Pontificis est, unum eumdemque Paschatis diem Ecclesiae universae praestituere.

Ad praecipuum religionis nostrae pertinet sacramentum, ut in festivitate paschali nulla sit in toto orbe diversitas. Et quia hoc divina institutio et paterna traditio ad nostram sollicitudinem voluit pertinere, fraternitatem tuam solemniter admon[illegible]s, ut Pascha Domini celebrandum nobis die decima kalendarum aprilium recognoscas [7]; quod manifesta ratio patefecit sacrae observantiae hunc diem esse legitimum: cuius notitiam per dilectionem quoque tuam, frater carissime, omnibus volumus declarari, ut quorum in fide est una confessio, sit etiam in hac festivitate una devotio.

Ut quorum est una confessio, sit etiam una devotio.

Dat. mens. Iulio, an. 451.

EPISTOLA LXIV [8].

Rustico, caeterisque Galliarum episcopis Chalcedonensis synodi praeclare gesta significat, eisque sententiae exemplar in Eutychen prolatae transmittit.

Dilectissimis fratribus [9] Rustico, Ravennio, Venerio, et caeteris Episcopis per Gallias constitutis Leo [10].

De fidei triumpho exultat.

Impletis per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram sanctorum gaudiorum habere consortium. Nam fratres mei, qui vice mea orientali synodo praesederunt, quae acta retulerint [11] significo, confirmata catholica fide, et glorificato apostolicae praedicationis triumpho: quod etiam hi, qui ad deviandum vel seducti fuerant, vel impulsi, recepta veritatis luce laetantur. Siquidem omnes Domini sacerdotes in unam sententiam [12], Sancto Spiritu docente, consensere: et de sacramento dominicae Incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, ita te-

Conciliique acta e reversis legatis accepta communicat.

Unde liquet omnes in catholicam de Incarnatione Christi doctrinam consensisse.

1 « Cod. Ratisp. *posset* ». Ballerin. l. c. Ad sens. forte rectius.

2 Cacciar. l. c. post Quesnell. delet *ita*.

3 « Anter. edit. *ut fuerant* ». Ballerin. l. c.

4 « Edit. anter. Quesnell. omitt. *totius* ». Ballerin. l. c.

5 « Al. *tuebuntur* ». Ballerio. l. c.

6 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1079.

7 E super. epist. LV cap. IV, pag. 83, col. 2, novimus, annum quo festum paschale celebrandum erat decimo kalen. April., alium non esse quam 452. Porro, uti Ballerin. col. 1079 advertunt, formatae litteras de die Paschatis ad Gallos et Hispanos dari solebant praecedentis anni mense Iulio. Concluditur ergo, hanc epistolam ad mensem Iulium anni 451 pertinere. Sane Jaffè op. c. eam notat post d. 20 Iul. eiusd. an.

8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1140.

9 « Al. voces *dilectissimis fratribus* omittunt ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 325.

10 Cacciar. l. c. cum mss. Vat. addit *episcopus Romae*.

11 « Antiq. edit. *retulere* ». Ballar. col. 1141.

12 « Al. *in una sententia* ». Ballerio. l. c. Male quidem.

Christus est unus, ac verus Dei, et hominis filius.

nebrae erroris ablatae sunt, ut in uno Domino nostro vero et Dei et hominis filio nec de humanitatis ambigatur natura, nec de Deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores, qui indignos se Dei gratia iudicantes, correctionis uti remediis noluerunt, qualis sit lata sententia, exemplaria, quae misimus, edocebunt: ut agnoscat vestra dilectio, fratres carissimi, in sancto examine divinum non defuisse iudicium, quo et vindicta retributa est obduratis, et pax impensa correctis. Dominus vos incolumes custodiat, fratres carissimi [1].

Sententiam in haeresis auctores prolatam mittit.

Sententiae Dioscorum exemplar [2].

Paschasinus episcopus Lilybaetanus, Lucentius [3] episcopus Asculanus et Bonifacius presbyter Ecclesiae maximae Urbis Romae, vicarii sanctissimi ac beatissimi papae Leonis Apostolicae Sedis antistitis, pronuntiaverunt.

Dioscorus Ecclesiae canonum violator.

Manifesta sunt quae Dioscorus Alexandrinae urbis antistes contra canonum disciplinam regulasque ecclesiasticas illicita praesumptione commisit, sicut praeterita gestorum seu praesens declaravit assertio [4]. Is namque, ut plura relinquamus, Eutychen consortem perfidiae suae, a proprio episcopo sanctae recordationis Flaviano iure damnatum, in gratiam communionis, antequam cum his qui congregati fuerant in Ephesina urbe episcopis resideret, suscepisse cognoscitur. Sed illis quidem Sedes Apostolica veniam tribuit, quia contra votum gessisse quae patrata sunt approbantur; ita ut nunc usque adhaereant et beatissimo Papae et universali sanctoque concilio: qua de re sacrosanctae communionis consecuti sunt medicinam. Praedictus vero, qui malorum perseverantia ornari se aestimat, cum debeat submissa fronte usque ad terram cum gemitu, ut convenit, inclinari, quoniam nec beatissimi Papae epistolam legi permisit ad venerandae memoriae Flavianum Christi antistitem scriptam: quippe cum ab his qui detulerant petitus ut legi sineret, sacramenti satisfactione quod promiserat implere contempsit: quatenus pravi dogmatis augeretur impietas, et occasio laesionis vel scandali cunctis generaretur ecclesiis. Patratis tamen his, voluimus his sceleribus indulgere, et veniam quam caeteris episcopis praestitimus, dignanter impendere, cum nec similem iudicandi reperiantur [5] habuisse fiduciam [6]. Adiecit [7] etiam accusatorum supplicatio variis referta criminibus, et tertio evocatus per reverendissimos fratres et coepiscopos no-

Eutychen a S. Flaviano damnatum in suum consortium assumpsit.

Episcopis in Ephesino conciliab. congregatis remissa venia.

Non item Dioscoro cuius execranda impietas eam respuit.

1 Iuxta Ballerin. col. 1140 data circa mens. febr. vel martium an. 452.

2 Hanc sententiam una cum praecedenti epistola in Galliam fuisse missam liquet ex ipsis Leonis verbis. Hic eam primus subiecit Sirmondus, qui superiori epistolae subditam invenit in codd. Corb., et Pithoeano. Num vero hoc latinum exemplar sit versio e graeco textu Calchodonensis Concilii actis inserto, qui ab hac latina sententia verbis multum discrepat, an potius sit ipsum originale latinum a legatis latina procul dubio editum alii iudicent. Vid. Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

3 « Sirmond. e suis codd *Lucensia* ». Baller. loc. cit. Forte amanuens. vitio.

4 « In act. 3 Concil. Calched. tom. IV ita legitur: *illicita praesumptione commisit, tam ex iis, quae dudum examinata sunt in priori consessu* (id est act. 1), *quam ex iis, quae hodie acta sunt* ». Ballerin. l. c.

5 « Sirmond. in textu, et Quesnell. in marg. *reperiatur*. At *reperiantur* praetulimus, quia ex graeco haec referuntur ad caeteros episcopos, quibus venia praestita fuit ». Baller. l. c.

6 « Hic antiqua versio interiicit: *Sed quoniam secundis excessibus priorem iniquitatem valde transcendit: praesumsit enim et excommunicationem dictare adversus sanctissimum et beatissimum archiepiscopum magnae Romae Leonem*. Ballerin l. c.

7 « Al. *Accessit*, uti sens. postulat ». Ballerin. l. c.

stros admonitione canonica venire contempsit conscientiae detentus arcano. Episcopos etiam a provinciali synodo, cui subdebantur, iure damnatos iniqua usurpatione suscipiens, ipse contra se damnationis sententiam provocavit, veterum patrum saepius statuta conculcans. Unde sanctus ac beatissimus Papa caput universalis Ecclesiae Leo per nos vicarios suos, sancta synodo consentiente, Petri Apostoli praeditus dignitate, qui Ecclesiae fundamen [1] et petra fidei coelestis regni ianitor nuncupatur, episcopali eum dignitate nudavit, et ab omni sacerdotali opere fecit extorrem. Superest uti congregata venerabilis synodus canonicam contra praedictum Dioscorum proferat, iustitia suadente, sententiam [2].

Ideo episcopali dignitate privatur.

EPISTOLA LXV [3].

Marciano de fidei triumpho gratulatus, Anatolii ambitionem gravissime conqueritur, eumdemque principem obtestatur, ut hunc sibi graviter nociturum pro viribus contineat; Luciani autem ac Basilii legationem fideliter adimpletam fuisse refert.

Leo Episcopus [4] Marciano Augusto [5].

Cap. I. Magno munere misericordiae Dei totius Ecclesiae catholicae multiplicata sunt gaudia, cum sancto et glorioso clementiae vestrae studio perniciosissimus error extinctus est: ut [6] labor noster citius ad desideratum perveniret effectum, quem Deo serviens principatus vester [7] et fide et potestate iuvisset. Quia etsi in virtute Spiritus Sancti inter quaslibet dissensiones [8] per Sedis Apostolicae famulatum Evangelii erat defendenda [9] libertas, manifestior tamen apparuit gratia Dei, quae praestitit mundo, ut in victoria veritatis auctores tantum violatae fidei deperirent [10], et sua integritas Ecclesiae redderetur. Bellum igitur, quod pacis nostrae inimicus excitaverat [11], adeo feliciter, dextera Domini pugnante, confectum [12] est, ut triumphante Christo, omnium sacerdotum esset una victoria, et coruscante lumine veritatis, solae erroris tenebrae cum suis assertoribus pellerentur. Nam [13] sicut in ipsa Domini resurrectione credenda ad corroboranda initia fidei multum securitatis accessit, quod quidam Apostoli de corporea [14] Domini nostri Iesu Christi veritate dubitavere [15], et visu atque contactu fixuras clavorum et vulnus [16] lanceae perscru-

De fidei triumpho universa Ecclesia gaudet.

Evangelii libertas per virtutem S. Spiritus ab Apostolica Sede defendenda.

Haereses earumque adsertores depulsi.

Quorumdam Apostolorum infirma fides evangelicae profuit veritati.

1 « Alias *fundamentum* ». Ballerin. l. c.

2 Quesnell. existimat, huiusmodi documentum potius esse suffragium sententiae praevium. At perperam; siquidem Paschasinus non de suffragio, sed de sententia in Dioscorum ferenda synodum interrogavit, et ex ipsis concilii gestis liquet, instantibus Patribus, legatos dixisse sententiam, et Dioscorum iis verbis condemnasse, quae sententiam proprie dictam manifestissime praeferunt, cui subinde episcopi subscriptionibus suis accesserunt. Vid. Baller. et Cacciar. ll. cc.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1143.

4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 307 omitt. *Episcopus*; al. addunt *episcopus Romanae et universalis Ecclesiae*. Ballerin. col. 1144. Graec. text. leg. Λεων Αρχιεπισκοπος Ρωμης.

5 « Versio graeca addit *per omnia gloriosissimo et clementissimo filio* ». Ballerin. l. c.

6 « Cod. Ratisp. *et..... pervenit* ». Ballerin. col. 1145. Forte melius.

7 « Id. cod. et Grim. omitt. *vester* ». Baller. l. c. et Cacciar. pag. 308.

8 « Al. *dispensationes* ». Ballerin. l. c. Perperam. Sane graec. text. per verba μεταξυ διαφωνιων nobis favet.

9 « Cod. Taur. *defensa* ». Cacciar. l. c. Iuxta graec. text. εκδικητεα ην ελευθερια.

10 Cacciar. l. c. cum al. *perirent*.

11 « Ratisp. *exciverat* ». Ballerin. l. c.

12 « Id. cod. *confractum* ». Ballerin. l. c.

13 « Haec periocha usque ad vocem *accessit*, abest a Grim cod. ». Cacciar. l. c.

14 « Al. *de corporis* ». Ballerin. col. 1146 et Cacciar. l. c.

15 « Al. *dubitarunt* ». Cacciar. l. c.

16 « Al. *vulnera*; duo autem codd. delent *lanceae* ». Ballerin. l. c. Male, ut videtur.

tando ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abstulerunt: ita nunc quoque, dum aliquorum infidelitas confutatur, omnium haesitantium corda firmata [1] sunt; et proficit [2] universis ad illuminationem, quod quibusdam intulit coecitatem. In quo opere digne et iuste exultat [3] vestra clementia, quae fideliter prprieque [4] prospexit, ut Orientalibus Ecclesiis diabolicae insidiae non nocerent; sed ad propitiandum Deum efficaciora ubique [5] offerrentur holocausta: quando per mediatorem Dei et hominum hominem Christum Iesum eadem confessio plebium, eadem sacerdotum, eadem esset et regum [6], gloriosissime fili, et clementissime Auguste.

Nunc quoque aliquorum impietas catholicae fidei proficit.

Idque Marciani sollicitudini maxime tribuendum.

Cap. II. His autem, propter quae tanta facta est congregatio sacerdotum, bono et optabili fine compositis [7], miror et doleo, quod pacem universalis Ecclesiae divinitus [8] reformatam ambitionis rursus spiritus inquietat [9]. Quamvis enim necessarie sibi [10] frater meus Anatolius consuluisse videatur, ut ordinatorum suorum errorem deserens in assensum catholicae fidei salubri correctione transiret; custodire tamen debuit, ut quod vestro [11] beneficio noscitur consecutus, nullius cupiditatis pravitate [12] turbaret. Nos enim vestrae fidei et [13] interventionis habentes intuitum, cum secundum suae consecrationis auctores eius initia titubarent, benigniores circa ipsum quam iustiores esse voluimus; quo perturbationes omnes, quae operante diabolo fuerant excitatae, adhibitis remediis leniremus, quae illum modestum magis, quam immoderatum facere debuerunt. Qui etiam si praecipuis meritis, optimoque iudicio legitime fuisset ac solemniter ordinatus, contra reverentiam tamen canonum paternorum, contra statuta Spiritus Sancti, contra antiquitatis exempla, nullis posset suffragiis adiuvari. Apud christianum, et vere religiosum [14], vereque orthodoxum Principem loquor, multum Anatolius episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere optat augmento.

Anatolii ambitione recuperatam pacem turbari, vehementer dolet.

Quem ob recepta beneficia modestia potius, quam cupiditas deceret.

Nihilominus iste contra fas, usque attolli studet.

Cap. III. Habeat, sicut optamus, constantinopolitana civitas gloriam suam, ac protegente dextera Dei, diuturno clementiae vestrae fruatur imperio. Alia tamen ratio est rerum saecularium, alia divinarum: nec praeter illam petram, quam Dominus in fundamento posuit [15], stabilis erit ulla constructio. Propria [16] perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit praedicto quod vestrae pietatis auxilio, et mei favoris assensu episcopatum tantae urbis obtinuit. Non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam non potest facere sedem; nec ullo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri. Privilegia enim Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta, et venerabilis Nicaenae synodi fixa decretis nulla possunt improbitate convelli, nulla novitate mutari [17]. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo necesse est

Alia humanarum rerum, alia divinarum ratio.

Propria amittit qui indebita concupiscit.

Desperet igitur Anatolius per aliorum offensiones vel quidpiam augeri.

1 Vat. 1391 *confirmata* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 309.
2 « Al *profecit* ». Ballerin. l. c.
3 « Al. *exultet* ». Ballerin. l. c. Forte melius.
4 « Al. *pieque* «. Ballerin. l. c.
5 « Al. *usque* ». Ballerin. l. c.
6 « Seq. voces al. omittunt; al. mere habent *gloriosissime Imperator* ». Ballerin. col. 1147.
7 « Al. *completis* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.
8 « Cod. Ratisp. delet *divinitus* ». Baller. l. c.
9 « Al. *inquietet* ». Ballerin. col. 1148.
10 « Al. delent *sibi* ». Ballerin. l. c.
11 » Al. *nostro* ». Ballerin. l. c.
12 « Al. *nullius pravitatis cupiditate* ». Ballerin. l. c.
13 « Male Quesnell. delet *et* ». Cacciar. p. 310.
14 « Grim. cod. *christianissimum... religiosissimum* ». Cacciar. l. c.
15 Cacciar. l. c. iuxta mss. Vatt. *mire posuit*.
16 Cacciar. l. c. *sed propria*. Rectius, videtur, n. lectio.
17 « Quesn. contra fid. mss. et edit. *violari* ». Ballerin. col. 1150 et Cacciar. pag. 311.

Quod enim canonum statuta convellit nequaquam a Pontifice permittendum.

me perseverantem exhibere famulatum: quoniam dispensatio mihi credita est, et ad meum tendit reatum, si paternarum regulae sanctionum, quae in synodo Nicaena ad totius Ecclesiae regimen, Spiritu Dei instruente, sunt conditae, me (quod absit) connivente, violentur; et maior sit apud me unius fratris voluntas, quam universae domus Domini communis utilitas [1].

Unius voluntati universae Ecclesiae utilitas nunquam praeferenda.

Cap. IV. Et ideo sciens gloriosam clementiam vestram ecclesiasticae studere concordiae, et his, quae pacificae congruunt unitati, piissimum praestare consensum, precor, et sedula suggestione vos obsecro, ut ausus improbos unitati christianae pacique contrarios, ab omni pietatis vestrae abdicetis assensu, et fratris mei Anatolii nociturani ipsi, si perstiterit, cupiditatem salubriter comprimatis; ne ea, quae vestrae gloriae atque temporibus inimica sunt, cupiens, maior suis velit esse prioribus, liberumque illi sit, quantis potuerit splendere virtutibus; quarum non aliter particeps erit, nisi charitate magis voluerit ornari, quam ambitione distendi. Hanc autem improbi desiderii conceptionem numquam quidem debuit intra cordis sui recipere secretum: sed eum illi [2] fratres et coepiscopi mei, qui vice mea aderant, obviarent, ab illicito appetitu ex eorum saltem [3] salubri [4] contradictione cessasset. Nam et vestrae pietatis apices, et ipsius scripta declarant, legatos Sedis Apostolicae, sicut oportuit, contradictione iustissima [5] restitisse, ut inexcusabilior esset praesumptio, quae se nec increpata cohiberet [6].

Obsecrat ut imperator periculosam Anatolii ambitionem contineat.

Nunquam virtute fulget qui magis ambitione vult distendi, quam caritate ornari.

Saltem ob legatorum contradictionem a sua cupiditate fuisset Anatolio recedendum.

Cap. V. Unde quia convenit fidei vestrae vel gloriae, ut sicut haeresis, Deo per vos agente, destructa est, ita etiam omnis ambitus retundatur; agite, quod et christianae est probitatis et regiae, ut praedictus episcopus pareat Patribus, consulat paci, neque sibi aestimet licuisse, quod Antiochenae Ecclesiae sine ullo exemplo contra instituta canonum episcopum ordinare praesumpsit; quod nos amore reparandae fidei et pacis studio retractare cessavimus. Abstineat ergo ab ecclesiasticarum iniuria regularum, et illicitos declinet excessus: ne se ab universali ecclesia, dum inimica paci tentat, abscidat [7]. Quem opto magis irreprehensibiliter agentem diligere, quam in hac praesumptione, quae illum ab omnibus separare poterit, perdurare. Frater autem et coepiscopus meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio diacono clementiae vestrae ad me scripta portavit, omni devotione partes susceptae legationis implevit: quia [8] non est aestimandus negotio defuisse [9], quem potius [10] caussa deseruit.

Anatolii praesumptio in Antiocheno episcopo ordinando.

Caveat igitur ne pervicax e catholica Ecclesia se abscindat.

De Luciani ac Basilii legatione eumdem instruit

Data undecimo [11] kalendas Iunii, Herculano clarissimo consule.

Dat. 22 Maii, an. 452.

1 « Cod. Taurin. sic cohibet hunc locum: *si paternarum regulas sanctionum, quae in Synodo Nicaena ad totius Ecclesiae regimen, spiritu Dei instruente, sunt conditae, magis (quod absit) unius fratris voluntas dissolvat, quam universae domus Domini communis utilitas confirmet* ». Cacciar. l. c.

2 « Al. addunt *etiam*, al. *charissimi* ». Ballerin. col. 1151 et Cacciar. l. c.

3 « Quidam codd. delent *saltem* ». Cacciar. pag. 312 at Ballerin. col. 1152. Minus recte, ut opinor.

4 « Al. delent *salubri*; al. habent *salutari* ». Ballerin. l. c.

5 Cacciar. l. c. cum edit. addit *ei*.

6 « Al. *cohibuit* ». Ballerin. at Cacciar. ll. cc.

7 « Al. *abscedat* ». Ballerin. col. 1153.

8 « Cod. Ratisp. *qui* ». Ballerin. l. c. Forte mendo amanuens.

9 « Cod. Vat. *quem novimus negotio non defuisse* ». Ballerin. l. e.

10 « Cod. Ratisp. delet *potius* ».

11 « Cod. Vind. *duodecimo* ». Ballerin. l. c.

EPISTOLA LXVI [1].

Pulcheriae gratulatus, quod ob eius studia pax universae Ecclesiae fuerit restituta, Anatolii ambitionem gravissime conqueritur, ac novis Constantinopolitanae sedis privilegiis suprema Petri auctoritate repulsis, Augustam obtestatur, ut effraenem Anatolii cupiditatem contineat.

Leo Episcopus Pulcheriae Augustae.

De pace ob Pulcheriae sollicitudinem Ecclesiae reddita plurimum laetatur.

Cap. I. Sanctis et Deo placitis clementiae vestrae studiis defensam contra haereticos catholicam fidem, et universae [2] Ecclesiae redditam pacem, ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus, gratias agentes misericordi et omnipotenti Deo [3], quod exceptis his, qui magis dilexerunt tenebras, quam lucem, neminem passus est evangelica veritate fraudari: ut abstersa erroris caligine, in omnium cordibus purissimum lumen oriretur, nec [4] de infirmis quorumdam animis tenebrosus ille exultaret inimicus, quem non solum hi, qui illaesi steterunt, sed etiam hi, quos fecerat nutare [5], superaverunt: ut, errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, *et omnis lingua confiteretur* [6], *quoniam* [7] *Dominus Iesus Christus* [8] *in gloria est Dei Patris* [9]. Confirmato autem in unitate Evangelii universo orbe terrarum, et in eumdem sensum [10] directis cordibus omnium sacerdotum, optimum fuerat, supra illa, propter quae sancta est synodus congregata, et quae secundum pietatis vestrae studium probabili sunt fine conclusa, nihil, quod tanto bono contrarium esset, inferri, nec per occasionem episcopalis concilii id importune [11] appeti, quod non licuit concupisci [12].

In omnium cordibus purius fidei lumen refulsit.

Dolet autem in synodum aliquid tanto bono contrarium inferri.

Ideo immodicam Anatolii cupiditatem execratur.

Cap. II. Frater enim et coepiscopus meus Anatolius parum considerans quanto pietatis vestrae beneficio, et mei favoris assensu Constantinopolitanae Ecclesiae sacerdotium fuerit consecutus, non tam de adeptis gavisus, quam de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris accensus est; credens huic tam intemperanti cupiditati posse prodesse, quod ei quorumdam consensum suum praebuisse dicitur extorta subscriptio: cum tamen destruendis mox conatibus contradictio fratrum et coepiscoporum meorum vice mea [13] agentium, fideliter et laudabiliter obviaret. Quoniam contra statuta paternorum canonum, quae ante longissimae aetatis annos in urbe Nicaena spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuique audere [14] conceditur: ita ut si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat, quam illa corrumpat. Quae si, ut oportet, a cunctis Pontificibus intemerata serventur, per universas Ecclesias tranquilla erit pax et firma concordia: nullae de mensura honorum [15] dissensiones, nullae de ordinationibus lites, nullae de privilegiis ambiguitates, nulla erunt de alieni [16] usurpatione certamina;

Qui quorumdam episcoporum subscriptionem extorsit.

Idque contra Nicaenam synodum ausit.

In cuius firma custodia Ecclesiarum pax innititur.

1 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1151.
2 « Cod. Ratisp. *universali* ». Ballerin. l. c.
3 « Vat. 1340 cum vet. edit. *misericordiae omnipotentis Dei* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 313 et Ballerin. l. c.
4 « Al. cod. *ne* ». Ballerin. l. c. Fortasse melius n. lectio.
5 Edit. Ballerin. mendose *mutare*.
6 Cacciar. l. c. *confiteatur*. Rectius ad context. n. lectio. Vulg. tamen legit *confiteatur*.
7 « Al. *quia* ». Ballerin. col. 1155. Contra Vulgat. textum.
8 « Al. cod. omitt. *Christus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Contra Vulgat. fidem.
9 Phil. II, 11.
10 Cacciar. pag. 314 cum al. *in eodem sensu*; al. *in eodem spiritu sensus*. Vid. Baller. l. c. Sane perperam.
11 « Al. *in commune* ». Ballerin. l. c. Melius, opinor, n. lectio.
12 « Al. *appeti* ». Cacciar. l. c. Rectius n. lectio.
13 « Al. *vicem meam* ». Ballerin. l. c.
14 « Al. *addere* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc. Retinenda potius n. lectio.
15 « Al. *de mensuris*; al. *honoris* pro *honorum*; al. *nullae bonorum* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
16 « Vet. edit. *aliena* ». Ballerin. l. c. Male, ut videtur.

sed aequo iure charitatis rationabilis et morum et officiorum ordo servabitur [1]: et ille vere erit magnus, qui fuerit totius ambitionis alienus, dicente Domino: *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester servus: sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare* [2]. Et tamen haec illis tunc insinuabantur, qui de pusillo volebant crescere, et de infimis ad summa transire. Constantinopolitanae vero Praesul Ecclesiae, quid amplius, quam assecutus est, concupiscit? aut quid illi [3] satisfaciet, si tantae urbis magnificentia et claritudo non sufficit? Superbum nimis est et immoderatum ultra proprios terminos tendere, et antiquitate calcata, alienum ius velle praeripere; atque, ut [4] unius crescat dignitas, toto Metropolitanorum impugnare primatus, quietisque provinciis, et olim sanctae synodi Nicaenae moderatione dispositis bellum novae perturbationis inferre; atque, ut venerabilium Patrum decreta solvantur, quorumdam episcoporum proferre consensum, cui tot annorum series negavit effectum. Nam sexagesimus fere annus huius conniventiae [5] esse iactatur, qua se praedictus episcopus aestimat adiuvari, frustra cupiens id sibi prodesse, quod etiam, si quisquam ausus est velle, nullus tamen potuit obtinere.

Ille revera magnus qui ambitionis est expers.

Quantum igitur reprehendenda Anatolii cupiditas.

Cui nec aliquorum consensus, nec ulla conniventia potest opitulari.

Cap. III. Agnoscat cui successerit [6] viro, et repulso omni spiritu elationis, Flaviani fidem [7], Flaviani modestiam, Flaviani humilitatem, quae illum usque ad confessoris gloriam provexit, imitetur. Cuius si velit splendere virtutibus, laudabilis erit, et in omni loco plurimum dilectionis acquiret, non ambiendo humana, sed promerendo divina. Hac autem observantia meum quoque illi animum spondeo [8] copulandum, et apostolicae Sedis dilectionem, quam Constantinopolitanae Ecclesiae semper impendit [9], nulla mutabilitate violandam. Quia si interdum immoderati Praesules [10] aliquas incidunt culpas, Ecclesiarum tamen Christi integritas [11] perseverat. Consensiones vero episcoporum sanctorum canonum apud Nicaeam conditorum regulis repugnantes, unita nobiscum vestrae fidei pietate, in irritum mittimus, et per auctoritatem beati Petri Apostoli, generali prorsus definitione cassamus, in omnibus ecclesiasticis causis his [12] legibus obsequentes, quas ad pacificam observantiam [13] omnium sacerdotum per trecentos decem et octo antistites Spiritus Sanctus instituit: ita ut etiam si multo plures aliud [14], quam illi, statuere decernant [15], in nulla reverentia sit habendum quicquid fuerit a praedictorum constitutione diversum.

Satius itaque, ut Anatolius Flaviani modestiam imitatur.

Plurimum enim dilectionis acquiritur non ambiendo humana, sed promerendo divina

Praesulum culpae Ecclesiarum Christi integritatem non dissolvunt.

Nova Ecclesiae Constantinopolitanae privilegia refellit.

Cap. IV. Prolixitatem itaque epistolae meae, qua necesse habui explicare quid

Pulchritam obsecrat, ut epistolae prolixitatem condonet.

1 Cacciar. l. c. cum suis mss. *sed in, qui iure charitatis rationabilis est, et morum.... servabitur*. Anter. edit. *sed ea, quae iure charitatis rationabilis est, et morum et officiorum servabitur unanimitas* ». Vid. et Ballerin. l. c.

2 Matth. xx, 26 ad 28.

3 « Vulg. ante Quesnell. sic legebant hunc locum: *Praesuli ecclesiae, quia* (al. *quoniam*); *amplius quam assecutus est, concupiscit, quid illi*, etc. ». Ballerin. col. 1156 et Cacciar l. c. Sane mel. n. lectio.

4 « Cod. Ratisp. *hic* at paulo post *utque* ». Ballerin. l. c. Perperam, ut videtur.

5 « Vulgat. antiq. *iactantiae* ». Ballerin. l. c. Male quidem ad orat. context.

6 « Al. *successit*, Cacciar. pag. 315.

7 Cacciar. l. c. omitt. cum al. *Flaviani fidem*, quas voces Ballerin. unius codicis ope intulerant. Vid. Ballerin. l. c. Sane perperam.

8 « Al. *Haec autem observantia eum... spondet* ». Ballerin. l. c.

9 Cacciar. l. c. cum al. *impendimus*. Rectius ad sens n. l.

10 Hic praep. *in* videtur supplenda.

11 Cacciar. l. c. cum edit. *integra gratia*.

12 « Al. cod. omittit *his* ». Ballerin. col. 1157.

13 « Al. *ad pacificationem* vel *ad pacem* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

14 « Al. *alii* ». Ballerin. l. c. Male.

15 « Al. *decernerent* vel *statuere* aut *decernere voluerunt* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

sentiam, rogo ut per fratrem et coepiscopum meum Lucianum, qui (quantum in ipso est) sollicitudinem susceptae legationis est fideliter executus, et per filium meum Basilium diaconum pietas vestra dignanter accipiat. Et quia moris vestri est pro pace et unitate Ecclesiae laborare, fratrem meum Anatolium episcopum ex vestra mihi insinuatione dilectum, salubriter in his, quae ipsi profutura sint, continete: ut gloria clementiae vestrae, sicut magnificatur de fide reparata, ita praedicetur de ambitione compressa.

Ar Anatolium ambitionem coerceat.

Data undecimo kalendas Iunii, Herculano viro clarissimo consule.

Dat. die 22 Maii, an. 452.

EPISTOLA LXVII [1].

Anatolii fide laudata, eius ambitionem vehementer redarguit.

Leo Episcopus Anatolio Episcopo [2].

Cap. I. Manifestato, sicut optavimus, per gratiam Dei lumine evangelicae [3] veritatis, et ab universali Ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in Domino, quod creditae nobis dispensationis labor ad desideratum pervenit effectum, sicut etiam epistolae tuae textus eloquitur; *ut secundum apostolicam doctrinam idipsum dicamus omnes, et non sint in nobis schismata; simus autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia* [4]. In cuius operis devotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem: ut et corrigendis tua prodesset industria, et ab omni [5] te deviantium participatione [6] purgares. Decessore enim tuo beatae memoriae Flaviano propter defensionem catholicae veritatis eiecto, non immerito credebatur, quod Ordinatores tui contra sanctorum canonum constituta viderentur sui similem consecrasse, sed adfuit misericordia Dei in hoc te [7] dirigens [8] atque confirmans, ut malis principiis bene utereris; et non te iudicio hominum, sed Dei provectum benignitate monstrares: quod vere ita accipiendum est, si hanc divini muneris gratiam alia offensione non perdas. Virum [9] enim catholicum, et praecipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate corrumpi [10], dicente quippe Scriptura sancta: *Post concupiscentias tuas non* [11] *eas, et a voluntate tua vetare* [12]. Multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus resistendum est, ut verae continentiae obtineatur integritas; cuius prima est labes superbia, initium transgressionis, et origo peccati: quoniam mens potentiae avida nec abstinere novit [13] vetitis, nec gaudere concessis; dum inordinato pravoque progressu, [14] impunitarum transgressionum augentur excessus, et crebrescunt cul-

Anatolii fides.

Cur alias haberetur suspecta.

Error et cupiditas praesertim ab episcopis effugienda.

Ut continentiae integritas obtineatur, illecebris sedulo resistendum.

Ambitiosa mens vel in licitis modum nescit.

1 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1157.

2 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 316 iuxta graecam versionem: *Dilecto fratri Anatolio archiepiscopo Constantinopolitano Leo archiepiscopus Romae.*

3 « Al. cod. omittit *evangelicae* ». Ballerin. col. 1158. Perperam, ut videtur.

4 I Cor. I, 10. — Cacciar. pag. 317 cum ant. edit. et al. mss. pro *scientia* legit *sententia*. Iuxta Vulg.

5 « Perperam Quesnell. *omnium* ». Ballerin. col. 1159 et Cacciar. l. c.

6 « Al. *factione* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Melius quidem ad context. n. I.

7 « Al. delet *te* ». Ballerin. col. 1160.

8 « Al. *diligens* » Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

9 Can. *Virum catholicum* 6 disp. 47.

10 Cacciar. l. c. cum vet. edit. *violari*.

11 « Cod. Barber. *ne* ». Ballerin. l. c.

12 Eccl. XVIII, 30. — « Pro *vetare* al. *avertere* ». Baller. col. 1160. Iuxta Vulg. Hic autem Baller. duo puncta interiiciunt, mox vero punctum. At nos, quum hoc loco sententia absolvi videatur, aliam interpunctionem perspicuitatis gratia credidimus adhibendam.

13 « Al. *a vetitis* ». Cacciar pag. 318.

14 « Tres Vatt. *processu* ». Cacciar. l. c.

pae, quae toleratae sunt studio fidei reparandae et amore concordiae.

Anatolii ambitionem reprehendit,

CAP. II. Post illa itaque ordinationis tuae non inculpata principia, post consecrationem Antiocheni episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam [1], ut sacratissimas Nicaenorum canonum constitutiones conareris [2] infringere: tamquam opportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi [3] honoris privilegium Sedes Alexandrina perdiderit, et Antiochena Ecclesia proprietatem tertiae dignitatis amiserit; ut his locis iuri tuo subditis omnes Metropolitani episcopi proprio honore priventur. Quibus mandatis et nunquam ante tentatis ita praeveniris [4] excessibus, ut sanctam synodum, ad extinguendam solum haeresim, et ad confirmationem fidei catholicae studio christianissimi Principis congregatam, in occasionem ambitus trahas, et ut conniventiam [5] suam tibi dedat [6], impellas: tamquam refutari nequeat quod illicite voluerit [7] multitudo, et illa Nicaenorum canonum per Spiritum vere [8] sanctum ordinata conditio in aliqua cuiquam [9] sit parte solubilis [10]. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis decem atque octo episcopis [11] quantumlibet copiosior numerus sacerdotum vel comparare se audeat, vel praeferre; cum tanto divinitus privilegio Nicaena sit synodus consecrata, ut sive per pauciores, sive per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum.

Qui Alexandrinam et Antiochenam Ecclesiam honore privare nititur.

Ad hoc vel ipsam sanctam synodum trahere audet.

Licet Nicaeni concilii decreta numquam sint dissolvenda.

Igitur Anatolii facinus summopere execrandum.

CAP. III. Nimis ergo haec improba, nimis sunt prava quae sacratissimis canonibus inveniuntur esse contraria. In totius Ecclesiae perturbationem superba haec tendit elatio, quae ita abuti voluit concilio synodali, ut fratres in fidei tantummodo negotio [12] convocatos, et definitione eius causae, quae erat [13] curanda, perfunctos, ad consentiendum sibi aut depravando traduceret, aut terrendo compelleret. Inde enim fratres nostri ab Apostolica Sede directi, qui vice mea synodo praesidebant, probabiliter atque constanter illicitis ausibus [14] obstiterunt, aperte reclamantes, ne contra instituta [15] Nicaeni Concilii [16] praesumptio reprobae novitatis assurgeret. Nec potest de eorum contradictione dubitari, de quibus in epistola tua etiam ipse conquereris, quod conatibus tuis voluerint obviare. In quo quidem multum illos [17] mihi haec scribendo commendas; sed temetipsum, quod eis parere nolueris, dum illicita moliris, accusas, superflue non concedenda appetens [18], et insalubriter tibi contraria concupiscens [19], quae nullum umquam poterunt nostrum obti-

Eoque magis, quod A. Sedis legati eius perfidis ausibus obstiterint.

1 « Duo codd. *progressam* ». Baller. col. 1161. Forte melius n. l.

2 « Cod. Vallic. *conaris* forte pro *coneris* ». Ballerin. l. c. Aptius ad orat. context. n. l.

3 « Al. *cum secundum*; al. *quo suum*; el. *quo suum secundi* ». Ballerin. col. 1162.

4 « Al. *praevenires* vel *praevenisti* ». Ballerin. l. c. Forte mel. *praevenisti*.

5 « Al. *conhibentiam* vel *cohibentiam* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 319. Forte ex vitio amanuens.

6 Cacciar. cum aot. edit. et suis mss. *det*; el. *tibi dari impellas*. Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

7 « Al. *voluit* ». Ballerin. l. c. Melius.

8 « Al. delet *vere* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. *unquam* ». Ballerin. l. c. Forte rectius ad context. n. l.

10 « Al. *resolubilis* ». Ballerin. l. c.

11 « Cod. Grim. delet *episcopis* ». Cacc. l. c. Amanuens. mendo, ut opinor.

12 « Al. *negotium* ». Ballerin. col. 1163. Forte mel. n. l.

13 « Cod. Grim. delet verba *quae erat* ». Ballerin. l. c.

14 « Cod. Ratisp. delet *ausibus* ». Ballerin. col 1164. Perperam, uti videtur.

15 « Al. *statuta* ». Ballerin. l. c.

16 « Al. *Nicaenae Synodi* ». Cacciar. p. 320.

17 « Tres codd. *eos* ». Cacciar. l. c.

18 « Al. *appetis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

19 « Al. *et insalubre...concupiscis* ». Iid. ll. cc.

nere consensum. Absit enim a conscientia mea, ut tam prava cupiditas [1] meis studiis adiuvetur; ac non [2] potius et meo et omnium, qui non alta sapiunt, sed humilibus consentiunt, opere subruatur.

Leonis firmitas.

CAP. IV. Sancti illi et venerabiles Patres, qui in urbe Nicaena, sacrilego Arrio cum sua impietate damnato, mansuras usque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, et apud nos, et in toto orbe terrarum in suis constitutionibus vivunt. Et [3] si quid usquam [4] aliter, quam illi statuere praesumitur, sine cunctatione cassatur; ut quae ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur; nec ad privatum trahantur commodum, quae ad bonum sunt commune praefixa: et manentibus terminis, quos constituerunt Patres, nemo [5] in ius tendat [6] alienum; sed intra fines proprios atque legitimos, prout quis valuerit, in latitudine se charitatis exerceat: cuius satis uberes fructus Constantinopolitanus potest Antistes acquirere, si magis humilitatis virtute nitatur, quam si spiritu ambitionis infletur [7].

In privatum commodum non est trahendum quod in commune bonum fuit constitutum.

CAP. V. *Noli*, frater, *altum sapere, sed time* [8], et christianorum Principum piissimas aures improbis petitionibus inquietare desiste, quibus certum habeo, modestia te magis, quam elatione placiturum. Persuasioni enim tuae in nullo penitus suffragatur quorumdam episcoporum ante sexaginta (ut iactas) annos facta conscriptio, nunquamque [9] a praedecessoribus tuis ad Apostolicae Sedis transmissa notitiam, cui ab initio sui caducae, dudumque collapsae sera nunc et inutilia subiicere fulcimenta [10] voluisti, eliciendo a fratribus speciem consensionis, quam tibi [11] in suam iniuriam verecundia fatigata praeberet [12]. Memento, quid Dominus ei, qui unum de pusillis [13] scandalizaverit, comminetur; et sapienter intellige, quale sit Dei iudicium subiturus, qui tot ecclesiis, tot sacerdotibus scandalum inferre non metuit. Fateor enim, ita me dilectione universae fraternitatis obstringi, ut nemini prorsus in his, quae contra se poscit, assentiar; possisque evidenter agnoscere, me dilectioni tuae benevolo animo contraire, ut saniore consilio ab universalis te Ecclesiae perturbatione contineas. Non convellantur provincialium iura primatuum [14], nec privilegiis antiquitus institutis Metropolitani fraudentur antistites. Nihil Alexandrinae Sedi eius, quam per sanctum Marcum Evangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis: nec Dioscoro impietatis suae pertinacia corruente, splendor tantae Ecclesiae tenebris obscuretur alienis. Antiochena quoque Ecclesia, in qua primum praedicante beato Apostolo Petro, christianum [15] nomen exortum est, in paternae constitutionis ordine perseveret, et in gradu tertio collocata numquam se [16] fiat inferior [17]. Aliud enim sunt sedes, aliud

Anatolio episcoporum aliquot subscriptio minime suffragatur.

Hunc itaque e proposito cesse dehortatur.

Alexandrinae Sedi per S. Marcum fundatae nil dignitatis imminuendum.

Item et Antiochenae a B. Petro constitutae.

1 « Vat. 1342 *ut conscientiae tuae prava cupiditas* ». Cacciar. l. c.
2 « Id. eod. *nec non* ». Cacciar. l. c. Perperam, ut videtur.
3 Heic, ubi sensus concluditur, punctum apponere nobis visum est, ut periodus in Ballerinis satis implexa clarior evaderet.
4 « Al. *unquam* ». Ballerin. col. 1165. F. mel
5 « Al. *non* ». Ballerin. l. c. Perperam.
6 « Al. *ius invadat*; al. add. et *damnet* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
7 « Al. *impletur* vel *impleatur* ». Ballerin. loc. cit. Sane mel. n. l.
8 Rom. XI, 20.
9 « Al. *nec unquam* ». Ballerin. col. 1166, apud quos vid. alias huius textus varietates.
10 « Al. *fomenta* ». Ballerin. col. 1168. Mel. quidem n. l.
11 « Al. *sibi* ». Ballerin. l. c. Perperam.
12 « Al. *fatigati praeberent* ». Cacciar. p. 322.
13 « Cod. Vind. addit *illis* ». Ballerin. l. c.
14 « Solus cod. Sichard. *primatum* ». Baller. et Cacciar. ll. cc. Certe ex amanuens. vitio.
15 « Al. *Christianorum* ». Ballerin. l. c.
16 « Tres Vatt. delent *se* ». Cacciar. pag. 323.
17 « Al. *infirmior* ». Ballerin. l. c.

Magnus cuique honor sua est integritas.

praesidentes: et magnus unicuique honor est integritas sua. Quae cum in quibuslibet locis propria ornamenta non perdat, quanto magis in Constantinopolitanae urbis magnificentia potest esse gloriosa, si per observantiam tuam et defensionem paterni canones [1], et exemplum probitatis multi habeant sacerdotes?

Satius igitur Anatolio charitate fervere.

CAP. VI. Haec tibi scribens, frater, in Domino hortor ac moneo, ut deposito ambitionis desiderio, spiritu potius ferveas charitatis, eiusque virtutibus, secundum doctrinam apostolicam, proficienter [2] orneris. *Est enim patiens et benigna et non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt* [3]. Unde si charitas non quaerit propria, quantum peccat qui concupiscit aliena? A quibus volo ut te prorsus abstineas memorque sis eius sententiae, quae dicit: *Tene* [4] *quod habes, ne alius accipiat coronam tuam* [5]. Nam si inconcessa quaesieris, ipse te [6] tuo opere atque iudicio universalis Ecclesiae pace privabis [7]. Frater autem et coepiscopus noster Lucianus, et filius noster Basilius diaconus, quantum in ipsis fuit, studiose his quae [8] iniunxeras affuere; sed actioni eorum iustitia negavit effectum.

A qua aliena concupiscere penitus abest.

Privationem pacis Ecclesiasticae ipsi comminatur.

Legatorum erga Anatolium sollicitudo.

Data undecimo [9] kalendas Iunii, Herculano viro clarissimo consule.

Dat. die 22 Maii an. 452.

EPISTOLA LXVIII [10].

Iulianum in Anatolii consilia propensum redarguit.

Leo Papa Iuliano Coensi Episcopo.

Nicaeni Concilii summa auctoritas.

Cum frequentibus experimentis probaverit dilectio tua, quam [11] constanti fixoque proposito sanctorum [12] Nicaenorum canonum statuta custodiam, dissolvi omnes ecclesiasticas regulas aestimans, si quicquam ex illa sacrosancta Patrum constitutione violetur; miror talia te per fratrem et coepiscopum nostrum Lucianum dirigere scripta potuisse, quibus in tantum pro appetitu novae transgressionis [13] intervenis, ut tibi putes aliquid speciale praestandum, si his quae illicite concupiscuntur [14] annuero. Quantumlibet autem te affectione complectar, nullo tamen modo poteris obtinere, ut me in excidium ecclesiastici status, vel suadendo impellas, vel supplicando traducas. Frater enim et coepiscopus noster Anatolius, si divina beneficia et mei favoris assensum sapienter intelligit, satis illi sufficit [15] obtinuisse, quod summus Antistes de honore episcopatus sui gratias Deo referat, et se ab illicitorum cupiditate contineat: et quicumque illum specialiter diligunt, tali eum debent confirmare consilio, ut impossibilia omnino non quaerat, et sibi talia concupiscendo non noceat; quia nullis [16] apud me patrociniis ita poterit

Quod Iulianus contra eius decreta quidpiam expetat, vehementer miratur.

Nihil huiusmodi vel amicitiae, vel precibus sese concessurum adicit.

Anatolii ambitio coercenda potius, quam iuvanda.

1 « Al. *canonis*, deleta sequent. part. *et* ». Ballerin. col. 1169 et Cacciar. l. c. Forte mel. n. 1.

2 « Duo Vatt. delent *proficienter* ». Cacciar. loc. cit.

3 I Cor. XIII, 4.

4 « Al. *quod tenes* ». Ballerin. col 1179. Contra Vulg. textum.

5 Apoc. III, 11.

6 « Al. omitt. *te* ». Ballerin. l. c. Male.

7 « Al. *privaberis* ». Ballerin. l. c. Forte mel. n. lectio.

8 « Al. *quae eis* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 324.

9 « Cod. Vind. *duodecimo* » Ballerin. l.c.

10 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. 1, col. 1171.

11 « Ed. ant. *dilectio tua non ignorat quam*, etc. Ballerin. loc. cit. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 324.

12 « Al. *sacrorum* ». Ballerin. l. c.

13 « Vet. edit. *litterarum gressionis* ». Ballerin. l. c. Perperam.

14 « Al. *qui.... concupiscunt* ». Ballerin. et Cacciar. ll cc.

15 « Al. *suffecerit* vel *sufficeret* ». Baller. l. c.

16 « Al. *nullus* ». Ballerin. l. c.

Digna Pontifice constantia.

adiuvari, ut his quae postulat, calcata Patrum constitutione, consentiam. Rescribens itaque ad epistolas tuas, pro ea, qua diligo affectione, te moneo, ut maior apud te sit universalis Ecclesiae status saluberrima olim et vera ordinatione munitus, quam ut [1] in cuiusquam gratiam ea [2] a me velis postulare, quae sine reatu utriusque nostrum nec mihi concedere, nec tibi liceat obtinere.

Iulianum monet, ut nihil illicitum amplius audeat postulare.

Dat. XI kalend. Iunias, Herculano viro clarissimo consule.

Dat. die 22 Maii, ao. 452.

EPISTOLA LXIX [3].

Theodoro Foroiuliensi nonnulla de gratia reconciliationis obiecta diluit, ac praesentes litteras metropolitae communicandas iubet.

Leo Episcopus [4] Theodoro Foroiuliensi [5] Episcopo [6].

Metropolitae ab episcopis sunt consulendi.

CAP. I. Sollicitudinis quidem tuae hic [7] ordo esse debuerat, ut cum metropolitano tuo primitus de eo [8], quod quaerendum esse videbatur, conferres: ac si id, quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse nesciret [9], instrui vos pariter posceretis [10]; quia in causis, quae ad generalem observantiam pertinent omnium Domini sacerdotum [11], nihil sine primatibus [12] oportet inquiri. Sed, ut quoquomodo [13] instruatur ambiguitas consulentis, quid de poenitentium statu ecclesiastica habeat regula, non tacebo.

Peccati duplex reparatio.

CAP. II. Multiplex [14] misericordia Dei ita lapsibus subvenit humanis, ut non solum per baptismi gratiam, sed etiam per poenitentiae medicinam spes vitae reparetur aeternae, ut [15] qui regenerationis dona [16] violassent, proprio se iudicio condemnantes ad remissionem criminum pervenirent: sic divinae bonitatis [17] praesidiis ordinatis, ut indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequeat obtineri [18]. Mediator enim Dei et hominum homo [19] Christus Iesus hanc praepositis Ecclesiae tradidit potestatem, ut et confitentibus actionem poenitentiae [20] darent, et eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Cui utique operi incessabiliter [21] ipse Salvator intervenit, nec unquam ab his abest, quae ministris suis exequenda commisit, dicens [22]: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sae-*

Reconciliationes sacramentum a Christo Ecclesiae praepositis commissum.

Quibus ipse perpetuo adest.

1 « Cod. Ratisp. omitt. *ut*, et paulo post *a me* ». Ballerin. l. c. Perperam, ut videtur.

2 Cacciar. pag. 325 delet *ea*.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1173.

4 « Al. add. *dilectissimo fratri* ». Ballerin. loc. cit.

5 « Al. add. *Gallo* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. add. *salutem* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. *is* vel *ista* ». Baller. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 327.

8 « Al. omittit *de eo*; al. *de hoc* ». Ballerin. loc. cit.

9 « Al. delent *etiam*; al. *etiam ipse diceret se nescire* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

10 « Al. *posceritis* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. omitt. *omnium Domini sacerdotum* ». Ballerin. l. c. Perperam ad contextum.

12 « Al. *sine primate suo* ». Ballerin. l. c.

13 « Quidam codd. *Sed quomodo* ». Ballerin. col. 1174. Male, ut videtur.

14 Can. *Multiplex* 49 *De poenit.* Diss. I.

15 « Al. *et* ». Ballerin. l. c.

16 « Al. *donum* ». Ballerin. l. c.

17 Al. *voluntatis* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 328.

18 « Vat. 1341 *indulgentiam.... nequibunt obtinere* » Cacciar. l. c.

19 Cacc. l. c. cum Vat. mss. addit *Dominus*.

20 Cacciar. cum Vat. *sanctionem*. Forte mel.

21 « Al. *incessanter* ». Ballerin. l. c.

22 Al. *quibus ait* vel *quibus dicit* ». Cacciar. loc. cit.

culi [1]; ut si quid [2] per servitutem nostram bono ordine et gratulando [3] impletur effectu, non ambigamus per Spiritum Sanctum [4] fuisse donatum.

Iustificationem, quam quis morte praereptus non obtinet, exutus carne non consequitur.

CAP. III. Si autem aliquis eorum, pro quibus Domino supplicamus, quocumque interceptus obstaculo, a munere indulgentiae praesentis exciderit [5], et prinsquam ad constituta remedia perveniat [6], temporalem vitam humana conditione finierit; quod manens in corpore non recepit [7], consequi exutus carne non poterit. Nec necesse est [8], nos eorum qui sic obierint, merita actusque discutere; cum Dominus Deus noster, cuius iudicia nequeunt comprehendi, quod sacerdotale ministerium implere [9] non potuit [10], suae iustitiae reservaverit: ita potestatem suam timeri volens, ut hic terror [11] omnibus prosit, et quod quibusdam tepidis aut negligentibus accidit, nemo non metuat. Multum enim utile ac necessarium est, ut peccatorum reatus ante ultimam diem sacerdotali supplicatione solvatur.

Igitur peccati reatus ante obitum est solvendus.

Poenitentiae praesidium in extremis implorantis non denegandum.

CAP. IV. His autem qui in tempore necessitatis, et in periculi urgentis instantia, praesidium poenitentiae, et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda: quia misericordiae Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniae moras vera [12] conversio, dicente Spiritu Dei per Prophetam: *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris* [13]. Et alibi: *Dic tu iniquitates tuas prior, ut iustificeris* [14]. Et iterum: *Quia apud Dominum misericordia est, et copiosa apud eum redemptio* [15]. In dispensandis itaque Dei donis non debemus esse difficiles, nec accusantium se lacrymas gemitusque negligere, cum ipsam poenitendi affectionem [16] ex Dei credamus inspiratione conceptam, dicente Apostolo: *Ne forte det illis Deus poenitentiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad* [17] *ipsius voluntatem* [18].

Divina misericordia nec mensura, nec tempore definitur.

Itaque in donis Dei dispertiendis difficiles esse non licet.

Poenitendi enim affectio ex Deo est.

Ad Deum conversio de die in diem non protrahenda.

CAP. V. Unde oportet unumquemque christianum [19] conscientiae suae habere iudicium, ne converti ad Deum de die in diem differat, nec satisfactionis sibi tempus in fine vitae suae constituat: quia periculose hac se conditione fragilitas et ignorantia humana concludit, ut ad paucarum horarum [20] se reservet incertum: et cum possit pleniore satisfactione indulgentiam promereri, illius temporis angustias eligat, quo [21] vix inveniat [22] spatium vel confessio poenitentis, vel reconciliatio sacerdotis. Verum, ut dixi [23], etiam talium necessitati ita auxiliandum est, ut et actio illis poenitentiae, et communionis gratia, si eam, etiam amisso vocis officio,

Quam periculosa id fiat.

Quid agendum cum his, qui voce vel sensibus destituti peccata sua confiteri nequeunt.

1 Matth. XXVIII, 20.

2 « Vat. 1341 *si quis* ». Cacciar. l. c. Amanuens. mendo.

3 « Al. *grato* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

4 « Duo cod. add. *nobis* ». Cacciar. l. c.

5 « Al. *excesserit* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. *perveniret* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

7 « Al. *non receperit* ». Ballerin. l. c.

8 « Tres codd. addunt *ergo* ». Cacciar. l. c. Perperam, ut videtur.

9 « Al. *sacerdotali ministerio impleri* ». Ballerin. col. 1175 et Cacciar. l. c.

10 « Al. *non sinit* vel *non scirit* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Male *non scirit*.

11 « Al. male *error* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc.

12 « Al. omitt. *vera* ». Ballerin. l. c.

13 Is. XXX, 15, sec. LXX. Vulg. vero legit: *Si revertamini, et quiescatis, salvi eritis.*

14 Is. XLIII, 26, sec. LXX. Vulg. habet: *Narra si quid habes, ut iustificeris.*

15 Ps. CXXIX. 7. Apud Vulg. expung. *est*.

16 « Al. *poenitentiae affectionem*; al. *ipsam poenitentiam* ». Baller. l. c. et Cacciar. p. 329.

17 « Al. *in* » Ballerin. l. c. Contra Vulg. fidem.

18 II Tim. II, 25, ubi legit. *Ne quando Deus det illi poenitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant.*

19 « Al. delent. ». *christianum* ». Baller. l. c.

20 « Al. add. *spatium* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Recte quidem.

21 « Al. *in quo* ». Ballerin. l. c.

22 « Vat. 1345 *invenitur* ». Cacciar. l. c.

23 « Al. *Ita ergo* ». Baller. l. c. Forte mel. n. l.

per indicia integri sensus postulant, non negetur [1]. At si aliqua vi aegritudinis [2] ita fuerint aggravati, ut quod paullo ante poscebant, sub praesentia sacerdotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebunt, ut simul et poenitentiae, et reconciliationis beneficium consequantur: servata tamen regula canonum paternorum [3] circa eorum personas, qui in Deum a fide [4] discedendo peccarunt.

Mandat, ut Theod. hasce litteras Metropolitae significet.

Cap. VI. Haec autem, frater [5], quae ad interrogationem dilectionis tuae ideo respondi, ne aliquid contrarium sub ignorantiae excusatione gereretur [6], in metropolitani tui notitiam facies pervenire: ut si qui forte sunt fratrum, qui de his antea putaverint ambigendum, per ipsum de omnibus, quae ad te scripta sunt, instruantur [7].

Dat. III idus [8] Iunii, Herculano viro clarissimo.

Dat. die 11 Iunii, an. 452.

EPISTOLA LXX [9].

De monachorum Eutycheti adhaerentium pertinacia dolorem suum Iuliano aperit; S. Athanasii epistolam ad haereticos refellendos a se missam memorat, ac Ierosolymitanae Ecclesiae vices deplorat.

Leo Papa Iuliano Episcopo.

Cap. I. Gravia sunt, et non parvo moerore lugenda, quae falsorum monachorum turbas fraternitas tua perpetrare significat, Eutyche impio per deceptorum furorem bellum evangelicis et apostolicis praedicationibus inferente, retorquendo in ipsius et sociorum eius exitium [10]. Quod ideo differtur per patientiam Dei, ut inimicis crucis Christi, quantum diabolo famulentur, appareat: dum haeretica pravitas antiquum velamen suae simulationis excedens, intra limites hypocrisis suae continere se amplius non potest, totumque, quod diu texerat, virus effudit, non solum stilo in discipulos veritatis, sed etiam manu saeviens, ut consensum aut simplicitatis indoctae, aut trepidae fidei violenter extorqueat. Sed non ita debent filii lucis filios metuere tenebrarum, ut sani furentibus acquiescant, aut aestiment huiusmodi hominibus aliquid praestandum esse reverentiae: qui si perire malunt, quam resipiscere, prospiciendum est ne impunitate sua latius noceant, et in multorum perniciem, dum diu tolerantur, insurgant.

Eutychianorum scelera graviter dolet.

Eorum exitium per Dei patientiam dilatum.

Interim prospiciendum, ne impunitate sua latius noceant.

Cap. II. Non ignoro, quid charitatis et gratiae filiis nostris sanctis et veris monachis debeatur, qui professionis suae modestiam non relinquunt, et quod proposito voverunt, moribus exequuntur. Superbi autem et inquieti, qui sacerdotum contemptu et iniuriis gloriantur, non servi Christi, sed Antichristi milites sunt habendi; maximeque in suis sunt praepositis humiliandi, qui imperitam multitudinem ad defensionem suae perversitatis instigant. Unde cum clementissimus Princeps toto religiosi cordis affectu catholicam diligat fidem, et mul-

Veris monachis gratia debetur, et charitas,

At falsi veluti Antichristi milites sunt habendi

1 Vet. edit. *ut nec actio illis poenitentiae nec communionis gratia denegetur, si cum, etiam amisso ab eis vocis officio, per indicium integri sensus quaerere comprobentur.*

2 Cacciar. cum al. *aliqua aegritudine.*

3 « Al. omitt. *paternorum* ». Ballerin. col. 1176 et Cacciar. l. c.

4 « Al. *dominica fide* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

5 « Al. *frater charissime* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. *generetur* ». Ballerin. loc. cit. Forte mendo typograph.

7 « Al. *innotescant* ». Ballerin. l. c. Perperam ad sens.

8 Cacciar. pag. 330 *IV Idus*; al. *III Kal.* Iunii. Jaff. op. c. nobis favet.

9 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1177.

10 Hic contra Baller. textum perspicuitatis gratia punctum appingimus.

tum, sicut ubique percrebuit, rebellium haereticorum hac offendatur audacia; agendum est apud ipsius clementiam, ut incentores harum seditionum ab insanis congregationibus separentur: nec tantum Eutyches et Dioscorus, sed etiam quicumque studiosius furiosam adiuvant pravitatem in his constituantur locis, in quibus nullum cum suis sociis blasphemiarum possint habere commercium: forte enim aliquorum simplicitas hac medendi ratione curabitur, et ad incolumitatem mentium facilius revocabuntur, si liberiores fuerint ab instigationibus pestilentium magistrorum.

Per imperatorem seditionum incentores removendi.

Cap. III. Ne autem ad confirmandos piorum animos, vel ad haereticos confutandos necessaria aut deesset, aut lateret instructio, misi epistolam sanctae memoriae Athanasii episcopi ad Epictetum episcopum datam [1], cuius testimoniis sanctae memoriae Cyrillus usus est in Ephesina Synodo contra Nestorium, quia incarnationem Verbi tam lucide ac diligenter adstruxit, ut Nestorium et Eutychen in illius iam temporis haereticis debellarit [2]. Audeant hunc tantae auctoritatis virum Eutychis et Dioscori sectatores aut imperitiae, aut pravitatis arguere, qui praedicationem nostram a doctrina atque intelligentia Patrum iactitant deviare. Prodesse autem debet confirmandis sensibus omnium Domini sacerdotum, quod haeretici olim in auctoribus suis proscripti atque damnati, apertius iam coeperunt dogma suae impietatis adstruere, ne latente intra silentium sensu dubitabile videretur, an vere in ipsis et triplex Apollinaris error [3], et insana Manicheorum opinio pullularet. Qui cum iam non se occulere studeant, sed contra Christi ecclesias audacter insurgant; nonne prospiciendum est, quatenus eis vires omnium conatuum subtrahantur, servato, ut dixi, eo districtionis moderamine, ut a quietioribus inconvertibiles dividantur, *corrumpunt enim mores bonos colloquia mala*; et castigato pestilente sapiens astutior erit, ut, quolibet modo dissipata societate reproborum, aliqua diabolo vasa rapiantur. Non enim ita quorumdam conviciis et vaniloquiis debemus offendi, ut nullam curam ipsorum correctionis habeamus.

S. Athanasii epistolam haereticis obiiciendam se misisse innuit.

Hac et S. Cyrillus contra Nestorium usus.

Leonis cum SS. PP. in doctrina consensio.

Eutychiani Manichaeorum et Apollinaris errores innovant.

Inconvertibiles haeretici a quietioribus separandi.

Cap. IV. Episcopus vero Iuvenalis, cuius iniuriae sunt dolendae, nimis temere se haereticorum blasphemiis copularat, et dum Eutychem Dioscorumque amplectitur, multos imperitos suo in praeceps egit exemplo, licet postea se consilio saniore correxerit. Hi tamen, qui avidius impietatis virus hauserunt, facti sunt eius adversarii, cuius fuerant ante discipuli, ut sua ipse nutrimenta pateretur: qui ut eamdem emendationem, quam ille elegit, imitentur, optandum est, si vel ipsa sanctorum locorum, circa quae habitant, testificatione resipiscant. Qualis autem sit, qui in locum episcopi viventis obrepsit, ex ipsa qualitate facti non potest dubitari; nec ambigendum est eum esse perversum, quem impugnatores fidei dilexerunt. Interim fraternitas tua curam piae sollicitudinis continuare dignetur, ut frequentioribus scriptis, quo res proficiant, scire me facias.

Gravissima damna ex pravo Iuvenalis exemplo.

Huius resipiscentia ab ipso depravatos non corrigit.

Sedem Ierosolymitanam perversus episcopus invadit.

Leo frequentiores litteras expectat.

Data vii kal. Decembris, Herculano consule.

Dat. die 25 Novembris, an. 452.

1 Huius epistolae fragmentum reperies subiectum epistolae eiusdem S. Leonis ad Leonem Stagyrum, quam inferius dabimus num. cxxi.

2 Cacciar. *Oppidi Sancti Leonis* part. ii, pagina 332, mendo certe typographico *debellavit*.

3 Triplicem Apollinistarum errorem S. Leo innuit et in epistola xxxv, cap. v, pag. 61.

EPISTOLA LXXI [1].

Marcianum obsecrat, ut ea, qua semper est usus erga fidem sollicitudine, Anatolii perversa gesta coerceat, ac Iulianum Sedis Apostolicae vice fungentem benevolentiae affectu prosequatur.

Leo Episcopus Marciano Augusto.

Christiana fides imperatoris praesidio in integrum revocata.

Cap. I. Quam excellenti pietate, et quam glorioso clementiae vestrae studio in integrum nuper fides christiana revocata sit, totus mundus agnoscit, et salutis suae singulare praesidium per vos a Domino esse reparatum. Ac [2] si quid adversum tanti operis consummationem de contrario spiritu sentitur oboriri, necesse est ut ad vestrae revocetur pietatis auxilium, quod ad custodiam catholicae veritatis divina providentia praeparavit: ut cum potestatis vestrae sit scandala etiam in longiuquo [3] nata resecare, multo magis ea quae sub vestris audent oculis surgere, non sinatis accrescere. Anatolii episcopi ordinationem, sicut scientia Dei testis est, suspectam (quod fatendum est) mihi fecerunt consecrationis eius auctores, nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum: secutumque est, ut cum communionem apostolicae sedis expeteret, diu dandis ad eum pacis epistolis abstinerem [4]. Sed cum illi pietatis vestrae testimonium suffragaretur, et de fide [5] atque unanimitate eius optanda quaeque et placitura promitteret, professionem eius ita credidi esse sinceram, ut tamen, qua observantia se agere deberet, non desinerem commonere, sedulo ipsi ac diligenter inculcans, ut de persecutoribus beatae memoriae Flaviani neminem auderet in suo habere consortio, et Eutychis [6] haeretici sectatores tamquam inimicos Christi veraciter perhorreret. Quod a Deo obedienter visus est accepisse, ut Andream diaconum eutychianae haereseos defensorem a se indicaret esse deiectum. Secutumque est ut de his, quae pro catholica fide in synodali concilio fuerant definita, talia ad me scripserit, qualia catholicum sacerdotem scribere congruebat.

S. Leo ob suspectam Anatolii ordinationem ab eius communione abstinuit.

Donec ipsius suam fidem luculenter probaret.

Anatolius Andream dyaconum Eutychis asseclam e suo officio deiecit.

Cap. II. Cum ergo ad commendanda ipsius primordia ista praecesserint, nescio [7] quid caussae aut occasionis emerserit [8], ut virum catholicae fidei, et Nestorianis atque Eutychianis haereticis constanter etiam adversum, archidiaconum [9] sub honoris specie degradaret, et dispensationem totius causae et curae ecclesiasticae in Andream Eutychianistam repente transferret; adeo nimia commotione turbatus, ut consacrationem, quam pro iniuria dabat sexta sabbati, traditionis apostolicae aut nescius aut oblitus inferret: quasi non ad episcopum magis, quam ad presbyterum ordinationis illius vitium pertineret: qui non inveniens quod argueret

Aetii mox catholici archidiaconatum in istum transfert.

Aetium vero sub honoris specie longe ablegat.

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1185.

2 « Al. *At si quid* ». Ballerin. l. c. F. melius.

3 « Edit. ante Quesnell. *in longinquum* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 333. Perperam.

4 « Vet. edit. *ut dum communione Apostolicae Sedis existeret alienus, diu dandis ad eum epistolis pacis me* (al. *meae*) *abstinerem* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Ad rem concinnius videtur n. l.

5 Cacciar. l. c. cum vet. edit. *cum de fide*. Sane mel. n. l.

6 « Omnes editiones ac mss. lineas aliquot omittunt, transilientes a voce *Eutychis* ad seq. vocem *Eutychianae*: quo salin senteotia corrumpitur, etc. ». Ballerin. l. c. Et reipsa etiam Cacciar. l. c. pag. 334 sic legit: *et Eutychianae haereseos defensorem a se indicaret esse deiectum:* ac deio notat ibidem, Grimanum codicem transiliisse ad vocem *Eutychianis*, quae in seq. capite occurrit.

7 Al. omittunt *nescio*; al. habent *miror* ». Ballerin. col. 1186. Rectius ad context. n. l.

8 Cacciar. l. c. cum aliis *emersit*.

9 « Al., mutata interpunctione, *constanter adversum, etiam archidiaconum* ». Ballerin. l. c. Forte melius. Hunc autem archidiaconum e subsequenti ep. dubitari nequit quemdam fuisse Aetium tunc temporis Constantinopoli degentem.

in fide, quod improbaret in moribus, deiectionem innocentis per speciem provectionis implevit, addens in sententia [1] illud iniuriae, ut, eum coemeterio deputando [2], quodam damnaret [3] exilio. Quem [4] tamen pietati vestrae commendare praesumo ne ullis ulterius noxiis ingravari possit insidiis, quem Dominus, ut comperi, sub vestra defensione constituit.

Leo Marcianum rogat, ut Anatolium increpet:

Cap. III. Adiicio autem etiam hanc obsecrationem, ut praedictum episcopum a professione sua dissonum, et nimium [5] testimonii vestri ac favoris oblitum necessarie increpare dignemini. Cesset catholicos insectari [6], cesset eos, qui sanctae memoriae Flaviano placuere, conterere, et eorum societatem, quos improbavit, eligere. Fraternam enim illi charitatem non aliter poterimus impendere, quam ut se inimicos [7] catholicae fidei approbet execrari, eiusque a se consortium, quem merito abiecit, abscindat [8]. Qui etiam si magna fuisset satisfactione purgatus, post dubium tamen reversus errorem catholicis diaconis postponi debuit, non praeponi. Illud quoque clementiae vestrae benevolentiam peto, ut veneratorem vestrum fratrem meum Iulianum episcopum, in vestro, sicut facere dignamini, habeatis affectu, cuius obsequiis praesentiae meae vobis imago reddatur. Nam et de fidei eius sinceritate confidens vicem ipsi meam contra temporis nostri haereticos delegavi; atque propter ecclesiarum pacisque custodiam, ut a comitatu vestro non abesset, exegi. Cuius suggestiones pro concordia catholicae unitatis tamquam meas audire dignemini, placentes Deo, qui vobis praeter regiam coronam etiam sacerdotalem conferat palmam.

Ac Iuliano Sedis Apostolicae legato enixe faveat.

Data sexto [9] idus Martii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 10 Martii, ao. 453.

EPISTOLA LXXII [10].

Pulcheriae pietatem contra scandala Constantinopoli nuper exorta denuo excitans de Anatolio gravissime conqueritur, eamque obtestatur, ut hunc auctoritatis suae praesidio in meliorem mentem revocet, ac Iulianum gratia foveat.

Leo Episcopus Pulcheriae Augustae.

Pulcheriae pietatem urget.

Cap. I. Multis extantibus documentis, quibus in dilectione [11] Ecclesiae Dei pietatis vestrae manifestatur affectio, merito quoties aliquid nascitur scandalorum, vestrum desideratur auxilium: ut fides [12] quae, annitentibus vobis, contra haereticorum commenta defensa est, securae pacis perpetem obtineat firmitatem. Nam quid prodest foris adversarios veritatis oppressos, si eosdem habeamus intra dominica septa redivivos? Quod itaque circa personam filii mei Aetii gestum esse cognovi, nimium me anxium facit, et metuere certa ratione compellit, ne poenitendum

Cavendum ne intra Eccles. veritatis adversarii reviviscant.

Ob Aetii remotionem de Anatolio vehementissime dolet.

1 « Vet. edit. *sententiae* ». Ballerin. l. c.

2 « Cod. Grim *deputandum* ». Ballerin. l. c. Rectius, ut videtur, n. l.

3 « Al. pro *quodam damnaret*, habent *condemnaret* ». Ballerin. l. c.

4 Cacciar. l. c. mendo, ut videtur, typographico *quam*.

5 Cacciar. l. c. cum Quesnell. *nimis*

6 « Sichard. *infestare* ». Ballerin col. 1187.

7 Cacciar. eum edit. *ab inimicis*. Mel. ad sens., opinor, n. l.

8 Vet. edit. *eorumque a se consortium, atque commercium abscindat*. Ballerin. l. c. Cacciar. pag. 335 pro *abscindat* mendo, ut videtur, typographico legit *abscedat*.

9 « In margine editorum *V Idus* ». Ballerin. loc. cit. Jaffé op. c. nobiscum cohaeret.

10 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1188.

11 « Al. *in dilectionem* ». Ballerin. l. c. Cacciar. pag. 335.

12 « Cod. Grim. *et fides* ». Cacciar. l. c.

Huius consecrationem factam ab haereticis satam habuit.

mihi sit, quod de episcopo Constantinopolitano, qui ab impugnatoribus fidei fuerat ordinatus, vobis adhortantibus acquievi meliora sentire, cum tanto pietatis vestrae testimonio iuvaretur, ne illum gravaret suae ordinationis infirmitas, ubi vestra interventio praestaretur. Unde gratulari coeperam, quod beati Flaviani honorare [1] memoriam, et haereticorum conatibus obsistere diceretur. Sed doleo illum, sicut praedicti lacrymabilis querela demonstrat, in deteriora mutatum, et cum nunc constituisse archidiaconum, quem ipse professus est a se esse reiectum, qui eutychianae haereseos se apud nos prodiderat defensorem. Quem quia nunc ecclesiasticis negotiis praeposuit, propter haereticam perversitatem eidem favorem suum praestare convincitur: qui etiamsi magna satisfactione potuisset indulgentiam promereri, nequaquam debuit his, qui in fide permanserant, anteferri.

Anatolius nuper Andream vetust Eutychianum a se reiectum, modo Archidiac. constituit.

Quivis ad fidem reversus constantibus viris numquam est praeferendus.

Pulcheriam exorat, ut Anatolium ad meliora consilia trahat.

Cap. II. Unde quia non latet clementiam vestram quantum periculi aut per pudendam socordiam, aut per dolosam nequitiam nutriatur, dignamini episcopum ad professionem suae fidei auctoritate vestrae clementiae revocare. Non [2] sibi has maculas superducat, nec [3] existimationem suam, quam vestro acquisivit favore, contemnat: societatem haeretici, quem dudum a se removit, abscindat, et persequi eum, quem gratiorem debuit habere, desistat. Cuius innocentiae vos ita affuisse gaudio, ut moerori eius digna consolatione vestra pietas subveniret. Circa fratrem meum, veneratorem vestrum Iulianum episcopum, quantum debeat crescere vestra dignatio, apostolicae Sedis aestimate iudicio: cum in causa fidei, cui gloria vestra famulatur, vicem ipsi meam eatenus delegarim, ut ab ea, quae vobis debetur, observantia non recedens, pietati me vestrae praesentare non desinat: exequens in custodia fidei, et in ecclesiasticis disciplinis per omnia sollicitudinem meam [4], et opportunis suggestionibus, quod universali Ecclesiae prosit, insinuans, ut in ipso nec catholicis vestrum praesidium, quibus volumus subveniri [5], nec meum vobis desit obsequium.

Ac Iulianum singulari afficiat benevolentia.

Data sexto idus Martii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 10 Martii, an. 453.

EPISTOLA LXXIII [6].

Iuliano de ipsius erga se benevolentia gratias agens, eidem Constantinopolitanam Ecclesiam ab Anatolio turbatam valde commendat; monachorum autem tumultum aliaque plura sciscitatus, synodi Chalcedonensis acta in latinum sermonem vertenda praecipit.

Leo episcopus Romae Iuliano episcopo Coensi.

Iuliano de charitatis erga se affectu gratias reddit.

Cap. I. Agnovi in dilectionis tuae litteris fraternae charitatis affectum: quod de malis [7], quae multa et saeva pertulimus, pio nobiscum dolore compateris. Sed utinam haec, quae nos perpeti Dominus aut permisit, aut voluit, ad correctionem proficiant servatorum [8], et ut

1 « Al. *honoraret* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 330.

2 « Al. *Ne sibi* ». Ballerin. col. 1184 et Cacciar. l. c.

3 « Al. *ne* ». Ballerin. l. c.

4 « Vulg. cum aliq. mss. delent *meam* ». Ballerin. l. c.

5 « Al. *subvenire* » Ballerin. l. c.

6 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. 1, col. 1189.

7 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 333 cum plur. mss. *de multis malis*.

8 « Al. *multorum* ». Ballerin. col. 1190 et Cacciar. l. c.

desinant adversitates, finiantur offensae. Quod utrumque de magna erit misericordia Dei, si et flagella removeat, et ad se suorum corda convertat. Sicut autem fraternitatem tuam, ea, quae apud nos desaeviit [1], contristavit hostilitas, ita me anxium facit, quod in Constantinopolitana Ecclesia, quantum tuae indicant litterae, haereticorum insidiae non quiescunt; et, exquisitis [2] occasionibus, hi, qui catholicae fidei defensores fuere, vexantur. Nam dum Aetius ab officio archidiaconatus per speciem provectionis amovetur, et in locum eius Andreas, qui ob haereticorum societatem fuerat abiectus, assumitur; dum beatae memoriae Flaviani accusatoribus honor redditur, et piissimi confessoris participes aut discipuli consternuntur [3], nimis aperte quid episcopo Ecclesiae ipsius placeat, demonstratur. In quem pro caussae merito differo commoveri; et quid ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurum cum filius noster Aetius indicavit, expecto: dans locum voluntariae emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari. Clementissimo tamen Principi et piissimae Augustae de his, quae ad custodiam pacis ecclesiasticae pertinent, scripsi: quos devotione suae fidei provisuros esse non dubito, ne contra gloriam operis ipsorum damnata haeresis valeat [4] pullulare.

Est divinae misericordiae et flagella removere, ac suorum corda ad se convertere.

De Ecclesia Constantinopolitana gravissime angitur.

Andreae Eutychianistae in Aetii locum provectio Anatolii animum prodit.

Cur in hunc S. Leo commoveri differat.

In principum erga Eccles. sollicitudine plurimum confidit.

CAP. II. Studeat ergo dilectio tua, frater carissime, piam et necessariam curam sollicitudini apostolicae sedis impendere, quae tibi apud se nutrito catholicam contra Nestorianos et Eutychianos haereticos actionem materno iure commendat, ut divino fultus auxilio speculari de Constantinopolitanae urbis opportunitate non desinas, ne [5] praedictorum dogmatum impius usquam turbo consurgat. Et quia tanta est gloriosorum Principum fides [6], ut confidenter eis possis quae sunt insinuanda suggerere, pietate ipsorum ad utilitatem Ecclesiae universalis utaris. Consulente autem dilectione tua [7] de his, in quibus putaveris ambigendum, non deerit relationibus tuis meae responsionis instructio: ut [8] sequestrata earum actione causarum, quae in quibusque Ecclesiis praesulum suorum debent cognitione firmari, hanc specialem curam vice mea functus assumas, ne haeresis vel Nestoriana, vel Eutychiana in aliqua parte reviviscat; quia in episcopo Constantinopolitano catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanae, aut pro sua est aestimatione sollicitus: cum si quid illi inesset spiritualis industriae, ita et a quibus ordinatus sit, et cui viro successerit cogitare deberet, ut magis beatum Flavianum, quam sui honoris sequeretur auctores. Et ideo cum piissimi Principes secundum obsecrationem meam [9] dignati fuerint fratrem Anatolium de his, quae merito in querelam veniunt, increpare, iungat charitas tua diligentiam suam [10], ut universa scandala, adhibita plena corre-

Constantinopolitanam Ecclesiam Iuliano vehementer commendat.

Pravam Anatolii negligentiam carpit.

Idem a principibus, instante Leone, increpatur.

1 « Al. *fuit* ». Baller. l. c. Melius quidem n. 1.

2 « Al. *quaesitis*; Vat. 1340 *quae suis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

3 « Vet. edit. cum plerisq. mss. *conteruntur* ». Ballerin. l. c. Ad rem forte melius.

4 « Al. *queat* ». Ballerin. l. c.

5 « Edit. vet. *ut.... nunquam* ». Baller. l. c.

6 « Al. *clementia* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 338.

7 Cacciar. l. c. cum al. *Consulenti autem dilectioni tuae*. Perperam, ut videtur.

8 Codd. Vat. cum edit. vet. legunt: *ut sequestrata eorum actione, causae, quae in quibuscumque ecclesiis praesulum suorum debent cognitione firmari, hac speciali cura vice mea functus utaris, ne haeresis*, etc.

9 « Al. *observationes meas* ». Baller. col. 1191. Hae referri videntur ad epistolas Marciano et Pulcheriae contra Anatolii ambitionem datas sup. num. LXV, LXVI pag. 93, 96 ».

10 « Male vulg. *videat* vel *vigeat charitus tua diligentia sua* ». Ballerin. l. c.

ctione, resecentur, et a filii nostri Aetii cesset iniuriis. Nam apud catholicum episcopum etiamsi [1] erat quod quacumque de causa succensendum archidiacono videretur, propter fidei reverentiam debuit praetermitti, potius quam locum catholici nequissimus haereticus obtineret. Cum itaque quae sequantur agnovero, tunc manifestius quid agi oporteat, aestimabo. Nam interim dolore cohibito, malui [2] indulgere patientiae, ut locus esset veniae.

Nonnulla ob fidei reverentiam in Ecclesiae ministris sunt toleranda.

Cap. III. De Palaestinis vero monachis, qui iampridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo adhuc animo moveantur, ignoro. Neque cuiusquam sermone mihi patefactum est, quas causas videantur antefatae praeferre discordiae: utrum scilicet Eutychianae perversitati tali furore famulentur; an implacabiliter doleant episcopum suum in hanc impietatem potuisse [3] traduci, quod contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab Incarnationis dominicae veritate descivent; et quod in aliis per indulgentiam curari placuit, in illo puteut non esse veniale. Unde cupio me super his plenius edoceri, ut etiam talium correctioni congrue studeatur: quia aliud est contra fidem impie armari, aliud pro fide immoderatius commoveri [4]. Chartas etiam, quas Aetius praesbyter ante indicavit esse directas, et Breviarium fidei, quo te misisse significas, necdum ad me noveris pervenisse. Unde, si expeditioris occasio [5] se praebuerit perlatoris, libenter habeo, ut si qua est quae utilis videatur, quamprimum ad me mittatur instructio. De Ægyptiis monachis quam quieti, aut cuius sint fidei, scire desidero, et de Alexandrinae Ecclesiae pace quid ad vos veris nunciis perferatur: ad cuius episcopum vel ordinatores ipsius, seu clericos, qualia scripta direxerim, missis exemplaribus scire te volui. Ad clementissimum quoque Principem, et ad religiosissimam Augustam quis nunc meus sermo sit missus, directa [6] exemplaria perdocebunt.

De monachorum Palestinae tumultu Leo studiose sciscitatur.

Nec non de Egypti monach., ac de Alexandrina Ecclesia.

Litterarum ad Marcian. et Pulcher. mittit exempla.

Cap. IV. Utrum autem epistola mea [7], quam de Incarnationis dominicae fide, incolumi adhuc sanctae memoriae Flaviano, ad dilectionem tuam per Basilium diaconum miseram, fraternitati tuae tradita sit, scire desidero: quoniam suspectum habeo, quod de eius textu nullum unquam indicium reddidisti. Gestorum synodalium, quae omnibus diebus concilii in Chalcedonensi civitate confecta sunt, parum clara propter linguae diversitatem apud nos habetur instructio. Et ideo fraternitati tuae specialiter iniungo, ut in unum codicem universa facias congregari, in latinum scilicet sermonem absolutissima interpretatione translata: ut in nulla parte actionum dubitare possimus, neque ullo modo esse possit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam te fuerit studente perductum.

Timet, ne ipsi transmissam epistol. ad Flavian. exemplar fuerit traditum.

Mandat ut synodus Chalcedonensis latine reddatur.

Dat. quinto idus Martii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 11 Martii, an. 453.

1 « Codd. Vat. cum vet. edit. legunt: *etiamsi erat utcumque decus sacerdotale, sacerdoti archidiaconus propter fidei reverentiam debuit praemitti, potius quam*, etc. ». Cacciar. l. c. Perperam ad orat. contextum.

2 « Cod. Sichard. *malim* ». Ballerin. l. c. Recte ad sens. n. l.

3 « Vulg. edit. et mss. plerisq. *posse* » Baller. col. 1192. Sane perperam.

4 « Vet. edit. cum nonnull. mss. *aliud in errore quempiam detineri* ». Baller. l. c. et Cacc. pag. 339. Ad orat. context. sane perperam.

5 « Ant. edit. cum plerisq. mss. *expeditior occasio* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

6 « Al. *missa exemplaria* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Male.

7 Innuitur epistola, quam sup. num. XIX dedimus, pag. 41.

EPISTOLA LXXIV[1].

De eximia Marciani fide gratulatus ambitiosam Anatolii fraudem in litteris suis occultandis detegit, atque Chalcedonensis synodi confirmationem universis Ecclesiis denunciandam committit: postremo Iuliani officium sigillatim declarat.

Leo episcopus Marciano Augusto.

Cap. I. Multa mihi in omnibus clementiae vestrae litteris causa gaudendi[2] est, dum ex magna divinae providentiae misericordia praestitum[3] humanis rebus experior[4], quod ecclesiasticam pacem, quae non nisi unitate praedicationis evangelicae custoditur, piissimo studio iuvare dignamini: ut fidei[5] vestrae gloria non solum utilitate reipublicae, sed etiam religionis profectibus augeatur, gloriosissime Auguste[6]. Unde ineffabiliter Deo gratias ago, qui[7] eo tempore, quo oboritura[8] haereticorum scandala praesciebat, vos in imperii fastigio collocavit: in quibus ad totius mundi salutem et regia potentia, et sacerdotalis vigeret industria. Nam cum vestro praecipue opere sit effectum, ut per synodale concilium, damnatis impii dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amitteret, ad eiusdem devotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus est oppressum, etiam in quibuscumque reliquiis deleatur. Quod facilius elementia vestra arbitratur[9] implendum, si per universas Ecclesias definitiones sanctae synodi Chalcedonensis Apostolicae Sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cum ei fidei[10] omnium subscribentium consensus accesserit, quae a me secundum formam apostolicae doctrinae ac paternae traditionis emissa est; et per fratrem meum Lucianum episcopum talia[11] et ad gloriam vestram, et ad Constantinopolitanum episcopum scripta direxerim[12], quae evidenter ostenderent, me ea quae de fide catholica in praedicta synodo definita fuerunt, approbare. Sed[13] quia in eisdem litteris ea, quae per occasionem synodi male sunt attentata, reprehenderam, maluit praedictus Antistes meam gratulationem tacere, quam suum ambitum publicare. Mihi autem multum fiduciae, Deo per vos operante, collatum est, quod probasse vos observantiam meam de custodia canonum paternorum, pietatis vestrae affatibus indicastis[14]. Et merito geminatur gaudium meum, cum vobis, religiosissime, placere cognosco, ut et fides Nicaena suam teneat firmitatem, et privilegia Ecclesiarum illibata permaneant.

Marciani quanta religio.

Ecclesiae pax nisi doctrinae unitate non custoditur.

Optat imperator, ut Chalcedonensis synodi per Sedem Apostolicam adprobatio cunctis innotescat.

Fidei formula per Pontificem missa ab universo concilio subscripta.

Anatolii dolus.

Nicaenae synodi decreta Marcianus vult integra servari.

Cap. II. Quamvis autem de praeclaro fidei vestrae opere nihil vestra pietas in-

Monachorum conatus ipse compescit.

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1199. « Ex graeca versione inscribitur: *Gloriosissimo et clementissimo filio Marciano Augusto Leo archiepiscopus Romae* ». Ballerin. col. 1200 et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 350.

2 Cacciar. l. c. cum mss. et edit. *gaudii*: de qua lectione vid. coniecturas Ballerinior. l. c.

3 « Vet. edit. mendose *praestitutum* ». Ballerin. c. c.

4 « Al. *extat* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Rectius ad sens. videtur n. l.

5 « Male Cod. Grim. *ut a fidei* ». Cacciar. l. c.

6 « Vet. edit. *imperator*: ex graeca versione *gloriosissime et clementissime fili et Imperator Auguste* ». Ballerin. col. 1201.

7 « Cod. Vind. *quod* ». Ballerin. l. c. Melius videtur n. l.

8 « Duo Vatt. *oboriri* ». Cacciar. pag. 351. Rectius ad sens. n. l.

9 « Vulg. ant. *arbitretur* ». Ballerin. l. c. Melius, ut opinor.

10 « Al. *eius fidei* et intr. *subscribendo* vel *subscribendum* pro *subscribentium* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

11 « Cod. Ratisp. delet *talia* ». Ballerin. l. c.

12 Vid. super. epist. LXVI et LXVIII pagg. 96, 98.

13 « Al. *et* ». Ballerin. l. c.

14 « Quesnell. contra fidem codd. *indicatis* ». Ballerin. col. 1203. Recte n. l.

dicavit; mibi tamen per veneratorem una mecum specialiter vestrum, fratrem meum Iulianum episcopum innotuisse significo, quam pio dignati fueritis responso imperitorum monachorum animos et[1] cohibere pariter et docere: ut, si illos non penitus deseruit divina miseratio[2], sentiant[3] se et didicisse quod credant, et agnovisse quod timeant. Quia vero omnibus modis obediendum est pietatis vestrae[4] religiosissimae voluntati, constitutionibus synodalibus, quae mihi de confirmatione fidei catholicae, et de haereticorum damnatione placuerunt, libens adieci sententiam meam: quae ut ad notitiam omnium sacerdotum Ecclesiarumque perveniat, vestrae clementiae praeceptio ordinare dignabitur. Adfuturam credo et spero gratiam Dei, quae tam sanctam tanti Principis curam, plenissimum desiderii sui[5] fructum faciat obtinere, ut omnibus dissentiendi occasionibus amputatis, apostolicae ubique doctrinae pax regnet et veritas. Fratri autem meo Iuliano episcopo[6] noverit vestra clementia hoc me proprie delegasse, ut quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit, meo nomine vestrae fiducialiter suggerat pietati: quoniam certus sum, vos ad haec omnia emendanda[7] vel defendenda, Deo auxiliante[8], sufficere.

Universis Ecclesiis Chalcedonensis concilii confirmatio, postulante imperatore, communicanda

Quid muneris Iuliano sit demandatum

Dat. duodecimo kalendas Aprilis[9], Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 21 Martii, an. 453.

EPISTOLA LXXV[10].

Piis Pulcheriae studiis laudatis, de compressa monachorum seditione gratulatur, eamque monet PP. Chalcedonensibus se litteras misisse, quibus concilium confirmaret: tum Anatolii dolum obiurgat, et Iulianum legatum suum Augustae commendat.

Leo episcopus Pulcheriae Augustae.

Cap. I. Quamvis nullas nunc litteras tuae pietatis acceperim, scribente tamen gloriosissimo Principe, non aliter dignatione ipsius sum gavisus, quam si mihi etiam tuae serenitatis redderentur alloquia. Unde consuetudinem debiti a me officii oportuit custodiri[11], qua me significarem clementiae vestrae salute gaudere[12], et inexcusabilibus a Deo precibus postulare, ut vos, et Romanae Reipublicae, et catholicae Ecclesiae in omni prosperitate conservet[13]. De vigore autem fidei vestrae, qua[14] indesinenter Domino sacrificium laudis offertis, quantas Deo gratias agam, enarrare non valeo: quoniam Principibus temporis nostri non solum potentiam regiam, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Indicante enim fratre meo Iuliano episcopo, pervenerunt ad nos in exemplaribus praeceptionum vestrarum saluberrimae sanctiones, quibus insanam

Pulcheriae silentium notat.

Suum erga illam obsequium.

Eius religionem summopere laudat.

Monachorum compressa seditio.

1 Cacciar. pag. 353 cum al. omitt. *et*.
2 « Al. *misericordia* ». Ballerin. col. 1204.
3 « Al. *sciant* ». Ballerin. l. c.
4 « Al. *pietati vestrae, et* ». Ballerin. l. c. Perperam, ut opinor.
5 Cacciar. l. c. delet *sui*. Male, ut videtur.
6 « Cod. Ratisp. delet *episcopo* ». Baller. l. c.
7 « Nonnulli codd. *emundanda* Ballerin. l. c.
8 « Cod. Ratisp. omitt. *Deo auxiliante* ». Ballerin. l. c.
9 « Duo Vatt. cum uno Taurin. *XVII kalend. Aprilis* ». Cacciar. l. c. Jaffè op. c. nobis assent.

10 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1205.
11 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 354 *consuetudinem me debitam meo officio oportuit custodire*; « ant. edit. *consuetudinem debitam mei officii oportuit me custodire* ». Ballerin. col. 1206. Forte mel. n. l.
12 Cacciar. l. c. cum al. *per quam significarem clementiae vestrae, absolute me gaudere*. Melius videt. n. lectio.
13 Cacciar. l. c. addit. *gloriosissima Augusta*.
14 Cacciar. l. c. cum al. *quo*. Ad sens. f. rectius.

imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere, et docendo punire: ut, si eos ad poenitentiam miseratio divina converterit, multis lacrymis, et a nefandis caedibus, et ab haereticorum blasphemiis diluantur.

Synodi Chalcedonensis per Pontificem adprobatio universis episcopis denunciata.

Cap. II. Quod vero piissimus imperator ad omnes episcopos, qui Chalcedonensi synodo interfuere, voluit me scripta [1] dirigere, quibus ea [2], quae illic de fidei regula sunt definita, firmarem, libenter implevi [3]; ne fallax cuiusquam simulatio sententiam meam haberi vellet incertam: cum per Constantinopolitanum episcopum, cui laetitiam meam largiter indicavi, in omnium potuerit notitiam pervenire quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, quam repulsam sui ambitus publicare. Fratri et coepiscopo meo Iuliano, cui sollicitudinem meam in caussa fidei delegavi, rogo ut eam fiduciam praebere dignemini, qua pietati vestrae possit, quae universali Ecclesiae sint profutura, suggerere.

Anatolii fraudem arguit.

Pulcheriae benevolentiae Iulianum committit.

Dat. duodecimo kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 21 Martii, an. 453.

EPISTOLA LXXVI [4].

Iuliani, ac imperatoris in Ecclesiam sollicitudine commendata, litteras PP. Chalcedonensibus se dedisse edocet, ac dolosam Anatolii ambitionem notans suae ad Eudociam epistolae scire cupit effectum: datae vero ad Anatolium exemplar imperatoris oculis subiiciendum, nec ne, Iuliani arbitrio committit.

Leo Iuliano episcopo.

Iuliani et imperatoris in Ecclesiam sollicitudo.

Cap. I. Quam vigilanter, quamque devote pro catholica fide fraternitas tua excubet, litterarum tuarum textus ostendit, quibus instruentibus [5] multum mea sollicitudo relevatur; accedente religiosi imperatoris religiosissima pietate, quam evidenter apparet ad universalis Ecclesiae firmamentum a Domino praeparatam: ut dum sancto studio pro fide agunt christiani Principes, fidenter pro eorum regno supplicent Domini sacerdotes. Quod ergo necessarium credidit clementissimus imperator, libenter implevi, ut ad omnes fratres, qui Chalcedonensi synodo interfuerunt, scripta dirigerem, quibus placuisse mihi, quae a sanctis fratribus nostris de regula fidei confirmata sunt, demonstrarem: propter eos scilicet, qui ad occasionem velandae perfidiae suae infirma vel dubia videri volunt statuta Concilii, quae nulla sunt consensus mei sententia roborata: cum tamen post reversionem fratrum, quos vice mea miseram, ad Constantinopolitanum episcopum epistolas dederim; ut, si eas publicare voluisset, abunde ex ipsis potuisset agnosci, quanto gaudio ea, quae de fide synodus sanxerat [6], approbarem. Sed quia in eisdem continebatur quale responsum accepisset ambitio, ignorari voluit, quod de fraternis constitutionibus sentiebam; ne simul cognosceretur quod pro inviolabili Nicaenorum canonum auctoritate rescripseram. Unde studeat dilectio tua

Litterae Chalcedonens. synodum confirmantes transmissae.

Cur Anatolius priores ipsi traditas non publicarit.

1 « Duo Vat. cum Griman *mea scripta* » Cacciar. l. c. Sane perperam.

2 « Nonnulli codd. delent *ea* ». Cacciar. l. c.

3 Innuit S. Leo litteras suas ad Synodum Calchedonen., quas vid. in vet. Bullar. Rom. num. XVII edit. nostrae tom. I, pag. 76.

4 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1207.

5 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 347 *intervenientibus*. Melius, ut videtur.

6 Cacciar. l. c. cum cod. Griman. *de fide sanxerunt*.

Cupit Leo, ut imperatoris studio Chalcedonensis concilii per Sedem Apostolicam adprobatio cunctis episcopis innotescat.

piissimum Principem crebris suggestionibus commouere, ut, adiunctis affatibus suis, ad singularum provinciarum sacerdotes deferri apostolicae Sedis scripta praecipiat; ne ulterius quisquam veritatis inimicus de silentio meo se excusare praesumat.

Singularis principum providentia monachorum audaciam compescit.

CAP. II. De edicto autem christianissimi imperatoris, quo imperita quorumdam monachorum insania quid mereretur ostendit, et de responsione piissimae Augustae, qua monasteriorum praesules increpavit, multum me gaudere significo; non ignorans hunc ipsis fervorem fidei divina inspiratione conferri, ut omnibus[1] excellentiam ipsorum non solum regii culminis, sed etiam sacerdotalis esse appareat sanctitatis, apud quos, ut fraternitati tuae familiarior esset fiducia, et nunc et antea postulavi, confidens de eorum benevolentia, quod necessariis suggestionibus non difficulter dignabuntur annuere..

Secreto Marciani obsequens mandato ad Eudociam scribit.

CAP. III. Et quia secretius mihi clementissimus imperator per filium nostrum Paulum mandare dignatus est de admonenda filia nostra clementissima Augusta Eudocia[2]; feci quod voluit, ut litteris meis quam fructuosum ipsi foret, si catholicae fidei faveret, agnosceret, et ut clementissimi Principis filii sui litteris super hoc admoneretur, obtinui: non ambigens ipsam quoque pio studio elaboraturam, ut auctores seditionum propositum suae professionis agnoscant, et si non intelligunt docentium praedicationem, saltem vindicantium timeant potestatem. Quem itaquo profectum hacc nostra cura obtineat, protinus litteris dilectionis tuae opto cognoscere, et utrum tandem rebellis imperitia conquiescat; quae si de nostra putat ambigendum esse doctrina, saltem beatae memoriae Athanasii, Theophili et Cyrilli Alexandriae sacerdotum scripta non renuat: cum quibus ita fidei nostrae forma concordat, ut in nullo a nobis discrepet, qui se illis consentire profitetur.

Huius epistolae effectum e Iuliano cognoscere desiderat.

Eamdem Athanasii et Cyrilli fidem suam esse profitetur.

Aetii redintegrationem opportunius differt

CAP. IV. Filio nostro Aetio presbytero in suo moerore compatimur: et cum in locum officii eius, is fuerit ascitus, qui reprobatione dignus fuerat iudicatus, non est dubium hanc commutationem ad catholicorum iniuriam pertinere. Sed patienter interim ista tolleranda sunt, ne mensuram moderationis[3] solitae videamur excedere: cum possit pro tempore satis esse praedicto, quod clementissimorum Principum favore munitur, quibus eum proxime litteris meis ita commendavi, ut apud religiosissimas mentes gratiam ipsius augendam esse non dubitem.

Anatolii conatus, ut Illirici episc. eius ambitioni faveant.

CAP. V. Illud etiam nosse te volumus, Anatolium episcopum post coercitionem nostram in suae praesumptionis adeo temeritate persistere, ut Illyricianos episcopos, ut sibi subscriberent, conveniret; quod nobis episcopus, qui a Thessalonicensi[4] ordinationis nuncius missus est, intimavit. Cui ideo scribere noluimus, quamvis ipse hoc peteres debere fieri, quia eum corrigi nolle perspeximus. Duas a pari ad synodum epistolas feci: unam, cui exemplaria epistolae meae ad Anatolium episcopum datae subdi feci, alteram, quae exemplaria subdita non haberet; tuo permittens arbitrio, ut quam dandam esse clementissimo Principi duxeris, hanc tradas, altera apud te retenta.

Epistolae ad synodum duo diversa exemplaria S. Leo Iuliano transmittit.

Ex his quoddam imperatori tradendum Iuliani prudentiae relinquit.

Dat. duodecimo kalendas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 21 Martii, an. 453.

1 « Cod. Ratisp. *omnem* ». Baller. col. 1208. Perperam, ut opinor.

2 Cacciar. l. c. cum al. *Eudoxia*.

3 Cacciar. pag. 348 cum al. *solidationis* perperam inquiunt Ballerin. loco citato col. 1210.

4 Hinc Euxithaei Thessalonicensis episcopi in Anastasii locum surrogati tempus ordinationis facile dignoscitur. V. Ballerin. l. c.

EPISTOLA LXXVII [1].

Iuliano rescribens eum hortatur, ut in parricidas Alexandriae monachos Marciani zelum excitet.

Leo episcopus Iuliano Coensi episcopo.

Iuliani litteris rescribit.

CAP. I. Litteras dilectionis tuae, quas per filium meum virum illustrem Esychium [2] direxisti, eo tempore accepi, quo recentioribus epistolis tuis iterata iam occasione responderam. Unde quia etiam in his alloquiis tuis eadem de impiissimis haereticis iusto dolore conquestus es, congruum fuit, quia scribendi opportunitas extitit, non tacere. In causa itaque fidei, quicquid pro nostro officio agi potuit [3] ac potest [4], iuvante Domino, et sollicite et libenter exequimur: ut Evangelio Christi irreprehensibiliter serviamus, ne per desidiam nostram ulla pars Ecclesiae catholicae neglecta videatur. Propter quod, sicut omnibus notum est, non destiti laborare, ut manifestata atque defensa Incarnationis dominicae veritate, omnis fraternitas, quid ubique secundum doctrinam apostolicam, et tenendum et docendum esset, agnosceret, accedente gloriosissimorum Principum studio divinitus inspirato, ut in civitate Chalcedonensi synodo congregata, haeretica damnaretur impietas, ne vel quisquam sectator Nestorii, vel ullus discipulus Eutychis liberum possit cum catholicis habere consortium: cum quod ad sancti Concilii auctoritatem pertinet, nulla usquam remanserit discordia. Si qui autem sua obduratione caecati, ita in reprobi sensus amentiam transierunt, ut malint furere, quam sanari, ad imperialem pertinet potestatem, ut perturbatores ecclesiasticae [5] pacis, et reipublicae, quae christianis Principibus merito gloriatur, inimici sollicitius comprimantur.

Quantum Leo in haeresis perniciem laborarit.

Ad imperialem pertinet potestatem Ecclesiae perturbatores comprimere.

CAP. II. Ut autem [6] imperialis est, ut diximus, potestatis, tumultus publicos ac seditiones sacrilegas severius coercere; ita auctoritatis est sacerdotalis, monachis praedicandi aliquam contra fidem licentiam non praebere, et omni virtute resistere, ne ea, quae ad sacerdotes pertinent, sibi audeant vindicare. Unde miramur fratrem Thalassium episcopum, quod Georgio nescio cui, qui praesumendo illicita et propositum monachi et nomen amisit, scribendi vel praedicandi aliquam permiserit facultatem. Ad quem episcopum, si dilectioni tuae visum fuerit, ex hac parte competentia scripta mittemus [7]. Agat itaque fraternitas tua opportunis suggestionibus, ut clementissimus Princeps, quae Domino sunt placitura, praecipiat, et incentores cruentarum seditionum iubeat competentius coerceri, ut nec illi [8] impuniti sint, quorum manus scelera perpetrarunt, nec illi qui talium utuntur insania. Si autem inquisitio iudiciaria et confessio reorum ad eas personas pervenit, quarum vel consilio vel impulsu mala tanta commissa sunt, nullius favoris eis sunt praestanda solatia. Quantum enim meliora de ipsis sunt credita, tanto sunt amplius detestandi, quorum nunc impietas, quae per hypocrisim fuerat velata, detegitur. Et ideo agat chri-

Christi vero Evangelium praedicare solummodo episcoporum est.

Miratur itaque, quod Thalassius perverso monacho concionandi veniam impertierit.

Cruentarum seditionum incentores per imperatorem gravius puniendi.

Eo magis quis est detestandus, quo impietatem suam virtutis fuco velarit.

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1210.

2 « Al. *Isichium* vel *Isicium* vel *Isicum* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 355.

3 « Cod. Vat. 1340 cum al. *officio oportuit*, deleto verbo *agi* ». Cacciar. l. c.

4 « Al. *possumus* ». Ballerin. l. c.

5 « Al. *Ecclesiae* ». Ballerin. col. 1211.

6 « Duo Vatt. *Unde autem* ». Cacciar. l. c. Male.

7 « Antea vulg. perperam *mittamus* ». Ballerin. l. c.

8 « Quesnell. contra codd. idem delet *illi* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 356.

stianissimus et piissimus imperator, quod paci ecclesiasticae intelligit profuturum. Quem superna inspiratione ita instruendum esse confido, ut et disciplina inquietos revocari [1], et a sanguine eorum iubeat abstineri: quamvis nihil ultionum non mereantur subire, qui ausi sunt et divinis et humanis constitutionibus repugnare.

Leo Marcianum ab haereticorum caede temperari optat.

Dat. quarto nonas Aprilis, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 2 Aprilis, an. 453.

EPISTOLA LXXVIII [2].

Maximi fide laudata, eum vehementer hortatur, ut catholicam doctrinam tueatur, ac Nicaeni concilii statutis innixus iura Antiochenae sedis ab Anatolii ambitione impetita strenue defendat.

Leo Maximo Antiochano [3].

Cap. I. Quantum dilectioni tuae placeat communis fidei sacratissima unitas et pacis ecclesiasticae tranquilla concordia, litterarum tuarum [4] textus ostendit, quas ad me filii nostri Marianus [5] presbyter et Olympius diaconus detulerunt, eo nobis gratiores, quod per ipsas [6] alloquia [7] alterna miscemus, et [8] magis magisque innotescit [9] gratia Dei, qua fit, ut per totum mundum de manifestato [10] catholicae veritatis lumine gaudeatur. Quamvis, quod multum dolemus, quidam adhuc (sicut sermo indicat nunciorum) tenebras suas diligant; et cum ubique diei splendor exortus sit, etiam nunc caecitatis suae delectentur obscuro, et perdita fide, solo ac vacuo nomine remanserint christiani, non habentes intelligentiam, qua errorem ab errore discernant, et blasphemiam Nestorii ab Eutychis impietate distinguant. Nec enim ideo excusabilis videri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sibi sunt in sua perversitate contrarii. Nam licet [11] Nestorium Eutychis discipuli detestentur, et Eutychen anathematizent Nestorii sectatores; Catholicorum tamen iudicio pars utraque damnatur, et ambae simul haereses a corpore Ecclesiae resecantur; quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam. Nec interest, quo sacrilegio ab Incarnationis dominicae veritate discordent, cum id, quod pravissime sentiunt, nec auctoritas Evangelii, nec ratio suscipiat [12] sacramenti.

E Maximi litteris sibi pergratis eius religionem arguit.

Haereticorum pertinaciam deplorat.

Non ideo excusanda quia Nestorius et Eutyches sibimet adversantur.

Utrique licet erroris specie discordes, ab Ecclesiae tamen corpore resecati.

Cap. II. Et ideo, frater carissime, oportet dilectionem tuam toto corde perspicere [13], cuius Ecclesiae gubernaculis te Dominus voluerit praesidere, et eius meminisse doctrinae, quam praecipuus apostolorum omnium beatissimus Petrus, per totum quidem mundum uniformi praedicatione, sed [14] speciali magisterio [15] in Antiochena et Romana [16] urbe fundavit: ut illum in suae glorificationis domicilio praece-

Itaque Maximo pro catholica fide sedulo vigilandum.

1 « Vet. edit. male *revocare* ». Ballerin. l. c.
2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1212.
3 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 357 cum al. vulgat. *Leo catholicae Ecclesiae Episcopus Maximo carissimo fratri Episcopo salutem.*
4 « Tres codd. delent *tuarum* ». Cacciar. l. c.
5 « Al. *Marinus*; al. *Marinianus*; al. *Martinianus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
6 « Al. *per ipsos* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Aptius ad sens. videt. n. lectio.
7 « Al. *eloquia* ». Ballerin. l. c.
8 « Cod. Ratisp. *ut* ». Ballerin. l. c.
9 Cacciar. l. c. cum al. *innotesceret.* Male ad context., uti videtur.
10 « Vet. edit. *manifesto* ». Ballerin. l. c.
11 Cacciar. cum al. *Nam cum.* Mel., ut opinor, n. lectio.
12 Cacciar. l. c. cum al. *recipiat*; al. *nec auctoritas Evangelii habeat, nec ratio sacramenti.* Vid. Ballerin. col. 1213.
13 Al. cod. *praescire* aut *prospicere* ». Baller. et Cacciar. ll. cc. Recte quidem n. lectio.
14 Cacciar. pag. 358 *et* pro *sed.* Mel. n. lectio.
15 « Al. *ministerio* ». Ballerin. l. c. Melius, opinor, n. lectio.
16 Cacciar. l. c. cum al. in *Romana*

minentem ea intelligas reposcere instituta, quae tradidit, sicut ab ipsa, quam confessus est, veritate suscepit. Neque ullo modo sinas in Orientalibus Ecclesiis, maximeque in his, quas Antiochenae sedi sacratissimorum Patrum Nicaeni canones deputaverunt, ab improbis haereticis Evangelio resultari, et vel Nestorii, vel Eutychis [1] a quoquam dogma defendi. Quoniam, sicut dixi, catholicae fidei petra, cuius cognomen beatus apostolus Petrus sumpsit a Domino, nullum recipit ab utraque impietate [2] vestigium; sed evidenter atque perspicue et Nestorium anathematizat, qui Verbi carnisque naturam in beatae Virginis conceptione [3] seiungens, unumque Christum in duos dividens, aliam Deitatis et aliam humanitatis voluit esse personam; cum omnino unus idemque sit, qui et secundum sempiternam Deitatem de Patre est natus sine tempore, et secundum veram carnem de matre est natus in tempore; et Eutychen similiter execratur, qui in Domino Iesu Christo veritatem humanae carnis evacuans, ipsum Verbum in carnem asserit [4] transformatum, ut nasci, nutriri, proficere, pati, mori, atque sepeliri, et die tertio suscitari, solius fuerit Deitatis, quae servilis formae non veritatem susceperit, sed figuram.

Haec enim non minus Nestorium respuit duas personas effigientem in Christo,

Ac Eutych. delirantem, quod in carnem Verbum ipsum fuisset transformatum.

CAP. III. Summa itaque vigilantia cautum te esse convenit, ne quid sibi haeretica pravitas audeat vindicare; cum te deceat his sacerdotali auctoritate resistere, nosque saepius de profectu Ecclesiarum tuis relationibus, quid agatur, instruere. Dignum est enim, te Apostolicae Sedis in hac sollicitudine esse consortem, et ad agendi [5] fiduciam privilegia tertiae Sedis [6] agnoscere, quae in nullo cuiusquam ambitione minuentur [7]; quia tanta apud me est Nicaenorum canonum reverentia, ut ea quae sunt a sanctis Patribus constituta, nec permiserim, nec patiar aliqua [8] novitate violari. Etsi enim diversa nonnumquam sunt merita Praesulum, iura tamen permanent Sedium [9]; quibus etsi possint aemuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Unde cum aliquid pro Antiochenae Ecclesiae privilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis litteris studeat explicare [10], ut nos consultationi tuae absolute et congrue respondere possimus.

Pro religione soleter vigilandum.

Privilegia Antiochenae sedis, quae a romana est tertia, firmiter vindicanda.

Summa Pontificis in Nicaenam synodum reverentia.

Sedium iura e praesulum meritis minime pendent.

CAP. IV. Nunc autem ad omnia [11] generaliter pronunciare sufficiat, quod si quid a quoquam contra Nicaenorum canonum statuta in quacumque synodo vel tentatum est, vel ad tempus videtur extortum [12], nihil praeiudicii potest inviolabilibus inferre decretis: et facilius erit quarumlibet consensionum pacta dissolvi, quam praedictorum canonum regulas ex ulla parte corrumpi. Subripiendi [13] enim occasiones non praetermittit ambitio, et quoties ob occurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum, difficile est, ut cupiditas improborum non

Conatus in concilio Nicaeno decreta Leo plane irritos declarat.

1 Cacciar. l. c. *Eutychetis*.
2 « Al. *ad utramque impietatem* » Ballerin. loc. cit. Perperam.
3 « Male vet. edit. *coniunctione* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
4 « Al *asseruit* ». Baller. col. 1214. F. mel. n. l.
5 « Al. *augendi* vel *augendam* ». Baller. l. c. Melius ad orat. context. videt. n. lectio.
6 « Quesnell. contra plerosq. codd. *privilegia tertia* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 359. Sane perperam.
7 « Al. *ut... minuantur*; Quesnell. in prima edit. *quae in nullo cuiusquam ambitione invenitur excessisse* ». Ballerin. l. c. Recte quidem ad orat. context. n. lectio.
8 « Prima Quesnell. edit. *nec permisceri patiar nec aliqua...* ». Ballerin. l. c. Aptius ad rem, n. lectio.
9 « Al. *ecclesiarum* ». Ballerin. l. c.
10 « Prima Quesnell. edit. *propriis studeat nuntiis explicari* ». Ballerin. l. c.
11 « Cod. Ratisp. addit *me* ». Ballerin. l. c.
12 « Al. codd. *exortum* ». Ballerin. l. c. Recte ad context. n. lectio.
13 « Vet. edit. *subrepend*i ». Baller. col. 1215. Male.

aliquid supra mensuram[1] moliatur appetere; [2] sicut etiam in Ephesina synodo, quae impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Iuvenalis episcopus ad obtinendum Palestinae provinciae principatum credidit se posse proficere [3], et insolentes ausus per commentitia [4] scripta firmare. Quod sanctae memoriae Cyrillus Alexandrinus episcopus merito perhorrescens, scriptis suis mihi quid praedicti [5] cupiditas ausa esset, indicavit; et sollicita prece multum poposcit, ut [6] nulla illicitis conatibus praeberetur assensio. Nam cuius epistolae [7] ad nos exemplaria direxisti sanctae memoriae Cyrilli, eam in nostro scrinio requisitam nos authenticam noveris reperisse. Hoc tamen proprium definitionis [8] meae est, ut quantumlibet amplior numerus sacerdotum aliquid per quorumdam subreptionem [9] decernat, quod illis trecentorum decem et octo Patrum constitutionibus inveniatur adversum, id iustitiae consideratione cassetur; quoniam universae pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reverentia intemerata servetur.

Ideo Iuvenalis episcop. frustra Palestinae prov. appetiit principatum.

Quidquid contra Nicaenos canones unquam fuerit molitum, ipso iure irritum est habendum.

CAP. V. Si quid sane ab his fratribus, quos ad sanctam synodum vice mea misi, praeter id, quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis; quia ad hoc tantum ab Apostolica sunt Sede directi, ut, excisis haeresibus, catholicae essent fidei defensores. Quicquid enim praeter speciales causas synodalium conciliorum ad examen episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem, si nihil de eo est [10] a sanctis Patribus apud Nicaeam definitum. Nam quod ab illorum regulis et constitutione discordat, Apostolicae Sedis numquam poterit obtinere consensum. Quanta vero hoc diligentia custodiatur a nobis, exemplaribus eius epistolae, quam ad Constantinopolitanum episcopum refrenantes ipsius cupiditatem direximus, instrueris; quam in omnium fratrum et consacerdotum nostrorum facies notitiam pervenire, ut noverint pacem ecclesiasticam, per concordiam Deo placitam, debere servari.

Licet in id S. Sedis legati, praeter mandatum, consenseriat.

Sedes enim Apostolica Nicaenam synodum inviolabiliter custodit.

Mandat, ut litteras suae ad Anatolium caeteris coepiscopis innotescant.

CAP. VI. Illud quoque dilectionem tuam convenit praecavere, ut praeter eos, qui sunt Domini sacerdotes, nullus sibi docendi et praedicandi ius audeat vindicare, sive ille monachus, sive sit laicus, qui alicuius scientiae nomine glorietur. Quia etsi optandum est ut omnes Ecclesiae filii quae recta et sana sunt, sapiant; non tamen permittendum est, ut quisquam extra sacerdotalem [11] ordinem constitutus gradum sibi praedicatoris [12] assumat, cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conveniat, ut in uno Christi corpore et excellentiora membra suum officium impleant, et inferiora superioribus non resultent.

Nove concionandi munus quilibet praeter episcopum sibi arroget.

In uno Christi corpore officium suum cuique membro est adimplendum.

Data III idus [13] Iunii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 11 Iunii, an. 453.

1 « Cod. Ratisp. addit *suam* ». Ballerin. l. c.

2 « Prima Quesnell. edit. sic legit hunc locum: *difficilis est cupiditatis improborum non aliquid supra mensuram moliri atque appetere* ». Ballerin. l. c.

3 Cacciar. pag. 359 cum vulg *sufficere*. Recte quidem n. 1.

4 Cacciar. l. c. cum codd. Vat. *commendatitia*. Sane perperam.

5 « Prima edit. Quesnell. *mihi quoque quae praedicti* ». Ballerin. loc. cit. Vox illa *quoque* a Quesnello invecta, indubie expungenda. Et re quidem vera cod. Ratispon. cum antiquis editionibus nobis adhaeret. Vid. Ballerin. loc. cit.

6 « Eadem edit. *prospexit ne ulla* pro *poposcit ut* ». Ballerin. col. 1216. Rectius videtur n. 1.

7 Edit. Ballerin. mendose *epistola*.

8 « Male Quesnell. cum aliq. cod. *defensionis* ». Ballerin. l. e. et Cacciar. pag. 360.

9 « Prima edit. Quesnell. *subscriptionem* ». Ballerin. l. c. Sane recte ad sens. n. 1.

10 « Al. *sit* ». Ballerin. col. 1217.

11 « Al. *sacerdotum* ». Ballerin. l. c.

12 « Al. ». *praedicationis* ». Ballerin. l. c.

13 Cacciar. pag. 361 cum Quesnell. *IV Idus*. Jaffé op. c. nobis assentit.

EPISTOLA LXXIX [1].

De Ecclesiae triumpho exultans illum Christo apprime tribuit, et Dioscori facinora execratus Theodoretum adversus haeresim magis incendit.

Dilectissimo fratri Theodoreto Episcopo Leo Episcopus.

De triumphatis haereticis summopere laetatur.

CAP. I. Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium Sedes beati Petri direxit, agnovimus dilectionem tuam superno adiutorio nobiscum tam Nestorianae impietatis, quam Eutychianae vesaniae extitisse victricem. Unde gloriamur in Domino cum Propheta canentes [2]: *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit coelum et terram* [3], qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit, sed quae nostro prius ministerio [4] definierat, universae fraternitatis irretractabili firmavit assensu; ut vere a se prodiisse ostenderet, quod prius a prima omnium Sede [5] formatum [6] totius christiani orbis iudicium recepisset, ut in hoc quoque capiti membra concordent.

Iudicium per S. A. primitus emissum, mox ab universis episcopis approbatum.

Eo magis se perculsi hostis, quo in Christi ministros saevius insurgit.

In quo amplior [7] nobis accrescit gaudendi materia, dum tanto magis se perculit inimicus, quanto contra Christi [8] ministros saevius insurrexit. Nam ne aliarum sedium ad eam, quam ceteris omnium Dominus statuit [9] praesidere, consensus assentatio videretur, aut alia quaelibet subrepere posset adversa suspicio; inventi prius sunt, qui de iudiciis nostris ambigerent. Et dum nonnulli a dissensionis [10] incitati [11] auctore [12] ad contradictionum [13] bella prosiliunt [14], ad maius bonum, malo [15] eius, auctore totius bonitatis dispensante, perventum est. Dulcius si quidem munera gratiae divinae proveniunt, quoties non sine magnis sudoribus acquiruntur; et minus bonum videri solet pax continuata per otium, quam reddita per labores [16]. Ipsa quoque veritas et clarius renitescit, et fortius retinetur, dum quae fides prius docuerat [17], haec postea examinatio confirmarit [18]. Multum denique sacerdotalis officii meritum splendescit, ubi sic summorum [19] servatur auctoritas, ut in nullo inferiorum putetur imminuta libertas. Et ad maiorem Dei gloriam proficit finis examinis, quando ad hoc se accipit exerendi fiducia [20], ut vincatur adversitas; ne quod per se probatur reprobum, silentii praeiudicio videatur oppressum.

Minus bonum videtur pax continuata per otium, quam reddita per laborem.

Veritas examine confirmata et clarius nitet, et fortius retinetur.

1 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1218.

2 « Duo codd. *dicentes* ». Cacc. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 362.

3 Psalm. CXXIII, 8.

4 « Duo codd. *nostrum...... ministerium* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Sane perperam.

5 « Al. mss *a prima omnium fide et sede*; al *a prima omnium fideliter sede* ». Baller. l. c. Male quidem.

6 « Al. cod. *firmatum* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

7 « Al. *amplius* ». Ballerin. l. c.

8 « Al. *quanto magis etiam in Christi* ». Ballerin. et Cacciar ll. cc. Forte melius.

9 « Al. *instituit* » Ballerin. col. 1220.

10 « Al. *dissensionum* ». Ballerin. l. c.

11 « Al. *coacti* » Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

12 « Duo Vatt. *auctoritate* ». Cacciar. l. c.

13 « Al. *contradictionis* ». Ballerin. l. c.

14 « Apud Sichard. *ad dissensiones incitati ab auctore contradictionis, ad insana bella prosiliunt* ». Ballerin. l. c.

15 Cacciar. l. c. cum al. *malum*. Quod sane latinae syntaxi non cohaeret. Forte legendum est: *malum eius auctore totius bonitatis dissipante*.

16 « Al. *per laborem*; al. *post laborem* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

17 « Al. *docuerit* ». Ballerin. l. c. Concinnius ad sens. n. lectio.

18 Caccar. l. c. cum al. *confirmaret*; al. *confirmarerit*. Vid. et Ballerin. l. c. *Confirmaret* inepte ad orat. contextum.

19 « Nonnulli codd. *summopere* aut *summoperum* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

20 Cacciar. l. c. forte typographico mendo *fiduciam*.

Fidei victoriam Christo tribuit.

Cap. II. Exulta igitur, carissime frater, et [1] in unico Dei filio victor exulta. Vicit per nos ille pro se [2], cuius carnis veritas negabatur. Vicit per nos et pro nobis ille, cui vicimus. Secunda [3] est post adventum Domini haec orbi festivitas. Redditum saeculo est, praedone prostrato, Incarnationis divinae mysterium, quod humani generis inimicus, quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. Quin immo ab incredulorum corde perierat immortale mysterium, quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa veritate suis dicente discipulis: *Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui autem non crediderit, condemnabitur* [4]. Solis iustitiae iubar, densis [5] per Orientem Nestorii et Eutychis nebulis impeditum, pure ab Occidente resplenduit, ubi culmen summum [6] in Apostolis et Doctoribus principaliter collocavit. Quamvis nec illic unquam defuisse credendus sit, quo confessores sibi egregios reservavit; ita ut dum denuo conaretur hostis antiquus per secundi [7] Pharaonis impoenitens cor fidei Abrahae semen et filios repromissionis extinguere, Deo miserante, languescens nisi sibi nocere nihil potest. De quo et illud omnipotens mirabilius egit, quia et quos sibi socios [8] ad Israelitici populi caedes asciverat [9], non cum tyrannidis auctore submersit, sed cum suo populo congregavit; et, sicut revera se dignum, et soli sibi possibile fons misericordiae noverat, victos a nobis, nobiscum fecit esse victores [10]. Nam dum solus vere sit humani generis hostis spiritus falsitatis, omnes de illo iam triumphare non dubium est, quos sibi veritas vindicavit. Nunc prorsus illa Redemptoris nostri dicta, quam sint divinae auctoritatis apparet [11], dum contra hostes fidei sic aptantur, ut de ipsis dictum esse [12] dubitare non liceat: *Vos*, inquit, *ex patre diabolo estis, et desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, et in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Quando loquitur mendacium, ex suis* [13] *loquitur, quia mendax est, et pater eius* [14].

Nil prodest incredulis Incarnatio Christi.

Dioscorus Pharaoni assimilatur.

Solus humani generis hostis est spiritus falsitatis.

S. Leo impia Eutychetis commenta refellit.

Cap. III. Nihil ergo mirandum est, quod hi, qui in veritate Dei nostrae naturae mendacium crediderunt, patri suo et circa ista concordant; quicquid visum, quicquid auditum, quicquid denique, teste Evangelio, tactum est atque palpatum in unico Dei Filio, non eius cuius probatum est, asserentes, sed coaeternae et coëssentialis Patri fuisse substantiae; quasi aut Divinitatis natura [15] crucis ligno transfixa sit, aut inconvertibilis crescere per aetates [16], et in sapientia proficere sapientia sempiterna, vel Spiritu Deus [17], qui

Caro Christi vera est caro, non substantia quaedam coaeterna, et coëssentialis Patri.

1 Cacciar. l. c. cum al. delet *et*.

2 Cacciar. l. c. cum al. *per se*. Perperam.

3 Cacciar. l. c. cum plur. mss. *Per quem secunda est*. Minus bene, ut videtur.

4 Marc. xvi, 16., ubi Vulg. legit *qui vero*.

5 « Vat. 1340 *Sol iustitiae subardens per orientem*, etc. ». Cacciar. pag. 363.

6 Cacciar. l. c. *suum*; al. *sanctum*: *summum* legunt sex codd. Vatt. Vid. Baller. col. 1222 et Cacciar. l. c. *Suum* videt. praeferendum.

7 « Duo Vatt. *persequentis* ». Cacciar. l. c. Forte ex vitio amanuens. « Al. *per sequentis* ». Ball. l. c.

8 « Al. cod. *conscios* ». Ballerin. l. c. Male quidem.

9 « Duo codd. *caedem sociaverat* ». Cacciar. l. c.

10 « Vet. edit. *victuros* ». Ballerin. l. c. Mendo quidem typograph.

11 « Vat. 1340 *cum sint divinae auctoritatis appareat* ». Cacciar. l. c. Male quidem.

12 Cacciar. l. c. *dicta*, deleta voce *esse*. Melius n. lectio.

13 « Al. *ex suo* vel *ex suis propriis* » Ballerin. col. 1223.

14 Ioann. viii, 44, ubi Vulg. legit: *Ille homicida erat ab initio, et in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium ex propriis loquitur*...

15 « Vocem *natura* contra codd. et edit. fidem omittit perperam Quesnellus ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

16 « Duo codd. *cresceret per aetatem* ». Baller. l. c. Rectius ad rem, et ad context. videt. n. l.

17 « Al. *Dei* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

Dioscori vesania.

Spiritus est, subinde repleri potuerit. In hoc [1] quoque se acerba vesania ex quo auctore accesserit [2], prodit, quod quantum in se est universis nocere molita est. Nam qui vos [3] persequendo afflixit, ceteros ad consensum sceleris impellendo depravavit. Sed nec nos, licet in singulis fratribus, quia membra nostra sunt, vulnerasset, a speciali dolore fecit exceptos, quibus nova et inaudita prius atque incredibili audacia inferre contra suum caput est molitus iniuriam. Sed utinam vel post tot pessima resipiscens non nos etiam de suo aeternae damnationis interitu contristasset. Quam mensuram sceleris praetermisit, cui nec hoc sufficere potuit, quod nec vivis parcendo, nec mortuis etiam in sanguine innocentis et catholici sacerdotis pollutas iampridem, abdicata [4] veritate atque approbata falsitate, manus intinxit? Et cum scriptum sit: *Qui odit fratrem suum, homicida est* [5]; ille quod odio iam fecisse addictus est [6], implevit operibus, quasi nec haec audisset, nec illud quod Dominus [7] ait: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, et onus meum leve est* [8]. Dignus [9] diabolici praedicator erroris Aegyptius vastator inventus est; qui tamquam saevissimus tyrannus Ecclesiae nefandas blasphemias per violentam seditiosorum turbam, et per cruentas manus militum venerandis fratribus imponebat. Et cum voce Redemptoris [10] nostri firmatum sit, unum eumdemque homicidii esse et falsitatis auctorem, ille pariter utrumque complevit; quasi non ut caveantur, sed ut perpetrentur, scripta sint, ad perditionis suae cumulum trahens quae Dei Filius monuit ad salutem. Illud quoque surda nimis aure praeteriens, quod ab eodem Domino dictum est: *Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor, et vos* [11], *quod vidistis apud patrem vestrum, facitis* [12].

Iste vel in ipsum Ecclesiae caput anathema inferre audet.

Et innocentis sanguine manum conscelerat.

Mirum igitur quantum sibi nocuerit.

Cap. IV. Igitur dum sanctae memoriae Flaviano vitam praesentis saeculi molitur auferre, se verae vitae luce [13] privavit. Dum vos ab Ecclesiis vestris conaretur expellere, se a christianorum collegio segregavit. Dum trahit [14] plurimos et impellit ad erroris assensum, multiplici animam suam vulnere sauciavit; solus ultra omnes, et per omnes, ac pro omnibus [15] reus, qui causa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fraternitas solido cibo firmata indigere minime videatur; tamen [16], ut quod nostri loci est impleamus circa vocem dicentis Apostoli: *Praeter ea* [17], *quae extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror* [18]? Hoc praecipue praesenti occasione credimus admonendum,

Romano Pontifici pro universa Ecclesia assidue laborandum.

1 « Vat. 541 *Et in hoc* ». Cacciar. l. c.

2 « Vet. edit. *processerit* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Forte melius.

3 « Al. *nos* ». Ballerin. l. c. Certe amanuens. mendo, ut e seqq. liquet.

4 « Male Quesnellus substituit *addicta*, et perperam addidit in margine: *Ita mss. omnes* ». Ballerin. l. c.

5 I Ioann. III, 15.

6 « Al. *dictus* vel *dictum est* ». Ballerin. col. 1224. Sane melius n. lectio.

7 Cacciar. pag. 364 *idem Dominus*.

8 Matth. XI, 29, ubi Vulg. legit: *onus meum leve*, deleto *est*.

9 « Al. *Quia tamquam dignus* ». Baller. l. c. Melius videt. n. l.

10 Ioann. VIII, 44.

11 « Al. cod. addit *ergo* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Porro Vulg. textu refragante.

12 Ioann. VIII, 38, ubi apud Vulg. legitur... *quae vidistis*...

13 « Cod. Barb. *se veritate et duce*; al. *se serenae vitae luce* ». Ballerin. l. c. Neutrum apte ad context.

14 « Al. cod. *tradit* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

15 « Cod. Vat. *solus ultra omnia ac pro omnibus* ». Baller. l. c. Rectius ad context. videt. n. l.

16 « Vat. 1340 *et tamen* ». Cacciar. l. c. Perperam.

17 « Vulgat. *Praeter illa* ».

18 II Cor. XI, 28.

frater carissime, ut quotiescumque, divina gratia administrante, illos, qui foris sunt, fonte doctrinae aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas Spiritus Sancti divinitas in Chalcedonensi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter utrumque hostem novellae [1] perfidiae sermonem nostrum cum omni cautela libremus [2]; non iam, quod absit, tamquam de dubiis disceptantes, sed auctoritate summa, quae bene definita sunt, adstruentes; cum et in Apostolicae Sedis epistola [3] universalis sanctae synodi assensu firmata tanta divinae auctoritatis testimonia noverimus esse congesta, ut nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibimetipsi errorum tenebras inferre maluerit; et synodalia [4] gesta, vel quibus primum definitio fidei legitur esse formata, vel quibus praefatae litterae Apostolicae Sedis etiam tuae fraternitatis studio defensae sunt, et maxime ad piissimos Principes totius Concilii allocutio tot sint praecedentium Patrum testimoniis roborata, ut cuivis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non iam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere.

Cum haeretices sermo caute librandus.

Apostolicae Sedis ad Flavianum epistola universae synodo probata,

Ac Theodoreti studio defensa.

Cap. V. Unde hoc quoque nos contra hostes Ecclesiae providere condignum est, ut eis nullam calumniandi occasionem, quod ad nos attinet, penitus relinquamus, nec unquam contra Nestorianos aut Eutychianos agentes, alteri eorum videamur terga vertisse; sed utrosque Christi hostes aequa lance vitemus atque damnemus ita, ut eos, quoties audientium quantalibet poscit utilitas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptissime atque evidentissime feriamus; ne, si hoc a nobis [5] aut obscurius fieri videatur, aut tardius, putetur invitum. Quod quamvis prudentiam tuam res ipsa admonere sufficiat [6], iam tamen [7] et experimenta docuerunt. Sed benedictus Deus noster, cuius invincibilis veritas ab omni haereseos macula mundum te, secundum Sedis Apostolicae iudicium [8], demonstravit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus ac probamus, pro universalis Ecclesiae defensione servaveris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam pro cunctis nobis agnoscimus; qui postquam suae Sedis iudicium in fidei definitione firmavit, nec circa cuiusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide laborastis [9], personam, quicquam reprobum videri permisit; quia nec poterat, Spiritu Sancto iudicante, quisquam ex eis non victor exire [10], quorum iam vicerat fides.

Hostium calumniis subtrahenda occasio.

Nestorius et Eutyches damnandi pariter, ac effugiendi.

Theodoretus per Sedis Ap. iudicium qualibet haeresis labe detersus.

S. Petri erga suos singularis sollicitudo.

Cap. VI. Quod superest, exhortamur, ut quia illic nonnullas Eutychiani ac Nestoriani erroris reliquias cognovimus remansisse, nunc etiam Sedi Apostolicae collabores. Victoria enim, quam Christus Dominus noster suae donavit Ecclesiae, quamdiu in hoc mundo versamur, licet fiduciam maiorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit; nec ut dormiamus donata est, sed ut suavius laboremus. Unde in hoc quoque tuae vigilantiae sollicitudine volumus adiuvari, ut tua relatione currente, quid apud illas regiones doctrina dominica proficiat, Aposto-

Leo Theodoretum in haereseum reliquias incendit,

Eumque hortatur, ut A. S. de Syriae fide instruat.

1 « Vat. 3791 *hoc est novellae* ». Cacciar. pag. 365. Perperam.

2 « Al. cod. *liberemus* ». Ballerin. col. 1225. Inepte quidem ad orationis contextum.

3 « Vatt. 1340 *epistolis.* ». Cacciar. l. c.

4 Vet. edit. *cum synodalia* ». Ballerin. l. c. Rectius ut videtur. n. lectio.

5 Cacciar. l. c. cum Vat. cod. *aut a nobis.* Minus apte, ut videtur.

6 « Al. *res ipsae... sufficiant* ». Baller. col. 1226.

7 « Vat. 541 *nunc tamen* ». Cacciar. l. c.

8 « Duo Vatt. *iudicia* ». Cacciar. l. c.

9 « Al. *laboratis* ». Ballerin. l. c.

10 « Duo Vat. *existere* ». Cacciar. l. c. Sane perperam.

licam Sedem festines instruere; quatenus illius regionis sacerdotes, in quocumque usus exegerit, adiuvemus. De his vero, quae in saepe dicto [1] concilio illicita contra venerabiles Nicaenos canones presumptione tentata sunt, ad fratrem et coespiscopum nostrum Antiochenae Sedis praesulem scripsimus [2], adiicientes [3] et illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorumdam regionis vestrae verbo mandasti per vicarios nostros, et hoc specialiter statuentes, ut praeter Domini sacerdotes nullus audeat praedicare, seu monachus, sive ille sit laicus, qui cuiuslibet scientiae nomine glorietur. Quas tamen litteras, pro utilitate universalis Ecclesiae, per praedictum fratrem et coepiscopum nostrum Maximum ad omnium voluimus [4] pervenire notitiam; et ob hoc his noluimus earum exemplar adiicere, quia quae praedicto fratri et coepiscopo nostro iniunximus, non dubitamus implenda. *Et alia manu.* Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Quid Maximo scripserit breviter perstringit.

Cur litt. ad eum exemplar hisce non adiiciat.

Data tertio idus [5] Iunii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 11 Iunii, an. 453.

EPISTOLA LXXX [6].

Marcianum rogat, ut in diem Paschatis anni 455 inquirere iubeat.

Leo Episcopus [7] Marciano Augusto.

CAP. I. Tam multis documentis per omnes Christi Ecclesias fides vestrae pietatis innotuit, ut si quid sollicitudinum pro communi religione generatur [8], merito vestrum quaeratur auxilium. Et quia memor dispensationis mihi creditae, necesse habeo curas meas etiam in ea, quae sunt futura, praemittere, non improbe [9] cupio clementiae vestrae studiis adiuvari: ut in ea observantia, quae certa semper ratione variatur, nihil possit erroris incurri. Paschale etenim festum, quo sacramentum salutis humanae maxime continetur, quamvis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen est lunaris cursus conditione mutabile, ut plerumque sacratissimae [10] diei ambigua occurrat [11] electio, et ex hoc fiat plerumque, quod non licet, ut non simul omnis Ecclesia, quod nonnisi unum esse oportet, observet. Studuerunt itaque [12] sancti Patres occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino episcopo [13] delegantes (quoniam apud Ægyptios huius supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia) per quem quotannis dies praedictae solemnitatis [14] Sedi apostolicae indicaretur, cuius scriptis [15] ad longinquiores Ecclesias indicium generale percurreret.

Marciani religionem sollicitat.

In Paschali festo salutis humanae sacramentum continetur.

Uno, eodemque die per universam Ecclesiam celebrandum.

Hunc quotannis S. A. indicare olim fuit Alexandrino episcopo demandatum.

CAP. II. Sed sanctae memoriae Theophilus Alexandrinae Ecclesiae [16] episcopus, cum huius observationis annos centum numero collegisset, septuagesimi sexti anni [17] paschale festum longe aliter, quam

Quid ex eius cyclo difficultatis incurrerit.

1 « Al. *supradicto* ». Ballerin. l. c. Melius ad rem n. lectio.

2 Innuitur epis. praeced. LXXVIII. pag. 116, col. 1.

3 Can. *Adiicimus;* 19 caus. XVI, q. 1.

4 « Al. *volumus* ». Ballerin. l. c. Rectius ad context. n. l.

5 « Al. *IV Idus Iunii* ». Cacc. pag. 366, et Ballerin. l. c. Jaffè op. c. nobis favet.

6 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1228.

7 « Cod. Ratisp. *Leo Papa* ». Ballerin. l. c.

8 « Vat. 1340 *geratur* ». Ballerin. l. c. Concinnius ad sens. n. lectio.

9 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 366 voces *non improbe* omittit.

10 « Duo Vatt. *sacratissimi* » Cacciar. pag. 367. Sane rectius.

11 « Ant. edit. *currat* ». Ballerin. l. c.

12 « Duo Vatt. *studueruntque sancti* ». Cacc. loc. cit. Inepte quidem.

13 « Ms. Ratisp. *antistiti* ». Ballerin. l. c.

14 Cacciar. l. c. *per quam, qui annis singulis dies praedictae solemnitatis eveniret, Sedi*, etc.

15 « Al. *huius scripti* ». Cacciar. l. c. Male.

16 « Cod. Ratisp. *urbis* ». Ballerin. l. c. vel *Ecclesiae urbi* ». Cacciar. l. c.

17 « Al. *septuagesimo sexto anno* ». Cacciar. loc. cit.

alii decreverant, tenendum esse constituit. Nam [1] a primo augustae memoriae Theodosii senioris consulatu succedentem sibi sacrae observantiae ordinem [2] ponens, ut longioris temporis ratio eius litteris teneretur adscripta, cuius complexionis septuagesimus et quartus est annus, in quo [3] pridie idus Aprilis sanctum pascha [4] celebravimus; sequenti vero anno pridie nonas Aprilis eadem, propitio Deo, agenda [5] erit festivitas, sicut regulariter centenariae annotationis ordo declarat; sed in anno, qui erit septuagesimus sextus, is [6] paschae dies invenitur adscriptus, quem a passione Domini nullius exempli, nullius constitutionis admittit auctoritas. Nam diem octavum kalendarum maiarum ab eo cognoscimus praefinitum, qui nimie limitem antiquae constitutionis excedit [7]: cum alii quintum decimum kalendarum maiarum huic festivitati deputaverint diem. Siquidem ab undecimo kalendarum aprilium usque in undecimum kalendarum maiarum legitimum spatium sit praefixum [8], intra quod omnium varietatum necessitas concludatur; ut Pascha dominicum nec prius possimus habere, nec tardius. Quod enim in decimum, et in nonum kalendarum maiarum videtur nonnumquam pervenisse festivitas, quadam ratione defenditur. Quia etsi dies resurrectionis ultra terminum videtur exisse, dies tamen passionis limitem positum non invenietur egressus. Ad octavum autem kalendarum maiarum paschalem observantiam perducere nimis insolens et aperta transgressio est.

Marcianum obsecrat, ut de hoc die praesertim apud Egyptios investigari iubeat.

CAP. III. Quia ergo in illa, ut dixi, centenaria supputatione Theophili septuagesimus sextus annus diem Paschae contra morem ecclesiasticum statuisse monstratur, et non leviter delinquitur, si in principio sacramenti veritas et unitas ab universali Ecclesia non tenetur: obsecro clementiam vestram, ut studium vestrum praestare dignemini: quatenus Ægyptii, vel si qui sunt alii, qui certam huius supputationis videntur habere notitiam, scrupulum huius [9] sollicitudinis absolvant, ut in [10] eum diem generalis observantia dirigatur, qui nec paternarum constitutionum normam relinquat, nec ultra praefixos terminos [11] evagetur. Quicquid autem pietas vestra de hac consultatione cognoverit, ad meam iubeat mox notitiam pervenire, ut in divinis mysteriis nulla dissonantiae culpa nascatur.

Disciplinae uniformitas quoad hoc est religiose servanda.

In divinis mysteriis dissonantiae culpa effugienda.

Data decimo septimo kalendas [12] Iulii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. 15 Iunii, an. 453.

EPISTOLA LXXXI [13].

Iuliano praecipit, ut apud Marcianum de paschalis diei controversia vehementius instet.

Leo Iuliano Episcopo.

De paschali observantia [14] sanctae me-

---

1 « Partic. *Nam* al. omitt. ». Ballerin. l. c. Perperam.

2 « Al. *succedentes... ordines* ». Ballerin. l. c. Sane rectius n. l.

3 Cacciar. l. c. cum al. *in qua*. Certe mendo typographico.

4 « Cod. Ratisp. *paschale* ». Ballerin. l. c.

5 Cacciar. l. c. cum edit. *habenda*.

6 Cacciar. l. c. delet *is*.

7 « Al. *qui anni limitem antiquitus constitutum excedit* ». Ballerin. col. 1230 et Cacciar. ll. cc. Perperam, uti videtur.

8 « Al. *praefinitum* ». Ballerin. col. 1231.

9 « Cod. Ratisp. *eius* ». Ballerin. l. c. Forte amanuens. mendo.

10 « Vet. edit. omitt. *in* ». Ballerin. l. c. Certe mendo typographico.

11 « Vet. edit. *praefixus terminus* ». Ballerin. loc. cit. Sane mel. n. lectio.

12 Cacciar. pag. 368 cum al. *decimo sexto kalendas*. Jaffè op. cit. nobis assent.

13 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1232.

14 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 369 cum Quesnell. et vet. edit. ac mss. omnibus voces *De paschali observantia* ad titulum epistolae roiiciunt. Ballerinii ex fide Ratisp. codicis ad epistolae initium spectare censuerunt.

Cyclus Paschalis a Theophilo Alexand. conscriptus PP. auctoritati non cohaeret.

moriae Theophilus ad Augustum Theodosium seniorem scribens per centum annos a primo praedicti principis consulatu digessit ordinem festi, cuius instructionis septuagesimus quartus nunc annus evolvitur, quo, Opilione consule, pridie Aprilis idus celebrata est sacra solemnitas; unde sequenti anno pridie nonas Aprilis eadem festivitas rationabiliter consequetur [1]. Sed annus, qui erit [2] septuagesimus sextus, memorati episcopi annotationem habere cognoscitur, quae a totius antiquitatis exemplo, et ab omni Patrum auctoritate discordat. Siquidem in octavum kalendarum maiarum dominicum Pascha transtulerit, praefinitos antiquitus [3] limites nimis evidenter [4] excedens, cum in die quintodecimo kalendarum maiarum paschalem solemnitatem, sicut constituerunt alii, potuerit annotare. Unde quia non mediocris mihi sollicitudo generatur, ne apud Ægyptios haec persuasio roboretur [5], ad christianissimum et clementissimum principem scripta direxi [6], quibus caussam scrupuli diligenter exposui, et suppliciter postulavi, ut operam suam, quemadmodum consuevit, religionis cultui dignanter impendat, ut eos, qui huius supputationis perfectam videntur habere notitiam, in unum iubeat convenire et diligenter inquirere; ne forte haec definitio teneatur, et hic excessus, qui prioribus videtur repugnare temporibus, nostrae conniventiae vel negligentiae deputetur, et fiat in nostris diebus, quod numquam ante praesumptum est. Quia vero oportet fraternitatem [7] tuam curae istius mecum esse participem, et ne quid tale accidat, praecavere, crebrius religiosissimo et fidelissimo principi dignare suggerere, ut indissimulanter Ægyptios iubeat admoneri, ne in summae festivitatis die aut dissensione aliqua, aut trangressione peccetur. Quidquid autem de hac re diligentior sollicitudo repererit [8], cito ad notitiam meam gloriosissimus imperator iubeat pervenire: quia et ad ipsius, et ad omnium salutem pertinet, ut Dei cultus nullo errore laedatur.

Litterae de hoc ad Marcianum missae.

Leonis erga PP. statuta observantia.

Apud principem instandum, ne Aegyptii in Paschalis die a communi norma recedant.

Quid de illo diligentius innotuerit S. A referendum.

Omnibus prodest, ne Dei cultus ullo errore laedatur.

Data XVII kalendas [9] Iulii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 15 Iunii, an. 453.

EPISTOLA LXXXII [10].

Eudociam obtestatur, ut qua pollet auctoritate Palaestinos monachos in meliorem mentem retrahat, ac de ipsis rescribat.

Leo Episcopus [11] Eudociae [12] Augustae.

Quanta Leonis pro Ecclesia Christi sollicitudo.

CAP. I. Quanta mihi catholicae cura sit fidei, et qua sollicitudine, in quantum Dominus adiuvat, debeam praecavere [13], ne

1 « Al. *consequitur* ». Ballarin. l. c.

2 « Tres Vatic. codd. *qui erat* ». Cacciar. l. c. Sane es vitio amanuans.

3 « Al. codd. *antiquitatis* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 370.

4 Cacciar. l. c. *audenter*. Forte mal. ad orat. contextum.

5 « Al. *probaretur* ». Ballerin. l. c. Forte melius n. lectio.

6 « Duo Vatt. *direximus* ». Cacciar. l. c. Hic autem innuitur praecedens ad Marcianum epistola.

7 « Vet. edit. *serenitatem* », Ballerin. col. 1233. Perperam.

8 « Ant. edit. *diligentius investigare sollicitudo tua*, al. *vestra, potuerit* ». Ballarin. l. c.

9 Cacciar. cum plur. mss. at edit. *XVI Kalendas*. Jaffè op. c. nobis adhaeret.

10 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1234.

11 « Duo Vatt. delent *Episcopus* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 370.

12 « Al. *ad Licinian Eudochiam*. Quesnall. *ad Liciniam Eudoxiam*, sed perperam; quippe Eudoxia Valentiniani, non Theodosii uxor fuit ». Ballerin. l. c.

13 « Al. *debeat praecaveri* » Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Sane melius ad contextum n. lectio.

unquam ab imperitis aut impiis [1] veritatis Evangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est vestra honoranda [2] elementia, obsecro Dominum ut me de tua incolumitate laetificet, et causam fidei, in qua quorumdam intra provinciam Palaestinam monachorum fuerant corda turbata, magis magisque per vos faciat adiuvari: ut quantum pietatis tuae studio fieri potest, haereticae perversitati omnis fiducia subtrahatur. Quos enim nec ratio sacramentorum, nec auctoritas Scripturarum [3], nec ipsa sacratorum locorum testimonia commovebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur? Prosit ergo Ecclesiis, sicut favente Deo prodest, et generi ipsi prosit humano [4] in Verbi Dei incarnatione suscepto, quod domicilium habitationis vestrae ibi esse voluistis, ubi vobis Dominum nostrum Iesum Christum sicut verum Deum, ita et verum hominem [5] in unitate personae, et mirabilium indicia, et passionum documenta loquuntur.

Precatur ut Eudocia monachorum impietatem comprimat.

Christus ut verus Deus, ita et verus homo in unitate personae.

Cap. II. Si ergo praedicti nomen catholicum venerantur et diligunt, et inter Domini corporis [6] volunt membra numerari, pravos errores, quos temere admiserant, detestentur, et agant poenitentiam impiarum blasphemiarum, cruentorumque facetorum. Succumbant pro salute animarum suarum synodalibus, quae in civitate Calchedonensi sunt confirmata, decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanae, nisi fides vera et humilitas quieta non pervenit, credant quod legunt in Evangelio, quod confitentur in Symbolo, nec impiis dogmatibus misceantur. Fides enim catholica sicut damnat Nestorium, qui in uno Domino nostro Iesu Christo duas ausus est praedicare personas, ita damnat etiam Eutychen cum Dioscoro, qui ab unigenito Deo Verbo negant [7] in utero Virginis matris veritatem carnis humanae susceptam. Si quid autem erga praedictorum conversionem exhortatio vestra profecerit, quod gloriam vobis praestabit aeternam, peto hoc mihi clementiae vestrae litteris indicetis: ut et vos [8] boni operis fructum cepisse, et illos gaudeam misericordia Domini non periisse.

Quod a monachis exigendum.

Salutis humanae sacramentum per solam fidem et humilitatem intelligitur.

Nestorius et Eutyches licet diverse errantes pariter damnandi.

Orat, ut Eudocia quid cum monachis profecerit, sibi referat.

Data decimoseptimo kalendas [9] Iulii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 15 Iunii, an. 453.

EPISTOLA LXXXIII [10].

De Iuliani silentio conquestus eum urget, rogatque ut commissa celerrime exequatur.

Leo episcopus Iuliano episcopo.

Saepissime [11] dilectionem tuam ad hanc curam et diligentiam meis sum litteris

Iulianum de silentio leviter notat

1 « Al. *et impiis*; al. *et inimicis* ». Baller. loc. cit.

2 « Al. *oranda* vel *ornanda*. Male *oranda*. Locus integer in vet. edit. mendose: *obsecro Dominum, ut me tuam incolumitatem in causa fidei.... magis magisque faciat adiuvari, ut tantum quod pietatis tuae*, etc. ». Ballerin. l. c.

3 Cacciar. l. c. cum al. *scriptorum*. Forte rectius n. lectio.

4 Cacciar. l. c. cum al. *et prosit generi humano*.

5 « Tres codd. Vat. paulo aliter: *ubi Dominum nostrum Iesum Christum, vobis sicut verum Deum, et verum quoque hominem* ». Cacciar. l. c.

6 Cacciar. l. c. cum al. *intra Domini corpus*; al. *inter Domini corpus*. Vid. Baller. col. 1235. Sane rectius ad orat. context. n. l.

7 « Vulgat. edit. *negat* ». Ballerin. l. c. Melius videt. n. l.

8 « Al. *in vobis*; et infra *in illis* ». Ballerin. loc. cit. Perperam, ut videtur.

9 Cacciar. l. c. cum plerisq. mss. et edit. *data septimo kalendas*. Jaffè nobis assentit.

10 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom I, col. 1244.

11 « Ant. vulg. *frequentissime* » Ballerin. l. c.

cohortatus, ut de his, quae circa fidem aguntur, sollicitudinem meam indesinenter instrueres. Et cum omnibus occasionibus scribere non quiescam, quibusdam tamen scriptis meis[1], idest[2] per filium nostrum subadiuvam[3] Rodanum, domesticum filii nostri viri illustrissimi Asparacii[4] datis, nullum responsum tuae fraternitatis accepi: tamquam ratio temporis non habuerit, ut quid post mea scripta sit gestum, potueris indicare. Et ideo per filium meum comitem[5] Rodanum his litteris te saluto; et ut nullam opportunitatem scribendi negligas, quo aestus sollicitudinis meae relevetur[6], admoneo. Cum enim in te quamdam mei Constantinopolitani habeant portionem; dignum est et pro communi amicitia, et pro totius Ecclesiae dilectione, incessabili te vigore prospicere, ne quid possit de statu fidei me latere. Quae ergo per praedictos vel ad gloriosissimum Principem, vel ad tuam dilectionem scripsi, ut celerrime tradantur effectui, opportunis suggestionibus elabora. Et quicquid fuerit, Deo auxiliante, dispositum, scire me facito; ut perductis in effectum his, quae rationabiliter ordinata sunt, pax fidei, canonumque custodia et securior ubique habeatur et fortior.

Sedes Apost. de C. P. Ecclesiae statu per Iulianum diligentius instruenda.

Praecipit, ut hic mandata celerius exequatur.

Quidve fuerit dispositum rescribat.

Dat. septimo kalendas Iulii, Opilione viro clarissimo consule.

Dat. die 25 Iunii, an. 453.

EPISTOLA LXXXIV[7].

Marciano gratias agit, quod compressis Palestinae motibus, Iuvenalem in sedem suam restitueret, eumque in bono proposito confirmat.

Leo Marciano Augusto.

Geminis clementiae vestrae laetificatus alloquiis cum debita gratiarum actione rescribo[8], gaudens de misericordia Dei, qui in virtutibus providentiae vestrae, et[9] ad utilitatem Romanae Reipublicae et ad catholicae Ecclesiae pacem gloriosissimum praesidium collocavit. Unde confido utramque hanc[10] pietatis vestrae saluberrimam curam ita divinitus adiuvandam, ut plena tranquillitas et christianae religioni et vestro tribuatur[11] imperio. Quod ergo in provinciis Palaestinis plebes Dei ad unitatem sunt fidei revocatae, et compressis errantium motibus, ad evangelicam apostolicamque doctrinam omnium, ut indicare dignamini, corda directa sunt, quodque fratri et coepiscopo meo Iuvenali ad sacerdotii sui[12] sedem tandem licuit, non iam resultante populo, sed desiderante remeare; vestrae fidei opus, vestrae pietatis est fructus. Pro cuius augmento per omnes Christi Ecclesias concors multiplicatur oratio: ut si qua adhuc apud Aegyptum caligo residet[13], quae nondum recepit ra-

Marcianus catholicae Ecclesiae praesidium.

Per ipsum Palestinae motus contra fidem repressi.

Iuvenalis suae sedi restitutus.

Ecclesiae ad Deum pro infidelium conversione supplicatio.

1 Innui videntur eiusdem S. Leonis litterae ad ipsum Iulianum, quas sup. habes n. LXXVI et LXXVII pagg. 113, 115.

2 « Sichard. exempl. delet *idest* ». Baller. l. c. Sane melius.

3 « Qui officiorum Magistro adiutor datus erat adiutores iterum sub se habebat, quos *subadiuvas* appellabant ». Quesnell. apud Cacciar. l. c.

4 « *Asparis* legendum arbitror ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 378.

5 « Al. vocem *comitem* delent ». Baller. l. c.

6 « Vatt. edit. cum plur. mss. *et ut opportunitatem scribendi non negligas, in quo quaestus sollicitudinis meae relevatur* ». Baller. l. c. Recte n. lectio.

7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1245.

8 « Cod. Grim. *scribo* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. delent *et* ». Ballerin. l. c.

10 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 379 cum al. *nunc*. Melius videtur n. l.

11 « Vox *tribuatur* ex cod. Ratisp. suppleta ». Ballerin. l. c.

12 « Al. delent *sui* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

13 Cacciar. l. c. cum al. *resedit*. Perperam.

dios veritatis, totius mundi precibus remedia illuminationis accipiat, et execrabilis Dioscori ultra contagiis non gravetur: nec[1] in illo dominicae oves imprudenti affectu personam diligant pastoralem, quem experti sunt saevissimum fuisse morum et fidei vastatorem. Et ideo in sancto et mirabili studio suo perseveret vestra clementia, ut si quid usquam aut aegrum invenitur aut turbidum, et sanitati reddatur et paci: quia dignum est ita vos praesidere rebus humanis, ut gaudeatis sacramentis servire divinis.

Dioscorus morum fideique vastator reiciendus.

Cathol ci principis est ita humanis praesidere, ut inserviat divinis.

Dat. quinto idus Ianuarii, Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 9 Ianuarii, an. 454.

EPISTOLA LXXXV[2].

Iuliano de eximia Marciani erga Ecclesiam sollicitudine, necnon de Proterii fide gratulatus in Paschalem diem anni 455 inquiri cupit: dolet epistolam suam ad Chalcedonensem synodum mutilam fuisse lectam: de Aetii purgatione recreatur: sese imperatori gratias retulisse ait, eiusdemque pro Anatolio litteras denuo sibi missas commemorat.

Leo urbis Romae episcopus Iuliano episcopo.

Cap. I. Christianissimi Principis fidem saepe evidentissimis probavimus documentis; ac Deo nostro gratias ago, qui talem dignatus est rebus humanis concedere pro sua pietate rectorem, qui et fidei causas et reipublicae summa vigilantia[3] tueretur, haereticorum ausibus semper obsistens, et nihil eorum insaniae adversum catholicam fidem licere permittens: cuius post Deum beneficiis hoc debetur, quod et Ierosolymitanus episcopus est receptus, et monachos, quos perfidia haereticae falsitatis invaserat, ad sanitatem augusta auctoritate[4] revocavit. Mox itaque ut accepi epistolas tuas talia continentes, non solum eadem die, sed prope eadem hora responsum reddere maturavi, ut certior de omnibus, quae scripseras, redderetis. Fratrem Proterium Alexandrinae urbis episcopum gratulor plenas satisfactionis de fide sua ad nos litteras direxisse, et manifestius[5], quid teneat, indicasse; cui me dignam gratiam necesse est pro fidei ipsius sinceritate praestare, ut honorem in nullo suae perdat Ecclesiae, sed sedis suae privilegia paternae antiquitatis exemplo iuxta canonum illibata iura[6] possideat.

Marcianus qualis princeps.

Egregia eius facinora.

Proterii intemerata fides.

Ideo dignus, cui Leonis gratia opituletur.

Cap. II. De praesentis anni Pascha[7] nulla dubitatio esse nobis potuit, sed de futuro quaesivimus, quod Theophilus Alexandrinae urbis episcopus octavo[8] kalendarum maiarum diei[9], quod nunquam ita a tempore dominicae resurrectionis celebratum est, credidit adscribendum. Unde sollicitius congruit hoc requiri, ut omnis occasio tollatur erroris. Nam in nostris annalibus quintus decimus kalendarum maiarum dies[10] apertissime[11] a patribus

Iuliano apud imperatorem de Paschatis die instantius agendum.

1 Cacciar. l. c. *ne... imprudentiae defectu*. Mel. videt. n. lectio.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1246.

3 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 380 cum plur. mss. et edit. *summae vigilantiae studio*.

4 Cacciar. l. c. cum mss. Vat. et vet. edit. *auctoritas*. Recte quidem n. lectio.

5 « Al. *manifeste* ». Ballerin. col. 1247 et Cacciar. l. c.

6 Ballerin. l. c. mallent legendum *privilegia*.

7 « Intellige an. 454 ». Ballerin. l. c.

8 « Al. *nono* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

9 Cacciar. l. c. cum al. *die*. Forte mendo typographico.

10 Cacciar. l.c. cum vet. edit. *quinto decimo... die*.

11 Cacciar. l. c. *aptissime*. Forte perperam.

nostris et constitutus legitur et celebratus. Ac ne vel apud nos, vel apud Orientales nascatur ex hac parte diversitas, hoc instantius nostro nomine cum christianissimo Principe agere tua dignetur dilectio: quamvis et ipse clementissimus Princeps, se inquisitione sollicitissima curam hanc Aegyptiis delegasse suis epistolis dignatus sit indicare.

Gravissime dolet, litteras suas in synodo mutilas fuisse prolatas.

CAP. III. Epistolam sane meam ad Calchedonensem synodum datam[1] praesentibus episcopis et clericis lectam fuisse tuis epistolis retulisti; sed usque ad illud capitulum, quo ea, quae de fide acta sunt, meus videtur firmasse consensus. Unde miratus sum, quod reliqua, quae secuta fuerunt, non pariter in notitiam eorum, quibus sunt lecta, prolata sint: cum maxime omnibus innotescere debuisset, improbum a nobis[2] ambitum notatum fuisse, et novis usurpationibus obviatum: ut vetustas, quae est canonibus constituta, inviolata, ut semper scripsimus, servaretur. Aetium vero[3] presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur, cognitione habita, in omnibus fuisse purgatum. Epistolam quoque ad christianissimum Principem noveris me misisse, in qua illi gratias egi, quia curam mihi snam tam pro fidei causa, quam pro securitate Reipublicae dignatus est indicare. Aliam quoque ad nos epistolam dedit interveniens pro Anatolio episcopo, ut nostri illi animi gratia praebeatur, quoniam correctionem eius promittit, et in omnibus se satisfacturum esse, quae ad fidei observantiam pertinent, pollicetur.

Anatolii enim ambition. ac novas usurpationes per S. Apostolic. reprobari omnibus declarandum.

Aetium fuisse purgatum gratulatur.

Marciano se gratias egisse innuit.

Nova huius epistola pro Anatolio.

Dat. quinto idus Ianuarii, Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 9 Ianuarii, an. 454.

EPISTOLA LXXXVI[4].

Marciano rescribens eius religionem extollit, seque Anatolium resipiscentem in gratiam recepturum pollicetur.

Leo Marciano Augusto.

Marciani admiranda religio.

Si quantum vestra clementia pro evangelicae fidei integritate sollicita est, tantum Constantinopolitanae urbis episcopus in custodiendis ecclesiasticis regulis vellet esse devotus; omnia, compressis dissensionum scandalis, ad statum proprium iam redissent; nec quidquam sibi, vobis in imperio constitutis, qui omnia iusta defenditis, et erroribus obviatis, eorum adhuc pravitas vindicaret, qui curationem sibi non patiuntur adhiberi. Sed vestrae mansuetudini haec palma servatur, ut vobis omnium, qui ad Christum Dominum nostrum per catholicam fidem revocantur, aut redeunt, sanitas debeatur. Sicut itaque gloriamur in vobis, ita contristamur in eos, quibus carnali aemulatione praeoccupatis vos pro statu Ecclesiarum et pace omnium sacerdotum spiritu tam christiano, quam regio in tantum videmus esse sollicitos, ut interventionum vestrarum pro his, quos deviare cognoscitis, commodetis[5]; adhortando me vestris epistolis, ut coepiscopo meo Anatolio animi mei gratiam fraterna charitate restituam, quam illi et amabi-

Ab eius mansuetudine plurimorum salus repetenda.

Quae ipsius charitas erga Anatolium.

1 Hanc habes in Bullario Romano num. XVII, edit. nostr. tom. I, pag. 77.

2 « Vet. edit. erronee *vobis;* et infra *ne novis usurpationibus constituta inviolata, ut semper scribitur, servarentur* ». Ballerin l. c. Mendose quidem.

3 Cacciar. pag. 381 cum al. delet *vero*. Perperam.

4 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1249.

5 « Quesnell. in margine: Supple *favorem* vel quid simile ». Ballerin. col. 1250.

liter, ut meministis, impendi, et praebere semper opto; si tamen, ut hortatus ante sum, ab ea, quao illum gravavit[1], ambitione descisceret, et eos, qui ipsum offuscabant, in suo consortio non haberet.

Quanta huius in S. A. pervicacia.

Sed ad epistolas meas pia affectione transmissas hactenus respondere nihil voluit; et cum de persona Aetii et [2] Andreae, qui illi fuerat substitutus, ea secuta sint quae debeant improbari, non otiosum est, quod de his, quae maxime fuerant curanda, reticetur. Praeceptioni itaque pietatis vestrae parere volueram, et litteras dare ad episcopum supradictum, si priores, quas ad illum direxi, vel effectu rerum, vel scriptis ipsius proficere aliquid probavissem. At cum nihil de ambitionis poenitudine voluerit profiteri, nihilque ad haec respondere, quae a me sunt scripta, curaverit; colloquia quidem mea ab illo suspendi, sed animum, quo illum [3] corrigi et meliorem esse desidero, non mutavi. Proinde, si placet vestrae clementiae, immo, quia id vobis placere cognosco, satisfaciat canonibus, et omnium gratiam sacerdotum pacifica humilitate servaturum se esse rescribat, ambitumque culpabilem se abiecisse significet; ego me illum in eam gratiam spondeo recepturum, ut in omnibus, quae sunt Domino placitura, consortium eius amplectar: quoniam illa pax vera, illa charitas erit firma, in qua simul studebimus et catholicam fidem, et Nicaenorum canonum decreta servare.

Ideo S. Leo litterarum colloquia cum illo suspendit.

Anatolium quomodo in gratiam sit recepturus.

In Nicaenae synodi custodia pax vera et firma charitas.

Dat. septimo idus Martii Aetio, et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 9 Martii, an. 454.

EPISTOLA LXXXVII[4].

Proterio rescribens, qui unam eamdemque Ecclesiae suae fidem cum romana profitetur, huius custodiam episcopis cuixe commendat, et vetusta Ecclesiarum privilegia servanda iubet.

Leo Proterio episcopo Alexandrino.

Cap. I. Laetificaverunt me litterae dilectionis tuae, quas frater et coepiscopus noster Nestorius[5] pio apportavit officio. Oportebat enim ut ab Alexandrinae Ecclesiae praesule talia scripta ad Sedem apostolicam mitterentur, quae ostenderent, magisterio beatissimi Petri Apostoli hoc ab initio per beatum Marcum eius discipulum didicisse Aegyptios, quod constat credidisse Romanos: quoniam praeter Dominum Iesum Christum *non est aliud nomen datum hominibus sub coelo, in quo oporteat nos[6] salvos fieri*. Sed quia non omnium est fides, et insidiosus ille tentator nullis magis corda hominum gaudent sauciare vulneribus, quam ut incautas mentes his inficiat erroribus, qui sint evangelicae veritatis inimici; magna Sancti Spiritus eruditione nitendum est, ut diabolicis falsitatibus nequeat intelli-

Proterii litterae sibi pergratae.

Romanae et Alexandrinae Ecclesiae una fides

In nullo est salus nisi in nomine Iesu Christi.

1 Griman. codex, in quo solo reperta est haec epistola, legit *praegravavit*, vox aptissima ad significandum ingentem Anatolii ambitum. Mala ergo Quesnellus marte suo substituit *gravavit*. Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 381.

2 « Particulae *vel*, quae in cod. Grim. legitur, marte suo Quesnell. substituit *et*, nec sine fraude, arbitror ». Cacciar. pag. 382. Quippa Aetio Andream fuisse suffectum patet ex ep. LXXIII pag. 109, col. 2.

3 « Contra cod. fidem Quesnell. *eum* mutavit in *illum* ». Cacciar. l. c.

4 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1253.

5 « Apud Bedam *Nectarius*, male ». Ballerin. loc. cit.

6 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 384 cum al. omitt. *nos*. Contra fidem Act. IV, 12, ubi legitur: « *Nec... aliud nomen est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri*.

gentia christiana violari. Contra quod periculum praecipue convenit vigilare Ecclesiarum rectores, et quadam verisimilitudine colorata mendacia ab animis simplicis plebis avertere. *Angusta enim et ardua via est quae ducit ad vitam*[1]. Nec tantum laqueorum in actionum observantia, quantum inter discrimina sensuum latet; dum vis sententiarum brevissima adiectione aut commutatione corrumpitur, et confessio, quae operabatur salutem, subtili nonnunquam transitu vergit in mortem. Cum autem dicat Apostolus, *Oportet haereses esse, ut probati manifesti fiant in vobis*[2], ad totius Ecclesiae tendit profectum, quoties contrariorum sensuum se prodit impietas, ne quae sunt noxia, sint occulta, et aliorum laedant incolumitatem, quae revocari non potuerunt ad salutem. Unde sibi imputent ruinas et obcaecationes suas, qui imprudenti pertinacia iacere in reatu suo, quam oblatum remedium sumere, maluerunt. Quorum merito fraternitati tuae displicet obduratio, et laudabiliter eam doctrinam, quae a beatis Apostolis et Sanctis Patribus in nos manavit, amplecteris.

Praesertim episcopis pro catholicae doctrinae custodia est laborandum.

Quam facilius illa violetur.

Qui haereses in bonum Ecclesiae recidant.

Tantummodo in pertinacium ruinam vergunt.

CAP. II. Non enim novae praedicationis est epistola mea, qua ad relationem sanctae memoriae Flaviani contra Eutychen de Domini nostri Iesu Christi Incarnatione respondi in nullo discedens ab eius fidei regula, quae evidenter a nostris vestrisque est defensa maioribus. Quos si Dioscorus sequi imitarique[3] voluisset, in Christi corpore permaneret, habens et in beatae memoriae Athanasii opusculis unde instrueretur, et in sanctae recordationis Theophili et Cyrilli sermonibus unde damnato olim dogmati laudabiliter contrairet, potius quam consortium eutychianae impietatis eligeret. Hoc igitur, frater carissime, pro sollicitudine fidei communis admoneo, ut quia inimici crucis Christi omnibus et verbis nostris insidiantur et syllabis, nullam illis vel tenuem occasionem demus, qua nestoriano nos sensui congruere mentiantur.

Leonis ad Flavianum epistola fidei regulis adamussim cohaeret.

Quid enixe cavendum in colloquiis de fide.

Plebem autem et clerum, omnemque fraternitatem ita debet diligentia tua ad profectum fidei cohortari, ut nihil te novum docere demonstres, sed ea omnium insinuare pectoribus quae venerandae memoriae Patres consona praedicatione docuerunt, cum quibus nostra in omnibus concordat epistola. Hoc autem non solum tuis verbis, sed et ipsa praecedentium expositionum recitatione monstrandum est: ut plebs Dei noverit ea sibi praesenti doctrina insinuari, quae Patres et acceperunt a praecedentibus suis, et posteris tradiderunt. Unde lectis primitus praedictorum sacerdotum assertionibus, tunc demum mea quoque scripta recitentur, ut aures fidelium probent, non aliud nos, quam quod a maioribus accepimus[4], praedicare! Et quia ad haec discernenda minus exercitatos habent sensus, ex Patrum saltem litteris discant, quam antiquum hoc malum sit, quod nunc a nobis tam in Nestorio, quam in Eutyche, qui erubuerunt Evangelium Christi secundum ipsius Domini doctrinam praedicare, damnatur[5].

Qua ratione et clerus et plebs sunt instruendi.

Nestorii et Eutychis haereses antiquissimae.

CAP. III. Per omnia igitur et in fidei regula, et in observantia disciplinae vetustatis norma servetur; et dilectio tua constantiam providi rectoris exerceat, ut prosit Alexandrinae Ecclesiae, quod improbae quorumdam ambitioni, servato

Fides et Ecclesiarum disciplina a maioribus tradita diligenter custodiendae.

1 Matth. VII, 14, ubi Vulg. legit: « *Angusta porta et arcta...* ».

2 I Cor. XI, 19, ubi Vulg. ait: « *Oportet et haereses esse, ut et qui probati sunt, manifesti....*

3 « Ita marte suo Quesnellus; nam codex Grimanus habet *et imitari* ». Cacciari l. c.

4 « Sic ex Ratisp. codice. Quesnell. *accipimus* ». Baller. col. 1255. Rectius, ut videt. n. 1.

5 « Cod. Ratisp. *damnavimus*, delendo praec. *a nobis* ». Ballerin. l. c.

veterum[1] privilegiorum iure, sollicitus obviavi, et metropolitanis omnibus illaesam manere volui dignitatem, sicut ex[2] epistolarum mearum, quas ad sanctam synodum, vel ad christianissimum Principem, sive ad Constantinopolitanum episcopum misi, tenore cognosces; manifesteque perspicies hoc speciale esse sollicitudinis meae, ut neque a fidei regula in Ecclesiis[3] Domini devietur, neque in privilegiis aliquid cuiusquam improbitate minuatur. Quae cum ita sint, teneat fraternitas tua suorum consuetudinem decessorum, et comprovinciales suos episcopos, qui Alexandrinae sedi ex[4] antiqua constitutione subiecti sunt, congrua sibi auctoritate contineat, ut mori ecclesiastico non resultent, sed vel statutis temporibus, vel cum ratio caussae alicuius exegerit, ad charitatem tuam convenire[5] non differant: et si quid, quod Ecclesiae sit utilitatibus profuturum, ex communi collatione tractandum est, collecta in unum fraternitate unanimiter ordinetur. Non enim ulla caussa est quae illos ab hac obedientia debeat revocare, cum talis nobis et fide et moribus innotuerit fraternitas tua, ut tibi de auctoritate praecedentium decessorum tuorum nihil patiamur imminui, aut te impune contemni.

Proterium hortatur, ut comprovinciales episcopos in officio contineat.

Metropolitae auctoritas aliqua causa non imminuenda.

Dat. sexto idus Martii, Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 10 Martii, an. 454.

EPISTOLA LXXXVIII[6].

Marciano rescribens Proterii fidem summa laude prosequitur, quidve huic rescripserit innuens imperatorem rogat, ut suam ad Flavianum epistolam ab haereticis corruptam in graecum sermonem accurate transferendam curet.

Leo episcopus Marciano Augusto.

Cap. I. Puritatem fidei christianae, qua clementia vestra praefulget, etiam his litteris, quas frater et coepiscopus meus Nestorius[7] detulit, demonstratis, iustissimum fratri meo Proterio Alexandrinae urbis Antistiti impendentes favorem, quo mihi per omnia esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimonium perhibere[8] dignatur, indubitanter esset probandus[9], etiamsi taceret. Sed accedit ad gratiam, quod proprio quoque sermone cognoscitur[10], et quam sincerus sit catholici dogmatis praedicator, ipsius professione clarescit[11]. Unde plenissimo affectu dilectionem orthodoxi fratris amplector; et Deo gratias ago, quod amoto[12] eo, qui Evangelio Christi voluit contraire, et a sanctorum Patrum intelligentia dissidere[13], talem[14] prospexit Alexandrinae Ecclesiae sacerdotem, qui praecedentibus rectoribus et fide concordaret et vita. Nam cum amplecti se[15] epistolam meam, quam

Marciani pura fides.

De Proterio laudes.

Quanta Leonis erga ipsum benevolentia.

1 « Ita cod. Ratisp.; Quesn. *verorum* ». Ballerin. l. c. Recte quidem n. lectio.

2 « Perperam marte suo Quesnellus partic. *ex* mutavit in *et* ». Cacciar. pag. 285 et Baller. l. c.

3 « Cod. Grim. *in Ecclesias* ». Cacciar. l. c. Forte mendo typographico.

4 « Partic. *ex* omissa in cod. Grim. restituitur ex cod. Ratisp. ». Ballerin. l. c.

5 « Cod. Grim. *venire* ». Ballerin. l. c.

6 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1256.

7 « Male vet. edit. *Nestorianus* ». Baller. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 391.

8 « Cod. Ratisp. *praebere* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. *probatus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Rectius ad sensum n. lectio.

10 « Al. codd. *cognoscatur* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

11 « Iidem codd. *clarescat* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

12 « Cod. Grim. *damnato* ». Ballerin. l. c. Melius quidem ad rem n. lectio. Vid. ep. XC cap. II pag. 135, col. 2.

13 « Al. *dissentire* ». Ballerin. l. c.

14 « Duo codd. Vatt. *alterum* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

15 « Tres codd. Vatt. *amplexus esset* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

ad beatae memoriae Flavianum contra Eutychen impium misi, toto corde profitetur, quid aliud quam Apostolorum se ostendit esse[1] discipulum? Quoniam doctrina veritatis in lumine suo permanet, et non potest esse diversum quod unum est atque individuum[2].

Veritatis doctrina numquam versicolor.

Cap. II. Rescripsi itaque praedicto fratri, quod debui, atque in sancto studio ut perseveraret, admonui. Qui sine dubio constantior[3] erit, si etiam clementiae vestrae cohortationibus adiuvetur. Nec in aliquo eum terreat quorumdam imperita dissensio, quos paucorum haereticorum instigationibus ignorantia facit[4] obnoxios. Quod ergo sua diligentia[5] assequi nequeunt, opportune eorum insinuetur auditui. Et ne memoratus nova inferre, et propria videatur adstruere, venerabilium Patrum, qui eidem Ecclesiae praefuerunt, scripta relegantur[6], et quid beatus Athanasius, quid Teophilus, quid Cyrillus, quid etiam alii[7] Orientales magistri de Incarnatione Domini senserint, recognoscant; nec[8] repullulantibus decipiantur erroribus qui olim evangelici sermonis sunt virtute prostrati: quoniam omnes fere haereses, quae diversis temporibus extiterunt, dum sacramentum corporeae nativitatis et passionis ac resurrectionis Christi non intelligunt, ab Evangelio deviarunt. Et possemus[9] minus laborare in haereticis repellendis, si rudes animos ea[10] non turbarent mendacia, quae peremit antiquitas. Sed nunc, ut dixi, hic docendi optimus modus est, ut paternorum sensuum lineae[11] Alexandrinae plebis et cleri[12] auribus innotescant: ac si qui sunt, qui nostra scripta despiciant, illis saltem, qui nobiscum apostolicis sensibus congruunt, acquiescant. In quo opere multum consacerdotis mei[13] devotione gaudebo, et semper ipsius unanimitate laetabor: quia fraterna pax non nisi in una[14] fidei confessione servatur.

Leonis litteras ad Proterium.

Cuius constantia et imperatoris cohortationibus adiuvanda.

Fidei tradendae optima ratio.

Fraterna pax una fidei confessione servatur.

Cap. III. Quia vero quorumdam haereticorum versuta nequitia, ad conturbandam nostrorum[15] simplicitatem, epistolam meam, quam ad beatae memoriae Flavianum dedi, falsasse perhibetur, ut, commutatis quibusdam verbis vel syllabis[16], receptorem me nestoriani erroris assereret[17], obsecro venerabilem clementiam vestram, ut eamdem epistolam per fratrem meum Iulianum episcopum, vel eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in graecum sermonem iubeatis integre diligenterque translatam per idoneum perlatorem[18] sub vestri signaculi impressione deferri tradendam iudicibus Alexandrinis, qui eam clero et plebi ipsius civitatis cum praedictorum episcoporum praedicationibus, quibus et mea scripta[19] consentiunt, faciant recitari,

Leonis dogmatica epistola ab haereticis corrupta.

Ideo accuratius in graecum transferenda,

Ac ita ad Alexandrinos publica recitanda.

1 « Abest vox *esse* ab edit. vet. ». Ballerin. col. 1257.

2 « Male ant. edit. *atque divinum* ». Baller. l. c. et Cacciar. pag. 392.

3 « Vat. 541 *constans* ». Cacciar. l. c. Concinnus ad context. n. l.

4 « Al. *fecit* ». Baller. l. c. Rectius ad rem videt. n. l.

5 « Ant. edit. *negligentia* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

6 « Al. *legantur* ». Ballerin. l. c.

7 Cacciar. l. c. *quid etiam orientales*; al. *quid et alii orientales*. Vid. Ballerin. l. c.

8 « Cod. Vat. *ne* ». Cacciar. l. c. et Ballerin. col. 1258. Rectius ad context. videtur n. lectio.

9 « Al. mss. *possent;* al. *possumus*; al. *possunt* ». Ballerin. l. c. Concinne ad sens. n. l.

10 Cacciar. l. c. cum al. *ipsa*.

11 Cacciar. l. c. cum al. *linea... innotescat*. Perperam, ut videtur.

12 « Tres Vatt. cod. *clericorum* ». Cacc. l. c.

13 « Duo Vatt. *nostri* ». Baller. et Cacc. ll. cc.

14 « Al. cum Cacciar. l. c. delent *in;* al. omitt. *una* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Sane recte ad context. n. l.

15 Cacciar. l. c. cum al. *aliorum*.

16 Cacciar. l. c. *litteris* val *syllabis*; al. *verbis et syllabis*. Vid. et Ballerin. l. c.

17 « Al. *Nestorianae haeresis asserant*; al. *assererent* ». Ballerin. l. c.

18 « Al. *latorem* ». Ballerin. l. c.

19 Cacciar. l. c. *quibus mea scripta*; al. *qui et meo scripto*. Vid. et Cacciar. l. c.

ut agnoscant se fallacium hominum fraude ulterius decipi non debere; et probentur apostolicae Sedis sinceri[1] esse discipuli, apud quam nec Eutyches, nec Nestorius ullum obtinent locum, quia sicut alios haereticos, ita et istos Ecclesia universalis damnavit.

Eutychen et Nestorium non secus ac alios haereticos Ecclesia universa damnavit.

Dat. sexto idus[2] Martii, Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 10 Martii, an. 454.

EPISTOLA LXXXIX[3].

Iulianum de receptis Proterii litteris monens eidem suam ad Flavianum epistolam in graecum transferendam committit, ac de Paschatis die sibi rescribi instantius postulat.

Leo Iuliano episcopo.

CAP. I. Sumptis fratris et coepiscopi nostri Proterii Alexandrini antistitis litteris indubitanter agnovi, catholicae eum studere doctrinae, et recto corde haereticis obviare, ut merito sperare possimus, eum Ecclesiae, cui praesidet, et exemplo morum, et insinuatione fidei profuturum. Sed quia non parum ipsi laboris Eutychianorum factionibus excitatur, qui epistolam meam ad beatae memoriae Flavianum datam, fallaci interpretatione corruptam simplicibus quibusque aut indoctis ita dicuntur ingerere, ut quaedam loca nestoriano congruere videantur errori; ut haec malignitas non possit de conturbatione fidelium gloriari, hoc fraternitati tuae laboris iniungo, ut eamdem epistolam meam, quam in omnibus apostolicae concordare doctrinae consonantia maiorum exempla testantur, diligenti interpretatione ex latino in graecum transferre digneris, quam gloriosissimus et fidelissimus Princeps ad Alexandrinos iudices, sicut poposci, sub signaculi sui impressione transmittat, christianae plebi in Ecclesia recitandam, cum praedicationibus sanctorum virorum, qui ipsi Ecclesiae praefuerunt: quo facilius hi, qui ignoranter[4] fluctuare dicuntur, veritate comperta, pravis persuasionibus in errorem ulterius non trahantur. Ne autem fraternitatem tuam aliquid praeteriret, qualia ad clementissimum Imperatorem, vel ad ipsum Alexandrinae urbis episcopum scripta direxerim, subdita huic epistolae exempla monstrabunt.

Proterii sincera fides.

Leonis ad Flavianum litterae ab Nestorii fautoribus contortae.

Ideo mandat, ut per Iulianum

fideliter in graecum vertantur,

Et ad Alexandrinos cum PP. testimoniis recitentur.

Epistolae suae ad Marcianum et Proterium exemplar subdit.

CAP. II. De futuro Paschate[5], ut saepe iam scripsi, esto sollicitus, et clementissimo Principi meo nomine opportunius intimato, ut quid sibi rescriptum sit, faciat certiorem, quoniam imminent dies, ut nosse possimus quem diem Formatis adscribere debeamus, et omnium ex hac parte suspicio evidentius possit absolvi.

De futuro Paschate Iulianum sollicite afflagitat.

Data sexto idus[6] Martii Aetio et studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 10 Martii, an. 454.

XC[7].

Marciani religioni obsecutus promittit se Anatolio gratiam suam redditurum, si resipiscat; deinde rogat, ut

1 Pro *sinceri* Ballerin. l. c. pag. 393 legit ex codd. Vat. *sine errore*. Certe melius n. lectio. Vid. de hoc loco et Ballerin. col. 1250.

2 Cacciar. l. c. cum al. *quinto Idus*. Jaffè op. c. nobis adhaeret.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1259.

4 « Cod. Ratisp. omittit *ignoranter* ». Ballerin. col. 1260. Rectius ad context. n. lectio.

5 « Cod. Grim. *Pascha* ». Cacc. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 383.

6 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *septimo Idus*. Jaffè op. c. nobis consentit.

7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1274.

Eutyches virus suum eo magis profundens longius ablegetur; postremo de imperatoris sollicitudine circa Paschalis diem gratias agens viros religione praestantes eidem commendat.

Leo episcopus Marciano Augusto.

Marciani fides Ecclesiae solatium et praesidium.

CAP. I. Quod saepissime multa iam experimenta docuerunt, sanctum pietatis vestrae studium circa religionem christianam gloriosis perseverat et crescit augmentis: et haec fides clementiae vestrae non solum me, sed et[1] omnes Domini sacerdotes consolatur et roborat; dum in christianissimo Principe sacerdotalem experimur[2] affectum. Quem si orientalium partium sacerdotes studeant imitari, nihil scandalorum[3] neque pax neque fides christiana patietur. Unde cum Constantinopolitanus episcopus ad omnem pietatis profectum praesenti clementiae vestrae doceatur exemplo, si fideliter vestris acquiescat hortatibus, habet[4] in me sincerae gratiae animum; tantum ut quod verbis spondet, perficiat[5]. Si vero, quae Deo et pietati vestrae displicent, pertinaci intentione delegerit, salva mansuetudinis vestrae reverentia, utar[6] cum omnibus, et pro omnibus, vobis quoque annitentibus, adversum superbientem liberiore constantia, quem (quod saepe dicendum est) mallem[7] pro sanctis actibus fraterna charitate complecti, gloriosissime imperator.

Anatolio, si resipiscat, gratiam suam spondet.

Sin minus, liberiori utendum constantia.

Curandum, ut Eutyches virus suum profundens longius ablegetur.

CAP. II. Quia vero suggestiones meas pro tranquillitate catholicae fidei libenter accipitis, significatum mihi esse fratris et coepiscopi mei Iuliani[8] sermone cognoscite, Eutichen impium pro suis quidem meritis exulare, sed in ipso suae damnationis loco multa adversus integritatem catholicam blasphemiarum desperatius venena profundere: et quod in illo totus mundus exhorruit[9] atque damnavit, impudentia maiore, ut innocentes decipere possit, evomere. Plenum itaque rationis existimo, ut vestra clementia ad longinquiora[10] eum iubeat et secretiora transferri. Monasterio[11] vero eius Constantinopoli constituto, in quo habitatores Monachi evangelica apostolicaque doctrina crebrius sunt et plenius roborandi, salubriter (ut arbitror) fiet[12], si is, qui ipsi monasterio praepositus esse dicitur, a societate veneratoris vestri Iuliani episcopi, quem in speculis propter fidem illic esse constitui[13]; non recedat; cuius assidua visitatione profectus servorum Dei illic habitantium possit augeri.

Huius successori societas cum Iuliano suadenda.

CAP. III. Petitionem autem meam[14] de festivitate paschali gaudeo ita a vestra

1 « Tres codd. delent *et* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 392.

2 « Al. *exprimit* ». Ballerin. l. c. Forte mel. lectio.

3 « Duo Vatt. *nullum scandalum* ». Cacciar. loc. cit.

4 « Al. legunt *habebit* ». Ballerin. col. 1275.

5 Cacciar. l. c. *corde perficiat*. Potius *actu perficiat*.

6 « Pleriq. Vatt. cod. hunc locum sic legunt: *utar cum omnibus, vobis quoque annitentibus, liberiore conscientia, quia (quod saepe dicendum) male pullulantia fraterna charitate oportet resecari* ». Cacciar. l. c.

7 Cacciar. l. c. *malim*.

8 « Al. codd. *significatum mihi fratris, quem excepistis piissime, Iuliani*, etc. Baller. loc. cit.

9 Cacciar. pag. 394 cum al. *horruit*.

10 Cacciar. addit eum mss. *loca*; tres Vatt. *ad tutiora loca*. Vid. et Ballerin. col. 1276.

11 Cacciar. l. c. *De monasterio*.

12 Cacciar. l. c. *id fiet*; duo codd. *salubriter id fiet, ut arbitror*. Vid. Balleria. l. c.

13 Cacciar. l. c. mendo typograph. *constituti*.

14 « Al delent *meam;* al. hunc locum sic legunt: *Petitionem autem de festivitate paschalis gaudii ita novi a vestra pietate susceptam* ». Ballerin. l. c.

De Marciani sollicitudine in Paschatis die inquirendo gratias agit.

pietate susceptam, ut confestim agentem [1] in rebus Alexandriam mitteretis de errore admonendo [2], quem sanctae memoriae Teophili constitutio videtur inferre. De qua re, sicut scribere dignamini, quicquid ad pietatis vestrae notitiam perlatum fuerit, iubete me nosse, ut de observantia, quam non licet esse diversam, quid [3] potissimum sit tenendum, Ecclesia universalis agnoscat. Precor autem,

Imperat. clementia illi praesertim, tuendi, qui plus fidei amore vigent.

quod vestrae novi clementiae convenire, ut eos maxime tueamini contra omnes insidias, quos mihi et vestrae mansuetudini propter amorem fidei placere cognoscitis, ut eos Constantinopolitanus episcopus laedendi non habeat facultatem.

Data decimo septimo kalendas [4] Maii, Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 15 Aprilis, an. 454.

EPISTOLA XCI [5].

Anatolio tribuens intermissam cum ipso literarum consuetudinem eius recentiora facta laudat, quidve agendum cum clericis praescribens, qui in Eutychianam haeresim corruerint, Nicaenorum canonum custodiam praecipue commendat.

Leo Episcopus Anatolio Episcopo.

Per Nectarium agentem in rebus.

Anatolii levitatem carpit.

Cap. I. Si firmo incommutabilique proposito dilectio tua curam gratiae communis habuisset, nihil profecto, quod ullam anxietatem tibi ingereret, extitisset. Non enim sinebat ratio ut eius charitatem spernerem, quem amore pacis, et studio reparandae catholicae fidei inter ipsa episcopatus rudimenta iuvissem, optans in ecclesiasticis curis talem habere consortem, ut mihi de sanctis praecessoribus [6] tuis nec Ioannis spiritualem copiosamque doctrinam, nec auctoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidem beati Flaviani deesse sentirem: et ita studiis tuis uterer, ut nullus auderet vel fidei catholicae resultare, vel Nicaenis venerabilium Patrum regulis contraire.

Leonis erga ipsum moderatio et sollicitudo.

Sed cum in [7] iniuriam canonum, ut agnoscis, illa tentata sint [8], quae omnibus Ecclesiis scandalum maximum generarent; quid aptius ac modestius facerem, quam ut te primum, ut ab hac intentione recederes [9], fraterno animo missis litteris admonerem? Ad quas cum non rescriberes, ipse te a colloquii mei consortio separasti. Denique inde iam tacui, sed clementissimo Principi custodi fidei frequenti litterarum petitione suggessi, ut pro pace Ecclesiarum, quam tibi maxime prodesse cognoscis, haec, quae nunc a tua dilectione facta sunt, implerentur. Cui ineffabiles gratias ago, quod secundum eruditionem Spiritus Sancti, cuius est virtute plenissimus, sacerdotali dignatur [10] studere concordiae, sciens sibi orationes supplicantium copiosius profuturas, si famuli unius Domini in nullo sint a verae pacis unitate divisi.

Intermissum litterarum colloquium Anatolio tribuendum.

Ibi supplicantium fructus uberior, ubi pacis unitas custoditur.

Cap. II. Quod ergo in Constantinopo-

1 « Vulg. ant. addunt *Nectarium* » Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

2 « 630 *removendo* ». Cacciar. l. c.

3 Cacciar. l. c. *quidquid*.

4 « Al. *septimo*; al. *decimo sexto kalendas* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Jaffè op. cit. nobis consentit.

5 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1277.

6 « Al. *praecursoribus* ». Ballerin. l. c.

7 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 397 omittit *in*, mendo typograph. ut videtur.

8 Cacciar. l. c. cum vulg. ant. *sunt*.

9 « Tres Vatt. cod. *discederes* ». Cacciar. pag. 298. Ad rem concinnius videt. n. l.

10 « Al. *dignetur* ». Ballerin. col. 1278.

Anatolii nonnulla facinora commendat.

litana Ecclesia quaedam in officiis clericorum correcta significas, ut et Aetium presbiterum in gratiam tuam affectionemque revocaveris, et Andream ab archidiaconi actione submoveris, nobis placuisse rescribo: quia existimationem tuam, ut optabam, plurimum erigit atque commendat. Et merito post correctionem in oblivionem perducitur[1] quod reprehensioni obnoxium videbatur, cum haereticorum provectione, et discipulorum sanctae memoriae Flaviani iniuria gravareris; quae nunc simul ab omni offensione cum tui, ut volui, laude cessarunt, quia in ordinem suum, quae fuerant turbata, redierunt. Andream sane, qui rationabiliter archidiaconi est privatus officio, et Eufratam, qui sanctae memoriae Flaviani, ut comperi, improbus extitit accusator, si professionibus plenissime scriptis non minus eutychianam[2] haeresim, quam nestorianum execrabile dogma condemnant, quoniam venia est praestanda correctis, presbiteros consecrabis: ut sibi remedium catholicae fidei sentiant profuisse, electo primitus et probato, qui archidiaconi officium possit implere, idest, quem nulla umquam praedictarum impietatum fama resperserit. Caeteri vero, quos par reatus involverat, si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt, suis ordinibus reformentur: his tantum ad officiorum primatum admissis, quos ab omni errore liberos fuisse constiterit.

Merito post correctionem obliviscimur quod antea fuit reprehendendum.

Quaenam ratio cum lapsis clericis habenda.

Ii tantum ad officiorum primatum evehendi, qui nullo errore unquam fuerint irretiti.

Frustra Anatolius suae ambitionis culpam in aliorum consilia reiicit.

Cap. III. Illam autem culpam, quam de augenda potestate, aliena (ut asseris) adhortatione contraxeras, efficacius atque sincerius tua charitas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola clericorum consilia transtulisses. Quia sicut in mala suasione delinquitur, ita et in mala consensione[3] peccatur. Sed gratum mihi, frater carissime, est, quod dilectio tua id profitetur sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiae communis regressum professio dilectionis tuae, et attestatio Principis christiani. Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abiiciatur penitus inconcessi iuris, qui dissensionem fecerat, appetitus. Sufficiant limites quos Sanctorum Patrum providentissima decreta posuerunt, ut quieta sit suis meritis et antiquis privilegiis dignitas omnium sacerdotum. Renovetur, et maneat in te dominicae charitatis affectio, ad quam dilectionem tuam saepius cohortatus sum, cum fratre et coepiscopo nostro Iuliano, qui communem gratiam semper optavit; cuius industria et sollicitudines tuae relevabuntur, et fides catholica munietur. Super omnia autem fraterna charitate hortor et moneo, ut ea quae ad gloriam vel ad munimen pertinent sacerdotalis officii, Nicaenorum canonum universalis Ecclesiae pacem servantia decreta custodias. Sic enim inter Domini sacerdotes inviolata charitas permanebit, si paribus studiis, quae sunt a Sanctis Patribus constituta, servetur.

Quid ipsi in communis gratiae regressum sufficiat.

Super omnia Nicaeni canones custodiendi.

Data quarto kalendas Iunii[4], Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 29 Maii, an. 454.

EPISTOLA XCII[5].

Litteras ad Anatolium transmissas Marciano innuens, quid ab illo sit maxime expetendum significat, ac de compositis

1 « Tres Vatt. cod. *deducitur* ». Cacc. l. c

2 Cacciar. l. c. omittit *haeresim*.

3 Cacciar. pag. 399 cum cod. Grim. *confessione*. Sane concinnius ad sensum n. lectio.

4 « Male cod. Barber. *Iulii* ». Ballerin. col. 1279.

5 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1279.

rebus laetatus exoptat, ut etiam Carosi monachi perversitas comprimatur.

Leo Episcopus Marciano Augusto.

Marciani amor pro episcoporum concordia.

Cap. I. Litterarum clementiae vestrae multiplex gratia debita a me veneratione suscepta est, et gratulanter agnovi, quam piam curam christianae religionis, ut consuevistis, habeatis; cum inter Domini sacerdotes eam vultis firmare concordiam, quae et universali Ecclesiae, et divino apta sit cultui. Illa enim probabilis pax et charitas vera est, quam plenissime beatus Apostolus praedicat dicens: *Charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta* [1]. Obsequens itaque et libenter assentiens sanctis vestrae pietatis hortatibus fratris et coepiscopi mei Anatolii scriptis reciproco, ut debui, sermone respondi, qui cessationem alloquii mei suo silentio debuit imputare [2]: cum ad litteras [3] meas, quibus eum fraterna charitate monueram, ut reprehensibili ambitione discederet, ulterius respondere neglexit. Ego vero, qui apud illum tacui, clementiae vestrae [4] pro pace universalis Ecclesiae quae essent profutura suggerere pro mea cura non destiti. Nam et vestra mansuetudo insinuationem meam [5] tam libenter accepit [6], ut et [7] semper rescribere [8] dignaretur, ei haec ageret [9], ut quae nunc correcta sunt, vestrae gloriae debeantur: quod [10] tales nunc misit epistolas, quibus notabilem ambitus culpam aliis potius quam sibi assereret deputandam.

Cur antea S. Leo Anatolio non rescripserat.

Quantum de eius resipiscentia fuerit sollicitus.

Quid ab ipso sit valde expetendum.

Cap. II. Agnoscat ergo, auguste venerabilis, praedictus antistes quanto amplius humilitate, quam elatione crescatur, et memor limitum paternorum salubritatem canonum ad pacem universalis Ecclesiae conditorum ea quae debet in posterum observatione custodiat, defensioni quoque catholicae fidei indesinenter invigilet, pro custodia dominici gregis diligentes praetendat excubias, utatur in omnibus devotissimo vestrae pietatis auxilio; et si quid usquam sub catholico nomine hostilium fraudum latet, id prodendum gloriae vestrae instanter indaget [11]. Qui enim sacrilegum errorem a longinquioribus quoque provinciis expulistis, et ad veritatis lucem contenebrata Palaestinorum corda revocastis, quomodo eum sub vestrae fidei radiis spirare [12] patiemini [13]? cum etiam per Ægyptum, Deo vos in omnibus adiuvante, celerius eredamus omnes pravi dogmatis extinguendas esse reliquias. Benigne enim his consulitis, quibus licentiam execrabilis erroris aufertis.

Leonis fiducia in Marciani pietate.

De rerum compositione gaudet.

Cap. III. Gaudeo itaque, gloriose, quae perturbata fuerant esse composita: cum et memoria beati Flaviani in consolationem [14] discipulorum eius excolitur, cum Andreas ab archidiaconi ministerio submovetur, cum postremo a Sanctorum Patrum iniuria temperatur, et a violandis

1 I Tim. I, 5.

2 « Cod. Barb. et Ratisp. cum Holstein *potuit imputari* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

3 Innuit litteras ad Anatolium datas, quas vid. sup. num. LXVII pag. 98, col. 1.

4 Vid. epist. ad Marcianum Augustum sup. num. LXV pag. 93, col. 1.

5 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 400 omittit *tam*.

6 « Holstein. *accipit* ». Cacciar. l. c. Rectius ad sens. n. l.

7 « Al. delent *et* ». Baller. l. c.

8 « Holstenius *scribere* ». Cacciar. l. c. Inepte quidem.

9 Cacciar. l. c. *agere*. Forte melius.

10 Cacciar. l. c. *qui*. Sane mel. n. lectio.

11 « Cod. Barber. *indiget*; Holstenius ex ingenio correxit *indicet* ». Ballerin. col. 1280. Perperam.

12 « Cod. Barber. *sperare* ». Ballerin. l. c. Forte amanuens. mendo.

13 « Cod. Barber. *patiamini*; Quesnell. *patimini* ». Ballerin. l. c.

14 Cacciar. l. c. cum al. *consolatione*; Holsten. sic hunc locum refert: *cum ad memoriam Beati Flaviani consolatio eius discipulorum excolitur*. Vid. Cacciar. l. c. Erronee, ut videtur.

canonibus abstinetur, ut regnum vestrum Christo regnante tranquillum, Christo[1] defendente sit validum. Unde cum per omnia me clementiae vestrae parere delectet, fratris mei Anatolii charitatem toto corde suscipio. Amabilem fidumque se praebeat, et ab ea quam illi spondeo charitate, nulla se deinceps varietate dissociet, eos sibi sincera affectione coniungens, quos catholicae fidei probavimus defensores. Habet in omnibus vestrae pietatis, quod sequatur, exemplum; maxime cum benignitatis vestrae adiuvetur auxilio. Suggestiones autem fratris et coepiscopi mei Iuliani, quem pietati vestrae commendo, quaeso ut benignius, sicut facitis, audiatis. Hoc etiam fratri meo Anatolio proderit, si eum, quem pro catholico dogmate illic esse volui, dignanter habeatis.

Qualem Anatolius in communem gratiam receptus sese probare debeat.

CAP. IV. Illud etiam, quod Constantinopolitanae Ecclesiae est saluberrimum, rogo, ut Carosus monachus nimis imperitus, nimisque perversus, qui, ut comperi, multorum corda subvertit, sua venena, pietatis vestrae beneficio, ultra non exerat; ne ubi sancto mansuetudinis vestrae studio omnis pene haereticorum est conatus extinctus, ibi per vilem ac reprobum damnatae perfidiae defensorem et fidei vestrae gloria, et synodalis violetur auctoritas.

Carosi perversitas compescenda.

Datum quarto kalendas Iunii, Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 29 Maii, an. 454.

EPISTOLA XCIII[2].

Marciano gratulatus, quod eius studio de paschali die quaestio fuerit absoluta, Proterii Alexandrini literis se acquievisse ait: tum imperatorem precatur, ut Ecclesiae oeconomorum causas more veterum tantummodo ab Episcopis diiudicandas velit.

Leo Marciano Augusto.

CAP. I. Sollicitudinem meam, quam de paschali observantia habui, sancto clementiae vestrae studio pro mea petitione gratulor absolutam, qui diligentius in Alexandrina Ecclesia iussistis inquiri, utrum recte possit octavo kalendarum maiarum secundum definitionem Theophili episcopi contra veterem observantiam futura paschalis festivitas celebrari; cum a passione Domini in omnibus nostris annalibus decimus quintus kalendarum maiarum dies legatur adscriptus. Sed cum Ægyptiis alia ratio placeat, consensum meum, ne qua discrepantia per provincias de observantia tam venerabilis festi fieret, commodavi, ut resurrectionis dominicae maximum Sacramentum nusquam die alia celebretur, et inter Domini sacerdotes nihil in tanta solemnitate sit varium; sed per universas Ecclesias Deo nostro pro vestrae pietatis prosperitate vel regno pariter supplicetur. Literas autem fratris et coepiscopi mei Proterii Alexandrinae civitatis episcopi me accepisse significo, quibus apud pietatem vestram de mea consensione respondi: non quia hoc ratio manifesta docuerit, sed quia unitatis, quam maxime custodimus, cura persuaserit.

Quaestio de paschali die ob Marciani studium absoluta.

Leonis in hac re Ægyptiis consensum suum commodat.

Unitatis causa Proterii litteris acquiescit.

CAP. II. Illud etiam rationabiliter huic epistolae credidi copulandum, ut de eo, quod pietatem vestram prioribus petii literis, deprecarer, ut oeconomos Constantinopolitanae Ecclesiae novo exemplo, et praecipuae pietatis vestrae temporibus, a publicis iudicibus non sinatis audiri, et

Ecclesiae oeconomorum rationes dumtaxat episcopis subiiciendae.

1 « Cod. Ratisp. omittit *Christo* ». Ballerin. col. 1281. Melius sane n. l.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1282.

hanc quoque iniuriam sacris removeatis ordinibus; sed rationes Ecclesiae secundum traditum morem sacerdotali examine iubeatis inquiri.

Datum quarto kalendas Iunii, Aetio, et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 29 Maii, an. 454.

EPISTOLA XCIV[1].

E cultus uniformitate exordiens Galliarum et Hispaniarum episcopis Paschatis diem indicit, cuius controversia exponitur.

Ad episcopos Galliarum et Hispaniarum.

Dilectissimis fratribus universis episcopis catholicis per Gallias et Hispanias constitutis Leo Romanae episcopus.

Praesertim circa Paschatis diem uniformitas est curanda. Cum in omnibus divinorum praeceptorum regulis exequendis sacerdotalem observantiam oporteat esse concordem, maxime nobis[2] et principaliter providendum est, ne in paschalis festi die vel ignorantia, vel praesumptio[3] peccatum diversitatis incurrat. Unde quia tempus sacratissimae solemnitatis ita dispositos De hoc die quaestio. habet limites suos, ut salutare sacramentum nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari, non desinit apostolicae Sedis sollicitudo prospicere, ne devotio ecclesiastica aliquo turbetur incerto. Cum autem in quibusdam adscriptionibus patrum futurum proxime[4] Pascha Domini ab aliis in diem xv kalendarum maiarum ab aliis in diem octavum kalendarum earumdem[5] inveniretur adscriptum: tantum me diversitas ista permovit, ut clementissimo Principi Marciano curam de hac Ad hanc discendam quid a Leone actum. re animi mei panderem, ut praecipiente ipso ab his, qui habent huius supputationis peritiam, diligentius illic discussa ratione, quaereretur, quo[6] die posset veneranda solemnitas rectius celebrari. Quo rescribente, octavo kalendas maias definitus est dies. Quia ergo studio unitatis et pacis malui Orientalium defini- Paschalem diem indicit. tioni acquiescere, quam in tantae festivitatis observantia dissidere; noverit fraternitas vestra, die octavo kalendas maias ab omnibus resurrectionem dominicam[7] celebrandam, et hoc ipsum per vos aliis esse fratribus intimandum, ut divinae pacis consortio, sicut una fide iungimur, ita una solemnitate feriemur. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi[8].

Dat. post consulatum Opilionis, quinto kalendas Augustas.

Dat. die 28 Iulii, an. 454.

Valentiniano[9] VIII[10], et Anthemio consulibus[11], Pascha viii kalendas maias.

EPISTOLA XCV[12].

Gaudens Iuvenalem sedi suae fuisse restitutum, in cius lapsum adversitatum, quibus fuit perculsus, causam reii-

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1283.

2 « Al. *id nobis* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 402 et Ballerin. l. c., qui addunt cod. Venet. delere seq. *et*.

3 « Cod. Venet. *praesumptione* ». Ballerin. l. c. Recte quidem.

4 « Tres codd. delent *proxime* ». Cacciar. et Ballerin. ll. cc. Sane perperam.

5 Nempe 17 vel 24 April. Cacc. l. c. *kalendas maias*, et infra *kal. easdem*.

6 « Duo Vatt. *in quo* ». Cacciar. l. c.

7 « Cod. Vat. 1340 *Dni* ». Cacciar. l. c.

8 « Salutatio haec et addita nota consularia desunt in vet. edit.; leguntur tamen in codd. Vatic. ». Cacciar. l. c.

9 Haec Paschatis indictio Leonis non est, neque esse potuit, quum v. kal. Augustas anni 453, quo opist. scripsit, futuri anni consules, praesertim orientalem, scire nequiverit. V. Ballerin. col. 1284.

10 Cacciar. pag. 403 *Valentiniano III*.

11 « E Vatic. 1340 abest vox *Consulibus*, et infra *maias* ». Cacciar. l. c.

12 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1285.

cit: dein per Ierosolymae loca discurrens, veram Christi Incarnationem mirifico eloquio confirmat.

Leo urbis Romae episcopus Iuvenali Ierosolymitano episcopo [1].

Iuvenalis in sedem suam restitutus.

Cap. I. Acceptis dilectionis tuae litteris, quas ad me filii nostri [2] Andreas presbyter et Petrus diaconus detulerunt, gavisus quidem sum, quod tibi ad episcopatus tui sedem redire licuisset, sed [3] confluentibus in recordationem [4] omnibus causis, quae te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui adversitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, et resistendi haereticis constantiam perdidisse: quia aestimant, non esse tibi liberum, ut eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse. Beatae enim memoriae Flaviani condemnatio, et impiissimi Eutychis receptio, quid nisi [5] Domini nostri Iesu Christi secundum carnem negatio fuit? Quam ipse grandi misericordia sua fecit resolvi, cum detestandum illud Ephesinae synodi iudicium ita sancti Chalcedonensis Concilii auctoritate [6] destruxit, ut nullum depravatorum a remedio correctionis arceret. Unde quia in tempore indulgentiae resipiscentiam magis quam pertinaciam delegisti, gaudeo [7] te caelestem expetisse medicinam, ut fidei ab haereticis impugnatae tandem possis esse defensor. Quamvis enim nulli sacerdotum liceat nescire, quod praedicat [8]; inexcusabilior tamen est omnibus imperitis [9] quilibet Ierosolymis habitans christianus [10], qui ad cognoscendam virtutem [11] Evangelii, non solum paginarum eloquiis, sed ipsorum locorum testimoniis [12] eruditur [13]. Et quod alibi non licet non credi, ibi non potest non videri. Quid laborat intellectus, ubi est magister aspectus? Et cur lecta vel audita sunt dubia, ubi se et visui et tactui tota humanae salutis ingerunt sacramenta? Quasi ad singulos quosque cunctantes Dominus adhuc voce corporea utatur [14], et dicat: *Quid turbati estis, et quare cogitationes ascendunt* [15] *in corda vestra? Videte manus meas et pedes meos, quia ipse ego sum. Palpate et videte, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me videtis habere* [16].

Huius adversitates ipsamet imputandae.

Ephesini Conciliabuli iudicium per Chalcedonensem Synodum destructum.

Inter Eutychianos ille magis inexcusandus qui Hierosolymis degit.

Siquidem illic videtur quod alibi creditur.

Hierosolyma per mysteriorum loca vel oculis catholicam fidem obiicit.

Cap. II. Utere igitur, frater carissime, invictissimis catholicae fidei documentis, et Evangelistarum praedicationem sanctorum locorum, in quibus degis, testificatione defende. Apud te est Bethleem,

1 « In graeca versione *Dilecto fratri Iuvenali Leo archiepiscopus Romae* ». Baller. col. 1286.

2 « Al. codd. *mei* ». Ballerin. l. c.

3 Al. *sed et* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* p. II, pag. 403.

4 « Cod. Taurin. *in retardationem* ». Cacc. l. c. Antiq. versio εις την αναμνησιν εμην *in recordationem meam* nostrae lectioni favet.

5 « Duo codd. Vatt. *quid nisi carnis Domini nostri Iesu Christi negatio fuit* ». Cacciar. pag. 404 et Ballerin. l. c.

6 « Al. *sancta... auctoritas* ». Ballerin. col. 1287 et Cacciar. l. c. Forte aptius ad contextum; siquidem non ipse resolvit, sed *ipse fecit resolvi*.

7 Cacciar. l. c. *ita gaudeo*. Recte n. lectio.

8 « Al. cod. *praedicet*: in vet. edit. hic additur *quoniam qui ignorat, ignorabitur* ». Ballerin. loc. cit.

9 « Cod. Taur. *tamen est omnibus imperitis imperitior* ». Cacciar. l. c. Melius videt. n. l.

10 « Cod. Regin. cum al. *Ierosolymitanus antistes* ». Ballerin. col. 1288. Antiq. vers. οιος δηποτε τυγχανων χριστιανος, και ιεροσολυμα κατοικων n. lectioni adhaeret.

11 « Al. *veritatem* ». Ballerin. l. c. Antiq. vers. habet δυναμιν virtutem.

12 « Cod. Vat. 5845 *testimonio* ». Ballerin. l. c. Iuxta antiq. vers., quae leg. μαρτυριας.

13 « Cod. Ratisp. *docetur* ». Ballerin. l. c.

14 » Barb. cum trib. vatt. *vel specie vel voce utatur*; al. *corpore utatur* ». Cacciar. pag. 405. Ballerin. l. c. Quid sibi volunt illa *vel specie, vel voce*, quae veram humanitatem reticent, et fictionem tantum videntur innuere? Num hic locus fuit ab Eutichianista corruptus?

15 « Vat. cod. *ascenderunt*; et mox *contrectate* pro *palpate* ». Ballerin. l. c. Sane contra Vulg. textum.

16 Luc. xxiv, 38, ubi Vulg. legit. « *Quid turbati estis, et cogitationes... Videte manus meas, et pedes, quia ego sum. Palpate, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet* »....

in qua salutifer davidicae virginis partus illuxit, quem involutum pannis inter angustias *diversorii* praesepe suscepit. Apud te est declarata ab Angelis, adorata a Magis, et per multorum infantium mortes ab Herode quaesita Salvatoris infantia. Apud te est, ubi pueritia eius adolevit, ubi adolescentia maturavit, et per[1] incrementa corporea in virum perfectum veri hominis natura profecit non sine cibo esuritionis[2], non sine somno quietis, non sine fletu miserationis, nec sine pavore formidinis: unus enim atque idem est, qui et in Dei forma operatus est miracula magna virtutis, et in forma servi subiit saevitiam[3] passionis. Hoc tibi ipsa crux indesinenter loquitur; hoc lapis clamat sepulcri, in quo Dominus humana conditione iacuit, et de quo divina potentia resurrexit. Et cum ad montem Oliveti locum ascensionis veneraturus accedis, nonne illa vox angelica in tuo resultat auditu, qua elevationem Domini stupentibus dicitur: *Viri Galilaei, quid statis aspicientes in coelum? Hic Iesus, qui assumptus est a vobis in coelum*[4], *sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in coelum*[5]*?*

Unus idemque qui in forma Dei operatus est miracula, ac qui in forma servi subiit passionem.

Cap. III. Veram igitur Christi generationem crux vera confirmat, quoniam ipse in nostra carne[6] nascitur, qui in nostra carne[7] crucifigitur, quae, nullo interveniente peccato, nisi fuisset nostri generis, non potuisset esse mortalis. Ut autem repararet omnium vitam, recepit omnium causam; ac vim veteris chirographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus solvendo vacuavit: ut sicut per unius reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per unius innocentiam omnes fierent innocentes; inde in homines manante iustitia, ubi humana est suscepta natura. Nulla enim ratione extra nostri[8] est corporis veritatem, de quo Evangelista praedicationem inchoans dicit: *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham*[9]: beati Pauli apostoli consonante doctrina, cum dicit: *Quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula*[10]. Itemque ad Timotheum: *Memento,* inquit, *Iesum Christum resurrexisse a mortuis, ex semine David*[11].

Vera Christi generatio ex eius vera cruce confirmatur.

Ut per unius reatum omnes peccarunt, ita per unius innocentiam omnes iustificantur.

Cap. IV. Haec autem veritas quantis et novi et veteris Testamenti auctoritatibus declaretur, pro antiquitate sacerdotii[12] tui evidenter agnoscis, cum fides Patrum et scripta mea ad sanctae memoriae Flavianum data, quorum mentionem ipse fecisti, adiecta universalis synodi confirmatione, sufficiant. Unde[13] prospicere oportet dilectionem tuam, ut[14] contra redemptionis ac spei nostrae ineffabile sacra-

Vera Christi Incarnatio pluribus argumentis ostensa unicuique credenda.

1 « Al. add. *per omnia* ». Ballerin. l. c.

2 « Cod. Vind. *et esuritione* ». Ballerin. l. c. Sane perperam. ad orationis contextum.

3 « Cod. Ratisp. *sententiam* ». Ballerin. l. c. Melius quidem n. lectio.

4 « Al. delent *in caelum* ». Ballerin. col. 1291 et Cacciar. pag. 406. Certe contra Vulg. textum.

5 Act. I, 11.

6 « Vat. Reg. *natura* ». Ballerin. l. c.

7 « Quidam codd. delent hic vocem *carne* ». Ballerin. l. c. Sane perperam. Et re quidem vera antiq. vers. leg. *επειδη ο αυτος εν τω ημετερω τικτεται σωματι, ο εν τη σαρκι τη ημετερα σταυρουμενος.*

8 « Al. *humani* ». Ballerin. l. c.

9 Matth. I, 1. Vet. vulg. et quidam codd. hic addunt: *et qui Samaritanae mulieri protestatur, quoniam salus ex Iudaeis est* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Cod. Vat. Reg. legit, *et qui de se Samaritanae...* Quae sane verba caeteris minus connexa antiq. versio non habet.

10 Rom. IX, 5.

11 II Tim. II, 8. « Heic vet. edit. addunt: *secundum carnem* ». Ballerin. col. 1292. Cacciar. pag. 407. Sane contra text. cit., ubi legitur: « *Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum* ».

12 Antiquitas sacerdotii Iuvenalis episcopat. respicit, ad quem evectus fuerat circa ann. 424. V. Ballerin. l. c.

13 « Cod. Ratisp. *unde et* ». Ballerin. l. c.

14 « Cod. Vind. *ne... ullus* ». Ballerin. l. c.

mentum[1], nullus obmurmuret. Sed si qui sunt, qui adhuc aut ignorantia caligant, aut perversitate discordant, eorum quorum in Ecclesia Dei apostolica fuit et[2] clara doctrina, auctoritatibus instruantur, ut de Incarnatione Verbi Dei hoc nos credere, quod illi crediderc, cognoscant; neque se extra corpus Christi, in quo commortui et conresuscitati sumus, sua obduratione constituant: quia nec pietas[3] fidei, nec ratio recipit[4] sacramenti, ut aut in sua essentia passibilis fuerit Deitas, aut in nostrae susceptione naturae[5] mentita sit veritas[6].

In Christi corpore et commortui et conresuscitati sumus.

Non secus anathemate percellitur qui Deitatem asserit passibil., ac qui humanae naturae negat veritatem.

Dat. pridie nonas Septembris, Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 4 Septembris, an. 454.

EPISTOLA XCVI[7].

Iuliani litteras sibi acceptissimas ostendens, de errantium resipiscentia ob Dioscori interitum, et piissimi Marciani praesidium meliora sperat; nec non de Alexandrinae Ecclesiae profectu, si quid Iuliano innotescat, cognoscere cupit.

Leo Iuliano episcopo.

Litteras dilectionis tuae per filium[8] Gerontium me accepisse rescribo, mibique fuisse pergratum, quia non omiseris opportunitatem familiaris alloquii, quod omni occasione inter nos convenit frequentari: ut de his, quae ad curam nostram pro Ecclesiae statu pertinent, nihil incognitum, nihil habeamus incertum. In hac autem sollicitudine constitutis nunquam desunt divina praesidia, quae hypocritarum simulationes nihil posse permittunt, occultamque eorum nequitiam manifesta destructione confundunt. Quamvis enim iampridem omnia haereticorum machinamenta confracta sint, et universas eius vires dextera veritatis abstulerit; nunc tamen intereunte, ut scripsistis, Dioscoro, in profundiora ceciderunt; et perfidiae incentore sublato, instabiles quaedam et insipientes animae habent quod paveant, non habent quod sequantur. Unde, auxiliante misericordia Dei, facilius est errantium speranda correctio, et efficacior erit praedicatio Evangelii, extincto defensore mendacii: cooperante ad hoc remedium christianissimi Principis pietate, cuius devotio pro omnibus catholicae fidei provectibus sanctas semper pretendit excubias. Et ideo fraternitatem tuam hortor et moneo, ut dignatione et charitate regia sapienter utaris, et de omnibus quae profutura credideris, opportunas suggestiones non moreris offerre: quia multis experimentis probavimus, eam esse gloriosissimi Augusti fidem,

Iuliani litterae sibi admodum pergratae.

Hypocritarum simulationes singulari Dei providentia destruuntur.

Extincto Dioscoro, facilius errantium sperande correctio.

Ad hoc piiss. Marciani praesidio sapienter utendum.

1 « Vat. 5845 *contra redemptionem, hoc spei nostrae ineffabile sacramentum* ». Cacciar. l. c.

2 Cacciar. pag 408 cum al. *et est.*

3 « Praecedentia sic Vat. Reg. insigni varietate: *Sed si qui sunt, qui adhuc dissentiunt, a consentientibus instruantur, quia inter tot et evangelica et apostolica praeconia caligantes nec sperni convenit, nec timeri: quia nec pietas,* etc. Ballerin. col. 1293. Antiq. vers. n. lectioni adhaeret.

4 « Al. *suscipit* ». Ballerin. l. c.

5 Vat. 5845 *aut nostrae susceptionem naturae* ». Cacciar. l. c.

6 « Antiq. edit. et plura mss. addunt: *Particulam dominicae Crucis cum eulogiis dilectionis tuae venerantur accepi:* quae tamen ab antiquis codd. absunt ». Baller. col. 1294 et Cacciar. ll. cc. Etiam in antiq. vers. desiderantur.

7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1295.

8 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 408, ex eod. Grim. *filium nostrum;* quam vocem, inquit idem Cacciar., Quesnellus ex ingenio suppressit.

ut tunc maxime se arbitretur regno suo consulere, cum praecipue studuerit pro integritate Ecclesiae laborare. Si quid sane de Alexandrinae plebis provectibus cognoveris, scire nos facito: ut sicut de Orientalium populorum pace laetamur, ita de provectibus etiam huius populi gaudeamus.

De Alexandrinae Ecclesiae profectu nosse desiderat.

Dat. octavo idus Decembris, Aetio et Studio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 6 Decembris, an. 454.

EPISTOLA XCVII[1].

Iuliani litteras sibi per Gerontium fuisse traditas rescribens, de Ioannis apud Aegyptios profectu ut primum scire desiderat; Maximi vero causam Iuliani curis commendans de huius exitu sese valde sollicitum ostendit.

Leo Iuliano episcopo Coensi.

CAP. I. Per filium meum Gerontium litteras tuae fraternitatis accepi, quibus devotione consueta, quae ad curam nostram pro causa fidei merito aestimas pertinere, significas; Carosum scilicet in fidei confessione correctum, sed ita contra fratrem Anatolium in simultate nescio qua permanere, ut propter ipsius discordiam etiam nunc a communione desciscat: Ioannem vero spectabilem virum, et in fidei sinceritate laudabilem ad Aegyptum causa fidei fuisse directum, qui quantum paci emendationique profuerit, cum primum redierit, scire me facias; quod te etiam sine meo monitu facturum esse non dubito,

Iuliani in litteris mittendis diligentia.

Carosi in fide resipiscentia, eiusque obstinata simultas contra Anatolium.

Quid Ioannes apud Aegyptios profecerit, ut primum Leoni referendum.

CAP. II. De Antiocheni autem episcopi statu multo animi dolore contristor, si, quod absit, vera adversus eum ab accusatoribus proferentur. Sed praeter sacerdotalem diligentiam, quam curam utilitatis habituram esse non ambigo, maxima mihi de iustitia et benevolentia gloriosissimi Principis fiducia datur, qua certus sum, in quantum potest fieri, providendum, ne in ullam partem possit valere fallacia. Sed ad quem finem haec causa pervenerit, cum opportunum fuerit, dignaberis indicare.

Ne contra Maximum Antiochenum episcopum quaevis possit fallacia, diligenter curandum.

Huius causae exitus opportune indicandus.

Dat. quinto idus[2] Martii, Valentiniano Augusto octies consule.

Dat. die 11 Martii, an. 455

EPISTOLA XCVIII[3].

Marciani fide laudata, ei gratias refert maximas, quod circa diem Paschatis ipsum commonuerit, iterumque suum in hac re consensum aperit: demum Carosum et Dorotheum e suis monasteriis per imperatorem fuisse ablegatos approbat.

Leo Marciano Augusto.

CAP. I. Quanta sit in vestra clementia dilectio Dei, cui serviendo regnatis, et regnando servitis, ipsa dignatio religiosissimi sermonis ostendit, et in hunc me affectum totius cordis inflammat, ut pro incolumitate gloriae vestrae vota offerre, et supplicare non desinam; quia multum et sanctae Ecclesiae et Romanae reipublicae divinitus vestra salute consulitur. Eamdem igitur occasione, qua pietatis vestrae apices veneranter accepi, debita salutationis obsequia exsolvo, et insufficientes[4]

Marciani religione inflammatus Deum pro ipso precatur assidue.

Quod Marcianus de paschali die ipsum monuerit, gratias agit.

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1296.

2 Ballerin. col. 1297 *III Idus* legendum suspicantur. Jaffè tamen op. cit. nobiscum cohaeret.

3 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1297.

4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 409 cum cod. Grim. *insufficienter*.

gratias ago, quod de sacratissima die Paschae sacerdotali me sollicitudine pietas vestra commonuit[1]; licet dudum in hac observantiae regula me acquiescere sim professus[2], et eumdem diem venerabilis festi omnibus Occidentalium partium sacerdotibus intimasse[3], quem Alexandrini episcopi declaravit instructio, idest, ut anno praesenti octavo kalendas Maii Pascha celebretur, omissis omnibus scrupulis, studio[4] unitatis et pacis.

In hunc diem dudum occidentalibus indictum Leo consentit.

Cap. II. De Caroso vero et Dorotheo, qui haeretica pravitate in multorum perniciem damnatos tuebantur errores, gaudeo pietatem vestram, sicut mihi venerator vester frater meus Iulianus episcopus indicavit, saluberrime praecepisse, ut, ablati a monasteriis suis, apud eos degere iuberentur, quibus nocere non possent[5]: quod, ut spero, multis remedio erit, quos a perversis doctoribus liberastis, crescentibus per omnia gloriae vestrae meritis in amore[6] fidei christianae, ob quam iustus et misericors Deus tribuit, ut vobis sicut divina sunt cara, ita sint mundana subiecta.

Carosus et Dorotheus e suis monasteriis ablegati.

Dat. tertio idus Martii[7], Valentiniano Augusto octies consule[8].

Dat. die 13 Martii, an. 455.

EPISTOLA XCIX[9].

Ne lenitatis segnitie haeresum reliquiae revalescant, Anatolium hortatur, ut qua pollet charitate eas destruat.

Leo Anatolio Episcopo.

Curae esse dilectioni tuae charitatis officia libenter accipio, et ut his crebrius utaris exhortor: quoniam ad totius Ecclesiae pertinet utilitatem, cum quae aguntur agnoscimus[10]. In qua autem sollicitudine dilectionem tuam vigilare conveniat, indubitanter intelligis: quia aliquantas apud vos pravorum hominum resedisse reliquias recognoscis, quibus comprimendis, vel potius, quantum Dominus auxiliatur, abolendis cupimus te instanter incumbere; ne, quod absit, sub aliqua[11] segnitie lenitatis, quae tardius fuerint destructa, revalescant.

Anatolium ad caritatis officia magis incendit.

Quanta eius sollicitudine reliquiae haeresum sint abolendae.

Datum tertio idus Martii, Valentiniano Augusto VIII consule[12].

Dat. die 13 Martii, an. 455.

EPISTOLA C[13].

Iuliani erga fidem sollicitudine commendata, ipsum rogat, ut Alexandrini populi ausibus constanter obsistat.

Leo Papa Iuliano Episcopo.

Gratias Deo, quod in omnibus, quae ad Ecclesiae statum et ad fidei pertinet sacramentum, in nullo dilectionis tuae industria me fefellit, quam intelligo vigilanter prospicere, ne quid adversum evangelicam apostolicamque doctrinam haereticorum insidiae valeant obtinere. Siquidem, ut indicare dignaris, ea quae Eutychianistae post obitum venerabilis

Iuliani pro fide sollicitudo.

Ipsius studio Eutychian. conatus post Mar-

1 Forte ex mendo typograph. hic punctum in edit. Ballerin. apponitur, quum sensus aliud exigere videatur.
2 Forte legend. *intimassem*.
3 Vid. sup. epist. xcIII ad eumd. Marcianum pag. 139, col. 1.
4 Cacciar. l. c. cum Grim. cod. *propter studium*.
5 « Cod. Ratisp. *possint* ». Ballerin. col. 1298.
6 « Cod. Ratisp. *in amorem* ». Ballerin. l. c.
7 Cacciar. pag. 410 cum Grim. cod. *tertio idus augusti*, idest *die 11 augusti*, quam lectionem ope Ratispon. codic. emendarunt Ballerini.
8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1298.
9 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 411 *cognoscimus*.
10 « Cod. Ratisp. *qui* ». Ballerin. l. c.
11 « Male Quesn. contra Fid. codd. *sub olia* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
12 « Cod. Grim. *V. C. Consule* pro *VIII Consule* ». Cacciar. l. c.
13 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1299.

ciani obitum destructa.

memoriae principis Marciani excitare moliti sunt, efficacia tua et eorum, quos tecum Dei Spiritus incitavit, agente caussam suam ipsa veritate, destructa sunt: quia vere et fraternitati tuae, et omnibus fidelibus Christi, maximeque glorioso et catholico, ut probamus, Augusto nihil est ad aeternam beatitudinem fructuosius, quam ut ea quae ab ipso spei nostrae auctore fundata sunt, nulla perversorum hominum improbitate violentur, sed ad perpetuam Ecclesiae tranquillitatem secura pace permaneant. Quod ergo, adiuvante Domino, pie utiliterque curatum est, perseveranti opere muniatur. Nam quidam ad nos rumores de Alexandrini populi ausibus deferuntur, quos ideo plenius indicare non possumus, quia necdum ex integro quae dicuntur gesta cognovimus. Sed hoc vobis pro universali Ecclesia laborandum est, ut si vera sunt, quae acta dicuntur, sanctae Chalcedonensi Synodo praeiudicare non possint; ut quae instruente Spiritu Sancto ad totius mundi salutem definita sunt, inviolata permaneant.

Nil ad aeternam vitam fructuosius, quam Xti fidem tueri.

Alexandrini populi ausibus enixe resistendum.

Data kalen. Iunii, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 1 Iunii, an. 457.

EPISTOLA CI [1].

Leonem Augustum rogat, ut perturbatae Alexandrinorum Ecclesiae succurrat, et Chalcedonensi synodo firmiter retenta, illi catholicus episcopus praeficiatur.

Leo Romae episcopus Leoni semper Augusto.

Cap. I. Officiis, quae ad gratulationem imperii vestri pertinent, persolutis, etiam hanc paginam necessariae supplicationis adieci, qua catholicae fidei divinitus praeparatum favoris [2] vestri posco praesidium. Nam talia in Alexandrina Ecclesia perpetrata fratris et coepiscopi mei Anatolii relatione cognovi, ut omnis christiana religio sentiat se impeti [3] atque violari, nisi in universum [4] fidei vestrae devotione prospiciatur [5], et memoratae Ecclesiae, quae antea catholicis fuit clara rectoribus, reddatur [6] christiana libertas; et cessantibus [7] haereticorum impugnationibus, evangelica doctrina, quae illic ante Dioscorum viguit, unita cum totius Ecclesiae pace reparetur. Quod opus virtutibus vestris, gloriaeque conveniens, celerem et Deo placitum habebit effectum, si apud sanctam [8] Chalcedonensem synodum de Domini Christi [9] incarnatione firmata nulla permiseritis retractatione pulsari: quia in illo Concilio per Spiritum Sanctum congregato, tam plenis atque perfectis definitionibus cuncta firmata sunt, ut nihil ei regulae, quae ex divina inspiratione prolata est, aut [10] addi possit aut minui, gloriosissime imperator.

Imperatoris praesidium pro Alexandrina Ecclesia invocat.

Chalcedonensis synodi decreta firmiter retinenda.

Cap. II. Hoc autem [11] etiam apud cle-

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1300.

2 « Al. Codd. *laboris* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 413. Mende quidem amanuens.

3 « Al. *impediri* ». Ballerin. l. c. Perperam.

4 « Al. *in universa* vel *universali* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

5 « Cod. Vercell. *prospicitur* ». Ballerin. l. c.

6 « Cod. Ratisp. *redditur* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. *ut cessantibus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Rectius ut videtur, n. lectio.

8 Cacciar. l. c. cum trib. Vat. codd. *si sanctam Chalcedonensem synodum... firmatam* ». Minus bene, inquiunt Ballerin. col. 1301.

9 Cacciar. l. c. « *Domini nostri Iesu Christi* ».

10 « Cacciar. l. c. delet *aut*. Vel. aliq. codd. delent *gloriosissime imperator* ».

11 « Cod. Ratisp. delet *autem* ». Ballerin. l. c. Perperam.

Huius statuta per ipsum Augustum alias defensa.

mentiae vestrae scientiam non ambigimus esse perspicuum: siquidem, ut multorum ante relatione comperimus[1], molitiones haereticorum, quae contra praedictae synodi auctoritatem conabantur assurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Unde quod negandum illis sponte vidistis, gloriosum vobis est universali Ecclesiae, me supplicante, concedere, et incommutabiliter perpetueque praestare, ut quae secundum Evangelium Christi et praedicationis apostolicae[2] veritatem omnibus retro saeculis, una fide, unaque intelligentia roborata sunt, nulla ulterius possint actione[3] convelli. Prout ergo misericordia Dei, consilio Spiritus sui mentem vestrae pietatis instruxerit, sanctae primitus Alexandrinae Ecclesiae pacis reparatione consulite, et per catholicos sacerdotes talem provideri iubete Pontificem, in quo et in actuum[4] probitate, et in fidei professione[5] nihil possit reprehensibile reperiri: ut omnibus rite compositis, eadem ubique servetur praedicatio veritatis.

Instat, ut Alexandrinae Ecclesiae reparandae catholicus antistes praeficiatur.

Data quinto idus[6] Iulii, Constantino et Rufo viris clarissimis consulibus.

Dat. die 11 Iulii, an. 457.

EPISTOLA CII[7].

Anatolii curas pro Alexandrina Ecclesia commendans, litteras suas Leoni Augusto missas innuit, rogatque, ut Anatolius ipse, a quo frequentiores litteras expectat, vehementius pro Chalcedonensis synodi firmitate apud eum instet.

Leo Anatolio episcopo.

Cap. I. Satis claret fraternitatis tuae sermone, quem sumpsimus, quam piam et probabilem curam dolori Ecclesiarum omnium nuper impenderis, manifestando nobis quae apud Alexandriam in christianae religionis opprobrium gesta dicisti, ut gloriosus et clementissimus imperator de prospiciendis remediis etiam meis precibus posceretur. Cuius quidem tam laudabilis fides et tam prompta devotio est, ut quae paci ecclesiasticae congruebant, sine intercessione cuiusquam, sicut ipse indicas, sponte praestiterit, omnes haereticorum insidias repellendo; qui opportunitatem se invenisse temporis aestimabant, quo sanctae synodi Chalcedonensis decreta cassarent.

Anatolii curae pro Alexandrina Ecclesia.

Leo Augustus Chalcedonensis synodi vindicator.

Cap. II. Sed gratias Deo, qui post excessum sanctae ac venerandae memoriae Marciani, talem Principem omnium electione prospexit, ut in eius virtutibus et Romana respublica, et religio christiana gauderet. Secutus ergo tuae dilectionis hortatum, in quantum debui, glorioso Principi supplicavi[8], ne in pervasionem Alexandrinae Ecclesiae aliquid ulterius sibi possit haeretica audacia vindicare; sed nefariis ausibus salubri fine praefixo, et libertati ecclesiasticae consuleretur et

Mira eius religio.

Illius praesidium pro Ecclesiastica pace dudum a Leone invocatum.

1 « Cod. Ratisp. *cognovimus*; Vercell. *comperi* ». Ballerin. l. c.

2 « Al. *evangelicae*; Cod. Grim. *evangelicae apostolicae* ». Ballerin. col. 1302 et Cacciar. pag. 414.

3 « Nonnull. codd. *accusatione* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Forte melius n. l.

4 Cacciar. l. c. *in actus*. Rectius quidem n. l.

5 « Quesnell. *perfectione* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. *sexto*; al. *V Idus Iunii*. Tillemontius not. 68 in Leonem mensem Iulium praeferendum censuit, cui quidem sententiae probatiores codd. favent, et ipse Jaffé op. c. Vid. Cacciar. et Ballerin. ll. cc.

7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1302.

8 Vid. Epist. praeced. cit.

paci. Superest, ut etiam [1] fraternitas tua ex opportunitate praesentiae fidelissimi imperatoris animum studeat enixius deprecari de statutis sanctae synodi Chalcedonensis sine ulla retractatione servandis; cum ea, quae, Deo aspirante, decreta sunt, nulla se patiantur varietate corrumpi. In quem autem profectum [2] huius pietatis cura procedat, frequentibus tuae dilectionis litteris me debebis instruere, ut de sanctis clementissimi Principis studiis pariter in Domino gloriemur.

Anatolio apud ipsum vehementius instandum.

Divinitus statuta nulla varietate corrumpenda.

Ab Anatol. frequentiores litteras expectat.

Datum quinto idus Iulii, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 11 Iulii, an. 457.

EPISTOLA CIII [3].

De Iuliani et Aetii silentio conquestus eos hortatur, ut imperatorem ad Alexandrinae Ecclesiae pacem vindicandam vehementius urgeant.

Leo Iuliano episcopo, et Aetio [4] praesbytero.
A pari.

Cap. I. Quamvis dudum litteras tuae dilectionis acceperim, miror tamen eam rescribendi opportunitatem, qua frater Anatolius necessarie usus est, silentio praeteriisse: cum pro ratione temporis atque causarum crebriora oporteat esse colloquia. Ego sane praedicti fratris litteris de his plenius, quae apud Alexandriam haeretica temeritas gessit, edoctus, ad clementissimum Principem scripsi [5], et pro statu Ecclesiae, sicut erat necessarium, supplicavi, ut rebus nimium perturbatis studium suae pietatis impendat. Unde sicut fratrem et coepiscopum nostrum Anatolium cohortatus sum [6], ita etiam dilectionem tuam admonere non desino, ut clementissimi Principis fidem quantis opportunum fuerit precibus ambiatis, quem pro religionis catholicae munimento sponte iam quaedam praestitisse cognovimus; ut non difficilis apud eum sit actio, cuius voluntaria sollicitudine praevenimur.

De Iuliani et Aetii silentio conqueritur.

Litterae ad Imperator. missae pro Alexandrina Ecclesia.

Utrosque hortatur, ut Augustum omni prece stimulent.

Cap. II. Quod ergo in causa fidei principale est, incessabilibus suggestionibus obtinete, ut sanctae synodi Chalcedonensis statuta nullis haereticorum pulsentur insidiis, neque liceat quicquam de illa [7] definitione convelli, quam ex inspiratione divina non dubium est per omnia evangelicis, atque apostolicis consonare doctrinis. Tum illud omni assiduitate deposcite, ut Alexandrinae Ecclesiae status in antiquae fidei libertatem, refutata atque depulsa haereticorum obcaecatione, revocetur, per catholicorum scilicet sacerdotum providentiam, ut in locum sanctae memoriae Proterii probatissimus, et de cuius fide nequeat dubitari, constituatur antistes; cui cum securitate concordiae communio Sedis Apostolicae praebeatur. Satis enim erit religioso Principi gloriosum, si dispositionibus ipsius non solum tota Respublica, sed etiam Dei Ecclesia sit quieta.

Quo Chalcedonensis synodus inviolata maneat.

Et Alexandrinae Eccles. probatissimus antistes praeficiatur.

Datum quinto idus Iulii, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 11 Iulii, an. 457.

1 « Vocem *etiam* contra fidem codd. Quesnell. expunxit ». Vid. Baller. col. 1303 et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 415. Sane perperam.

2 « Male Quesnell. contra fidem codd. *profectum* mutavit in *provectum* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1304.

4 « Cod. Ratisp. omittit *et Aetio*, nec non *a pari* ». Ballerin. l. c. Et forte recte. Hic enim nonnulla leguntur, quae Aetio nullo pacto convenire possunt. Vid. Ballerin. l. c.

5 Innuitur praeced. epistola CI ad Leonem Augustum pag. 146.

6 Vid. praeced. epistolam CII ad Anatolium.

7 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 415 cum cod. Grim. *ex illa*.

EPISTOLA CIV[1].

Leoni Augusto de singulari in Ecclesiam providentia gratias agit, eiusque religionem contra haereticam pravitatem enixius impellit.

Leo episcopus Romae Leoni semper Augusto.

Geminas epistolas Leoni Augusto missas commemorat.

Licet proxime ad clementiam vestram gemina scripta[2] direxerim, quorum unum debitum salutationis impleret, aliud[3] pro statu Ecclesiae supplicaret, tamen[4] occasione, quae, Deo providente, se praebuit, iterari utramque convenit, gloriosissime imperator. Secundum illam ergo fiduciam, quam ex Dei inspiratione universali Ecclesiae praestitistis, ante cuiusquam preces constituendo quod maxime ab omnibus fuerat expetendum, non desinimus gratias agere, et providentiam Dei in fidei vestrae fervore benedicere, qui sancto et catholico spiritu, sicut fratris et coepiscopi mei Anatolii sermone cognovi, ita haereticorum impudentiae restitistis, ut profiteremini, in[5] totius mundi pacem Chalcedonensis synodi vos esse custodes[6]. Quod cum ex vestrae fidei sententia saluberrime definitum sit; quanto studiosius universali Ecclesiae est conferendum, ut tranquillitas fidei christianae etiam vestro prosit imperio, nec improbitas haeretica in aliquo de suo molimine glorietur? Cuius pertinax et insidiosa contentio illico conquiescit[7], si imperiali potestate frenetur.

De eius singulari studio erga Ecclesiam gratias agit.

Eiusdem pietatem contra haereticos vehementer sollicitat.

Data kalendi Septembris, Constantino et Rufo viris clarissimis consulibus.

Dat. die 1 Septembris, an 457.

EPISTOLA CV[8].

Dolens, quod Basilii ordinatio sibi de more non fuisset enunciata, hunc hortatur, ut Eutychianorum perversitati obsistat, qui, Proterio episcopo interfecto, Chalcedonensem synodum destruere nituntur; et omnia in episcoporum constantia posita esse asserens, Basilio hanc adhortationem caeteris episcopis manifestandam committit.

Leo Basilio episcopo Antiocheno.

Basilii ordinationem sibi non enunciatam queritur.

Cap. I. Ordinationem quidem dilectionis tuae secundum ecclesiasticum morem tuo vel fratrum nostrorum provincialium episcoporum debueramus[9] sermone cognoscere: sed quia non defuerunt causae, quae possent hanc diligentiam praepedire, et sanctae memoriae Marcianus Princeps suis scriptis consecrationem tuam nobis cognitam fecit, nec de tuo possumus[10] merito dubitare, quem novimus: de necessitate praesenti, sicut aliquantos fratres nostros, ita etiam dilectionem tuam nostris litteris commonemus. Cognitis enim quae apud Alexandriam Eutychianorum furore commissa sunt, quaeque fraternitati vestrae comperta esse non dubito, pro ea sollicitudine, quam omnibus

Hunc hortatur, ut Eutychianorum furori constanter resistat.

1 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. 1, col. 1305.

2 Ex his unum dedimus sup. ep. CI pag. 146, col. 1, alterum desideratur.

3 « Cod. Ratisp. *et aliud* ». Ballerin. l. c.

4 « Cod. Ratisp. *etiam hoc tamen* ». Baller. col. 1306. Forte melius.

5 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 420 cum cod. Grim. *ad*.

6 « Al. *custodem* ». Ballerin. l. c. Recte n. l.

7 « Al. *conquiescet* ». Ballerin. l. c. Rectius.

8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. 1, col. 1309.

9 « Cod. Ratisp. *debueram* ». Ballerin. l. c.

10 « Cod. Griman. *possimus* ». Caccinr. *Opp. Sancti Leonis* part. II, pag 416. Sane perperam.

11 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *tuae*.

Deus Eccles. suam in quavis tribulatione non deserit.

Leoni Augusto ac Marciano aequalis putas

Ecclesiis Dei debeo, haec scripta direxi, quibus dilectionem vestram credidi commonendam, ut sceleratis ausibus sancta constantia resistatis; ne in quoquam nostrum[1] communis fides aut trepida inveniatur, aut tepida: cum, propitio Domino, qui Ecclesiam suam in quacumque tribulatione non deserit, tam religiosum, tamque catholicum animum piissimi imperatoris habeamus, ut non aliud de illo credendum sit, quam probavimus de augustae memoriae Marciano.

Perfidae haeretic. spes post caedem Proterii.

Obsecrat, ut Chalcedon. synodus nulla novitate temeretur.

CAP. II. Siquidem etiam adhuc, nostra actione cessante, ita fidelissimus imperator parricidale crimen horruerit, ut nullum aditum haereticorum concesserit actioni, qui post immanitatem facinoris perpetrati hoc sibi possibile esse credebant, ut, sanctae Chalcedonensis synodi definitionibus resolutis, in alios tractatus vocaretur episcopale iudicium[2]. Quod quia, frater carissime, abrupte inimicum est fidei christianae, et non ob aliud tanta improbitate deposcitur, nisi ut praedicatio Evangelii et dominicae incarnationis mysterium subruatur; obsecro dilectionem vestram[3], ut a Chalcedonensis synodi definitionibus in nullo animos[4] relaxetis: et quae ex divina sunt inspiratione composita, nulla patiamini novitate temerari. Certus enim sum, quod clementissimus imperator et vir magnificus[5] Patricius cum omni coetu illustrium potestatum nihil in perturbationem Ecclesiae patientur haereticos obtinere, si pastorales animos in nullo viderint fluctuare. Ut autem haec adhortatio ad omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum possit notitiam pervenire, diligentiae vestrae[6] cura prospiciat[7]: quia, quod saepe dicendum est, tota religio christiana turbatur[8], si quicquam de his, quae apud Chalcedonem sunt statuta, convellatur.

Ex episcop. constantia Potestatum actio dependet.

Haec adhortatio caeteris episcopis per Basilium communicanda.

Chalcedonensi synodo vel leviter impetita, tota Christi religio convellitur.

Datum kalendis[9] Septembris, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 1 Septembris, an. 457.

EPISTOLA CVI[10].

Euxitheum hortatur, ut e perfidis Eutychianorum ausibus Chalcedonensem synodum vindicet, ac praesentes litteras Illyrici episcopis communicet.

Leo Euxitheo Thessalonicensi Episcopo[11].

Eutychianorum furori firmiter resistendum.

Cognitis quae apud Alexandriam Eutychianorum furore commissa sunt, quae-

1 « Pelagius II epist. III ad Episc. Istriae, cap. 5 hoc Leonis testimonium recitans legit *nostra* ». Ballerin. col. 1310.

2 « Uterque codex Ratisp. et Griman., e quibus unis sumpta est haec epistola, habent *concilium*. Suopte ergo ingenio Quesnellus substituit *indicium* ». Vid. Ballerin. col. 1310 et Cacciar. l. c.

3 « Apud Pelagium l. c. *tuam* ». Ballerin. l. c.

4 « Apud Pelagium l. c. *animum* ». Ballerin. loc. cit.

5 « Cod. Ratisp. *praecipuus* ». Ballerin. col. 1311. Ad consuetudinem aptius n. l.

6 « Al. *diligenter vestrae fraternitatis* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. *perspiciat* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.

8 « Cod. Ratisp. *convellitur* ». Ballerin. l. c.

9 « Male Vulg. es Griman. cod. *decimo kal. Sept.* ». Ballerin. col. 1312, cui sententiae subscribit et Jaffé.

10 Es edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1311. Vel minus consideranti liquet, hanc epistolam, si exordium excipias, eamdem esse ac superiorem.

11 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 417 cum Quesnello ex Grim. cod. addit *et Iuvenali Ierosolymorum*. Duos alios Episcopos Ballerinii invenerunt in cod. Ratisp., qui titulum huius epistolae sic habet: *Ad Exitheum episcopum Thessalonicensem, et a pari ad Iuvenalem Ierosolymitanum, Petrum Corinthium et Lucam Dyrrachenum.* Verum, inquiunt Ballerinii col. 1312, cum ex ipsa epistola constet, missam eam fuisse ad Illyricianos, qui nihil pertinent ad Iuvenalem Hierosolymitanum, ideo huius nomen ab inscriptione expunsimus.

que[1] fraternitati vestrae[2] comperta esse non dubito, pro ea sollicitudine, quam omnibus Ecclesiis Dei debeo, haec scripta direxi, quibus dilectionem vestram credidi commonendam, ut sceleratis ausibus sancta constantia resistatis; ne in quoquam nostrum communis fides aut trepida inveniatur, aut tepida: cum propitio Domino, qui Ecclesiam suam in quacumque tribulatione non deserit, tam religiosum, tamque catholicum animum piissimi imperatoris habeamus, ut non aliud de illo credendum sit, quam probavimus de augustae memoriae Marciano. Siquidem etiam adhuc, nostra actione cessante, ita fidelissimus imperator parricidale crimen horruerit, ut nullum aditum haereticorum concesserit actioni; qui post immanitatem facinoris perpetrati, hoc sibi possibile esse credebant, ut sanctae[3] Chalcedonensis Synodi definitionibus resolutis, in alios tractatus vocaretur episcopale iudicium[4]. Quod quia, frater carissime, abrupte inimicum est fidei christianae; et non ob aliud tanta improbitate deposcitur, nisi ut praedicatio Evangelii, et dominicae Incarnationis mysterium subruatur; obsecro dilectionem vestram, ut a Chalcedonensis Synodi definitionibus in nullo animos relaxetis, et quae ex divina sunt inspiratione composita, nulla patiamini novitate temerari. Certus enim sum quod clementissimus imperator, et vir magnificus patricius cum omni coetu illustrium potestatum, nihil in perturbationem[5] Ecclesiae patientur haereticos obtinere, si pastorales animos in nullo viderint fluctuare. Ut autem haec adhortatio[6] ad omnium fratrum et coepiscoporum nostrorum per Illyricum possit notitiam pervenire, diligentiae vestrae cura prospiciat: quia, quod saepe dicendum est, tota religio christiana turbatur, si quicquam de his, quae apud Chalcedonem sunt statuta, convellatur.

Leonis Augusti pietas.

Chalcedonenses synodus integre servanda.

Huius firmitas principum eo charitate defenditur.

Haec adhortatio Illyrici episcop. per Euxithenum communicanda.

Datum kalendis[7] Septembris, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 1 Septembris, an. 457.

EPISTOLA CVII[8].

Anatolii constanti erga fidem sollicitudine laudata, illum hortatur, ut Constantinopolitanam Ecclesiam ab omni haereticorum labe expurget, agendique rationem cum Attico de haeresi suspecto eidem praescribit.

Leo Episcopus Anatolio Episcopo.

Fidem dilectionis tuae atque constantiam, qua haereticorum insidiis obstitisti, gratanter agnoscimus; et ideo securiore te fiducia cohortamur, ut rebus etiam a te defensis constanter adsistas. Siquidem religiosum charitatis tuae propositum tam apud clementissimum principem, quam apud magnificentissimum virum patricium nostra scripta testantur, quibus diligentia tua nos instructos per omnia esse patefecimus. Agat ergo primitus fraternitas tua, ut Constantinopolitana Ecclesia ab omni haereticorum labe purgata sit, et ut catholica puritas, quae etiam in laicis conservanda est, maxime

Constans Anatolii pro fide solicitudo.

Constantinopolit. Ecclesia ab omni haeresi purganda.

1 « Cod. Grim. *quae* ». Cacciar. l. c.
2 « Quesnell. contra codd. fidem *vestrae* ex ingenio mutavit in *tuae* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
3 « Vox *sanctae* abest a cod. Grim. ». Cacciar. l. c.
4 « Cod. Grim. *concilium* ». Cacciar. l. c.
5 « Cod. Grim. *conturbationem* ». Cacciar. pag. 418.
6 « Cod. Grim. *cohortatio* ». Cacciar. l. c.
7 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *decimo kalendas*. Jaffé op. cit. nobis adhaeret.
8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1313.

Fidei puritas maxime in clericis reperienda.

in clericis reperiatur illaesa, frater carissime. Licet enim famae perferrentium temere non credamus; tamen quia, ubi animarum causa agitur, locum diabolicis fraudibus studemus obstruere, praemonemus dilectionem tuam, ut Atticum presbyterum, qui perhibetur Eutychianorum errorem apertis intra Ecclesiam disputationibus confovere, secreta primum disquisitione discutias; ac si quid in corde ipsius de haeretici veneni permixtione repereris, aut corrigendo catholicum facias, aut ab Ecclesia necessaria severitate depellas: ne dum inutili lenitate uni parcitur, multis impunito errore noceatur.

Quid agendum cum Attico Eutychianista.

Tum inutili lenitate parcitur uni, quum multis, impunito errore, nocetur.

Datum kal. Septembris, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 1 Septembris, an. 457.

EPISTOLA CVIII [1].

Literas Iuliano dudum datas memorans, alias ad Metropolitanos missas eius, et Aetii curis commendat: tum animi constantiam in Episcopis exquirit, ac in sua dogmatica epistola, nihil quod explanatione indigeat, inesse declarat.

Leo Iuliano Episcopo.

Literas ad Iulianum per Gerontium.

Existente occasione filii nostri Gerontii Constantinopolim revertentis, conveniens fuit ad dilectionem tuam scripta dirigere, quibus studium tuum in causis ecclesiasticis, et in his [2] quae ad fidem pertinent incitamus, ut contra haereticorum conatus constanter obsistas: confidentes Dei misericordiam praestituram, ut scelestis ausibus etiam in hoc tempore digna reddantur. Sciat autem dilectio tua ad aliquantos fratres et coepiscopos nostros metropolitanos literas nos dedisse [3], quae ut confestim ad unumquemque perveniant, tua vel filii nostri Aetii presbyteri [4] debet [5] diligentia providere. Si enim episcopalis constantia a sanctae Synodi Chalcedonensis definitionibus non recedit, certus sum quod clementissimus et christianissimus princeps libenter tuebitur sententiam suam, et quod sponte iam praestitit, multo magis rogatus efficiet, ne bene finita atque composita aliqua possint novitate violari. Miror sane calumniantium vanitati aliquid adhuc in epistola mea, quae universo mundo placuit, obscurum videri, ut de ea putent apertius [6] exponendum: cum illius praedicationis tam plana [7], et solida sit assertio, ut nihil recipiat vel in sensu, vel in sermone novitatis: quia quidquid tunc a nobis scriptum est, ex apostolica et evangelica probatur sumptum esse doctrina.

Alias ad Metropolitas missas ipsius et Aetii sollicitudini commendat.

Constantia in episcopis valde necessaria.

In dogmatica Leonis epistola nil non perspicuum.

Datum kalendis Septembris, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 1 Septembris, an 457.

EPISTOLA CIX [8].

Perspectam Aetii diligentiam sollicitans, de missis literis ad Chalcedonensem Synodum defendendam, nec non de

1 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1314.

2 Cacciar. *Opp. S. Leonis*, part. II, pag. 418 cum cod. Grim. *et his*. Forte mendo typograph.

3 Innuit epist., quas sup. n. CV et CVI dedimus pag. 149 col. 2, et 150 col. 2.

4 « Cod. Grim. *presbyteri nostri* ». Cacciar. loc. cit.

5 « Cod. Ratisp. *debebit* ». Ballerin. l. c.

6 « Cod. Grim. *aptius* ». Cacciar. l. c. Recte n. lectio.

7 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *plena*. Concinnius ad context. videt. n. lectio.

8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1315.

Gallorum, Italorumque fide eumdem instruit.

Leo Aetio Presbytero.

Probatam Aetii diligentiam sollicitat.

Cap. I. Accepimus dilectionis tuae literas, quae diligentiam tuam in causa ecclesiae testarentur: et breviter interim cohortamur, ut coeptis vigilanter insistas, ne haereticorum perversitas quicquam, quo Ecclesia [1] Domini turbetur, obtineat. Nos autem pro diligentia nostri [2] et ad clementissimum principem [3] et ad magnificum virum patricium Asparem [4] necessaria in causa fidei scripta transmisimus, quae sine dubio effectum congruum poterunt obtinere, si etiam vestra cura pervigilet. Placuit etiam nobis, ut ad metropolitanos episcopos generales literas mitteremus [5], quae animum eorum firment atque corroborent: ut sciant [6] ad defendendam Chalcedonensem Synodum aequali studio, et concordi unitate nitendum. De quibus epistolis unam ad Antiochenum, alteram ad Ierosolymitanum, si vobis in commune visum fuerit, dirigetis. Nos autem ad Illyricos [7] episcopos similia iam scripta transmisimus [8].

Litterae ad Magnates, Metropolitas ac Illyricos episcop. transmissae.

Chalcedonens. synodus concordi unitate studioso defendenda.

De Incarnatione Christi nil amplius discendum.

Cap. II. De sacramento vero catholicae fidei nullis nobis iam conflictationibus est agendum: quia nec diligentius aliquid indagari potest, nec verius definiri. Exemplaria quoque literarum [9], quas Galli ad nos atque Itali episcopi [10] concordi credulitate miserunt, pariter direximus; ut quam etiam illorum nobiscum sit fides una, non lateat. Praeterea scripta, quae tam clementissimo principi, quam necessariis personis per filium nostrum Gerontium misimus, vel a dilectione tua, vel a filio nostro Sporacio [11], si adhuc vobiscum est, volumus offerri, et eo sermone quo convenit adiuvari. Ut autem ea, quae scripsimus, scire possitis, exemplaria direximus, ut de omnibus instructi esse possitis.

Occidentalium episcop. cum S. A. una eademque fides.

Epistolas Magnatibus offerendae, et vocis praesidio adiuvandae.

Horum exemplaria addit.

Datum kalendis Septembris, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 1 Septembris, an. 457.

EPISTOLA CX [12].

Aegypti Episcopos pro fide extorres consolatus, eos ad cuncta fortiter toleranda vehementer excitat.

Leo Episcopis ex [13] Aegypto catholicis apud Constantinopolim constitutis.

Episcopos e suis sedibus expulsos consolatur.

Licet laboribus dilectionis vestrae, quos pro observantia catholicae fidei suscepistis, toto corde compatiar, et ea quae vobis ab haereticis illata sunt, non aliter accipiam, quam si ipse pertulerim; intelligo tamen magis esse gaudii, quam moeroris, quod, confortante vos Domino Iesu Christo, in evangelica apostolicaque

1 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 419 cum cod. Grim. *quod Ecclesiam Domini turbet.*

2 « Forte *nostra*, aut supple *officii* ». Ballerin. l. c.

3 Significat epistolam ad Leonem Augustum, quam habes sup. num. CI pag. 146, col. 1.

4 Epistola S. Leonis ad Patricium Asparem nulla superest; Cacciar. l. c. suspicatur, aliquem errorem in h. loc. subrepsisse.

5 Vid. sup. epp. CV, CVI, pagg. 149, col. 2, et 150, col. 2.

6 « Cod. Ratisp. *et sciant* ». Ballerin. l. c. Forte melius n. l.

7 « Male Quesnellus *Illyrios* ». Cacciar. l. c.

8 Vid. sup. epist. num. CVI pag. 150, col. 2.

9 « Cod. Ratisp. *epistolarum* ». Ballerin. l. c.

10 « Grim. cod. delet *Episcopi* ». Cacciar. l. c.

11 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *ad dilectionem vestram, vel ad filium nostrum Sporacium.* Rectius ad sensum n. lectio.

12 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. 1, col. 1316.

13 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 421 cum cod. Grim. delet *ex*. Perperam, ut videtur.

doctrina insuperabiles perstitistis. Et cum vos inimici fidei christianae ab ecclesiarum vestrarum sede divellerent, maluistis peregrinationis iniuriam pati, quam ulla impietatis ipsorum contagione violari. Unde ad christianissimum principem nostrum literas [1] dirigens gratias egi ipsius pietati, quod vos, sicut nobis indicatum est, ea, qua dignum erat charitate, suscepit. A cuius benevolentia non dubito, eam vobis fiduciam esse collatam, ut pro universalis Ecclesiae statu constanter exequi, quae sunt agenda, possitis: quia et clementia eius pro defendendis sanctae Synodi Chalcedonensis decretis sacerdotali fervet affectu, et nihil universo mundo praestari salubrius ac beatius potest, quam ut dispositum ante saecula sacramentum inviolabiliter per omnia ecclesiastica pace [2] servetur et regia. Unumquemque igitur vestrum, quos idem animus et eadem fidei causa coniunxit, vel qui vos, haereticorum persecutione despecta, indefesso ardore fidei ex Aegypto sunt secuti, fraterno simul et paterno cohortor affectu, ut aequo et forti animo haec tentamenta toleretis; agnoscentes vos non amisisse propria, sed maiora meruisse, quorum brevi fatigatione, qua ad confessorum pervenitur coronas, ita utitur providentia Dei, ut per vestram patientiam multorum devotio roboretur, et cum gloria venerandi principis Alexandrina Ecclesia, depulsis haereticis, antiquam recipiat dignitatem.

Imperatoris charitas erga ipsos.

Principi nil salubrius ac beatius, quam Christi fidem tueri.

Adversa quo animo ferenda.

Alexandrinae Eccles. praesulum virtute pristinus decor restituendus.

Datum quinto idus Octobris, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 11 Octobris, an. 457.

EPISTOLA CXI [3].

Anatolii laudans in scribendo sollicitudinem, et ipsius pro Ecclesia curas, quid ab imperatoris religione sit expectandum, ostendit: dein Ægypti Episcopis enixe commendatis, praecipit ut in clericos haereticae pravitati conniventes agatur, ac principis auxilium instantius imploretur.

Leo Anatolio Episcopo.

Cap. I. Diligentiam necessariae sollicitudinis, quam fraternitas tua in dirigendis ad nos literis exequitur, approbamus; et acceptis per filium nostrum Olympium paginis tuis, sacerdotalem in te curam vigere sentimus: cui nos quoque, quantum Dominus donat posse [4], non desumus, exorantes [5] dilectionem tuam, ut quia [6] tempus laboris incidimus, in sancta vigilantia perseveres, donec dextera Domini faciat virtutem, et sub pedibus Ecclesiae suae conterat tentatorem. Consolatur etenim nos per omnia praeparata divinitus clementissimi principis fides, quem meo rursus, sicut oportuit, sum cohortatus alloquio [7], ut impiissimorum latronum ausibus districtiore constantia faciat obviari [8]: quos nefas est tantum de suo favore praesumere, ut etiam apud Constantinopolim audeant insanire. Sed hoc eis ideo divinae providentiae ratione permittitur, ut magis ac magis, quo spiritu agitentur, appareat; ne dubitari possit, in quantam essent audaciam prorupturi, si post damnationem impiissimae haeresis disceptandi contra fidem acci-

Anatolii in mittendis litteris sollicitudo.

In principis religione Ecclesiae solatium ac praesidium.

1 « Litterae ad Leonem Augustum indicantur, quae perierunt ». Ballerin. l. c

2 « Forte legendum *potestate* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

3 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1317.

4 « Antiq. edit. *dat posse* ». Ballerin. col. 1318.

5 « Al. melius *exhortantes* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 422.

6 Supple praep. *in*.

7 Innuitur epistola ad Leonem Augustum per Olympium missa, uti apparet e seq. epistola pag. 156. col. 1.

8 « Al. *obviare* ». Ballerin. l. c.

perent potestatem, ut, quantum in ipsis est, latius hoc furore [1] saevirent, quem fratres et coepiscopi nostri, qui ad vos nuper ex Aegypti partibus confugere [2], se pertulisse deplorant: quibus et a christianissimo principe, et a tuae fraternitatis [3] Deo placita charitate solatia pietatis impendi non ambigerem, etiamsi ipse non scriberes. Opportunum autem credidi, ut ad ipsos quoque scripta dirigerem [4], quae illos possint [5] in communis fidei proposito roborare, et quid pro patientia sua [6] superna remuneratione mereantur agnoscerent, sicut beatus Apostolus docet, dicens: *Excipite itaque illos cum omni [7] gaudio in Domino, et huiusmodi cum honore habete [8], quoniam propter fidem Christi usque ad mortem accesserunt [9].*

Extorres episcopi perhumaniter excipiendi.

Ad hos litterae.

CAP. II. Illud sane plurimum mihi displicere significo, quod inter dilectionis tuae clericos quidam esse dicuntur, qui adversariorum conniveant pravitati, et vasis irae vasa misericordiae [10] misceantur. Quibus investigandis, et severitate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere: ita ut his, quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet etenim nos evangelici meminisse mandati, quod ab ipsa Veritate praecipitur, ut si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizaverit manus, a compage corporis auferatur: quia melius sit his in Ecclesia carere membris [11], quam cum ipsis in aeterna ire supplicia. Nam superfluo extra Ecclesiam positis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in eis quos decipiunt, vulneramur. Abiicienda prorsus pestifera haec a sacerdotali vigore patientia est, quae sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit. Sicut Heli quondam sacerdos, filiorum suorum delicta tolerando, cum ipsis divinae iustitiae sententiam meruit experiri; quia segni indulgentia dissimulavit plectere peccatores. Quantum itaque opportunitas invitat [12] officii, religiosissimum principem dilectio tua studeat frequentare, et non solum regiam, sed et sacerdotalem ipsius mentem precibus meis obsecrare persiste: ut memor communis fidei, quam Spiritu Sancto docente suscepimus, omnia haereticorum machinamenta confringat; neque quicquam illis in Ecclesiis Christi licere patiatur, ne in eorum potestate sint divina mysteria, quibus in domo Dei, pro scelerum suorum magnitudine, nec habitandi ius residet, nec orandi.

Clericorum in haeresi conniventia severissime coercenda.

Quibus non prodest correctio, non parcat abscissio.

Frustra externis hostibus resistimus, quum ab internoribus vulneramur.

Segnis indulgentia a sacerdotali pectore abiicienda.

Imperatoris auxilium vehementius implorandum.

Data quinto idus [13] Octobris, Constantino et Rufo viris clarissimis consulibus.

Dat. die 11 Octobris, an. 457.

EPISTOLA CXII [14].

Post Chalcedonensem synodum nil amplius esse discutiendum inculcans, Au-

1 « Al. *favore*, imperatoris nempe in quem sperabant ». Cacciar. l. c., cui sententiae ex orat. contextu non accederam.

2 « Duo Vatt. *ex Aegypto confugerunt* ». Cacciar. l. s.

3 « Al. Forte melius *a tua fraternitate* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

4 Vid. super. epist. cx pag. 153, col. 2.

5 « Vat. 545 *possent* ». Cacciar. pag. 423.

6 Id. cod. *per patientiam suam* ». Cacciar. loc. cit.

7 « Antiq. edit. omittit *omni* ». Baller. l. c.

8 « Duo Vatt. cum Vulg. *habetote* ». Cacciar. l. c.

9 Philip. II, 29, ubi Vulg. legit. « *Excipite... quoniam propter opus Christi* ... ».

10 Cacciar. cum antiq. edit. et mss. Vat. *et vasa irae vasis misericordiae*. Sana perperam.

11 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *officiis carere membrorum*. Rectius ad rem videt. n. lectio; siquidem hic non de suspensione ab officiis, sed de anathamate sermo est.

12 Cacciar. l. c. *invitavit*.

13 « Al. *pridie Idus* ». Ballerin. col. 1319, idest 14 Octobris.

14 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1321.

gustum ad Ecclesiam Alexandrinam omni ope tuendam enixius urget, eique de Christi incarnatione uberiores litteras promittens, Iulianum et Aetium probatissimos viros commendat.

Leo episcopus Leoni Augusto.

Occurrere adire abnuit.

Cap. I. Litteras clementiae tuae plenas virtute fidei et lumine veritatis veneranter accepi; quibus cuperem, etiam in eo, quod praesentiam meam pietas vestra necessariam existimat, obedire, ut maiorem fructum conspectu[1] vestri splendoris assequerer. Sed magis id vobis arbitror placiturum, quod eligendum ratio demonstravit. Nam cum sancto et spiritali studio in universum pacem Ecclesiae munialis, nihilque sit convenientius fidei defendendae, quam his, quae per omnia, instruente Spiritu Sancto, irreprehensibiliter definita sunt, inhaerere: ipsi videbimur bene statuta convellere[2] et auctoritates, quas Ecclesia universalis amplexa est, ad arbitrium haereticae petitionis infringere, atque ita nullum[3] collidendis Ecclesiis modum ponere, sed data licentia rebellandi[4], dilatare magis, quam sopire, certamina. Unde quia post illas Ephesinae synodi impietates, quibus Dioscori scelere fides catholica refutata, et perversitas Eutychiana suscepta est, nihil ad conservationem[5] fidei christianae utilius potuit ordinari, quam ut praedicti facinus sancta synodus Chalcedonensis aboleret, et tanta illic haberetur caelestis cura doctrinae, ut nihil in cuiusquam opinione resideret, quod a praedicationibus vel propheticis, vel apostolicis dissonaret; ea scilicet moderatione servata, ut rebellibus tantum, ac pertinacibus ab Ecclesiae unitate reiectis, nulli correcto venia negaretur: quid probabilius, quid religiosius poterit pietas vestra decernere, quam ut quae[6] non tam humanis, quam divinis sunt statuta decretis, nullus ultra sinatur impetere; ne vere digni sint tantum Dei munus amittere, qui de veritate ipsius ausi fuerint dubitare?

Fidei defendendae est illius, quam sancte definitus inhaerere.

Ecclesiae per Chalcedon. synodum penitus consultum.

Nil itaque religiosius quam illam servandam decernere.

Apostolica doctrina per novum concilium non impetenda.

Cap. II. Cum ergo universalis Ecclesia per illius principalis petrae aedificationem facta sit petra, et primus apostolorum beatissimus Petrus voce Domini dicentis[7] audierit: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam*[8]; quis est, nisi aut antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem firmitatem[9], qui in malitia sua inconvertibilis perseverans per vasa irae, et suae apta fallaciae, falso diligentiae nomine, dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare? Atque contemnenda[10] et vitanda merito sibi incontinens furor, et impietas caeca praescripsit, ut dum diabolico instinctu in sanctam Alexandrinam saevit Ecclesiam, quales essent, qui Chalcedonensem synodum retractari cupiunt, disceretur[11].

1 « Al. *maiore fructu conspectum* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 432. Perperam, uti videtur. Forte legend. » *ut maiorem fructum e conspectu* ...».

2 « Vet. edit. *quomodo videbimur statuta velle convellere* ». Ballerin. col. 1322, et Cacc. pag. 433. Recte n. lectio.

3 « Al. *corrigendis* ». Baller. l. c. Perperam.

4 « Vat. 1340 *libellandi* ». Cacciar. l. c. Mendo, videtur, amanuens.

5 « Al. *ad confirmationem* ». Ballerin., et Cacc. ll. cc. Sane perperam.

6 « Balutius ex cod. Bellov. *quam utique* ». Cacciar. l. c. Recte n. lectio.

7 « Vocem *dicentis* contra fidem codd. Quesnell. expungit ». Cacciar. l. c.

8 Matth. XVI, 18.

9 « Vet. edit. nullo suffragante mss. codice, *veritatem* ». Ballerin. col. 1323. Concinnius ad context., opinor, n. lectio.

10 « Al. *in contemnenda*; Balutius *contemnendum atque vitandum..... perscripsit* ». Ballerin. l. c.

11 « Cod. Balutii *docerentur* ». Ballerin. l. c.

In Nicaena synodo Christi Divinitas, in Chalcedonensi vero Humanitas vindicatur.

In qua nullo modo accidere potuit, ut a nobis contra sanctam Nicaenam synodum sentiretur quod haeretici mentiuntur, qui se fidem Nicaeni Concilii tenere confingunt, in quo sancti et venerabiles Patres nostri contra Arium congregati non carnem Domini, sed Deitatem Filii Homousion Patri esse firmaverunt; in Chalcedonensi autem concilio adversus eutychianam impietatem definitum est, de substantia virginis matris Dominum Iesum Christum sumpsisse nostri corporis veritatem.

Augusti pietatem in Haereticos vehementer inflammat.

Cap. III. Apud christianissimum igitur principem, et inter Christi praedicatores digno honore numerandum utor catholicae fidei libertate, et ad consortium te apostolorum ac prophetarum securus exhortor; ut constanter despicias ac repellas eos, qui ipsi [1] se christiano nomine privavere, nec patiaris impios parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat fidem velle vacuare [2]. Cum enim clementiam tuam Dominus tanta sacramenti sui illuminatione ditaverit, debes incunctanter advertere, regiam potestatem tibi non ad solum mundi [3] regimen, sed maxime ad Ecclesiae praesidium esse collatam; ut ausus nefarios comprimendo et quae bene sunt statuta defendas, et veram pacem his, quae sunt turbata, restituas; depellendo scilicet pervasores iuris alieni, et antiquae fidei sedem Alexandrinae Ecclesiae reformando: ut correctionibus tuis Dei iracundia mitigata religiosae antea civitati [4] non retribuat, quae admissa sunt, sed remittat. Constitue ante oculos cordis tui, venerabilis imperator, omnes, qui per totum orbem sunt, Domini sacerdotes pro ea tibi fide, in qua totius mundi est redemptio, supplicare! In qua te [5] specialius ambiunt, quia [6] apostolicae fidei sectatores Alexandrinae Ecclesiae praesidere, agentes apud pietatem tuam, ne haereticos homines, et merito pro sua perversitate damnatos, uti sua pervasione [7] patiamini; cum sive impietatem erroris aspicias, sive opus perpetrati furoris attendas, non solum ad sacerdotii honorem admitti nequeant, sed ab ipso christiano nomine mereantur abscindi [8]. Nam, quod exorata pietatis vestrae venia dixerim, quodam contagio splendorem vestrae serenitatis obfuscant, cum sacrilegi parricidae id audeant petere, quod nec innocentes liceat obtinere, gloriosissime imperator [9].

Regia potestas maxime ad Ecclesiae praesidium collata.

Flaviani parricidas Alexandr. Ecclesiae praesidere horrendum est.

Haereticorum preces Augusto oblatae in quo differant a catholicis.

Cap. IV. Oblatae sunt pietati vestrae preces, quarum exemplaria vestris litteris subdidistis. Sed in his, quae catholicorum sunt deplorantium, subscriptio continetur; et quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem, quas orthodoxo principi haeretica porrigere non formidavit obreptio, sub incerto confusae universitatis [10] vocabulo, ideo certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. Latere enim sibi utile existimat eorum quantitas, quorum est qualitas [11] iudicata; nec incongrue cuius

1 « Al. omitt. *ipsi* ». Ballerin. l. c.

2 « Antiq. edit. *a fide deviare* ». Ballerin. l. c.

3 Cacciar. pag. 434 cum al. *non solum ad mundi*, etc. Sane rectius.

4 « Al. *civitatis*; al. *regiae civitati non retribuat, quae antea admissa* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

5 Ita Baller. cum Quesnello. Cacciar. l. c. cum vet. edit. *In qua re*. Recte, ut videtur n. lectio.

6 « Vulg. ant. *qui* ». Ballerin. l. c. Male. Mox post verb. *praesidere* supplend. videt. *iubeatis*.

7 Cacciar. l. c. cum vet. edit. *persuasione*; mss. Bellov. *perversione*. Ballerin. l. c. Concinnius ad context. n. lectio.

8 « Al. *abscidi* ». Ballerin. col. 1324.

9 « Vox *imperator* abest a Griman. aliisque codd. ». Cacciar. l. c.

10 « Vet. edit. *unitatis* ». Ballerin. l. c.

11 « Cod. Grim. *aequalitas*; al. *et qualitas* ». Cacciar. l. c. Perperam cod. Grim. *aequalitas*.

loci homines sint profiteri metuunt, qui meruere[1] damnari. In una ergo catholicorum supplicatio continetur; in alia, haereticorum commenta panduntur. Hic sacerdotum Domini, et totius christiani populi, ac monasteriorum defletur eversio; ibi immanium scelerum continuatio demonstratur; ut quod non licuit audiri[2], liceat dilatari.

In Alexandr. Ecclesia omnia pessumdata.

CAP. V. Nonne perspicuum est, quibus pietas vestra succurrere, et quibus debeat obviare, ne Alexandrina Ecclesia, quae semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum? Manifestum quippe est, per crudelissimam insanissimamque[3] saevitiam, omne illic coelestium sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est sacrificii oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, et parricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysteria. Nec ullo modo ambigi potest, quid de his decernendum[4] sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi[5] sacerdotis effusum, et concremati corporis cinerem in contumeliam aeris coelique dispersum, audent sibi ius pervasae dignitatis expetere, et apostolicae doctrinae inviolabilem fidem ad concilia provocare. Magnum ergo[6] vobis est, ut diademati vestro de manu Domini etiam fidei addatur corona, et de hostibus Ecclesiae triumphetis: quia si laudabile vobis est adversarum gentium[7] arma conterere; quanta erit gloria, ab insanissimo tyranno Alexandrinam Ecclesiam, in cuius

In Ecclesiae hostes triumphus nulli victoriae par.

contritione omnium christianorum est iniuria, liberare?

Promittit litteras promittit.

CAP. VI. Ut autem litterae meae pietati tuae colloquium quasi praesentis exhibeant, quicquid de communi fide fueram suggesturus scriptis prosequentibus insinuandum esse perspexi. Ac ne huius epistolae pagina in nimiam longitudinem tenderetur, aliis litteris[8], quae assertioni catholicae fidei congruunt, comprehendi; ut licet ea, quae a Sede Apostolica sunt praedicata, sufficerent, insidias tamen haereticorum etiam haec, quae sunt adiecta, reserarent. Sacerdotalem namque et apostolicum tuae pietatis animum etiam hoc malum ad iustitiam ultionis debet[9] accendere, quod Constantinopolitanae Ecclesiae puritatem pestilenter[10] obscurat, in qua inveniuntur clerici quidam haereticorum sensui consonantes, et intra ipsa catholicorum viscera assertionibus suis haereticos[11] adiuvantes. In quibus deturbandis si frater meus Anatolius, cum nimis benigne parcit, segnior[12] invenitur, dignamini pro fide vestra etiam istam Ecclesiae praestare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur; ne ulterius sanctus Dei populus perversorum hominum contagio polluatur. Cultores autem pietatis tuae Iulianum episcopum et Aetium[13] presbiterum mea petitione commendo, ut suggestiones eorum pro catholicae defensione fidei placide digneris audire; quia vere sunt eiusmodi, ut fidei

Clerici haeretica labe infecti compescendi.

Anatolius incuriam carpit.

Iulianum et Aetium imperatori commendat.

1 « Cod. Balut. *metuere* ». Ballerin. l. c.

2 Cacciar. pag. 435 cum cod. Grim. *audere*.

3 « Al. *immanissimamque* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

4 « Mss. Balut. *dicendum* » Ballerin. l. c.

5 « Mss. Balut. *sacratissimi* et infra *in contumelia* ». Ballerin. l. c.

6 « Vatican. 1340 *Magnum vero* ». Cacciar. loc. cit. Recte quidem n. lectio.

7 « Mss. Balut. *adversariorum* ». Cacc. l. c.

8 Innuit epistolam ad Leonem Augustum, pag. 170, col. 1.

9 « Mss. Balut. *debeat* ». Cacciar. l. c. Forte ex amanuensis vitio.

10 Ead. mss. *pestilentes* ». Cacciar. l. c. Sane amanuensis mendo.

11 « Ant. edit. *haereticorum partes* ». Baller. col. 1325.

12 « Male vet. libr. *senior* ». Cacciar. l. c.

13 « Vet. edit. *Eutychium* ». Ballerin. l. c.

vestrae possint per omnia utiles inveniri.

Data kalendis Decembris [1], Constantino et Rufo viris clarissimis consulibus.

Dat. die 1 Decembris, an. 457.

EPISTOLA CXIII [2].

Anatolium hortatur, ut apud imperatorem pro Alexandrina Ecclesia studiosius agens, afflictis Aegypti episcopis omni ope auxilietur; eius autem desidiam in Attici, et Andreae perversitate compescenda acrius obiurgat.

Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano.

Insana Alexandriae gesta gravissime dolet.

CAP. I. Rursus acceptis dilectionis tuae litteris, omnia quae Alexandriae insanissime [3] gesta sunt cum magno dolore cognovi; si tamen ullae epistolarum paginae tam atrocia facinora explicare potuerunt. Sed non iam nobis in deflendis adversitatibus est morandum, cum utilius sit providere quae prosint, et quae haereticorum furorem tandem aliquando ab Ecclesiae quiete depellant. Cum enim talem principem nobis divina providentia prospexerit, ut fides ipsius sollicitudinem pene superet sacerdotum, tuae dilectionis maxime expectatur instantia, ut venerandissimo imperatori pro universali Ecclesia supplicare non desinas, et crebris suggestionibus poscere, ut quamprimum a pervasoribus suis Alexandrina Ecclesia liberetur. Ego sane, quantum potui, piissimum principem precatus sum [4], ut et statuta sanctae synodi Chalcedonensis manere inviolata praeciperet, et haereticorum assertiones in magna vergere ignorantiae caecitate cognosceret; et quae de pervadendo sacerdotio parricidae sacrilegi commiserunt, nulla posse dissimulatione tolerari, nec alio modo totam causam posse consumi, nisi praedictae synodi constitutiones perennitatis robur accipiant, et insanissimi pervasores ab aliena sede pellantur, fiatque tandem Alexandrinus populus suae quietis et pacis; ne paucorum haereticorum arbitrio in Ecclesiae noxam, et in Dei praecipitentur offensam.

Satius est adversitatibus providere, quam eas deplorare.

Apud imperatorem Anatolio enixius instandum.

Suas litteras ad Augustum innuit.

Plurium resipiscentia recreatur.

CAP. II. Multum autem in eo consolationis accepi, quod ex omni numero episcoporum, qui Aegyptiacis dioecesibus praesunt, solum dudum damnati potuerunt quatuor inveniri, qui Timotheo et impietate haereseos, et sceleris latrocinio iungerentur; qui ad petendam synodum admitti nullatenus possent, etiamsi de solo haeretico arguerentur errore. Cum autem et in occupando episcopatum, et interficiendo episcopum, inauditum facinus perpetrarint, quid illis in Ecclesia loci est, etiamsi catholicam suscipiant veritatem? Omnibus igitur intra Aegyptum sacerdotibus Domini sive recentioribus, sive ex antiqua constitutione residentibus uno auxilio remedioque praestandum est, ut tam indignis persecutionibus liberentur, et hoc malum, quod se penetralibus tantae urbis ingessit, salubri auctoritate pellatur, et christiana plebs fide atque operibus ante devota paternis constitutionibus valeat cum quiete servire.

Episcopis in Aegypto adhuc degent. fortiter opitulandum.

Profugi autem benignius excipiendi.

CAP. III. Fratres autem nostros qui Constantinopolim ab Aegypti parte venerunt, litteris meis imperatori commendare non destiti; sed etiam te tuae humanitatis admoneo, ut ad consolationem peregrinationis ipsorum quantum potes studii adhibere digneris, quorum praesentia multum dilectionem tuam iuvare apud clementis-

1 « Vat. 1340 *Novembris* ». Cacciar. pag. 436.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1326.

3 « Forte *immanissime* ». Cacc. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 437.

4 Vid. praeced. epist. CXII. pag. 155.

Haereticorum supplicatio pro novo concil. Ecclesiae inimica.

simum principem potest, ne petitioni haereticorum ad novam synodum, quae universali Ecclesiae inimica est, annuatur. Quamvis Apostolica Sedes ea fide ac stabilitate fundata sit, ut nequaquam recipiat istius novitatis assensum; ac siquis adversariorum machinationibus conniventium esse crediderit, ipse se a communione catholicae Ecclesiae separabit; cum secundum inspirationem Dei et in fide incarnationis Christi, et in custodia Chalcedonensis synodi universalis Ecclesiae sit una sententia; et praecipue in nostris partibus tam firmiter evangelica doctrina teneatur, ut magnum sacrilegium putetur, si a traditione apostolica vel in exiguo aliquo devietur.

Qui in illam consentit sese catholica communione privat.

A traditione Ap. vel exiguum divertere magnum est sacrilegium.

Attici et Andreae pervicacia tandem compescenda.

Cap. IV. Iampridem dilectioni tuae scripsisse me recolo, ut in clero Ecclesiae tuae nullum Eutychianae haeresi consentire patiaris; quoniam capitis periculum respicit, si quid saucium inveniatur in membris. Sed cum hoc nulla adhuc correctione purgatum sit, et Atticum presbyterum tuum ad eam insolentiam profecisse cognoscam, ut in Ecclesia contra catholicam fidem, et Chalcedonensem synodum audeat disputare; cogor vehementius de tua dissimulatione causari. Nam quod incommonitus facere debuisti, miror etiam post evidentia nostra scripta neglectum. Et ideo acrius moneo, neque amplius dissimulandum esse protestor, si hominem pestilentem ulterius in tua habendum communione credideris; quem nos, si fieri potest, emendari malumus, quam perire: ut scilicet si correctum se videri cupit et in societate ecclesiastica permanere, de eo loco, unde contra catholicam fidem multa disseruit, aperte nunc ipsius fidei praedicator appareat, et nihil Eutychiani dogmatis praetermittat, quod non manifestatione suae professionis christiano populo audiente condemnet; ne, ut dixi, plurimum dissimulatio ista te maculet, si vel hic tam noxius, vel Andreas impietatis ipsius socius, nec correcti fuerint, nec repulsi.

Anatolii desidiam acerrime reprehendit.

Incerto die et anno, forsan anno Christi 457, Pontif. Leonis anno XVIII.

EPISTOLA CXIV [1].

De Alexandrinae Ecclesiae calamitate valde contristatus, episcopos pro fide extorres spe coelestis retributionis solatur, eisque mandat, ut Augusti auxilium a se invocatum ipsimet assidue expetant.

Leo Aegyptiis episcopis catholicis apud Constantinopolim constitutis.

De Alexandr. Ecclesia summopere dolet.

Olim me commissorum apud Alexandriam scelerum indicia contristaverunt, et ita animum meum ipsius immanitate facinoris vulneraverunt, ut quibus hoc lacrymis, qua lamentatione defleatur ignorem; meritoque illa prophetica voce proclamem: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum* [2]? Querelas tamen dilectionis vestrae praeveniens, clementissimo et christianissimo Principi de tantorum malorum remediis supplicavi [3], et per filios nostros Gerontium [4], et Olympium subadiuvas [5] diverso tempore depoposci, ut illius civitatis Ecclesiam, in qua tot catholici floruere doctores, praeciperet damnatae haereseos purgari, et parricidales animos, quos a rectoris sui sanguine nec veneratio loci

Dudum imperatoris auxilium imploratum.

1 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis*, t. I, col. 1328.
2 Hierem. IX, 1.
3 Ea de re habes epistol. CI pag. 146.
4 Epistola per Gerontium missa ea est, quam sup. num. CV dedimus pag. 149, col. 2.
5 Vid. epist. LXXXIII pag. 127, col. 1, not. 3.

potuit deterrere, nec temporis, nihil de clementia sua sineret obtinere; maxime cum in eversionem fidei Chalcedonense Concilium cupiant retractari. Proinde dilectionis vestrae tolerantiam eadem causa debet, quae vos de propriis sedibus expulit, consolari: quia certum est tribulatos animos, et propter nomen suum patientes adversa nequaquam Domini protectione destitui. Ferte igitur magnanimiter, et illam, quae vestra est, patriam cogitantes de praesenti peregrinatione gaudete. Absit a vobis exilii dolor, nec aliquid de hac fatigatione moeroris habeatis, qui scitis propter fidem Domini etiam de periculis plurimis Apostolum gloriari. Habetis cum praeparatis retributionis praemiis istius certaminis cognitorem. Nemo fugiat hunc laborem, cuius merces est in aeternum regnare et vivere [1]. Sint in atriis Ierusalem fixi pedes omnium dimicantium, qui spe retributionis illius nec inimicorum castra poterunt formidare, nec praelia. De reliquiis hostis abiecti pariter ab universitate perculsis numquam est ardua victoria, nec palma difficilis, praecipue de his, quarum prostratos iam videtis auctores. Assiduis ergo precibus (sicut et ipse non tacuit) favorem, qui Deo propitio promptus est, christianissimi imperatoris ambite: ut secundum scripta, quae misi, communis fidei causam ea mentis devotione, quam probavimus eum habere, communiat, dilectionisque vestrae reditum, praeiudiciis omnibus, quae haereticorum furore sunt generata, sublatis, pro sua pietate disponat, et singulas quasque provincias, omnesque Ecclesias cum sacerdotibus suis inconcussa faciat Christi pace gaudere.

Episcopos pro fide exulantes in proposito causae confirmat.

Pro Christi nomine patiens divino auxilio non destituitur.

De hoste ab universitate perculso numquam ardua victoria.

Apud Augustum omni prece laborandum.

Datum kalendis Decembris, Constantino et Rufo consulibus.

Dat. die 1 Decembris. an. 457.

EPISTOLA CXV [2].

Aegypti episcopos ad constantiam hortatus eos instruit de legatis S. A. ab Augusto expetitis, monetque, ut inanis gloriae contentionem evitent, ac omnem cum haereticis controversiam pro viribus arceant.

Dilectissimis fratribus Nestorio, Athanasio, Paullo, Petro, Theonae, Isaiae, Apollonio, Arpocrati, Isidoro, Isaao, Apollonio, Maximo, Marcioni, Poemenio [3], et Helpidio episcopis et clericis catholicis ex Aegypto apud Constantinopolim constitutis Leo.

Cap. I. Tribulationem, quam dilectioni vestrae spiritus diabolicae tentationis ingessit, ab eo fiducialiter credite sublevandam, propter quem talia sustinetis; atque [4] ipsius auxilio consolandos vos esse praesumite, cuius dilectioni quae toleratis impenditis. Qui licet temporaliter fieri, quae sunt adversa, permittat, constantiam tamen fidei non vult discuti, sed probari. Promissae beatitudinis spem gerentes patientiae longanimitatem vestris mentibus adhibete: *Fidelis enim Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione exitum, ut possitis sustinere* [5]. Nec pedes vestros peccatorum pax visa dimo-

Afflictis in Christi auxilio sperandum.

Patientiae longanimitate in adversis utendum.

1 « Grim. cod., unde sumpta est epistola, habet *regnare vel vivere* ». Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 438. Sane perperam.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1336.

3 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 446; *Poemio*.

4 Cacciar. l. c. *itaque*. Melius, ut videt. n. I.

5 I Cor. X, 13, ubi Vulg. legit. *cum tentatione proventum*.

veat, quos in ea petra fixos habere debetis, adversum[1] quam nec portas inferi praevalere legistis. Quia igitur, fratres carissimi, christianissimus imperator rursus ad nos scripta direxit, quibus ut aliquem de nostris partibus dirigamus hortatur: et quamvis illic vestra non desit instructio, quae valeat haereticorum obstinationibus obviare, desiderat a nobis tamen dirigi, qui fidem damnatis, et eam diabolico spiritu non recipientibus, tamquam sit adhuc dubia, possit asserere, quae sicut necessarie praedicatur, ita voluntate percipitur: dilectionem vestram moneo, ut inanis gloriae contentionem id ipsum dicentes omnes unanimitatis virtute vitetis. Scitis enim quae vobis debeatur huius palma certaminis, cuius idem cognitor, qui hoc spectat[2], adiutor est, atque ipse ad vincendum vires sufficit, qui diligentibus se praemium iam paravit. Nullus se propriis sedibus queratur extorrem, aut patriis expulsum finibus ingemiscat. Nemo vestrum exul est Deo, quem auxiliaturum vobis ubique confidite. Ferte universa patienter, et, confortato corde, Dominum fideliter sustinete. Brevis est tribulatio, quam tempus incidit; nec confessioni vestrae nova videantur, quae vos ab inimicis Domini tolerare cognoscimus: *sic enim persecuti sunt et prophetas, qui erant ante vos*[3].

Sedis Ap. legati ab Augusto expetiti.

Inanis gloriae vitanda contentio.

Hominum tribulatio brevis.

Cap. II. Omni itaque dilectionis vestrae studio ac labore nitendum est, ne nlla insidiantium disceptatio possit admitti, neve hoc ab haereticis valeat obtineri, quo evangelicam fidem manifestum est impugnari. Nam definitarum rerum, quas tantae synodi, vel christianissimi Principis sanxit autoritas, et Apostolicae Sedis confirmavit assensus, nihil oportet discuti; ne contra fas aliquid videatur infringi. Multumque fidei et sacerdotali constantiae derogatur, si cum his, qui homicidiis et furore repleti sunt, ac volunt convertere Evangelium Christi, et facinore suo probantur exosi, superfluae et plurimum nociturae altercationis conflictus habeatur.

Quaevis de fide controversia totis viribus arcenda.

Episcop. constantiae per altercationis conflictum derogatur.

Datum duodecimo kalendas Aprilis, Leone et Maioriano augustis consulibus.

Dat. die 21 Martii, an. 458.

EPISTOLA CXVI[4].

Constantiam cleri Constantinopolitani laude prosequutus, eumdem in fide confirmat; quidve ab imperatore fuerit expetitum aperit: Atticum vero, et Andream, ne resipiant, ordinis sui honore privandos declarat.

Leo presbiteris, diaconibus et clericis Constantinopolitanae Ecclesiae.

Cap. I. Laetificatus valde sum et plurimum delectatus, quod mihi fidei vestrae est, de qua in Domino glorior, manifestata constantia, et intelligo vos per omnia devotissimos doctrinae evangelicae esse discipulos, atque apostolicis praedicationibus, quae ex eodem fonte manarunt, nihil prorsus sentire diversum: quia catholica fides, quae vera et una est, nulla se patitur diversitate violari; et ideo cohortari dilectionem vestram ac monere non desino, ut, instruente Spiritu Sancto, perseveranter idipsum dicatis omnes, et non sint inter vos schismata. *Sitis autem perfecti in eodem*

De Cleri Constantinopolitani constantia laetatur.

Catholica fides nulla diversitate violanda.

1 « Cod. Grim. *adversus* ». Cacciar. l. c.

2 Cacciar. cum cod. Grim. *quo hoc expectat*. Melius videt. n. lectio.

3 Matth. v, 12, ubi Vulg. expungit *et*.

4 Ex edit. Ballerin. *Opp. Sancti Leonis* tom. I, col. 1337.

Ad fidei unitatem hortatur.

sensu et in eadem sententia[1]; proculque a consortio vestro olim damnatorum depellatis errores, ut inchoastis, in fidei constantia permanentes; nullum sinatis vobis nestoriana vel eutychiana infectum perversitate sociari, tamquam leve ac tolerabile sit, ad quod uterque[2] quorumdam insipientium corda traduxit, et in scelera diabolici furoris accendit.

Haereticorum molimina ab imperatore cohibenda.

CAP. II. Habemus, propitio Deo, magnum et divinitus praeparatum christianissimi imperatoris auxilium, quem scriptis meis[3], quantum caussa expetit[4], obsecravi, ne improbis parricidarum petitionibus in aliquo clementiae suae praeberet assensum, neque ullo modo sineret sanctae Chalcedonensis synodi definitiones, quae vere de caelestibus prodiere decretis, tamquam necessaria retractatione violari: cum insidias impiorum[5] ad hoc subrepere velle manifestum sit, ut statuta evangelicis praedicationibus et Patrum traditionibus consonantia uovo faciant infirma iudicio; et dum disceptatio admittitur, auctoritas auferatur. Aderit, ut spero, suis inspirationibus divina protectio, eamque sancto Principi tribuet facultatem, et nullo modo fieri sinat quod humanae saluti sentit adversum. Atticum vero et Andream, quorum nomina fratri et coepiscopo meo Anatolio, missis ante litteris[6], indicavi, quos a vestra laudabili fide dissentire cognovi, atque Eutychianorum apertissime connivere perfidiae, nisi prius hostilia dogmata propria voce ac subscriptione damnaverint, et fidem Chalcedonensi Concilio roboratam in Ecclesia, populo christiano praesente, se professi fuerint secuturos, ordinis sui honore priventur; ne diutius luporum levitas[7] simplicitati dominicarum ovium misceatur.

Aufertur auctoritas, quum admittitur disceptatio.

Atticus et Andreas sua dignitate privandi.

Datum duodecimo kalendas Aprilis, Leone et Maioriano augustis consulibus.

Dat. die 21 Martii, an. 458.

EPISTOLA CXVII[8].

Eximiam Leonis Augusti religionem admiratus eum hortatur, ne Concilii Chalcedonensis statuta concuti patiatur: legatos se missurum promittit: imperatorem exorat, ut, qua pollet auctoritate, Alexandrinae Ecclesiae servitutem diutius protrahi non sinat.

Leo episcopus Leoni Augusto.

Leonis Aug. admiranda pietas.

CAP. I. Multo[9] gaudio mens mea exultat in Domino, et[10] magna mihi est ratio gratulandi[11], cum clementiae vestrae excellentissimam fidem augeri per omnia donis[12] gratiae coelestis agnosco; et per incrementa diligentiae devotionem in vobis animi sacerdotalis experior. Nam in vestrae pietatis alloquiis non dubie patet, quid per vos in totius Ecclesiae salutem[13] Spiritus Sanctus operetur, et quantum[14]

1 I Cor. I, 10.

2 « Forte *utraque* ». Ballerin. col. 1338.

3 Epist. praec. CI, CIV, CXII. pagg. 146 col. 1, 149 col 1, 155 col. 2.

4 Ita Ballerin. cum Facundo Herm., quam lectionem Quesnell. margini affixit. Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 448 cum cod. Grim. *extitit*. Sane perperam.

5 « Facund. Herm. *cum insidiatores priorum* ». Ballerin. l. c.

6 Vid. praec. epist. num. CXIII. pag. 160, col. 1, cap. IV.

7 « Forte *saevitia vel pravitas* ». Baller. l. c.

8 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1339. Al. in titulo addunt: *Per Philoxenum (al. Philonem) agentem in rebus*. Vid. et Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 448.

9 « Cod. Venet. *Magno* ». Ballerin. l. c.

10 « Cod. Grim. delet *et* ». Cacciar. l. c. Forte ex amanuens. vitio.

11 « Al. *gloriandi* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

12 Cacciar. pag. 449 cum cod. Grim. *dono*. Rectius ad context. videtur n. lectio.

13 « Cod. Vat. 1340, *salute* ». Cacciar. l. c. Mendo amanuens., ut opinor.

14 « Al. *quantis* ». Ballerin. col. 1340 et Cacciar. l. c.

universorum fidelium precibus sit optandum, ut in omnem gloriam vestrum extendatur imperium, qui supra curam rerum temporalium religiosae providentiae famulatum divinis et aeternis dispositionibus perseveranter impenditis: ut scilicet catholica fides, quae humanum genus sola vivificat, sola sanctificat, in una confessione permaneat: et dissensiones, quae de terrenarum opinionum varietate nascuntur, a soliditate illius petrae, supra quam civitas Dei aedificatur, abigantur, gloriosissime imperator [1]. Haec autem Dei munera ita demum nobis divinitus conferentur, si de his, quae sunt praestita, non inveniamur ingrati; et tamquam nulla sint, quae adepti sumus, contraria potius expetamus. Nam quae patefacta sunt, quaerere; quae perfecta sunt, retractare; et [2], quae sunt definita [3], convellere, quid aliud est, quam de adeptis gratias non referre, et ad interdictae arboris cibum [4] improbos appetitus mortiferae cupiditatis extendere? Unde quia ad pacem universalis Ecclesiae, et ad custodiam catholicae fidei cura dignamini sollicitiore respicere, evidenter agnoscitis quod magnis haereticorum audetur insidiis, ut inter Eutychis Dioscorique discipulos, et eum, quem Apostolica Sedes direxerit, diligentior, tamquam nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur, et quod totius mundi catholici sacerdotes in sancta [5] Chalcedonensi synodo probant gaudentque firmatum, in iniuriam etiam [6] sacratissimi Concilii Nicaeni efficiatur infirmum. Quod enim nostris temporibus apud Chalcedonem de Domini nostri Iesu Christi incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Nicaeam mysticus ille Patrum numerus definivit; ne Catholicorum confessio aut unigenitum Dei Filium in aliquo crederet Patri imparem, aut eumdem, cum factus est filius hominis, non veram carnis nostrae atque animae habuisse naturam.

Catholica fides humanum genus vivificat.

Dei munera uberiora accipit, qui de acceptis fuerit gratior.

Circa fidem definita convellere iniquissimum est.

De Incarnatione Christi eadem Chalcedonensis ac Nicaenae synodi sententia.

Cap. II. Detestandum ergo nobis est perseveranterque vitandum, quod fraus haeretica nititur obtinere, nec in aliquam disceptationem [7] pie et plene definita, revocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum ipsi de his videamur ambigere, quae manifestum est, per omnia propheticis, et evangelicis, atque apostolicis auctoritatibus consonare. Unde si qui sunt, qui ab his, quae caelitus sunt constituta, dissentiunt, suis opinionibus relinquantur: et ab unitate Ecclesiae cum ea, quam elegerunt, perversitate discedant. Nam nullo modo fieri potest ut qui divinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. Iactent se in sui eloquii vanitate, et de argumentationum suarum versutia, quae inimica est fidei, glorientur: nobis placet Apostoli obedire praeceptis, dicentis [8]: *Videte ne quis vos decipiat* [9] *per philosophiam et inanem seductionem hominum. Nam secundum eumdem Apostolum, si quae destruxi, haec aedifico, praevaricatorem me constituo* [11], et eis me ultionum conditionibus subdo, quas non solum aucto-

Novas de rebus statutis controversias S. A. detestatur.

Qui definitis obsistit, sese ab Ecclesiae communione dissociat.

Eloquii vanitati non credendum.

1 « Pleriq. codd. delent *gloriosissime imperator* ». Ballerin. l. c.

2 « Duo Vatt. delent *et* ». Cacciar. l. c.

3 « Cod. Grim. *finita* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Forte amanuens. mendo.

4 « Cod. Vat. 1340 delet *cibum* ». Cacciar. l. c. Ex vitio quidem amanuens.

5 « Al. *a sancta* ». Ballerin. l. c.

6 « Duo Vatic. expungunt *etiam* ». Cacciar. loc. cit.

7 « Cod. Ratisp. *nec aliqua disceptatione* ». Ballerin. l. c.

8 « Al. *apostolicis obedire praeceptis, dicentibus* ». Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 450.

9 « Duo Vatt. *seducat* ». Cacciar. l. c. Minus bene.

10 Coloss. II, 8, ubi Vulg. legit. *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciam secundum traditionem hominum.*

11 Galat. II, 18, ubi Vulg. legit: *iterum haec aedifico.*

Decreta circa fidem immutabilia.

ritas beatae memoriae Principis Marciani, sed etiam ego mea consensione firmavi. Quia, sicut sancte veraciterque dixistis[1], *perfectio incrementum, et adiectionem plenitudo non recipit.* Unde cum sciam te, venerabilis Princeps, sincerissimo veritatis lumine imbutum in nulla fidei parte nutare, sed sancto perfectoque iudicio a pravis recta discernere, et a refutandis amplectenda dividere: obsecro[2], ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam, cum haec mea cautio non solum universali Ecclesiae consulat, sed etiam tuae gloriae famuletur: ne sub imperii tui tempore et haereticorum aucta videatur improbitas, et catholicorum perturbata securitas.

S. Leo de diffidentia minime culpandus.

Imperatori obsequens legatos mittit.

Cap. III. Quamvis ergo multum per omnia de pietatis vestrae corde confidam, et per inhabitantem in vobis spiritum[3] Dei satis vos instructos esse perspiciam, nec fidei vestrae ullus possit error illudere; praeceptioni tamen vestrae in eo adnitar[4] obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos praesentiae meae[5] instar exhibeant, et quae sit apostolicae fidei regula, licet, ut dixi, vobis bene sit nota, demonstrent: patefacientes in omnibus et probantes, non esse omnino inter catholicos computandos, qui definitiones venerabilis synodi Nicaenae, vel sancti Chalcedonensis Concilii regulas non sequuntur: cum utrorumque sancta decreta ex evangelico et apostolico[6] manifestum sit fonte prodire, et quicquid non est de irrigatione Christi, poculi esse[7] viperei. Praenoscat igitur pietas tua[8], venerabilis imperator, hos, quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra ullos[9] a Sede Apostolica profecturos: quia de rebus et apud Nicaeam, et apud Chalcedonem, sicut Deo placuit, definitis, nullum audemus inire tractatum, tamquam dubia vel infirma sint, quae tanta per Spiritum Sanctum fixit auctoritas.

His tamen quaelibet interdicta disputatio.

Quibus debeatur instructio.

Cap. IV. Instructioni autem parvulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam cibo desiderant solidiore[10] satiari, ministerii nostri praesidium non negamus: et sicut[11] simpliciores non spernimus, ita a rebellibus haereticis abstinemus, memores praecepti Domini[12] dicentis: *Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos*[13]. Nimis quippe indignum, nimisque iniustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus Sanctus per Prophetam, dicens: *Filii alieni mentiti sunt mihi*[14]. Qui etiamsi Evangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent, de quibus scriptum est: *Deum se profitentur scire, factis autem negant*[15]: clamante adhuc iusti Abel sanguine adversum impium Cain, qui increpatus a Domino non quievit[16] ad poenitudinem, sed exarsit ad caedem. Cuius

Haeretici ad libertatem disceptationis neutiquam admittendi.

Proterius alter Abel, Timotheus alter Cain.

1 Cacciar. l. c. *dixisti;* al. apud ipsum *audistis.*

2 « Duo Vatt. *obsecro te* ». Cacciar. l. c.

3 « Duo Vatt. *Spiritum Sanctum* ». Cacciar. pag. 450.

4 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *adnitor.* Concinnius ad orationem videtur.

5 « Tria Vatt. *nostrae* ». Cacciar. l. c.

6 « Quesnellus delet *et apostolico;* sed pessime ». Cacciar. l. c.

7 « Vat. 1340 *sit* ». Cacciar. l. c.

8 « Vet. edit. *vestra* ». Ballerin. col. 1341.

9 « Vat. 1340 *illos* ». Cacciar. l. c.

10 « Cod. Ratisp. *solido* ». Ballerin. l. c.

11 « Id. cod. *sed sicut* ». Ballerin. l. c.

12 « Cod. Ratisp. *dominici* ». Ballerin. l. c.

13 Matth. VII, 6.

14 Ps. XVII, 46. « Vet. edit. addunt, *filii alieni inveterati* ». Ballerin. l. c. Porro iuxta Vulg. textum.

15 Tit. I, 16, ubi Vulg. legit: *Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.*

16 « Vet. edit. *non requievit* ». Cacciar. pag. 451, et Ballerin. col. 1342.

Ultio in Proterii caedem Dei iudicio est reservanda.

vindictam sic Domini iudicio volumus reservari, ut improbus praedo, et parricida crudelis in seipsum recidat, et nostra non teneat. Neque sanctae Ecclesiae Alexandrinae lamentabilem captivitatem patiamini ulterius prolongari, cui oportet fidei vestrae iustitiaeque praesidio suam restitui libertatem, ut per omnes Aegypti urbes dignitas Patrum et ius sacerdotale reparetur.

Obsecrat, ut Alexandrinae Ecclesiae quamcitius libertas restituatur.

Datum duodecimo kalendas[1] Aprilis, Leone et Maioriano augustis consulibus.

Dat. die 21 Martii, an. 458.

EPISTOLA CXVIII[2].

Dolentem Anatolii animum delinire studens, quid ab Attico eo magis de fide suspecto sit exquirendum significat.

Leo episcopus Anatolio episcopo.

Anatolii displicentiam demulcet.

Lectis dilectionis tuae litteris, quas per filium nostrum Patritium diaconem direxisti, intellexi tibi studium meae sollicitudinis displicere, qua secundum dominicam charitatem, quam tibi a nobis impendi experimentis plurimis approbasti, de cavendis his, qui communis fidei adversarii[3] dicerentur, admonui[4]; ne ad negligentiam rectoris referretur, si quisquam in Ecclesia catholica ea praedicare praesumeret, quae haereticorum sensibus convenirent. Quod utrum veraciter fama iactaret, dilectionis tuae inquirendum iudicio delegavi. Neque in aliquo honorem tuum laesi, cui[5] discutienda ea, quae ad me erant perlata, commisi: ut scilicet Atticus presbyter, quem talia audere cognoveram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, et non solum voce haereticos[6], sed etiam propriae manus subscriptione damnasset, a communionis gratia esset alienus. Qui scripta mittendo dubiae fidei et professionis[7] incertae, confirmavit[8] magis, quam diluit quicquid ad nos de eo fama pertulerat: cum si conscientiam suam voluisset probare sinceram, non Eutychen sibi odiosum fuisse, sed quod perfidiam ipsius reprobaret atque damnaret, debuerat confiteri[9]: quia aliud sunt humanae etiam inter catholicos simultates; aliud diabolici, quos fides catholica damnat, errores. Et ideo, frater carissime, in nullo debes de nostra dilectione dubitare, si Prophethae exemplum sequaris, et dicas: *Nonne qui te oderant, Domine, oderam illos*[10], *et super inimicos tuos tabescebam?*[11] Per omnia enim volo te esse certissimum, quod sicut meam existimationem illaesam cupio permanere, ita opto te quoque in omnibus irreprehensibilem reperiri. Praedictus autem Atticus[12], ut ab omni suspicione contraria liber appareat, quid in Eutyche anathematizet ac damnet, evidenter ostendat, et in damnationem er-

Atticus fidei suae suspicionem auget.

S. Leo de Anatolio existimationem suam profitetur.

Quid ab Attico expetendum.

1 Cacciar. l. c. cum al. *XI kalendas*. Jaffè op. cit. nobis assentit.

2 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1342.

3 « Cod. Vat. *communi fidei adversari* ». Ballerin. l. c.

4 Vid. praeced. epist. CXIII pag. 169 col. 1, cap. IV.

5 « Cod. Vat. *cum* ». Baller. col. 1343. Rectius, ut opinor, n. lectio.

6 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 439, *voce haereticorum*.

7 « Cod. Taur. *promissionis* ». Cacciar. pag. 440.

8 « Vat. 546 *confirmat* ». Ballerin. l. c.

9 « Duo Vatt. *debuit profiteri* ». Cacciar. l. c.

10 « Cod. Vind. *eos*: et infra Quesnell. male *tabescam* pro *tabescebam* ». Ballerin. l. c. *Illos* deest in vulgat.

11 Ps. CXXXVIII, 21.

12 « Aliq. cod. delet *Atticus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

roris expressi[1], remota omni dubitatione, subscribat: ita ut Chalcedonensis synodi[2] definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit, et quam Apostolicae Sedis firmavit[3] auctoritas, profiteatur se per omnia servaturum, adiecta subscriptione propriae manus, quae in Ecclesia, christiano populo praesente, recitetur: ut pro catholica fide neque nos negligentes, neque ipse ultra suspectus habeatur. Qui si in eadem pravitate perdurans praeceptis salubribus[4] parere noluerit, sententiam synodi Chalcedonensis, cuius definitionibus resultat, excipiat[5].

Si remanserit damnandus.

Data quinto kalendas[6] Aprilis, Leone et Maioriano augustis consulibus.

Dat. die 28 Martii, an. 458.

EPISTOLA CXIX[7].

Eutychianam haeresim execratus imperatorem vehementer rogat, ne novae disquisitiones instaurentur, utque, legatorum consiliis auditis, Alexandrinae Ecclesiae crudeliter vexatae piissime consulat.

Leo episcopus[8] Leoni Augusto.

Cur legatos miserit.

CAP. I. Multis manifestisque documentis probatum mihi esse gaudens, quanto[9] universali Ecclesiae consulatis affectu, praeceptis pietatis vestrae, ubi primum licuit, parere non distuli, dirigens Domitianum[10] et Geminianum fratres, et coepiscopos meos, qui apud vos preces[11] meae sollicitudinis exequentes pro quiete vobis doctrinae evangelicae supplicarent, et libertatem fidei, in qua secundum eruditionem Spiritus Sancti ipse praecipue emines, obtinerent, repulsis procul hostibus Christi, qui etiamsi voluissent furorem suum tegere, non laterent; quia alia est dominici gregis sancta simplicitas, alia sub vestitu ovium simulatio latentium bestiarum; nec possunt iam per hypocrisim irrepere, quos tantae[12] furor manifestavit insaniae. Agnosce igitur, Auguste[13], et venerabilis imperator, in quantum totius mundi praesidium divina sis providentia praeparatus, et quid auxilii matri tuae Ecclesiae debeas, quae te filio maxime gloriatur, intellige. Non sinantur[14] contra dexterae omnipotentis triumphos redivivis assurgere[15] motibus extincta certamina; praesertim cum id, damnatis iamdudum haereticorum ausibus, omnino non liceat, et hic fructus piis laboribus debeatur, ut omnis Ecclesiae plenitudo in suae unitatis soliditate secura permaneat, nihilque prorsus de bene compositis[16] retractetur: quia post[17] legitimas et divinitus inspiratas constitutiones velle confligere non pacifici est animi[18], sed re-

Rogat, ne novae disquisitiones restaurentur.

Rebellis est contra legitime definita confligere.

1 « Vat. 1340 omitt. *expressi* ». Cacciar. l. c.
2 « Vet. edit. *symboli* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
3 « Vat. 546 *confirmavit* ». Baller. col. 1344.
4 « Al. *praecepto salubri*; al. *praeceptis salutaribus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
5 « Cod. Cantabrig. *incurrat* ». Ballerin. l. c.
6 Cacciar. l. c. cum al. *quinto decimo kalendas*. Jaffè op. c. nobis favet.
7 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1344.
8 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 453 cum cod. Grim. delet *episcopus*.
9 « Al. *quantum* ». Cacciar. l. c. Perperam ad orat. contextum.
10 « Cod. Ratisp. *Donatianum* ». Ballerin. l. c.
11 « Quesnell. suspicatur legendum *vices*; al. codd. adversantur ». Ballerin. col. 1345. Quesnell. sententiae accederem, quam orat. context. exigere videtur.
12 « Cod. Ratisp. delet *tantae* ». Ballerin. l. c.
13 « Id. cod. delet *Auguste* ». Ballerin. l. c.
14 « Al. *Non sinas* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc.
15 « Al. *exurgere* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
16 « Apud Vigilium *constitutis* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
17 « Apud Vigil. deest *post*; et infra *movere* pro *confligere* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Aptius ad context. n. lectio.
18 « Pelagius II, *hominis* ». Ballerin. l. c.

bellis, dicente apostolo: *Verbis enim contendere ad nihil est utile, nisi ad subversionem audientium*[1].

Disputationum libertas est coercenda.

Cap. II. Nam si humanis persuasionibus semper disceptare sit liberum, numquam deesse poterunt qui veritati audeant resultare[2], et de mundanae[3] sapientiae loquacitate confidere; cum hanc nocentissimam vanitatem quantum debeat fides et sapientia[4] christiana vitare ex ipsa Domini nostri[5] Iesu Christi institutione cognoscat, qui omnes nationes ad illuminationem fidei vocaturus non de philosophis, aut de oratoribus, qui praedicando Evangelio famularentur, elegit; sed de humilibus et piscatoribus, per quos se[6] manifestaret, assumpsit; ne doctrina coelestis, quae erat plena virtutum[7], auxilio videretur indigere verborum. Unde apostolus protestatur, et dicit: *Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare; non in sapientia Verbi, ne*[8] *evacuetur crux Christi; verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est; his autem qui salvi fiunt, virtus Dei est*[9]*; scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor huius saeculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi*[10]*?* Argumenta enim rethorica et institutae[11] ab hominibus versutiae disputandi in eo praecipue gloriantur, si in rebus incertis, et opinionum varietate confusis ad hoc audientium trahant sensum, quod asserendum ingenio atque eloquio suo quisque delegerit; et ita fit[12], ut quod maiore facundia defenditur, verius aestimetur: sed Christi Evangelium hac arte non indiget, in quo doctrina veritatis sua luce manifestata[13] est; nec quaeritur quid auribus placeat, ubi verae fidei sufficit scire quis doceat.

Idque ex ipsa Christi institutione evincitur.

Coelestis doctrina verborum fuco non indiget

Siquidem est longe alia rerum humanarum, ac Evang. evidentia.

Ubi sufficit scire quis doceat, quaerendum non est quid placeat.

Nil fidei et humanae saluti infestius, quam Eutychetis commentum.

Cap. III. Hos autem, qui suis decipiuntur inventis, nihil magis ab evangelica luce[14] dissociat, quam quod incarnationis dominicae[15] veritatem non putant ad humanam, idest nostram pertinere naturam; tamquam indignum fuerit gloria[16] Dei, ut maiestas Verbi impassibilis veritatem mortalis carnis assumpserit: cum aliter salus hominum[17] reparari non posset, nisi qui est in forma Dei, formam suscipere dignaretur et servi. Unde cum sancta synodus Chalcedonensis, quae ab universis Romani orbis provinciis cum totius mundi est celebrata consensu, et a sacratissimi Concilii Nicaeni est indivisa decretis, omnem Eutychiani dogmatis impietatem a corpore catholicae communionis absciderit; quomodo erit cuiquam lapsorum ad ecclesiasticam pacem recursus, nisi perfecta fuerit satisfactione purgatus? Nam quae istis tribui potest licentia disserendi, qui iusto sanctoque iudicio meruere damnari? Ut verissime illam sententiam beati apostoli Ioannis exciperent, qua inter ipsa nascentis Ec-

Hoc a Chalcedonensi et a Nicaena synodo pariter exeeratur.

Ideo e lapsis nemo in Ecclesiam recipiendus, nisi perfecte purgatus;

Nec istis disputandi licentia relaxanda.

1 II Tim. II, 14, ubi Vulg. ait: *Noli contendere verbis; ad nihil enim utile est....*

2 « Apud Prudent. *reluctari* » Cacciar. l. c.

3 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *humanae.*

4 « Prudent. delet *et sapientia* ». Ballerin. l. c.

5 « *Nostri* abest a Ratisp. ». Ballerin. l. c.

6 Cacciar. pag. 454 cum cod. Grim. pro *se* habet *sancta.*

7 Cacciar. l. c. *virtutibus.*

8 Vulgat. *ut non.*

9 Vulgat. *iis autem, qui salvi fiunt, id est nobis Dei virtus est.*

10 I Cor. I, 17, et seqq.

11 Cacciar. l. c. cum Grim. col. *rethoricae institutae ab hominibus, et versutiae disputandi.*

12 « Cod. Grim. *fieri* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Melius ad orat. perspicuitatem videtur n. lectio.

13 « Cod. Ratisp. *manifesta* ». Ballerin. col. 1346. Melius quidem.

14 Cacciar. l. c. cum cod. Grim. *voce.*

15 « Cod. Ratisp. *divinae* ». Ballerin. l. c.

16 « Cod. Ratisp. *gloriae* ». Ballerin. l. c.

17 « Id. cod. *hominis* ». Ballerin. l. c.

clesiae exordia inimicos crucis Christi perculit dicens: *Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est; et omnis spiritus, qui solvit Iesum, ex Deo non est, sed hic est antichristi* [1]. Qua Sancti Spiritus praecurrente [2] doctrina pie nobis et constanter

Disceptatione admissa, auctoritas derogatur.

utendum [3] est: ne, dum talium disceptatio [4] admittitur, his [5], quae divinitus definita sunt, auctoritas derogetur; cum [6] per omnes regni vestri partes, et in universis finibus terrae ea, quae apud Chalcedonem firmata [7] est fides, fundatissima pace servetur; nec christiano dignus

Christiani nomine indignus, qui sese ab Apostolica unitate abrumpit.

sit nomine, qui se a consortio nostrae unitatis [8] abrumpit. De quo Apostolus dicit: *Haereticum hominem post unam et secundam correptionem devita; sciens, quia huiusmodi perversus est, et proprio iudicio sit damnatus* [9].

Impia in Alexandrin. Ecclesiam facinora nunquam satis expianda.

CAP. IV. Quod ergo in sanctae Ecclesiae pervasione et in Praesulis ipsius crudelissima caede impius parricida commisit, non potest humanis remissionibus expiari, nisi ille exoretur, qui talia et solus potest digne plectere, et solus ineffabili misericordia relaxare. Nos vero non ul-

Deus pro eorum auctoribus sedulo exorandus.

tionum sumus cupidi, sed ministris diaboli non possumus ulla ex parte sociari. Quos si a perversis [10] discedere, ab errore resipiscere, et ab armis discordiae ad poenitentiae cognoscamus lamenta converti, possumus etiam nos pro illis, ne in aeternum pereant, supplicare; ut pietatis Domini utamur exemplo, qui pro persecutoribus suis ligno crucis affixus orabat, dicens: *Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt* [11]. Quod ut fructuose pro ini-

Quid ab ipsis agendum

micis suis caritas faciat christiana, relinquant impii semper religiosam semperque devotam Ecclesiam Dei lacessere [12], neque simplicis populi animas haeretica audeant conturbare fallacia; ut ubi omnibus retro temporibus sincerissima fides floruit, nunc quoque evangelica et apostolica possit vigere doctrina. Quia et nos

Sed. Ap. divinae misericordiae imitatrix.

divinam misericordiam, in quantum valemus, imitantes, nullum iustitia plecti, sed omnes cupimus misericordia liberari.

Legatorum consiliis utendum.

CAP. V. Utatur, obsecro, clementia tua praedictorum fratrum meorum suggestionibus; quos, sicut iamdudum in praemissa epistola [13] sum locutus, non disceptaturos cum damnatis [14], sed supplicaturos vobis pro catholicae tantum fidei stabilitate, direxi. Et praecipue illud pie-

Quae in Ecclesiae pacem praecipue statuenda.

tas vestra pro fide sua et divinae maiestatis contemplatione concedat, ut haereticorum contentionibus prorsus amotis, misericordem curam his, qui infeliciter prolapsi sunt, dignetur impendere; et libertate Alexandrinae Ecclesiae in statum pristinum revocata, antistes illic Chalcedonensis synodi statuta custodiens, et concordans evangelicis disciplinis, qui conturbatam plebem pacificare [15] valeat, ordinetur. Ili etiam episcopi vel clerici, quos de Ecclesiis suis depulit impius par-

1 I Ioan. IV, 2, ubi Vulg. legit: ... *et hic est Antichristus.*

2 Cacciar. pag. 155 cum cod. Grim. *percurrente.*

3 « Apud Vigil. *videndum* vel *vivendum* vel *vitandum* ». Ballerin. col. 1347. Perperam, ut videtur.

4 « Apud Pelag. II, *disputatio* ». Cacciar. l. c.

5 « Apud eumd. Pelag. *eorum* et infra *auctoritati* ». Ballerin. l. c.

6 Cacciar. l. c. cum Grim. *dum.*

7 Cacciar. l. c. cum al. *confirmata.*

8 Cacciar. l. c. cum Grim. *veritatis.* Rectius ad context. n. lectio.

9 Tit. III, 10, ubi Vulg. legit:... *Sciens quia subversus est, qui eiusmodi est, et delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.*

10 « Cod. Ratisp. *Quod si a persuasis* ». Ballerin. l. c. Forte mendo amanuens.

11 Luc. XXIII, 34, ubi Vulg. legit:... *Pater, dimitte illis, nesciunt enim quid faciunt.*

12 Cacciar. l. c. cum Grim. cod. omitt. *lacessere.* Male, ut opinor.

13 Est epist. quam sup. num. CXVII dedimus, pag. 163 col. 2, ubi videre praestat cap. III pag. 165.

14 » Cod. Ratisp *condemnatis* ». Ballerin. l. c.

15 « Cod. Ratisp. *placare* ». Ballerin. l. c.

ricida, pietatis tuae praeceptione revocentur, caeterisque quoque, quos similis malignitas habitationibus propriis fecit extorres, in statum pristinum restitutis; quatenus plene atque perfecte de gratia Dei et fidei vestrae merito sine ullo iam concertationum strepitu gaudeamus. Nam si quis ita christianae spei ac propriae salutis oblitus est, ut ad convulsionem[1] sacratissimi Concilii Nicaeni, sanctae Chalcedonensis synodi evangelicum apostolicumque decretum violare aliqua disputatione praesumat, hunc cum omnibus haereticis, qui de incarnatione Domini nostri Iesu Christi impia et detestanda senserunt, simili anathemate parique execratione damnamus; ut et legitima satisfactione correctis poenitentiae remedium non negetur, et in resultantes sententia synodali, quae veritatis est plena, permaneat.

Pertinaces anathemate damnantur.

Correctis poenitentiae remedium conceditur.

Data decimo sexto kalendas Septembris, Leone et Maioriano augustis consulibus.

Dat. die 17 Augusti an. 458.

EPISTOLA CXX [2].

Imperatori promissa scripta persolvens Eutychianam haeresim evertit, eumque ad catholicam doctrinam defendendam hortatus PP. testimonia subdit.

Leo episcopus [3] Leoni Augusto.

Cap. I. Promisisse me memini[4], venerabilis imperator, in causa fidei, de qua clementiam tuam novi pie esse sollicitam, pleniorem[5] humilitatis meae dirigendum esse sermonem; quem nunc, auxiliante Domino, fideli occasione persolvo, ut sancto pietatis tuae[6] studio utilis, quantum arbitror, deesse non possit instructio. Quamvis enim sciam clementiam tuam[7] humanis institutionibus[8] non egere, et sincerissimam de abundantia Spiritus Sancti hausisse doctrinam: officii tamen mei est et patefacere quod intelligis, et praedicare quod credis; ut ignis ille, quem Dominus veniens misit in terram, motu crebrae meditationis agitatus sic concalescat[9], ut ferveat, et sic inflammetur, ut luceat. Magnas[10] enim caligines Eutychiana haeresis orientis partibus inferre molita est; et ab illa luce, quae, sicut Evangelium[11] loquitur, *lucet in tenebris, et tenebrae eam non comprehenderunt*[12], imperatorum oculos tentavit avertere. Cumque ipsa in suam reciderit caecitatem, nunc[13] in discipulis recrudescit, quod in auctore defecit.

Promissa scripta persolvit.

Cur mittat.

Eutychiana haeresis Orienti infestissima.

In discipulis enim recrudescit quod in auctore defecit.

Cap. II. Non longo namque temporis intervallo catholica fides, quae est singularis et vera, cuique nihil addi, nihil[14] minui potest, a duobus est hostibus appetita; quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emersit, qui Ecclesiae Dei duas haereses sibimet[15] contrarias inferre

Catholicum dogma immutabile.

1 « Cod. Ratisp. *compulsionem* ». Baller. l. c.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1353.

3 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 457. *Episcopus Romae.*

4 Vid. praec. epist. CXII, cap. VI, pag. 158 col. 2.

5 « Al. codd. *prolixiorem* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

6 « Al. *sanctae pietatis vestrae* » Ballerin. col. 1354. Melius ad rem videt. n. lectio.

7 « Al. *vestram* ». Ballerin. l. c.

8 « Ant. edit. *instructionibus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

9 « Al. *incalescat*; al. *convalescat* ». Baller. col. 1355.

10 « Al. codd. *magna enim caligine se Eutychiana*, etc. Ballerin. l. c. et Cacciar. pag. 458.

11 « Vat. 1342 *in evangelio* ». Cacciar. l. c.

12 Ioann. I, 5.

13 « Al. delent *nunc* ». Baller. l. c. iuxta antiq. versionem, quae sic legit: Αυτης τε προς την οικειαν τυφλωσιν εκπεσουσης δια των μαθητων, [illegible].

14 Cacciar. l. c. cum al. *nihilque*; al. apud Ballerin. l. c. *nihilve*. Antiqua versio habet και ᾗ τινι ουτε προστιθεσθαι, ουτε μην αφαιρεισθαι τινα δυνατον.

15 « Tres codd. *sibimetipsis* ». Ballerin. col. 1356.

Quod Nestorius et Eutych. veritate impetunt.

voluerunt; ut uterque a praedicatoribus veritatis merito damnaretur, quia insanum nimis et sacrilegum fuit quod varia falsitate ambo senserunt.

Nestorii errores referuntur.

Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis faceret, aliam Deitatis; nec unum Christum in Verbo Dei et carne sentiret, sed separatim atque seiunctim [1] alterum filium Dei, alterum hominis[2] praedicaret; cum, manente illa incommutabili[3] Verbi essentia[4], quae ei cum Patre et cum Spiritu Sancto intemporalis[5] atque coaeterna est, ita intra virginea[6] viscera Verbum caro sit factum, ut per ineffabile[7] sacramentum uno conceptu, unoque partu secundum veritatem utriusque naturae eadem virgo et ancilla Domini esset et mater. Quod etiam Elisabeth, sicut Lucas evangelista declarat, intellexit et dixit: *Unde hoc mihi, ut veniat ad me mater Domini mei*[8]? Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum haereticorum volutatus errores tertium Apollinaris dogma delegit[9]; ut negata humanae carnis atque animae veritate totum Dominum nostrum Iesum Christum unius assereret esse naturae, tamquam Verbi Deitas ipsa se in carnem animamque converterit; et concipi, ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, et ascendere in coelum, et in Patris dextera[10], unde ad indicandos vivos et mortuos veniet, consedere, divinae tantum essentiae[11] fuerit, quae nihil horum in se sine carnis recipit veritate: quoniam natura Unigeniti natura est Patris, natura est Spiritus Sancti[12], simulque impassibilis, simul est incommutabilis sempiternae[13] Trinitatis indivisa unitas, et consubstantialis aequalitas[14]. Unde si ab Apollinaris perversitate Eutychianus quisque desciscit[15], ne convincatur Deitatem passibilem sentire[16] atque mortalem, et tamen Verbi incarnati, idest Verbi et carnis unam audet pronuntiare naturam; manifeste in Valentini et Manichaei transit insaniam, et mediatorem Dei et hominum, hominem Iesum Christum simulatorie omnia credit egisse, nec humanum[17] in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium.

B. Virgo uno conceptu et ancilla Domini et mater.

Id vel e sacris scripturis liquet.

Eutych. Apollinaris haeresim secutus refellitur.

Incommutabilis est Trinitatis indivisa unitas et consubstantialis aequalitas.

Eutychiano facile lapsus in Valentini et Manich. insaniam.

CAP. III. Quae impietatis mendacia, quoniam olim fides catholica detestatur, et talium[18] assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum dudum sunt damnata sententiis, non du-

Huiusmodi haereses vel ab ipsa Nicaena synodo damnantur.

1 « Vat. Reg. *separatum atque seiunctum* ». Ballerin. l. c. Antiq. vers. nobis convenit.

2 Cacciar. pag. 459 cum al. codd. *filium hominis*.

3 « Al. *incommutabilis* ». Ballerin. 1357. Iuxta cit. vers. τῶν ἀμετατρέπτου λόγου.

4 « Al. *vera essentia* ». Ballerin. l. c. Male quidem. Graec. textus habet τοῦ λόγου οὐσίας.

5 « Cod. Corb. *incorporalis* ». Ballerin. l. c. Eadem versio τῆς οὔσης ἀχρόνου τε, καὶ ἀϊδίου n. lectioni consentit.

6 « Al. *Virginis*; al. addunt *tantum* ». Cacciar. l. c.

7 « Al. *per id, quod* (al. add. *est*) *ineffabile*; al. *per id, quod factum est sacramentum* » Ballerin. col. 1358. Contra graec. textum.

8 Luc. I, 43, ubi Vulg. legit:... *mater Domini mei ad me* ?

9 Al. *defendit* ». Ballerin. l. c. Rectius ad orationis context. videt. n. lectio. cui et antiq. versio convenit.

10 Cacciar. l. c. cum al. *ad Patris dexteram*.

11 « Apud Pseudo-Agapet. *voluntatis* ». Ballerin. l. c. Graec text. οὐσίας nobis adhaeret.

12 « Vat. 130 *quoniam natura unita naturae Patris natura est Spiritus Sancti* ». Cacciar. pag. 460. Perperam ad orat. contextum. Porro cit. versio nobiscum cohaeret.

13 « Vet. edit. *sempiterna* ». Baller. col. 1359.

14 « Pseudo-Agapetus *unius voluntatis aequalitas* » Ballerin. l. c. Sane perperam. Graec. text. nostrae lectioni assentit.

15 « Cod. Vat. *discessit* ». Ballerin. l. c.

16 « Id. cod. *dicere* ». Ballerin. l. c.

17 Cacciar. l. c. cum al. *nec verum*.

18 Cacciar. l. c. cum al. *et aliorum*. Perperam ad orat. contextum, ut videtur. Graec. quidem vers. nobis consentiens legit: τῶν τοιούτων ἐνστάσεων.

bium est, eam nos fidem praedicare atque defendere, quam sancta synodus Nicaena confirmavit [1], dicens:

Cuius symbolus exponitur.

« Credimus in unum Deum Patrem om- « nipotentem, visibilium [2] et invisibilium « factorem. Et in unum Dominum no- « strum Iesum Christum filium Dei, na- « tum de Patre unigenitum [3], hoc est de « substantia Patris, Deum de Deo, lumen « de lumine, Deum verum de Deo vero, « natum, non factum, unius substantiae « cum Patre (quod Graeci dicunt ομοουσιον) « per quem omnia facta sunt, sive quae « in coelo, sive quae in terra. Qui pro- « pter nos et nostram [4] salutem descendit [5], « incarnatus [6] est, et homo factus, passus « est, et resurrexit tertia die. Ascendit in « coelos [7], venturus [8] iudicare vivos et « mortuos. Et in Spiritum Sanctum ».

Atque declaratur.

In qua professione hoc evidentissime continetur, quod etiam nos de Domini incarnatione confitemur et credimus, qui ad salutem humani generis reformandam, veram carnem nostrae fragilitatis non de coelo secum detulit, sed in utero [9] Virginis Matris assumpsit.

Evangelio palam adversatur qui Christo nostram naturam denegat.

CAP. IV. Quicumque ergo illi sunt ita obcaecati, et a lumine veritatis alieni, ut Verbo Dei a tempore incarnationis humanae [10] carnis denegent veritatem, ostendant in quo sibi christianum nomen usurpent, et cum Evangelio veritatis qua ratione concordent, si beatae Virginis partu [11] aut caro sine Deitate, aut Deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, Evangelista dicente, quod *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [12], ita negari non potest, beato Paulo Apostolo praedicante, quod *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi* [13]. Quae autem reconciliatio esse posset [14], qua humano generi repropitiaretur [15] Deus, nisi omnium causam mediator Dei hominumque susciperet [16]? Qua vero ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei aequalis est Patri, in forma servi particeps esset et nostri; ut mortis vinculum unius praevaricatione contractum, unius morte [17], qui solus morti nihil debuit, solveretur. Effusio enim pro iniustis sanguinis Christi tam fuit dives ad pretium [18], ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent; quoniam, sicut Apostolus ait: *ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia* [19]. Et cum sub peccati praeiudicio nati potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum servitutis.

Per hanc Christus Dei hominumque mediator.

Immensum Sanguinis Christi pretium.

Ideo validius donum libertatis, quam debitum servitutis.

CAP. V. Quam itaque sibi in huius sa-

1 « Aliq. cod. *firmavit* ». Ballerin. l. c.

2 « Antiq. edit. add. *omnium* ». Ballerin. col. 1360. Iuxta antiq. vers. παντων ορατων.

3 « Al. delent *unigenitum* ». Baller. l. c. Male. Sane graec. vers. leg. τον υιον του θεου τον μονογενη, τον εκ του πατρος γεννηθεντα.

4 « Aliq. codd. *propter nostram* ». Ballerin. col. 1361. Porro contra cit. versionem, ubi legitur: Τον δι' ημας, και δια την ημετεραν σωτηριαν.

5 « Al. add. *de coelo*, vel *de coelis* ». Baller. l. c. Graec. text. habet κατελθοντα εκ των ουρανων.

6 « Al. *et incarnatus* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. *in coelum* vel *ad coelos* ». Baller. l. c.

8 « Al. *unde* vel *inde venturus* ». Baller. l. c.

9 « Al. cod. *de utero* ». Ballerin. col. 1362. Graec. text. legit εν τη γαστρι.

10 « Al. delent *humanae* ». Baller. l. c. Contra cit. vers. quae habet. ανθρωπινης.

11 « Al. *si Virginis partu*; al. *si per Virginis*; (vel *si per beatae Virginis*) *partum* ». Baller. l. c. et Cacciar. pag. 461.

12 Ioann. I, 14.

13 II. Cor. V, 19.

14 Cacciar. l. c. cum al. *possit;* al. apud Ballerin. col. 1263 *potest.*

15 « Ant. edit. *propitiaretur* ». Ballerin. l. c. Forte melius ad rem n. lectio.

16 « Al. *nisi omnium* (al. *hominis*) *causa.... carnem susciperet* (al. *suscepisset*) ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Cit. vers. n. l. omnino consonat.

17 « Al. *per unius mortem* ». Baller. col. 1364.

18 « Al. *effusio namque iusti sanguinis* (al. *pro iniustis sanguinis iusti*, al. *sanguinis Christi*) *tam potens fuit ad privilegium, tam dives ad pretium* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc Ead. vers. nobis plane consentit.

19 Rom. V, 20.

Negata Christi corporis veritate, corruit humana redemptio

cramenti praesidio spem relinquunt qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati: dicant quo sanguine sint redempti[1]? Quis est, ut ait Apostolus, *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis*[2]? Aut quod unquam sacrificium sacratius[3] fuit, quam quod verus et aeternus Pontifex altari[4] crucis per immolationem suae carnis imposuit? Quamvis enim multorum sanctorum[5] in conspectu Domini pretiosa mors fuerit, nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas; et de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiae, non dona iustitiae. Singulares[6] quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit; cum inter filios hominum unus solus[7] Dominus noster Iesus Christus, qui vere erat agnus immaculatus, extiterit[8], in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt[9] etiam suscitati. De quibus ipse[10] dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me*[11]. Fides etenim vera iustificans impios, et creans iustos ad humanitatis suae tracta participem[12], in illo acquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocentem; liberum habens per gratiam Dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostrae humilitate[13] congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit.

Martyrum candes patientiae exempla, non dona iustitiae

Solummodo in Christo omnes crucifigimur, et suscitamur.

Qui eis victoriam tribuit, quorum corpore triumphavit.

Verbi et carnis una persona, et communis actio

Cap. VI. Licet ergo in uno Domino[14] Iesu Christo vero Dei atque hominis filio Verbi et carnis una persona sit, quae inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones; intelligendae tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sincerae fidei contemplatione cernendum est, ad quae provehatur humilitas carnis, et ad quae inclinetur altitudo Deitatis; quid sit quod caro sine Verbo non agit, et quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret; et[15] sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non iaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum stella indice declaratum; et sine veritate carnis non iuberetur in Aegyptum transferri puer, et ab Herodis persecutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret[16] vox Patris missa de coelo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene*[17] *complacui*[18]; et sine veritate carnis non protestaretur Ioannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata*[19] *mundi*[20]. Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, et vivificatio[21] mortuorum; et sine veritate carnis nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri pro-

Quid utraque natura operetur in Christo.

1 « Cod. Corb. *renati* ». Ballerin. l. c.
2 Eph. v, 2.
3 « Al. *tam sacrum* vel *tam sacratum* ». Ballerin. col. 1365.
4 « Cod. Ratisp. *ex altari*; al. *in altare* ». Ballerin. l. c. Hoc rectius videtur.
5 « Vat. 630 cum al. *iustorum* ». Cacciar. pag. 462.
6 « Cod. Grim. *singillatim* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
7 « Id. cod. addit *filius* ». Cacciar. pag. 463. Contra cit. versionem.
8 « Al. *existeret* ». Ballerin. l. c.
9 « Al. *sint* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc.
10 « Al. *etiam ipse* ». Ballerin. col. 1366. Graec. text. nobis adhaeret.
11 Ioann. XII, 32. « Al. pro *ad me* habent *ad meipsum* ». Ballerin. l. c. iuxta Vulg.
12 « Duo Vatt. *principium* ». Cacciar. l. c. Perperam, ut opinor. Sane graec. text. legit; προς τον μετοχον.
13 Cod. Ratisp. *in carne nostrae humilitatis* ». Ballerin. l. c. Id. text. nobis concordat.
14 « Vind. cod. addit *nostro* ». Ballerin. l. c.
15 « Mss. recent. Vat. delent *et* ». Cacciar. l.c.
16 « Vat. 630 *fieret* ». Cacciar. pag. 464.
17 « Al. delent *bene*; al. addunt in fine *ipsum audite* ». Ballerin. col. 1367.
18 Matth. III, 17.
19 « Al. *peccatum* ». Ballerin. col. 1368. Contra Vulg. idem.
20 Ioann. I, 29.
21 « Al. *resurrectio* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc.

fiteretur aequalem; et sine veritate carnis non idem diceret, Patrem se esse maiorem; cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quae secundum confessionem beati apostoli Petri, unum Christum Dei vivi Filium, et hominem credit, et Verbum. Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero Virginis *Verbum caro factum est*[1], nihil umquam inter utramque formam divisionis[2] extiterit, et per omnia incrementa corporea unius personae fuerint totius temporis actiones; ea ipsa tamen, quae inseparabiliter facta sunt[3], nulla permixtione confundimus, sed quid cuius[4] formae sit ex operum qualitate sentimus[5].

In quo, ut in illa utriusque formae divisio, ita et nulla operum confusio.

Cap. VII. Dicant ergo isti[6] hypocritae, qui caecis mentibus[7] lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus maiestatis Christus affixus sit, quid iacuerit in sepulcro, et, revoluto monumenti lapide, quae tertio die caro resurrexit[8], et in quo[9] post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, et haesitationem cunctantium confutabat, cum diceret: *Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere*[10]; et apostolo Thomae: *Infer manum tuam in latus meum; et vide manus meas et pedes*[11]; *et noli esse incredulus, sed fidelis*[12]? Qua utique manifestatione corporis sui iam haereticorum mendacia destruebat: ut universa Ecclesia, Christi imbuenda[13] doctrinis, hoc sibi non dubitaret credendum, quod apostoli susceperant praedicandum. At si[14] in tanta luce veritatis tenebras suas haeretica obduratio non relinquit, ostendant, unde sibi spem vitae polliceantur aeternae, ad quam nisi per mediatorem Dei et hominum hominem Iesum Christum non potest perveniri. Sicut enim ait beatus Petrus apostolus, *non est aliud nomen datum hominibus sub coelo, in quo oporteat nos salvos fieri*[15]; nec est redemptio captivitatis humanae, nisi in sanguine eius, *qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*[16], et qui, sicut praedicat beatus apostolus Paulus, *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem*[17] *hominum factus et habitu inventus*[18] *ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens, usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod*

Christi mors et resurrectio humanam in ipso naturam evincunt;

Itemque ipsius ad Apostol. manifestatio.

Ad aetern. gloriam non pervenitur, nisi per hominem Iesum Christum.

1 Ioann. I, 14.

2 « Vat. 5845 *formam aliquid divisionis* ». Cacciar. l. c.

3 « Al. *ea ipsa namque ad libitum, quae separabitur, facta sunt;* al. emendando praecedentia. *ea ipsa namque, ut ita dicam, inseparabiliter facta sunt*, al. *ea ipsa tamen, quae, ut ita dicam, inseparabiliter facta sunt* ». Ballerin. col. 1369. Quae omnia ab antiq. versione dissentiunt, ubi sic legitur: ὅμως αὐτὰ ταῦτα, ἅπερ ἀχωρίστως γέγονεν, κατὰ οὐδεμίαν ἐπιμιξίαν συγχέομεν. Adamussim iuxta n. lectionem.

4 « Al. *cuiusque* ». Ballerin. l. c.

5 Cacciar. l. c. cum ant. edit. addit: *Nec divina enim humanis praeiudicant, nec humana divinis: cum ita in idipsum utraque concurrant, ut in eis nec proprietas absumatur, nec persona geminetur.* Verum haec neque in cit. versione reperiuntur.

6 Cacciar. pag. 465 *ipsi;* al. apud Ballerin. col. 1370 *nunc isti*. Graec. text. nobis convenit.

7 « Vat. edit. *caeci mentis* ». Ballerin. l. c. Sane contra cit. text.

8 « Vind. cod. *resurrexit* ». Ballerin. l. c.

9 « Al. *et qua;* al. *et in qua;* al. *et quia* ». Ballerin. et Cacc. ll. cc. Mallem *et in qua*, utpote ad rem aptius.

10 Luc. XXIV, 39.

11 « Al. addunt *meos* ». Ballerin. l. c.

12 Ioann. XX, 27, ubi apud Vulg. ita legitur: *Infer digitum tuum huc, et vide manus meas; et affer manum tuam, et mitte in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis.*

13 « Vat. 630 *innovanda* ». Cacciar. l. c.

14 « Al. *Ac si* ». Ballerin. l. c. Cit. vers. legit: Εἰ οὖν.

15 Act. IV, 12, ubi ait: *Nec aliud nomen est sub coelo datum hominibus.*

16 I Tim. II, 6, ubi Vulg. legit: *qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.*

17 « Al. mss. *in similitudine* ». Ballerin. col. 1371. Forte ex amanuens. vitio.

18 « Al. *receptus* ». Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Saoe contra Vulg. fidem

et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Iesu omne genuflectatur coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria [1] *est Dei Patris* [2].

Cuius exaltatio nominis ab humana natura repetenda.

CAP. VIII. Cum ergo unus sit Dominus Iesus Christus, et verae Deitatis veraeque humanitatis in ipso una prorsus eademque persona sit, exaltationem tamen, qua illum, sicut doctor gentium dicit, exaltavit Deus, et donavit illi nomen, quod super omne nomen excellit, ad eam [3] intelligimus pertinere formam, quae ditanda erat tantae [4] glorificationis augmento. In forma quippe Dei aequalis erat Filius [5] Patri, et inter genitorem atque unigenitum nulla in essentia erat discretio, nulla in maiestate diversitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat Verbo, quod ei Patris [6] munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis Deitas [7] sacramentum magnae pietatis implevit, humana humilitas est, quae in gloriam divinae potestatis evecta, est [8] in tantam unitatem [9] ab ipso conceptu Virginis Deitate et humanitate conserta [10], ut nec sine homine divina, nec sine Deo agerentur humana. Propter quod sicut Dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate aequalis est Deo, dicitur exaltatus; quia inseparabiliter, manente unitate personae, unus atque idem est et totus hominis filius propter carnem, et totus Dei Filius propter unam cum Patre Deitatem. Quicquid ergo [11] in tempore accepit [12] Christus, secundum hominem accepit, cui quae non habuit conferentur [13]; nam secundum potentiam Deitatis indifferenter omnia, quae habet Pater, etiam Filius habet; et quae in forma servi a Patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donavit. Secundum formam enim Dei, ipse et Pater unum sunt; secundum formam autem servi, *non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit eum* [14]; secundum formam Dei, *sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit et Filio vitam habere in semetipso* [15]; secundum formam servi, *tristis est anima eius* [16] *usque ad mortem* [17]. Et idem ipse est, sicut apostolus praedicat, et dives, et pauper. Dives, quia Evangelista dicente: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum; omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [18]. Pauper vero, quia propter nos *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* [19]. Quae autem est eius exinanitio, quaeve paupertas, nisi formae servilis acceptio? Per quam Verbi maiestate velata,

Siquidem in forma Dei aequalis est Filius Patri.

Forma autem servi in gloriam divin. potestatis evehitur.

Quod Christus accepit in tempore, secundum hominem accepit.

Etenim et Deus unum ipse et Pater, ut homo illi subiicitur.

1 « Cod. Ratisp. *quoniam Dominus Iesus in gloria* ». Ballerin. l. c. Contra Vulgat. fidem.
2 Philip. II, 6.
3 Cod. Ratisp. *ad eamdem* ». Ballerin. l. c.
4 Cacciar. pag. 466 cum al. mss. *ex tantae*. Recte quidem n. lectio.
5 « Tres Vatt. codd. delent *filius* ». Cacciar. l. c. Minus bene.
6 « Al. *Dei Patris* ». Cacciar. et Baller. ll. cc. Graec. text. n. lectioni adhaerens sic ait: ὅπερ αὐτῷ κατα χαριν αυτω του Πατρος αποδιδοσθαι.
7 « Al. *Deitatis sacramentum* ». Cacciar. l. c., qui omitt. seq. usque ad *quae in gloriam*...... Malo autem *Deitatis sacramentum*. Cit. vers. sane legit ἡ απαθης θεοτης.
8 Cacciar. l. c. coniungit *est* cum *evecta*. Iuxta graec. vers., quae sic legit: ἡτις εις δοξαν προαχθεισα; et mox της θεοτητος τε και της ανθρωποτητος συμπλασεως.
9 « Al. *in tanta unitate* ». Ballerin. col. 1373 et Cacciar. l. c.
10 « Al. *Deitas et humanitas conserta est* ». Ballerin. l. c.
11 « Ant. edit. cum Vat. mss. *enim* ». Baller. et Cacciar. ll. cc. Aptius ad context. n. lectio. Porro cit. text. habet τοινυν.
12 « Vat. Reg. hic et infra *accipit* ». Ballerin. col. 1374.
13 « Al. *conferuntur* ». Ballerin. l. c.
14 Ioann. x, 30, ubi Vulg. legit: *Non quaero voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.*
15 Ioann. v, 26, ubi Vulg. ait: *habere vitam.*
16 « Vind. cod. *mea* ». Ballerin. l. c.
17 Matth. XXVI, 38.
18 Ioann. I, 1.
19 Ibid. v, 14.

dispensatio humanae redemptionis impleta est.

Nisi per immaculatum sanguinem orig. peccatum non diluendum.

Cap. IX. Nam quia captivitatis nostrae resolvi originalia vincula[1] non poterant, nisi existeret homo nostri generis, nostraeque naturae[2], quem peccati praeiudicia non tenerent, et qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret; sicut ab initio erat divinitus praeordinatum, ita est in plenitudine praefiniti temporis factum[3]; ut multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper[4] fuerat nuntiatum. In magno autem sacrilegio se versari[5] haereticorum manifestat impietas[6], cum sub specie Deitatis honorandae, humanae carnis in Christo denegant veritatem; et religiose existimant credi, si dicatur in Salvatore nostro verum non esse, quod salvat, cum ita secundum promissionem omnia saecula percurrentem[7] mundus sit Deo reconciliatus in Christo, ut nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro salvari. Omne enim sacramentum fidei christianae magno (ut haeretici volunt[8]) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet christianus de nostri in Christo corporis veritate[9]; quia omnes apostoli apostolorumque discipuli[10], et praeclari Ecclesiarum quique doctores, qui ad martirii coronam, vel ad confessionis meruerunt gloriam pervenire, in huius fidei lumine splenduerunt, consonis ubique sententiis intonantes, quod in Domino Iesu Christo Deitatis et carnis una sit confitenda persona. Qua autem rationis similitudine, qua divinorum voluminum portione haeretica impietas se existimat adiuvari, quae veritatem negat corporis Christi; cum hanc non lex testificari, non prophetia praecinere, non evangelia docere, non ipse destiterit Christus ostendere? Quaerant per omnem seriem Scripturarum, quo tenebras suas[11] fugiant, non quo verum lumen obscurent; et per omnia saecula ita veritatem invenient coruscantem, ut magnum hoc et mirabile sacramentum ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctarum litterarum nulla pars sileat, sufficit quaedam consona[12] veritatis signa posuisse[13], quibus diligentia fidei in splendidissimam latitudinem[14] dirigatur, et[15] sincera intelligentiae luce perspiciant, quod in Filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis et hominem profitetur, non sit christianis erubescendum, sed constantissime gloriandum.

Humana redemptio ab aeterno praedicta, et in tempore praenunciata.

Haereticorum hypocrisis, in denegando Christi Dei vera humanitate.

Quam Ecclesia universa confitetur.

Nec haeretici ullo argumento possunt infirmare.

Verbi incarnatio ab initio mundi credita.

Ipse Dei filius sese filium hominis profitetur.

S. Leo ad suae doctrinae confirmationem PP. documenta subdit.

Cap. X. Ut autem pietas tua cum venerabilium Patrum praedicationibus nos concordare cognoscat, aliquantas eorum

1 « Vat. leg. *peccata* ». Ballerin. col. 1375.

2 « Tres codd. Vatt. *carnis* ». Cacciar. p. 467.

3 « Vat. 690 *in plenitudine temporis perfectum* ». Cacciar. l. c.

4 « Cod. Ratisp. *saepe* ». Ballerin. l. c. Graec. vers. habet ἀεὶ.

5 « Al. *diversari*; al. *se diversari* ». Baller. l. c.

6 « Al. *manifestatur*; al. *improbitas* ». Ballerin. l. c.

7 « Al. *praecurrentem*; al. *praetercurrentem* ». Ballerin. l. c.

8 Cacciar. pag. 468. Quesnell. coniecturas sequens, hanc parenthesim inferius sic collocat: *si (ut haeretici volunt) lux veritatis*, etc. Vid. Ballerin. l. c.

9 Ant. edit. *Non ergo quisquam erubescendum existimet christianis suscepisse de nostro Christum* (al. *in Christo*) *corporis veritatem* ». Ballerin. col. 1378. Sane perperam. Cit. vers. nobis adhaeret.

10 « Vat. leg. *successores* ». Ballerin. l. c.

11 « Tres codd. Vatt delent *suas* ». Cacciar. l. c.; sed perperam, ut videtur. Sane graec. text. n. lectioni consentit.

12 « Al. *consonae* ». Ballerin. col. 1379 et Cacciar. pag. 469. Rectius, opinor, n. lectio, licet id. text. legat: τῆς συμφώνου ἀληθείας.

13 « Al. *patuisse* ». Ballerin. l. c. Graec. vers. ἐνθεῖναι.

14 « Ant. edit. *splendidissima latitudine* ». Ballerin. l. c.

15 « Cod. Ratisp. *ut* ». Ballerin. l. c. Melius ad context. videt. n. lectio.

sententias huic credidi subiiciendas esse sermoni. Quibus [1] si dignaveris [2] recensitis, non aliud nos praedicare reperies, quam quod sancti Patres nostri toto orbe docuerunt; nec quemquam ab illis, nisi solos impios haereticos, discrepare. His igitur, gloriosissime et venerabilis imperator, quanta potui brevitate perstrictis, cum inspirata tibi divinitus fide [3] etiam nostram praedicationem unitam esse cognosces [4]; nec in aliquo nos ab evangelica apostolicaque doctrina, vel a catholicae professionis symbolo discrepare; quoniam, sicut docet beatus apostolus Paulus, *magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, praedicatum est in* [5] *gentibus, creditum est in mundo* [6], *assumptum est in gloria* [7]. Quid igitur tuae utilius est [8] saluti? Quid tuae congruentius potestati? Quam ut paci Ecclesiarum Domini tua constitutione prospicias, et in omnibus tibi subditis Dei dona defendas; neque ulla ratione patiaris per invidiam diaboli ministros ipsius in cuiusquam saevire perniciem; ut qui in hoc saeculo temporali emines regno [9], in aeternum merearis regnare cum Christo [10].

A quibus tantummodo haeretici dissentiunt.

Imperatori nil utilius est quam catholicam fidem defendere.

Data decimo sexto kalend. [11] Septembr., Leone et Maioriano Augustis consulibus.

Dat. die 17 Augusti, an. 458.

Sequuntur dehinc testimonia excerpta pro re supra scripta de libris catholicorum Patrum, a Leone Papa collecta, Leonique imperatori directa [12].

Sancti Hilarii Pictaviensis Episcopi et confessoris in libro II De fide, *inter caetera, n. 23* [13].

Cap. III. Unum igitur hoc est immobile fundamentum, una haec felix fidei petra, Petri ore confessa: *Tu es*, inquit, *Christus filius Dei vivi* [14]; tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantae perversitatum quaestiones et infidelitatis calumniae movebuntur. Iam in caeteris dispensatio voluntatis paternae est [15]; virgo, partus et corpus, postque crux, mors, inferi salus nostra est. Humani enim generis causa Dei Filius natus ex Virgine et Spiritu Sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, et sua Dei videlicet inumbrante virtute, corporis sibi initia consevit, et exordia carnis instituit; ut homo factus ex Virgine naturam in se carnis acciperet, perque huius admixtionis [16] societatem sanctificatum in eo uni-

Christi incarnatio fidei fundamentum.

Ob genus humanum Dei Filius natus ex Virgine et Spiritu Sancto.

1 « Al. *quas... recensere* vel *attendere* ». Ballerin. l. c. Iuxta graec. textum, qui sic legit: ὡς εἰ καταξιώσῃς ἐκείνων ποιήσασθαι τὴν ἀνάγνωσιν.

2 « Al. *digneris* vel *digneris* vel *dignaberis* vel *dignatus fueris* ». Baller. et Caccior. ll. cc.

3 « Cod. Taur. *fidei sollicitudine* ». Cacciar. loc. cit.

4 « Al. *cognosce*; al. *cognoscis* » Ballerin. et Cacciar. ll. cc. Iuxta graec. vers. ἐπιγνώσῃ.

5 « Ant. edit. carent *in* ». Ballerin. l. c.

6 « Al. *in hoc mundo* ». Ballerin. l. c.

7 I Tim. III, 16.

8 Cacciar. pag. 470, delet *est*. Contra cit. textum.

9 « Plur. codd. *temporaliter homines regis* ». Ballerin. col. 1381. Graec. versio nobis adhaeret.

10 Eadem vers. addit: *Omnipotens Deus regnum et salutem tuam longo tempore tueatur atque conservet, gloriosissime et clementissime Imperator Auguste.*

11 Cacciar. l. c. cum al. *decimo tertio kalend.* Jaffè op. cit. nobis favet.

12 « Plur. codd. postrema haec verba omittunt ». Ballerin. l. c. col. 1384. Quae autem de his testimoniis sumus notaturi ex iisdem Balleriniis praesertim seligimus l. c.; idque scias, ne passim eadem nomina repetamus.

13 Hoc opus vulgo appellatur *de Trinitate*.

14 Matth. XVI, v. 16.

15 Tres codd. et vet. edit. *veritatis paternae sit. Ergo*. Cod. Vat. *sit*; *Virgo*.

16 Al. *assumptionis*. Ad rem melius videt. n. I.

17 Quesnell. in margine ex duobus mss. *humanum corpus*.

Ut omnes per carnem condimur in Christo, ita Christus refertur in omnes per Divinitatem

versi generis humani corpus [17] existeret; ut quemadmodum [1] omnes in se per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursum in omnes ipse, per id quod eius est invisibile, referretur. Dei igitur imago invisibilis pudorem humani exordii non recusavit, et per conceptionem, partum, vagitum et cunas, omnes naturae nostrae contumelias transcurrit. Quid tandem dignum a nobis tantae dignationis affectui rependetur? Inenarrabilis a Deo originis unus unigenitus Deus in corpusculi humani formam, sanctae Virginis utero infertus accrescit. Qui omnia continent, et intra quem, et per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur; et ad cuius vocem archangeli atque angeli tremunt, coelum et terra, et omnia huius mundi resolventur [2] elementa, vagitus infantiae auditur. Qui invisibilis et incomprehensibilis est nunc visu, sensu tactuque mortalium [3], cunis est obvolutus. Haec si quis indigna Deo recolit, tanto se maioris beneficii obnoxium confitebitur, quanto minus haec Dei convenerint maiestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est; sed nos eguimus, ut Deus caro fieret et habitaret in nobis, id est assumptione carnis unius interna [4] universae carnis incoleret. Humilitas eius nostra nobilitas est; contumelia eius noster honor est. Quod ille Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renovati [5].

Nostras igitur contumelias non respuens toto corde diligendus.

Eius humilitas nostra nobilitas est.

Item eiusdem in libro nono, inter caetera, n. 3.

Iesus Christus et verus Deus, et verus homo praedicandus.

Nescit plane, vitam suam nescit, qui Christum Iesum ut verum Deum, ita et verum hominem ignorat; et eiusdem periculi res est, Christum Iesum, vel spiritum Deum, vel carnem nostri corporis denegare. *Omnis ergo*, inquit [6], *qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in coelis. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui est in coelis* [7]. Haec Verbum caro factum loquebatur, et homo Iesus Christus Dominus maiestatis docebat; mediator ipse in se ad salutem Ecclesiae constitutus, et ipso illo inter Deum et homines mediatoris sacramento utrumque unus existens, dum ipse ex unitis in idipsum naturis naturae utrinsque res eadem est [8]; ita tamen, ut neutro [9] careret in utroque; ne forte Deus esse homo nascendo desineret, et homo rursus Deus manendo non esset. Haec itaque humanae beatitudinis fides vera est, Deum et hominem praedicare, Verbum et carnem confiteri; neque Deum nescire, quod homo sit [10]; neque carnem ignorare, quod Verbum sit.

Ipse enim ex unitis in idipsum naturis utriusque naturae res eadem est.

Item eiusdem in eodem libro, inter caetera, n. 5.

Natus igitur unigenitus Deus ex Virgine homo, et secundum plenitudinem tempo-

1 Utrique codd. Hisp. cum aliis eiusdem originis *et quemadmodum*.

2 Ita plures edit., at Quesnell. *terra, mare et omnia*. Mox Codd. Vatic., Hisp. et Isid. *resolvuntur*. Forte melius n. lectio.

3 Sic Quesnell. e cod. Griman. Vulgat. ant. cum edit. Hilarii, et aliis mss. *non visu, sensu, tactuque moderandus*.

4 Edit. ant. cum solo primae editionis exemplo *membra*.

5 Quesnell. cum Vatt., nec non duo Hilarii codd. *ex carne renati*. Vetus lect. aliaque mss. nobis consentiunt, et quidem rectius.

6 Verbum *inquit* cum Hilarii mss. expungunt etiam plur. codd.

7 Quae sequuntur usque ad *Haec itaque* in uno cod. Barb. desiderantur.

8 Matth. x, 32, 33.

9 Quesnell. ad margin. « Al. *neutra* ». Melius videtur.

10 Vindob., Hisp. et al. *quod et homo sit*.

Christus Deus et homo indivise loquitur et operatur.

rum in semetipso provecturus in Deum hominem, hunc per omnia evangelici sermonis modum tenuit, ut se Filium Dei credi doceret, et hominis filium praedicari admoneret, locutus et gerens [1] homo universa quae Dei sunt, loquens deinde et gerens Deus universa, quae hominis sunt: ita tamen, ut in ipso illo [2] utriusque generis sermone nunquam, nisi cum significatione et hominis locutus et Dei sit.

Item alio loco in eodem libro inter caetera, n. 5, 6, 7.

Mentiur qui eius dicta secundum carnem tribunt divinae naturae infirmitati.

Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantes haereticis occasio est, ut quae ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturae divinae infirmitatem mentiantur, et quia unus atque idem est loquens, omnia quae loquebatur de se ipso [3], omnia eum locutum esse contendant. Nec sane negamus, totum illum, qui eius manet, naturae suae esse sermonem. Sed si Iesus Christus et homo et Deus est [4], et neque cum homo [5], tum primum Deus, neque cum homo [6], tum non etiam et Deus, neque post hominem, in Deo non totus homo, totus Deus, unum atque idem necesse est dictorum eius sacramentum esse quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem a Deo, Dei tum atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta diiudica. Cum vero ex homine et Deo, rursum totius hominis, totius iam Dei tempus intelligis. Si quid illud [7] ad demonstrationem eius temporis dictum est, tempori coaptato, quae dicta sunt, ut cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo et Deus, aliud sit post hominem et Deum totus homo, et totus Deus; non confundas temporibus et generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum, ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium iam aeterno. Nostri igitur causa haec omnia Iesus Christus manens [8], et corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturae nostrae locutus est; non tamen omittens naturae suae esse, quod Deus est. Nam tametsi in partu, et passione, et morte naturae nostrae res peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturae suae gessit: *et reliqua.*

Nam ipse et totus homo, et totus Deus.

Item alio loco in eodem libro, inter caetera, n. 11.

Idem Christus qui mortuus ac resuscitatus.

Videsne ita Deum et hominem praedicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur [9]? (Non tamen ut alius sit, qui mortuus est, et alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro [10] Christus est mortuus, et rursum Christum a mortuis excitans, idem Christus

1 Edit ante Quesnell. et plur. codd. *loquens et gerens.* Ad orat. context. melius videtur.

2 Edit. Hilar. cum Viodob. *ut ipso illo.* Forte ex amanuens. vitio.

3 Al. et plur. codd. *loquitur de semetipso.*

4 Primae edit ; exemplum cum mss. delent *est.* Edit. Hilarii habent *ait.* Minus bene, ut opinor.

5 Codd. Vat., Hisp., Isid. *cum homo sit:*

6 Iid. codd. *neque tum eum et homo*, quibus consentit prima edit., quam Coostantius sequitur. Vetustiss. cod. Vatic. *neque tunc etiam cum homo.*

7 Edit. *aliud,* quibus adversantur plur. codd. ac ipsae Hilar. editiones. Nihilominus orat. context. vocem *aliud* exigere videtur.

8 Vat., Hisp., Isid. *agens*: prima edit. *gerens.*

9 Quae parenthesi concluduntur desunt in codd. Grim., Barb., Vindob. et aliis, necnon in versione graeca inserta act. 2 Concilii Chalcedonensis.

10 Quesnell. cum prima edit., et codd. Vat., Hisp., Isid. cum aliis inde profectis *Spoliata enim carne.* Sed male: neque enim Hilarius Christum, seu personam Verbi carne spoliatam, seu a carne separatam intellexit. Itaque Hilarii edit., et al. probat. nobiscum legunt: tantummodo Vindob. habet *dispoliata.*

est carne se expolians). Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen Christum Iesum eum memento esse, qui utrumque est.

Item post pauca, n. 14.

Haec igitur demonstranda a me paucis fuerunt, ut utriusque naturae formam[1] tractari in Domino Iesu Christo meminissemus: quia qui erat in forma Dei, formam servi accepit[2].

S. Athanasii Alexandrinae Ecclesiae episcopi et confessoris ad Epictetum Corinthiorum episcopum.

Christus secundum carnem Filius Mariae, secundum Deum Filius Dei est.

Quomodo autem vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur christiani, si Dominus, qui ex Maria processit[3], Filius quidem substantia et natura Dei est[4]; quod autem secundum carnem, ex semine David est et carne Sanctae Mariae?

S. Ambrosii episcopi Ecclesiae Mediolanensis et confessoris, ex libris, quos misit ad imperatorem Gratianum. In libro secundo De fide, *inter caetera, cap.* VII, *n. 58.*

Consors itaque utriusque naturae Dominus maiestatis dicitur crucifixus.

Unde[5] illud, quod lectum est, Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus; sed quia idem Deus, idem homo, per divinitatem Deus, per susceptionem carnis homo, Christus Iesus Dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia consors utriusque naturae, idest humanae, atque divinae, in natura hominis subiit passionem; ut indiserete et Dominus maiestatis dicatur esse qui passus est, et filius hominis, sicut scriptum est, qui descendit de coelo.

Item alio loco in eodem libro, inter caetera cap. IX, *n. 77.*

In Christo divinitatis et carnis distinctio.

Sileant igitur inanes[6] de sermonibus quaestiones, quia *regnum Dei*, sicut scriptum est, *non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis*[7]. Servemus distinctionem divinitatis et carnis. Unus in utroque loquitur[8] Dei Filius, quia in eodem utraque natura est. Et si idem loquitur, non uno semper loquitur modo. Intende in eo[9] nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur quae sunt divina, quia Verbum est; quasi homo dicit quae sunt humana, quia in ea substantia loquebatur[10].

Itaque quasi Deus loquitur quae sunt divina, quasi homo quae humana.

Item eiusdem in libro De incarnatione Domini, *contra Apollinaristas*[11], *cap.* VI *n. 49.*

Sed dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini dicant et divi-

1 Codd. et Hilarii edit. *personam*, quae ex contextu non tam subsistentiam, quam naturae utriusque proprietates, et conditionem innuit, uti Constant. videtur.

2 Hilar. edit. *quia qui in forma Dei manebat*, etc. Vulg. cum Hisp. et Isid. *quia qui in forma Dei manens, formam servi accepit, ipse divinitatem nequaquam amisit.* Haec autem quatuor postrema verba in praestantior. codd. omittuntur, ubi tantum legitur: *Quia in forma Dei manens formam servi suscepit.*

3 Quid. codd. addunt *Virgine.*

4 In codd. Vatic. *Filius quidem de substantia naturae Dei est.* Al. codd. *Deus quidem de substantia et natura Dei est.*

5 Codd. Vatt. *illud quoque lectum est.* Perperam, ut videt., ad orat. contextum.

6 Prim. edit. cum al. mss. *inanis dissensionis inanes de sermonibus quaestiones.* Quesnell. cum cod. Thuan. *inanis dissertationis quaestiones.* Al. *inanis dissensionis quaestiones.*

7 I Cor. II, 4, et IV, 20.

8 Ambrosii edit. *in utraque loquitur*, quibus cum graec. textu omnes nn. codd. adversantur. Iure, an iniurie vide ex orat. contextu.

9 Plur. codd. *in eum.*

10 Quesnell. *in mea substantia loquitur.* Contra auct. codd. probat. Ambrosii edit. *in mea substantia loquebatur.*

11 Codd. Vatt. *contra Apollinarem.*

nitatem unius esse naturae[1]. Quae tantum sacrilegium inferna vomuerunt? Iam tolerabiliores sunt Ariani, quorum per istos perfidiae robur adolescit, ut maiore contentione[2] asserant, Patrem, et Filium et Spiritum Sanctum unius non esse substantiae, quia isti[3] divinitatem Domini et carnem substantiae unius dicere tentaverunt.

Arianis eo plus nocent Apollinaristae.

Item infra, cap. VI, *n. 52.*

Et hi mihi frequenter Nicaeni Concilii tractatum se tenere commemorant[4]. Sed in illo tractatu Patres nostri non carnem, sed Dei[5] Verbum unius substantiae cum Patre esse dixerunt. Et Verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex Virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Nicaeni Concilii nomen obtenditur, et nova inducuntur, quae nunquam nostri sensere maiores? *et reliqua.*

Quid a Nicaena synodo decretum.

Item eiusdem ad Sabinum episcopum, inter caetera, n. 6 et 7.

Unde pulchre Apostolus eiusdem verbi repetitione usus est dicens de Domino Iesu Christo: *Cum in forma*[6] *Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo; sed semetipsum exinanivit, formas servi accipiens*[7]. Quid est in forma Dei, nisi in plenitudine Deitatis, in illa perfectionis divinae expressione? Ergo cum esset in plenitudine Divinitatis[8] exinanivit se, et accepit plenitudinem naturae, et perfectionis humanae. Sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. Unde et David dicit: *Speciosus forma prae filiis hominum*[9]. Concluditur Apollinarista, nec quo se vertat habet, suis clauditur retibus. Ipse enim dixit, formam servi accepit, non servus locutus est[10]. Iterum ergo interrogo: Quid est *in forma Dei?* Respondit, in natura Dei. Sunt enim, ait Apostolus, *qui non sunt natura Dii*[11]. Quaero, quid sit, *formam servi accipiens.* Sine dubio perfectionem naturae et conditionis, ut dixi[12], humanae, ut esset in hominum similitudine. Et pulchre, non *carnis*, sed *hominum* dixit *similitudinem*, quia in carne eadem est. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Unde et propheta ait: *Et homo est, et quis cognoscit eum*[13]*?* Homo secundum carnem, sed ultra hominem secundum divinam operationem[14]. Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur; sed ultra hominem[15], cum mundaret. Et cum Lazarum mortuum fleret, mortuum quasi homo flebat; sed supra hominem erat, cum mortuum vinctis iuberet pedibus exire[16]. Homo videbatur, cum penderet

Nonnulla Apostoli verba declarantur.

Quibus urgentur Apollinaristae.

In Christo utriusque naturae opera distinguuntur.

1 Cod. Vind. delet *esse.*

2 Cod. Oxon. Quesnelli *ut minore.* Recte ad sens. n l.

3 *Quam hi qui* Cod. Oxon.

4 Quesnell. ad marg. ex cod. Thuan. *tractatus exponere.* Vindob. *tractatum se retinere.*

5 Plur. codd. expungunt *Dei.*

6 Vatt. codd., quibus adhaerent prima et caet. edit. Ambrosii *Qui cum in forma.* IuxtaVulgatam.

7 Philip. II 6, 7, ubi Vulg. habet *formam.*

8 Ita plur. codd. Al. expung. *divinitatis*; sed perperam.

9 Ps. XLIV, 3.

10 Ambros. edit. cum codd. Vat., Hisp. et Isid. et al. *Ipse enim dixerat, formam servi accepit, non servus lectus est.* Amanuens. mendo, uti patet. Mox iid. codd. *respondet.*

11 Galat. IV, 8.

12 Exempl. prim. edit. cum codd. Vatt. *ut dixit.* Recte quidem n. l.

13 Ier. XVII, 19.

14 Codd. Hisp. cum Vatt. *et ultra hominem divina operatione.* Vulg. ante Quesn. *Sed ultra hominem divina operatione.* Vatt. codd. *per divinam operationem.*

15 Codd. Hisp. aliique Vatt. *et ultra hominem.*

16 In mss. Vatt., Hisp., Vindob. *et supra hominem erat, cum mortuum vinctum iuberet pedibus exire.* Aptius ad rem a. lectio,

in cruce; sed supra hominem, cum reseratis tumulis mortuos suscitaret.

S. Augustini episcopi Hipponiregiensis[1] *Ecclesiae ad Dardanum, inter caetera, n. 10, ep.* CLXXXVII.

Qui in eadem carne ad homines iudicandos est venturus.

Noli itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, unde venturus est[2]; memoriterque recole, et fideliter tene christianam confessionem; quoniam *resurrexit a mortuis, ascendit in coelum, sedet ad dexteram Patris;* nec aliunde quam inde venturus est ad vivos et mortuos iudicandos, et *sic venturus est*, illa angelica voce testante, *quemadmodum est ire visus in coelum*[3], idest in eadem forma carnis atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit.

Item in eiusdem epistola ad Volusianum, inter caetera, n. 9, ep. CXXXVII.

Utramque copulans naturam factus Dei et hominis mediator.

Nunc vero ita inter Deum et homines mediator apparuit, ut in unitate personae copulans utramque naturam et solita sublimaret insolitis, et insolita solitis temperaret.

Item eiusdem in expositione Evangelii secundum Ioannem, inter caetera, Tract. LXXVIII, *n. 2.*

Divina natura ab Apollinaristis deformatur.

Quid igitur, haeretice? Cum Christus Deus fit et homo, loquitur ut homo, et calumniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam?

Et iterum infra, n. 3.

Christus per divinam naturam coaequalis Patri, per humanam Patre minor.

Agnoscamus geminam substantiam Christi, divinam scilicet, qua aequalis est Patri; humanam, qua maior est Pater[4]. Utrumque autem simul, non duo sed unus est Christus; ne sit quaternitas, non Trinitas Deus. Sicut enim unus est homo anima rationalis et caro, sic unus est Christus Deus et homo; ac per hoc Christus est Deus, anima rationalis, et caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo, per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma servi[5]. Item de singulis, quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulcro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus. Verum haec omnia non duo vel tres, sed unus est Christus. Ideo ergo dixit: *Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem*[6]. Quoniam naturae humanae gratulandum est, eo quod sic assumpta est a Verbo unigenito, ut immortalis constitueretur in coelo, atque ita fieret terra sublimis, ut incorruptibilis pulvis sederet ad dexteram Patris.

Ut anima et caro unus est homo, sic Deus et homo unus est Christus.

Nihilominus quaedam in forma Dei, quaedam in forma servi operatur.

Natura humana per Christum facta immortalis.

Item eiusdem ex libro Assertionis fidei[7].

Nostrum est credere, Dei nosse.

Nostrum namque est credere, illius nosse; ac sic ut ipse Deus Verbum totum suscipiens, quod est hominis, homo sit; et assumptus homo totum accipiendo,

1 Ita plur. codd.; al. *Hipponensis.*

2 Tres codd. *unde et venturus est.*

3 Act. I, 11.

4 Codd. Vatt. *qua minor est Patre.*

5 Al. sequentia omittunt usque ad finem. Vulgat. et nonnulli codd. veluti separatum testimonium sic proponunt: *Item eiusdem cuius supra. Quis non est derelictus*, etc. Quam lect. Quesnell. ex Grimanico correxit, ipsique Augustini edit. consonat.

6 Ioann. XIV, 28.

7 Hoc testimonium Quesnell. edidit ex cod. Griman. Extat etiam in testimoniis Concil. Chalcedonensi insertis act. II, quae ipse Leo separatim in Orientem misit. Desideratur autem in accuratiss. cod. Veronens., et in al. mss.

quod Dei est, aliud quam Deus esse non possit. Non tamen quia incarnatus dicitur et immixtus, imminutio eius est accipienda substantiae. Novit enim Deus sine sui corruptione misceri, et tamen in veritate misceri. Novit in se ita suscipere, ut nihil ei crescat augmenti, qui se ipse totum novit infundere, ut nihil ei accidat detrimenti. Non ergo ad intelligentiam imbecillitatis nostrae secundum experimentorum visibilia documenta facientes coniecturam de aequalibus se invicem ingredientibus creaturis, putemus Deum hominemque commixtum, et tali confusione carnis et Verbi, quasi aliquod corpus effectum. Absit ita credere, ut conflatili quodammodo genere duas naturas in unam redactas arbitremur esse substantiam. Huiusmodi enim commixtio partis utriusque corruptio est. Deus enim, qui capax est, non capabilis, penetrans, non penetrabilis, implens, non implebilis, qui ubique simul totus, et ubique diffusus est per infusionem potentiae suae, misericorditer naturae est mixtus humanae; non humana natura est mixta divinae.

Ex immixtione carnis Divinitas non imminuta.

Non enim carnis et Verbi confusione una confecta substantia.

Deus enim per suam omnipotentiam naturae mixtus humanae, non humana mixta divinae.

S. Ioannis Constantinopolitani episcopi et confessoris in Homilia de Cruce et Latrone.

Sed cur cum cruce veniat, videamus[1]. Scilicet ut hi, qui eum crucifixerunt, suae sentiant dementiae caecitatem; et ideo impudentiae[2] eorum signum portatur. Ideo Propheta ait: Tunc *lamentabuntur omnes tribus terrae*[3], videntes accusatorem et agnoscentes peccatum. Et quid mirum est, si crucem portans adveniet, quando et vulnera corporis ipse demonstrat? *Tunc enim*, inquit, *videbunt quem crucifixerunt*[4]. Et sicut post resurrectionem, Thomae voluit diffidentiam confutare, et illi clavorum loca demonstravit, et lateris[5] vulnera declaravit, et dixit: *Mitte manum tuam et vide, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, sicut me vides habere*[6]; sic et tunc ostendet vulnera, crucemque demonstrabit, ut ostendat illum se esse, qui fuerit crucifixus.

Christi passio verae humanitatis argumentum.

Item eiusdem in Homilia De Ascensione Domini.

Nam sicut duobus iurgio separatis, unus in medio positus altercantium litem discordiamque dissolvit; ita et Christus[7] fecit. Deus nobis iuste irascebatur, et nos contemnebamus iratum, et clementem Dominum declinabamus; et se medium Christus ingessit, et sociavit utramque naturam[8], et nobis quod imminebat[9] supplicium, ipse sustinuit.

Vera Christi incarnatio nostra salus.

Item eiusdem in eadem Homilia inter caetera.

Christus igitur nostrae naturae primitias[10] obtulit Patri, et oblatum donum miratus est Pater, quod et tanta dignitas offerebat, et quod offerebatur, nulla macula foedabatur. Nam et suis manibus suscepit oblatum, et suae sedis fecit esse participem, et quod plus est, ad partem suae dexterae collocavit. Cognoscamus quis est ille, qui audivit: *Sede ad dexteram meam*[11]; quae natura est cui

Humanae naturae primitiae Deo Patri oblatae per Christum.

Huius exaltatio.

1 Prim. edit. cum Vatic. codd. *Sed cur cum cruce veniet? Scilicet*, etc.

2 Codd. Vott., Hisp. et al. habent *dementiae*.

3 Zachar. XII, 10, ubi Vulg. aliter legit. Hisp., et Isid. delent *omnes*.

4 Ibid. et Ioann. XIX, 37. Alii *confixerunt* et *compunxerunt*. Vulg habet *in quem confixerunt*.

5 Plur. codd. *in latere*. Vindob. et Hisp. *latere*.

6 Ioann. XX, 27; Luc. XXIV, 39, ubi Vulg. haec verba paululum immutat.

7 Edit. inserunt *nobis*.

8 *Utrumque, et nobis*. Codd. Hisp. cum Isid. et Vall.

9 Quesnell. *imminebat a Patre*. Edit. antiq., et plur. codd. nobis conveniunt.

10 Vindob. *nostri primitias*.

11 Ps. CIX, 1, ubi Vulg. ait: *Sede a dextris meis*. Matth. XXII, 44.

dixit: Esto meae particeps sedis. Illa natura est quae audivit[1]: *Terra es et in terram ibis*[2].

Item eiusdem in eadem Homilia, inter caetera.

Quo sermone utar, quo verbo dicam, reperire non possum. Natura fragilis, natura contempta, et omnibus monstrata deterior omnia vicit, omnia superavit, et omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri[3]. Hodie angeli diu vota desiderata receperunt; hodie archangeli, quod multo tempore cupiebant, inspicere valuerunt; naturam nostram[4] in sede dominica immortali fulgentem gloria perviderunt.

Nostrae naturae quae gloria.

S. Theophili episcopi Alexandrini de epistola paschali, quam per Aegyptum destinavit[5].

Cuius rei testis est ille qui loquitur: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt*[6]; et prophetae Christi auxilium deprecantes[7]: *Domine, inclina coelos tuos, et descende*[8]. Non ut mutaret locum, in quo omnia sunt, sed ut propter salutem nostram carnem humanae fragilitatis assumeret, Paulo apostolo eadem concinente: *Cum esset dives, pauper factus est, ut nos illius paupertate divites essemus*[9]. Venitque in terras et de virginali utero, quem sanctificavit, egressus homo, interpretationem nominis sui *Emmanuel*, idest *nobiscum Deus*[10], dispensatione confirmans, mirum in modum coepit esse quod nos sumus, et non desiit esse quod erat; sic assumens[11] naturam nostram[12], ut quod erat ipse non perderet. Quamquam enim Ioannes scribat: *Verbum caro factum est*[13], idest aliis verbis, homo; tamen non est versus in carnem[14], qui nunquam Deus esse cessavit. Ad quem et sanctus David loquitur[15]: *Tu autem idem ipse es*[16]. Et Pater de coelo contestatur et dicit: *Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*[17]; ut et homo factus, nostra confessione permanere dicatur, quod fuit, priusquam homo fieret, Paulo nobiscum eadem praedicante: *Iesus Christus heri et hodie, ipse et in aeternum*[18]. In eo enim quod ait ipse, ostendit eum pristinam non mutasse naturam, nec divinitatis suae imminuisse divitias[19], quia propter nos pauper effectus plenam similitudinem nostrae conditionis assumpserat.

Cur Verbum in terras descenderet.

Quod licet caro factum non est versum in carnem.

Nec huius natura immutata.

1 In Vat., Hisp. ac Isid. *Quae illa natura, quae audivit: terra es*, etc.

2 Gen. III, 19, ubi Vulg. inquit: *pulvis es, et in pulverem reverteris.*

3 Quidam codd. delent *et*. Vatt. *et in omnibus hodierna die meruit angelis excelsior reperiri.* Forte mel. n. lectio.

4 Edit. inserunt *ipsi*, quae vox in plurib. codd. non invenitur.

5 Ex vers. S. Hieron. inter huius opp. epist. 98, num. 4.

6 Ps. XIII, 3.

7 Vat., Hisp. et Isid. cum al. mss. ac exemplo primae edit. *Propheta Christi auxilium deprecans.*

8 Psalm. CXLIII, 5.

9 II Cor. VIII, 9, ubi Vulg. legit: *egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.*

10 Matth. I, 23.

11 Codd. Hisp., Isid., ac Vat. *Sic assumpsit.* Mel. ad orat. contextum n. lectio.

12 In edit. Hieronym. *naturam humanam.*

13 Ioann. I, 14.

14 Edit. ex Hisp. aliisque inde profectis, *id est aliis verbis, Deus homo factus est: Verbum tamen non est versus in carnem.* Quibus obstant Hieron. edit. ac nonnulla mss. Et quidem iure, ut liquet ex orat. contextu.

15 Ita plur. codd. cum Hieronymi edit.; Quesnell. cum al. codd. *Sanctus loquitur.* Edit. antiq. cum mss. Hisp. et aliis *Spiritus Sanctus loquitur.* Huic sentent. libentius accederem.

16 Psalm. CI, 28.

17 Matth. III, 17, ubi Vulg. omittit *bene*. Marc. I, 11: *Tu es filius meus dilectus, in te complacui*; Luc. III, 22: *Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.*

18 Hebr. XIII, 8, ubi Vulg. ait: *in saecula.*

19 Hier. edit. *qui*. Recte videt. n. lectio.

Item eiusdem in alia epistola paschali contra Origenem, inter caetera[1].

Unigenitus Filius eius carnem assumpserit, tamen coaequalis Patri.

Unus Filius Patris, nostrique mediator nec aequalitatem eius amisit, nec a nostro consortio separatus est; invisibilis Deus, et visibilis homo, forma servi absconditus[2], et Dominus gloriae confessione credentium comprobatus. Neque enim privavit eum Pater naturae suae nomine, postquam pro nobis homo, et pauper effectus est, nec in Iordane fluvio baptizatum altero appellavit vocabulo, sed Filium unigenitum: *Tu es Filius meus dilectus, in quo mihi bene*[3] *complacui*[4]. Nec similitudo nostra in Divinitatis est mutata naturam, nec Divinitas in nostrae naturae versa est similitudinem.

In Christo neutra natura in alium conversa.

S. Gregorii episcopi Nazianzeni in Homilia de Epiphania, inter caetera.

Hoc declaratur.

Cum ergo processisset ex Virgine Deus, in ea, quam assumpserat, humana natura, unum e duobus sibi[5] invicem contrariis existens carne et spiritu, aliud in Deum[6] assumitur, aliud deitatis gratia praestat.

Item infra.

Christus passibilis propter humanitatem

Missus est quidem, sed ut homo. Duplex enim erat in eo natura. Inde denique et laboravit ex itinere, inde et esuriit, et sitivit, et contristatus est, et flevit humani corporis lege.

S. Basilii episcopi Cappadocis[7].

In ipso utriusque naturae veritas retinenda.

Cum ergo quaedam in Christo ita videmus humana, ut nihil a communi mortalium fragilitate distare videantur, quaedam ita divina[8], quae nulli alii nisi illi ineffabili naturae conveniant deitatis; haeret humani intellectus angustia, et tantae admirationis stupore percussa, quo declinet, quid teneat, quo se convertat, ignorat. Si hominem putet[9], devicto mortis regno, eum spoliis redeuntem a mortuis cernit. Propter quod cum omni metu[10] et reverentia contemplandum est, ut in uno eodemque ita utriusque naturae veritas demonstretur, ut neque aliquid indignum et indecens de divina illa et ineffabili substantia sentiatur, neque rursum, quae humanitus[11] gesta sunt, falsis illusa imaginibus aestimentur.

S. Cyrilli episcopi Alexandrini[12].

Etenim per humanitatem quod erat non amisit.

Homo nominatus est, cum sit natura Deus, Dei Patris Verbum[13], quoniam similiter ut nos sanguini communicavit et carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam.

Item eiusdem in libro, qui dicitur: Scholia de incarnatione Unigeniti.

Unus igitur est et ante incarnationem Deus verus, et qui in humanitate mansit

1 Ep. 96, num. 3 *Opp. S. Hieron.*

2 Hieron. edit. cum Vat., Hisp. et Isid. addunt *est.*

3 Edit. Hieron. delent *bene.* Iuxta Vulg.

4 Matth. III, 17; Marc. I, 11; Luc. III, 22.

5 Plures codd. delent *sibi.*

6 Duo Vatic. et prima edit. *unum in Deum.*

7 Qui hanc epist. e mss. Isid. ac Hispan. Gallicanae originis derivarunt, habent *S. Sabini Episcopi Cappadocis*; et in cod. Vat. 543 legitur: *S. Basilii Cappadoceni Sabini Episcopi.* At perperam, uti patet ex vetustissimo exempl. Vindobonensi, caeterisque antiq. codd., ubi non *Sabini*, sed *Basilii* nomen tantummodo praefertur.

8 Vat. cod. cum prim. edit. *ut nulli.*

9 Apud Quesnell. e cod. Oxon. contra auctorit. Vindobon. et al. codd. additur: *Si Deum putat, crucifixum contemplatur.*

10 Plur. codd. *nimio metu.* Sane perperam.

11 Alii codd. delent *humanitus.* Male quidem.

12 Orat. 2 de recta fide ad regin., c. 9.

13 *Homo natus est, cum sit natura Dei Patris Verbum* in solo cod. Vindobon. Alii codd. *Homo nominatus est, cum sit natura Dei Patris Verbum.*

Deus igitur et homo efficiunt unum Ies. Christum

id quod erat, et est, et erit [1]: Non discernendum igitur unum Dominum Iesum Christum in hominem seorsum, et seorsum in Deum; sed unum eumdemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentias naturarum, sed eas inconfusas inter se servantes.

Item cuius supra.

Intelligitur namque certe tanquam [2] aliud in alio inhabitare, idest, divinam naturam in humanitate non perpessam commixtionem, aut commutationem, ut esset quod non erat. Quidquid enim in alio habitare dicitur, non ipsum fit tale, quale est id, in quo habitat, sed aliud in alio [3] magis intelligitur. At vero in Verbi natura [4] et humanitatis nobis solam differentiam designat diversitas naturarum. Unus enim ex utraque intelligitur Christus. Ergo inconfusione, ut ante dixi, servata, inhabitasse ait Verbum in nobis [5]. Scit enim unum esse Filium unigenitum, carnem factum et hominem.

Item cuius supra ad Nestorium.

Nicaena synodus servanda.

Ait igitur sancta et magna synodus, ipsum, qui est ex Deo Patre natus naturaliter, Filium unigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem et cum quo omnia fecerit Pater, hunc descendisse, incarnatum esse, et hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die, et ascendisse rursus in coelos. Haec nos sequi verba debemus; his nos convenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse et hominem factum Dei Verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conversa, vel immutata, facta sit caro; nec quod in totum hominem, qui est ex anima et corpore, transformata sit; sed illud magis, quod carnem animatam anima rationali sibi copulaverit Verbum substantialiter, et incomprehensibiliter [6] et ineffabiliter factus sit homo, et nuncupatus sit etiam [7] Filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola personae, sed quod diversae quidem naturae in unum convenerint, unus tamen ex ambabus Christus et Filius, non evacuata, aut sublata diversitate naturarum per coniunctionem, sed quia simul nobis effecerunt unum Dominum et Christum, et Filium, idest divinitas et humanitas per arcanam illam ineffabilemque copulationem ad unitatem [8]. Itaque is, qui ante saecula omnia est natus ex Patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus [9]. Non quia divina ipsius natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec quod propter se ipsam opus habuit secundo nasci post illam nativitatem, quam habebat ex Patre (est enim ineptum et stultum hoc dicere, quod is, qui ante omnia saecula est consempiternus Patri, secundae generationis eguerit, ut esse inciperet); sed quia propter nos et propter nostram sa-

Carnem humano spiritu animatam sibi Verbum substantialiter copulavit.

Eius itaque divina natura e B. Virgine non sumpsit exordium.

1 Edit. cum all. mss. *in divinitate mansit in qua erat, est, et erit*. Sed plur. codd. probat., et praesertim graec. text. originalis lect. nostrae cohaerent.

2 Quesnell. omisit *tamquam*, quod adiecimus ex graec. contextu. Edit. antiq. cum nonnul. codd. legunt *dicitur namque tamquam*. Sane mel. n. lectio.

3 Solus Quesn. *in eo*. Perperam, ut videtur.

4 Male edit. cum solo Vatic. *in Verbi persona*.

5 Ita cum edit. quid. codd. Graec. autem textus legit: *ut confusionem excluderet, vigilanter ait, inhabitasse Verbum in nobis*.

6 Male edit. cum quibusd. codd. *inreprehensibiliter*.

7 In cod. Vindob. deest *etiam*.

8 Quid. edit. cum Vatt. *copulationis adunationem*, vel *copulationem adunatam*.

9 Codd. Vat. *creditur procreatus*. Edit. contra auctorit graec. textus *dicitur procreatus in tempore*.

lutem naturam sibi copulavit humanam, et processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim prius[1] natus est homo communis de sancta Virgine, et tunc demum habitavit in eo Verbum; sed in ipsa vulva uteroque virginali se cum carne coniunxit[2] et sustinuit generationem carnalem, carnis suae nativitatem faciens suam. Sic illum dicimus et passum esse et resurrexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus sit aut plagas, aut clavorum transfixiones, aut alia vulnera[3] (Deus namque incorporalis extra passionem est); sed quia corpus illud, quod ipsum proprium factum est, passum est, ideo haec omnia pro nobis ipse dicitur passus. Inerat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus, qui pati non poterat. Simili modo et mortem ipsius intelligimus. Immortale enim et incorruptibile est naturaliter, et vita, et vivificans Dei Verbum. Sed quia corpus ipsius proprium, *gratia Dei*, iuxta Pauli vocem, *pro omnibus mortem gustavit*[4], idcirco ipse dicitur mortem *passus esse pro nobis*. Non quod ipse[5] mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet; insania est enim hoc vel sentire vel dicere; sed quod, ut supra diximus, caro ipsius[6] mortem gustavit. Ita, et resurgente carne ipsius, rursus resurrectionem dicimus; non quia in corruptionem ceciderit[7], absit[8]; sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum unum et Dominum

Sed ipsum tantummodo sustinuit generationem.

In Christo passio explicatur.

Nec non resurrectio.

confitemur, non tanquam hominem cum Verbo coadorantes, ne divisionis quaedam species inducatur; sed unum iam et eumdem adorantes, quia non est alienum a Verbo corpus suum, cum quo ipsi[9] etiam assidet Patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filiis assidentibus, sed uno cum carne per unitatem; quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi impossibilem[10], aut quasi parum decoram noluerimus[11] accipere, in id incidimus[12], ut duos filios esse dicamus; necesse est enim discernere[13] et dicere, hominem separatim fuisse sola filii appellatione honoratum, et rursum Verbum, quod est ex Deo et nomine, et veritate Filium Dei. Sed discernere in duos filios non debemus unum Dominum Iesum Christum. Neque enim id adiuvat rectam fidei rationem, licet nonnulli nescio quam perhibeant copulationem personarum[14]. Non dixit enim Scriptura, Verbum Dei personam hominis sibi assumsisse, sed carnem factum esse[15]. Id autem est ostendere Dei Verbum, similiter ac nos participationem habuisse carnis et sanguinis, et corpus nostrum proprie suum fecisse, et hominem ex muliere processisse, non abiecta nec deposita Deitate, aut generatione illa, quam habebat ex Patre; sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc ubique rectae fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos Patres fuisse comperimus. Ideo

Non adoramus in Christo personarum copulationem.

Sed naturarum

1 Al. *primum* vel *primitus*.

2 Al. *secum carnem coniunxit*,

3 Ita plur. codd. cum graec. textu. Vulg. add. *susceperit*.

4 Hebr. II, 9.

5 Edit. *in se;* at praestant. codd. et praesertim graec. text. *ipse*.

6 Al. *vera caro ipsius*.

7 Plur. codd. *ceciderat*. Perperam.

8 Edit. cum nonnull. mss. *quod absit*.

9 Vindob. *ipse*.

10 Al. *impassibilem*. Edit antiquior. cum Vat. *passibilem*.

11 Plur. codd. *voluerimus*.

12 Al. *incidemus*.

13 Sic codd. probat. et graec. text. Solus Vindob. *nec enim debemus discernere*. Thuan. *nec enim discernere fas est*. Sane perperam ad orat. contextum.

14 Tres codd. ex arbitrio *personarum distinctionem*. Al. *divisionem personarum*. Aptius ad context. n. lectio.

15 Ioann. I, 14.

Maternitas B. Virginis.

illi non dubitaverunt sanctam Virginem dicere Θεοτοκον: non quod Verbi natura, deitasque in sancta Virgine[1] sumpsit exordium, sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei Verbum, carnaliter natum esse dicitur[2].

EPISTOLA CXXI[3].

Imperatoris fide commendata, universale gaudium innuit, quod Alexandrina Ecclesia fuerit in pristinam libertatem restituta, eumque rogat, ut Alexandrinae sedi, in quam Aelurus neutiquam est remittendus, probatae fidei episcopus praeficiatur.

Leo Episcopus Leoni Augusto.

Imperatoris erga fidem sollicitudini laus nulla par.

Cap. I. Si gloriosum pietatis vestrae in fidei defensione propositum tanta prosequi laude cupiamus, quantam[4] rerum ipsarum magnitudo deposcit, inveniemur impares in actione gratiarum, si nostri tantum oris angustiis universalis Ecclesiae gaudia celebremus. Sed dignius[5] illius remuneratio vestris actibus meritisque servabitur[6], in cuius causa et speciali excellitis animo, et optato triumphatis eventu clarae[7] gloriae. Sciat igitur clementia vestra omnes Ecclesias Dei cum laude vestra exultare pariter et laetari, quod ab Alexandrinae Ecclesiae iugo improbus parricida depulsus est; et populus Dei, cui praedo nefarius incubabat, in antiquam fidei libertatem reductus, potest iam in salutis viam fidelium sacerdotum praedicatione revocari, cum videat omne seminarium venenorum in ipso auctore proiectum. Nunc ergo, quia hoc constanti proposito et magna mente peregistis, consummato operi fidei illud adiungite, ut de catholico civitatis illius praesule, quod Deo placeat, decernatis, qui nulla damnatae toties impietatis sit infectus aspergine; ne fortasse tectum vulnus sub specie obductae cicatricis increscat, et plebs christiana, quae vobis agentibus aperte ab haereticorum perversitate liberata est, lethalibus iterum obnoxia sit venenis.

Gaudet de libertate Alexandrin. Ecclesiae restituta.

E Clero Alexandrino numeratus praesul eligendus.

Aelurus nullo pacto redintegrandus.

Cap. II. Vides autem, venerabilis imperator, et evidenter agnoscis, quod in persona, de cuius abscissione agitur, non sola est fidei integritas intuenda; quae etiamsi ullis correctionibus professionibusque purgari, et in integrum valeret qualibet conditione restitui, nequaquam tamen, quae scelesle cruenteque commissa sunt, possunt[8] probabilium verborum protestationibus aboleri; quia in Pontifice Dei, ac maxime tantae Ecclesiae sacerdote, non sufficit sonus linguae et sermo labiorum; et nihil prodest, si Deus voce praedicatur, et mens in[9] impietate convincitur. De talibus enim per Apostolum Sanctus Spiritus loquitur: *Habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes*[10]: et iterum alibi: *Deum profitentur se scire, factis autem negant*[11]. Unde

Nil enim prodest Deum verbis profiteri, factis autem negare.

1 Al. *de sancta Virgine*.

2 In al. codd. duo testimonia adducuntur, quae ad Leonis causam non pertinent, nec Leonis habent auctoritatem. V. Migne, *Patrolog. Curs. complet.* Tom. LIV, col. 1189 ad not. d.

3 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1431.

4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 493 cum ant. edit. *quanta*. Erronee quidem.

5 Cacc. l. c. *dignior*; quam lectionem Quesnelli Ballerio. l. c., et al. codd. respuunt.

6 « Ant. edit. *servabatur*; Quesnell. ex coniectura *servatur* ». Ballerin. col. 1432.

7 Cacciar. l. c. cum al. delet *clarae*.

8 « Codd. Vall. *possent* ». Cacciar. pag. 494.

9 « Al. delent *in* ». Ballerin. l. c.

10 II Tim. III, 5, ubi Vulg. legit: *Habentes quidem*.

11 Tit. I, 16, ubi Vulg. ait: *Confitentur, se nosse Deum, factis autem negant.*

Fidei integritas et morum probitas praesertim in episcopis exquirenda.

cum in [1] omni Ecclesiae membro et integrae fidei veritas, et bonorum operum plenitudo quaeratur; quanto magis in Summo Pontifice debent utraque praecellere, quia alterum sine altero non potest cum Christi corpore habere compagem? [2].

Aeluros quanta dignus execratione.

Cap. III. Nec necesse est nunc omnia, quae Timotheum execrabilem faciunt, enarrare, cum copiose atque manifeste in totius mundi notitiam, quae per ipsum ac propter ipsum sunt gesta, processerint; et si quid ab incomposito vulgo contra iustitiam perpetratum est, in huius omnia verticem confluant, cuius desideriis manus furentium servierunt. Unde si etiam [3] in professione fidei nihil hic negligat, nihil fallat, aptissimum gloriae vestrae est ab hoc appetitu illum prorsus excludere; quia in tantae urbis antistite universam Ecclesiam [4] decet sancta exultatione gaudere, ut vera pax Domini non solum praedicatione fidei, sed etiam morum clarificetur exemplo.

Christus non solum fide, sed etiam factis clarificandus.

Datum xv kalendarum Iuliarum, Magno et Apollonio consulibus.

Dat. die 17 Iunii, an. 460.

« Per Philoxenum *agentem in rebus.* »

EPISTOLA CXXII [5].

Dolens de Timothei Aeluri Constantinopolim adventu, spem nullam redintegrationis ei relictam ostendit; aliusve episcopi consecrationem sollicitans ab illius colloquiis utcumque praecipit abstinendum.

Leo Episcopus
Gennadio Episcopo Constantinopolitano.

Quaeritur de Aeluri adventu.

Dilectionis tuae litteris, et fratrum coepiscoporumque nostrorum Domitiani et Geminiani sermone agnovi, Timotheum postquam Ecclesiae Alexandrinae civitate expulsus est, Constantinopolim, nonnullis hoc fidei adversariis agentibus, venire permissum; ut quantum datur intelligi, quia [6] universorum Domini sacerdotum sententiis coarctatus, invitus saltem ad catholicum se dogma convertat; et tamquam propter hanc tantummodo causam [7] videatur eiectus, haereticae perversitatis errore damnato, doctrinae apostolicae, ut ad Alexandrinam redeat, acquiescat; cum illi, etiamsi catholicus probaretur, hoc vehementer obsistat, quod vivente episcopo, tantae sedis invasor est, et auctor apparuit inauditae crudelitatis admissae. Et ideo dilectio tua sollicitudine, qua clares [8], eniti et elaborare debebit, ne cum tam nefario homine sermo aliquis privatim, vel publice misceatur, neve sub specie correctionis eius quorumdam conventui praebeatur occasio; ne redeundi integram capiat libertatem, de quo iam edictis suis princeps christianissimus iudicavit [9]. Omni igitur labore et circumspectione pervigili unitati ecclesiasticae profuturus enitere, frater carissime, ut spes suffragatoribus ipsius adimatur, et Alexandrinis ex clero suo catholicus episcopus secundum morem veterem per orthodoxos Aegyptios [10] consecretur;

Cui nulla redintegrationis spes.

Ab eius colloquiis abstinendum.

Alius in episcopum consecrandus.

1 Cacciar. l. c. cum al. omitt. *in*. Forte mendo typographico.

2 « Al. *compaginari* ». Ballarin. col. 1433.

3 « Quesnell. ex ingenio *etiamsi* ». Ballerin. loc. cit.

4 « Al. cod. *universae Ecclesiae;* unde Quesnell. ex iogenio addidit *membra* ». Baller. l. c.

5 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1433.

6 « Cod. Angel. *qui* ». Ballerin. col. 1434.

7 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 495 cum al. *culpam*.

8 Cacciar. l. c. *claret*; al. apud Ballerin. l. c. *clareas*, sed perperam.

9 « Al. *indicavit* ». Baller. et Cacciar. ll. cc.

10 « Al. *episcopos*, al. *episcopos aegyptios* ». Vid. Ballerin. et Cacciar. ll. cc.

In hoc Eccles. Alexandr. salus.

quia parricida ille non alias a suis defensoribus deseritur [1], nisi Alexandrina Ecclesia, quae Patrum honori et suae restituenda est libertati, rectorem sanandis omnibus, quae male gesta sunt, probatissimum fuerit consecuta.

Datum xv kalendas Iulias, Magno et Apollonio consulibus.

Dat. die 17 Iunii, an. 460.

« Per PHILOXENUM *agentem in rebus* ».

EPISTOLA CXXIII [2].

Timotheo Alexandrino de eius electione gratulatus charitatem erga lapsos illi commendat, eumque hortatur, ut in haeresis exitium totis viribus incumbat, sibique frequentius scribat.

Leo Episcopus Timotheo Episcopo catholico Alexandrinae Ecclesiae.

In Alexandr. Ecclesia divina pietas.

Ubi adversa, ibi et prospera.

CAP. I. Evidenter apparet sub apostolicae splendore sententiae, *quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* [3]; et divinae dispensatione pietatis ubi excipiuntur adversa, ibi donantur et prospera. Quod Alexandrinae Ecclesiae experimenta demonstrant, in qua multos sibi patientiae thesauros humilium modestia [4] et tolerantia congregavit; quia *iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, et humiles spiritu salvabit* [5]; glorificata in omnibus incluti principis fide, per quem *dextera Domini fecit virtutem* [6], ne in thronum beatorum Patrum antichristi diutius sederet opprobrium, cuius impietas nemini magis quam sibi nocuit; quia etsi aliquos ad societatem facinoris impulit, se tamen inexpiabiliter [7] cruentavit. Unde de eo, quod instinctu fidei in fraternitate tua [8] cleri et plebis, atque omnium fidelium egit electio, universam mecum Ecclesiam Domini gaudere rescribo, utque hoc benignitas divinae pietatis multiplicata gratia confirmet, exopto; ita ipsi per omnia tua devotione famulante, ut etiam eos, qui veritati aliquatenus restiterunt, reconciliandos Deo per Ecclesiae preces instanter acquiras; et sacramento [9] catholicae fidei, cuius soliditas nullam divisionem recipit, sollicitus rector adiungas; illum imitatus verum piumque pastorem, qui animam suam posuit pro ovibus suis, et errantem unam ovem non flagellis coercuit, sed ad ovile proprium suis humeris reportavit.

Nemini magis nocet impietas, quam sibi.

De Timothei electione gratulatur.

Cui in errantes praecipit charitatem.

Atque haeresis exitium commendat.

Crebriores litteras exoptat.

CAP. II. Agat ergo dilectio tua, frater carissime, ne vel Nestoriani dogmatis, vel Eutychiani erroris ullum in Dei populo possit vestigium reperiri: quia *nemo potest fundamentum ponere, praeter id quod positum est, qui est Christus Iesus* [10]; qui universum mundum non reconciliaret Deo Patri, nisi per fidei regenerationem omnes in nostrae carnis veritate susciperet. Cum ergo scribendi opportunitates, quibus fraternitas tua utatur, extiterint, sicut necessarie et ex more fecisti, ut per filios nostros Danielem presbyterum et Timotheum diaconum ordinationis tuae ad nos scripta dirigeres; ita omni tempore in

1 « Al. *deseretur* ». Ballerin. l. c. Ad orat. context. forte aptius.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1435.

3 Rom. VIII, 28.

4 Cacciar. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 496 cum ant. edit. *humilitas, modestia*.

5 Ps. XXXIII, 19, ubi Vulg. legit: *iis, qui*.

6 Ps. CXVII, 16.

7 Cacciar. l. c. cum ant. edit. *se tantum denique inexpiabiliter*. Rectius ad context. vidat. n. l.

8 Cacciar. l. c. cum Val. edit. *in fraternitatem tuam*. Optime quidem.

9 Cacciar. l. c. cum ant. edit. *sacramenta*.

10 I Cor. III, 11, ubi Vulg. legit: *Fundamentum aliud nemo potest ponere praeter...*

hoc officio perseveres, et [1] de profectibus pacis saepe, quantum fieri potest, sollicitudini nostrae mittantur indicia; ut per alterna colloquia sentiamus, quia *charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis* [2].

Datum xv kalendas Septembris, Magno et Apollonio consulibus.

Dat. die 18 Augusti, an. 460.

EPISTOLA CXXIV [3].

De Alexandrini cleri concordia exultans cum et in proposito confirmat, et ad fidei unitatem vel magis impellens cum lapsis agendi rationem praescribit.

Leo Episcopus presbiteris et diaconibus Ecclesiae Alexandrinae dilectissimis filiis in Domino salutem.

Laetatur de Alexandr. cleri concordia. Gaudeo exultanter in Domino de piissimo, quem inter vos habetis, affectu; illum sicut scripta vestra manifestant, et pastor gregem, et grex ostenditur amare pastorem. *Solliciti* ergo in invicem, sicut Apostolus ait, *servare unitatem Spiritus in vinculo pacis* [4], properate ad fructum verae [5] pervenire patientiae. Quid Eum in proposito confirmat. enim dignius aut velle potestis aut agere, quam ut, auxiliante Dei gratia, gloriosissimi principis fide ad profectum solidissimae pacis utamini, remota procul ea bestia, quae vineam plantationis dominicae, sicut psalmus propheticus canit, singulari feritate vastabat? Quia ergo in ovili dominico nec furum iam insidiae, nec latronum timentur incursus; redeat universitas vestra in concordiam, et magisterio Spiritus Sancti illa in omnibus unitas expetatur, propter quam dicit Apostolus: *Non quaerens, quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant* [6]. Et ad fidei unitatem vel magis sollicitat. Idipsum dicant et sentiant omnes, nulla sint sensuum, disputationumque certamina. Quod usque ad catholicos praesules in Alexandrina Ecclesia discipuli veritatis didicerunt atque docuerunt, eadem a cunctis fidelibus confessione promatur; quia varietatem veritas, quae est simplex atque una, non recipit. Veritas numquam varietur. Si quos autem cuiuslibet ordinis christianos impia haereticorum conturbavere mendacia; ad satisfactionis remedia provocate, et in spiritu mansuetudinis cum benignitate corripite; Benigne cum lapsis agendum. quia, sicut ait beatus apostolus Petrus, *non tardat Dominus promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam converti* [7]. Agendum ergo est, ne difficultas veniae curationem faciat tardiorem. Veniae difficultas curationem retardat.

Datum decimoquinto kalendas Septembris, Magno et Apollonio consulibus.

Dat. die 18 Augusti, an. 460.

EPISTOLA CXXV [8].

Gaudens de Timothei electione Aegypti episcopis mandat, ut eum ab Alexandrina Ecclesia summa veneratione diligendum in omnibus adiuvent.

Leo Episcopus Theophilo, Ioanni, Athanasio, Abrahae, Danieli, Iohae [9], Paphnutio, Musaeo, Paulvio [10], et Petro Episcopis Aegyptiis.

Litteris fraternitatis vestrae, quas ad me filii nostri Daniel presbiter et Timo- De Timothei electione laetatur.

1 Cacciar. l. c. cum edit. aot. *ut.* Melius o. l.
2 Rom. v, 5.
3 Ex edit. Ballerio. *Opp. S. Leonis* tom. i, col. 1436.
4 Eph. iv, 3.
5 « Cod. Ven. *vestrae* ». Ballerin. l. c. Sane perperam.
6 I Cor. x, 33.
7 II Petr. iii, 9, ubi Vulg. verba refert paululum immutata.
8 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. i, col. 1437.
9 Caccior. *Opp. S. Leonis* part. ii, pag. 497 cum vet. edit. *Ioahae.*
10 « Vat. 4961 *Paulino* ». Ballerin. l. c.

thcus diaconus detulerunt, cognovisse me gaudeo, quod gloriosi et venerandi principis fides propheticis et evangelicis unita doctrinis, ad sanctos et Deo placitos dispositionum suarum pervenit [1] effectus, ut cruentissimo Alexandrinae Ecclesiae pervasore deiecto, et in longinquiora translato, dignum sua gubernatione rectorem totius civitatis mereretur electio, ad cuius vos consecrationem nullus ambitus traheret, nulla seditio impelleret, nulla iniquitas incitaret; sed in medio constituta meritorum sanctitate, eum cunctis non dubitaret praeponere, quem sibi universitas cuperet praesidere. Unde reddita populis christianis Dei pace gaudentes, commendamus vobis invicem vestri operis dignitatem, ut religiose per omnia ordinatus antistes fraterno se iuvari [2] experiatur assensu, et ad abolenda scandala, quae error haereticus excitaverat, cooperatione vestra gaudeat adiuvari. Extruso [3] enim qui imitator diaboli fuit, et *in veritate non stetit,* male utens specie pervasi honoris et nominis, congruit ut Alexandrina Ecclesia eum veneretur et diligat, quem et probitate morum, et integritate catholicae fidei dignum tanto sacerdotio comprobavit; cui mutuae charitatis plenum animi nostri praebemus affectum; cohortantes, fratres carissimi, et fiducialiter exigentes, ut in praedicatione verbi, in eruditione praecepti illam formam custodiatis charitatis, sine qua nullae possunt prodesse virtutes. Quod autem fratri et coepiscopo nostro Timotheo de revocandis his, qui a veritatis itinere deviantes inconsultius se ferociusque gesserunt, scriptum esse cognoscitis, dilectio quoque vestra ad curam suam intelligat pertinere; ut quia late se se pestilens illa aegritudo diffudit, ubique omnibus eadem adhibeatur medicina vulneribus; ut per diligentiam pastoralem in cunctis Ecclesiis Domini ovile reparetur, et per sollicitudinem charitatis atque doctrinae omnes Christi oves unum se sentiant habere pastorem.

Qui sedulo iuvandus.

Ac summa veneratione diligendus.

Nulla virtus sine charitate.

Quae maxime erga lapsos adhibenda

Datum xv kalendas Septembris, Magno et Apollonio consulibus.

Dat. die 18 Augusti, an. 460.

EPISTOLA CXXVI [4].

De Hilarii pertinacia conquestus Sedis Arelatensis privilegium Viennensi episcopo restitutum admonet.

Dilectissimis fratribus per Gallias et Viennensem provinciam Episcopis constitutis Leo Episcopus.

Quali pertinacia Hilarius Arelatensis episcopus iudicium nostrum effugerit, sancta vestra fraternitas non ignorat. Unde et iustum esse videmus, ut quia princípis Apostolorum magnam in iudiciis moderationem, quam in potestate per vicarios suos semper exhibet, Arelatensis episcopus non expectavit, a privilegio suae civitatis submotus humili loco discat, quod in magno, gratis munere praedecessorum nostrorum concesso, tenere noluit. Sitque redintegratum Viennensi archiepiscopo privilegium, et ius antiquum, quod apostolica benignitas ad Arelatensem ex parte transtulit civitatem; ut tali

Hilari fuga.

Cui privilegium ablatum.

Et sed. Vienn. restitutum.

1 Cacciar. l. c. *devenit.*

2 Cacciar. pag. 498 cum edit. vet. *vivere*; al. apud Ballerin. l. c. *se incitari*. Aptius ad orat. contextum n. lectio.

3 Cacciar. l. c. cum vet. edit. *excluso*.

4 Ex edition. Ballerin. *Opp. Sancti Leonis* tom. I, col. 1469. Cacciar. *Opp. Sancti Leonis* part. II, pag. 36, hanc epistolam, nullo de eiusdem authentia dubio iniecto, refert; at eam pro spuria habendam esse Ballerin. in admonitione eid. praemissa col. 1467-1468 satis evincunt.

severitate Hilarius coercitus discat, non temere transgredi terminos antiquos canonica prolatione fundatos.

Datum VIII idus Ianuarii, Valentiniano Augusto IV et Avieno consulibus [1].

Dat. die 6 Ianuarii.

EPISTOLA CXXVII [2].

Germaniae et Galliae episcopos obiurgans, quod chorepiscopis nonnulla munera illicite permitterent, quae his interdicta, quae obeunda statuit; tum canonum custodiam in sacrandis episcopis gravissime praecipiens, de Lupicini causa, deque sacris virginibus barbaricam violentiam perpessis mentem suam innuit.

Leo Romanae Ecclesiae et Apostolicae Sedis episcopus universis Germaniarum, atque Galliarum regionum episcopis salutem.

In Germaniae et Galliae episcopos plurimorum querimonia

Cum in Dei nomine in Romana Ecclesia synodum episcoporum sive caeterorum consacerdotum, Christique fidelium coadunatam habuissemus, et de ordinationibus illicitis, super quibus crebrior ad nos illarum partium commeantium sermo pervenerat, atque de aliis necessariis ecclesiasticis negotiis tractantes, sacrosque canones relegentes solerter egissemus, a multis [3] lacrimabili vultu relatum est nobis, quod quidam Germaniarum atque Galliarum urbium episcopi frequenter chorepiscopos, qui iuxta canones Neocaesarienses [4], sive secundum aliorum decreta Patrum, idem sunt qui et presbyteri, vel presbyteros [5] destinarent, qui absente pontifice altaria erigerent, basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum id praecepisse viros ecclesiasticae disciplinae ignaros, quod est canonicae regulae contrarium [6], et statim a saeculari militia in sacerdotale ministerium delegatos, atque promotos [7]. Ergo ne ultra a vobis licentia usurpetur, communi sententia statuendum [8] oportuit, scientes, quia sicut chorepiscopo vel presbytero [9] illicita consecratio est altaris, ita et constitutio. In divinis enim litteris, praecipiente Domino, solus Moyses in tabernaculo Dei [10] altare crexit; solus ipse unxit [11], qui utique summus [12] sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo [13]: *Moyses et Aaron in sacerdotibus eius* [14]. Ideoque id quod tantum facere principalibus [15] sacerdotum iussum

Horum inscitiam carpit.

Altaris constitutio chorepiscopis illicita.

Quod e sacris litteris demonstratur.

1 At. III idus. Ann. autem incert. est, si quidem consularis nota nulli ann. congruit. Valentinianus enim August. IV gerens consulatum Avenium collegam non habuit; hic autem, quum consul fuit, Hilarius e vivis exierat. Unde Ballerin. loc. cit. alterum argumentum ad hanc ep. reiiciendam depromunt.

2 Hanc Quesnell., aliique mutilam praebent, neque authentiae nota insignitam existimant. Isidoro tamen adscribenda non videtur, quum in cod. Vat. 600, qui puram Isidorian. collectionem praefert, non inveniatur. Itaque eam damus ex Vat. cod. 1340 saec. circit. XIII, in quo solo integram reperire licuit.

3 « Cod. S. Crucis *a quibusdam*. Garsiae Loaysae edit: *septimo examine relatum est nobis, venerandissimum quondam Agapium Cordubensis urbis episcopum frequenter presbyteros destinasse, qui, absente Pontifice, altaria erigerent, basilicas consecrarent* ». Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. II, col. 1270.

4 « Duo codd. *Caesarienses* ». Ballerin. l. c.

5 « Cod. Vat. 541 omittit *vel praesbyteros*. Garsia Loaysa ad margin. notat: « Recens, et depravata editio habet *chorepiscopos* vel *presbyteros*, qui tamen iuxta canones unum sunt » ». Ballerin. l. c.

6 « In Loays. edit. desunt verba, *quod est canonicae regulae contrarium* ». Ballerin. l. c. Perperam.

7 « Ead. edit. expung. *promotos* ». Baller. l. c.

8 Cod. vat. 541 *statuere*.

9 « Laoys. edit. tantum *presbytero* ». Baller. l. c.

10 Id. cod. omitt. *Dei*.

11 Numer. VII, 1.

12 Cod. cit. *sacerdos summi Dei*. Male.

13 « Laoys. edit. delet *de eo* ». Ballerin. l. c.

14 Ps. XCVIII, 6.

15 Cod. cit. cum al. edit. *principibus*.

est, quorum typum Moyses et Aaron tenuerunt, omnino decretum est, ut chorepiscopi vel presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non praesumant.

Quae omnia chorepiscop. interdicta.

Nam quamvis cum episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quaedam tamen auctoritate veteris legis, quaedam novellis[1] et ecclesiasticis regulis sibi prohibita noverint; sicut presbyterorum et diaconorum, atque virginum consecratio[2]; sicut constitutio altaris; et benedictio vel unctio. Siquidem nec[3] erigere eis altaria, vel ecclesias vel altaria consecrare licet[4], nec per impositiones manuum fidelibus baptizandis, vel conversis ex haeresi Paraclitum Spiritum[5] tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum[6] frontes signare, nec publice quidem in missa quemquam poenitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere[7]. Haec enim omnia illicita sunt chorepiscopis, qui ad exemplum et formam septuaginta discipulorum esse noscuntur[8], vel presbyteris qui eandem gestant figuram[9]; quoniam quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent.

Ipsi Pontificat. fastigium non attingunt.

Quae omnia solis[10] deberi summis pontificibus auctoritate canonum praecipitur, ut per hoc et discretio graduum, et dignitatis fastigium summi Pontificis demonstretur. Siquidem neque coram[11] episcopo licet presbyteris in baptisterium introire, nec praesente etiam[12] antistite infantem tingere, aut signare, nec poenitentem sine praeceptione episcopi sui reconciliare, nec eo praesente, nisi illo iubente, sacramentum corporis et sanguinis Christi conficere, nec eo coram posito populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem utique exhortari[13]; in eos specialius et propensius commovendi qui in episcopis ordinandis sanctorum Patrum statuta neglexerunt[14], et quos confutare debuerant consecrarunt.

Eisdem quaenam officia permittenda.

Unde si qui episcopi talem consecraverunt sacerdotem, qualem esse[15] non liceat, etiamsi aliquo modo damnum proprii honoris evaserint, ordinationis tamen ius ulterius non habebunt, nec ei sacramento intererunt, quod neglecto divino iudicio immerito praestiterunt.

Episcop. consecrans immeritum ordinatione privandus.

Illud sane quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta servari[16]; cum ubi minores sunt plebes, minores[17] conventus, presbytororum cura sufficiat; episcopalia autem gubernacula nonnisi maioribus populis, et frequentioribus civitatibus oporteat praesidere, ne quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta vetuerunt, viculis et possessionibus, vel obscuris et solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium, et honor, cui debent excellentiora committi, ipsa

In minoribus civitatibus presbyteri statuendi;

In frequentioribus autem episcopi.

Secus dignitas sacerdotalis numerositate vilescit.

1 Id. cod. cum quibusd. edit. *quaedam novae.*

2 « Mss. S. Cruc. *sicut est presbyterorum, et diaconorum, ac virginum consecratio* ». Ballerin. loc. cit.

3 « *Nec licere erigere* ». Laoys. edit. Male.

4 *Consecrare permittimus* ». Ballerin. l. c

5 Cit. cod. et quid. edit. addunt *sanctum.*

6 Id. cod. *baptizandorum;* edit. vero nobiscum legunt, et rectius, ut opinor.

7 Canonicas epistolas mos latinus formatas appellat, quarum regul. Nicaena synod. tradidit. Vid. Baller. apud Mign. *Patrol. Curs. complet.* tom. LVI, col. 730.

8 « Id. cod. *cognoscuntur* ».

9 « Edit. *formam* ». Baller. l. c.

10 Cit. cod. omittit *solis.* Edit. legg. *solis pontificibus.*

11 Al. *Sed neque coram.* Melius videt. n. l.

12 Al. expungunt *etiam.*

13 Hucusque edit. aliique codd. Quae subduntur ex cod. 1340, uti notavimus, decerpta cum capp. 6 et seqq. ep. 1, volum. I nostrae edit., pag. 41, col. 1, si nonnulla excipias, adamussim cohaerent.

14 Al. *neglexerint,* mox *consecrarint.*

15 Al. omitt. *esse.*

16 Vid. in cit. ep. quae hic adduntur.

17 Al. *minoresque.*

sui numerositate vilescat. Quod nunc in suam dioecesim [1] restitutus episcopus factum esse causatus est, et rationabiliter postulavit, ut si episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, humana conditione decesserint, loca ipsa ad ius eius antistitis redigantur, cui fuerint ante propiora [2]. Inutile est enim, ut dignitas sacerdotalis, inconsiderata ordinantis facilitate, superflua multiplicatione minuatur [3].

Quando sedes alterius in potestatem proprioris antistitis redigenda.

De his autem quae in sacro virginitatis proposito constitutae barbaricam pertulere violentiam, et integritatem pudoris non animo, sed corpore perdiderunt, ea nobis videtur servanda moderatio, ut neque in viduarum deiiciantur gradum, nec in sacrarum perseverantium virginum numero censeantur. Quibus, si in omnibus virginalibus perseverant, et castimoniae soliditatem mente custodiunt, sacramentorum non est neganda communio, quia iniustum est illas [4] in eo argui vel notari, quod non voluntas admisit, sed vis hostilis eripuit.

De sacris virginibus barbaricam violentiam perpessis.

Causam quoque Lupicini episcopi illic iubemus audiri, cui multum et saepius postulanti communionem hac ratione reddidimus, qui cum [5] ad nostrum iudicium provocasset, immerito eum, pendente negotio, a communione videbamus fuisse suspensum. Adiectum etiam illud est, quod huic temere superordinatum esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in praesenti positus aut confutatus, aut certe confessus iustae possit subiacere sententiae, ut vacantem locum, quemadmodum disciplina ecclesiastica exigit, is qui consecrabatur, acciperet [6].

Quare Lupicino reddita cum S. A. communio.

Si quae [7] vero aliae emerserint causae, quae ad statum ecclesiarum, et ad concordiam pertineant sacerdotum, illic sub timore Domini volumus ventilentur, et de componendis, atque de compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur, ut ea quae iuxta ecclesiasticum morem iuste et rationabiliter fuerunt definita, nostra [8] quoque sententia roborentur.

De Ecclesiarum causis S. A. referendum.

Data IV idus Augusti [9].

1 Edit. *in sua dioecesi*. Perperam.
2 Al. *et inutile est*.
3 Al. *muniatur*.
4 Al. *eas in eo vel argui*. Minus bene.
5 Al. *quoniam*.
6 Al. *exciperet*.
7 Al. expung. *quae*.
8 Al. *mea*.
9 Quum dies idem sit ac cit. ep. I edit. nostrae, et materia fere eadem, vide utrum aliquid de anno coniiciendum liceat.

S. LEONIS[1]

EPISTOLARUM FRAGMENTA.

An. C. 445

I[2].

Causas enuncians cur Episcopi sint promovendi, eos reprobat, qui celebriorem sedem usurpare non abhorrent.

Leo Episcopus Romae Anastasio Episcopo Thessalonicae[3].

Cum ambitiosis episcopis quid agendum.

Si quis episcopus propriae urbis tenuitatem aspernatus fuerit, ad illustrioris loci ministerium transierit, et ad maiorem populum stulto consilio seipsum transtulerit; tum ex aliena cathedra expelletur, tum propria privabitur, ut neque illis praesit quos propter cupiditatem affectavit, neque iis quos ob superbiam despexit. Propriis igitur finibus quisque contentus sit, neque modum potestatis augeri concupiscat. Scias, frater charissime, aliam esse necessitatis atque utilitatis, aliam vero temeritatis ac propriae voluntatis, vel privatae voluptatis[4] transeundi de civitate in civitatem, sed ob necessitatem atque utilitatem transferri. Nam plurium utilitatem unius utilitati vel voluntati anteponere oportet; aliud

Fines suos augere fas nemini.

Cur episcopi sint promovendi.

An. C. 445

1 Ante baec fragmenta forte quis epist. ad Demetriadem Leoni praesertim a Quesnell. vindicatam desideraret. Verum baec lengior est tractatus non disiungendus a duobus libris *De vocatione omnium gentium*, qui procul dubio hic nen sunt imprimendi. Itemque leeus dandus nen est epistolae ad Episcopos, et presbyteros intra Thraciam constitutis ante Quesnellum in quibusdam edit. S. Leonis editae, quum nemo dubitet hane pertinere ad Leonem Bituriceensem, aliosva episcopos, qui eam subscripsere. Multoqua minus decumentum illud in Pelagianos edendum curavimus, qued in quibusdam codicibus, et in ipso Grimanico quasi e S. Leonis epistolis excerptum nonnullos decepit. Hoc enim est voluti eommonitorium in synodo Diospolitana ab episeopis Africanis suao epistolae subiectum, eiusque soeunda pars Augustino tribuitur. Quesnello autem dissert. XIII, cap. XIV, illud visum est ee facilius in S. Leenis scriniis reperiri, quo magis hic ad comprimendam Pelagianam baeresim reviviscentem uti potuit tum pluries, tum praesertim in epist. I, h. vel. ad episc. Aquileiensem. Operi nostro potius inserendum videretur breve fragment., quod adversus errores Manich. et Priseillian. a votustiss. ms. Ambrosianae biblioth. Ludovicus Muraterius edidit tom. II. Anedoct. Lat. pag. 112. Quum autem illud eontra ipsius cod. auctoritatem ex simplici tantum euspiciene Leoni tribuatur, omittendum existimavimus, licet Mansius reeuderit tom. I *Supplementi Concil.* pag. 118. V. Migna *Patrolog.* tom. LIV, eol. 1235, 1236 § 1.

2 Ex Baller. apud Migne op. cit. col. 1261, qui animadvertunt, huiusmodi fragmentum ex graec. cod. Vat. 1445 desumptum meram esse paraphrasim cap. VIII, epist. XIV ad Anastasium, quae apud nes est epist. VI, vel. I, pag. 50.

3 In cit. ced. mendose Αθανασιω. Baller. l. c

4 Al. addunt *causam*. Et quidem reete.

enim est transire, aliud transferri; illud enim sponte transcendere est, hoc coacte atque invite progredi. Quapropter hi non urbem mutant, sed mutantur: non enim sua sponte, sed per vim illatam hoc faciunt. Non igitur sciunt ecclesiasticos canones, qui inficiantur utilitatis ac necessitatis causa fieri non posse, quoties communis necessitas utilitasque id suadeat [1].

II [2].

SENTENTIA PAPAE LEONIS DE APOCRYPHIS SCRIPTURIS [3].

Episcopis graviter mandat, ut apocryphae scripturae penitus destruantur, ordinemque sacrarum lectionum praescribit.

Vitiati codices delendi.

Curandum ergo est, et sacerdotali diligentia [4] maximo providendum, ut falsi codices [5], et a sincera veritate discordes, in nullo usu lectionis habeantur [6]. Apocryphae scripturae, quae sub nominibus Apostolorum multarum habent semina falsitatum, non solum interdicendae sunt, sed etiam penitus auferendae, atque ignibus concremandae. Quamvis [7] enim sint in illis quaedam, quae videantur [8] speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis; et per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos laqueis cuiuscumque erroris involvant [9]. Unde si quis episcoporum vel apocrypha haberi non prohibuerit, vel [10] canonicorum codicum nomine eos libros in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani sunt adulterina emendatione vitiati, haereticum se noverit iudicandum [11]: quoniam, qui alios [12] ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat [13].

Etenim religioni infestissimi.

Quivis episcopus eos permittens tamquam haereticus iudicandus;

Nam alios ab errore non revocans se ipsum errare demonstrat.

Cap. II. Legitur autem omnis scriptura divina sancti Canonis ab initio anni usque ad finem in Ecclesia S. Petri hoc ordine. Tempore veris, hoc est VII diebus ante initium Quadragesimae usque ad octavam diem ante Pascha, leguntur quinque libri Moysis, cum Iesu Nave et Iudicum. Et VII dies ante Pascha liber Isaiae prophetae, unde ad passionem

Sacrarum lectionum ordo.

1 Dat. iuxta Quesnell. ann. 445, a quo dissentiunt Ballerin. loc. cit.; qui hanc ep. referunt ad annum 446. Ambigit Jaffé intra annum 445 et 446.

2 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1479, qui ostendunt primum caput huius sentent. decerptum quidem esse ex Leonis op. XV respondent. ep. VII nostrae edit. vol. 1, pag. 54; alterum vero existimant Leoni non esse tribuendum.

3 « Sic legit. in Vat. palat. 277, et aliis. In vallicell. autem 18 saec. XI *De apocryphis scripturis ex Leone PP.* », Baller. l. c., unde secernimus quidquid in hoc fragment. observandum censemus.

4 Ita cum cod. Palat. ep. XV ad Turribium, c. 15. Al. *providentia*.

5 In laudata epist. melius *falsati*; innuuntur enim codd. a Priscillian. corrupti.

6 Al. codd. sic prosequunt. *quia habent semina falsitatum. Non solum autem haec interdicenda sunt, sed etiam penitus auferenda, atque ignibus concremanda.*

7 Quid. codd. *Quia quamvis sint.*

8 Al. *videntur*.

9 Cod. Palat., cui concinit et Leon. edit. vet., et mss. Horovall. sic habet: *ut mirabilium narrationum seducti quique admiratione, laqueis cuiuscumque erroris implicentur*. Vallicell. *Hoc loquuntur, quod operantur, ut simplices quoque mirabilium narratione seducti, laqueis cuiuscumque erroris implicentur.*

10 Quid. codd. delent *vel*.

11 Al. codd. *vel eos libros, qui ab haereticis vitiati sunt, in Ecclesia permiserit legi, haereticum se noverit ....*

12 Duo codd. *alium*.

13 Hucusque ex Leon. epist. XV ad Turribium. Quae sequunt. usque ad voces *Tractatus vero* unus Palat. cod. refert, ordinemque sacrar. lectionum Rom. Ecclesiae ex omnibus, qui editi sunt, vetustissimum exhibere videtur.

Christi cum venit [1], et lamentationes Hieremiae. Diebus autem Paschae epistolae Apostolorum atque Apocalypsis usque ad Pentecostem. In tempore autem aestatis Regum et Paralipomenon usque ad medium autumni, hoc est xv kal. novembris: deinde liber [2] Salomonis, et Mulierum, atque Machabaeorum, et liber Tobiae usque ad kal. Decembris. Ante autem Natalem Domini Nostri Iesu Christi, Isaiae, Hieremiae et Daniel usque ad Epiphaniam. Postea quidem Ezechiel, et prophetae minores, atque Iob usque idus februarias. Psalmi omni tempore. Evangelium et Apostolum [3] similiter. Tractatus [4] vero Sancti Hieronymi, Ambrosii et caeterorum Patrum, prout ordo poscit leguntur [5].

III [6].

Theodosio fidei formulam proponit, qua praesertim Nestorii et Eutychis errores damnantur.

Leo Papa ad Theodosium imperatorem.

Verbi incarnatio ex Maria semper Virgine per virtutem Sp. Sancti.

Credimus Filium Dei ab aeterno, et sine exteriori principio, qui cum Patre et Spiritu Sancto est, in extremis saeculis, perfectum nostrae naturae suscepisse hominem ex Maria semper Virgine, et quod Verbum caro factum fuerit hominem suscipiendo, neque divinitatem mutasse, neque, ut quidam impie existimarunt, Sanctum Spiritum pro semine fuisse; sed per virtutem et sapientiam Conditoris genitum confitemur Christum unam esse personam Filii, duas vero perfectas, integrasque substantias divinitatis, atque humanitatis, quae ex anima, et corpore constat. Anathema dicimus contra Photinum, qui Christum purum nudumque hominem asserit: similiter et contra Apollinarium, illiusque similes, qui dicunt Filium Dei minus quiddam humana natura suscepisse sive in carne, sive in anima, sive in mente, sive in hominis assumptione, et dissimilem nobis fuisse in eo, quod assumptum est: quem hominem sine sola macula peccati (quod peccatum physicum non est) eiusdem formae cum nostra per omnia factum esse credimus. Illorum quoque blasphemiam execramur, qui nova inventione dicere conantur, a tempore susceptae carnis omnia divinae naturae in humanam, atque omnia humanae in divinam commutata fuisse, quod nulla unquam haeresis dicere ausa est. Per huiusmodi enim confessionem, utramque divinitatis, atque humanitatis naturam in aliud quidpiam commutatam esse autumant, neque Deum perfectum, neque perfectum hominem secundum veritatem Filium confitentur.

In Xto una persona, duae autem perfectae naturae.

Photinus et Apollinaris damnantur.

Christus verus homo immaculatus.

S. Leo naturarum commixtionem execratur.

Vera Christi passio secundum humanitatem.

Nos vero ita dicimus assumptam a Filio Dei naturam nostram, divinitate impatibili permanente: passus est enim Dei Filius non opinione, sed revera quaecumque scriptura testatur; hoc est famem, sitim, defatigationem, laborem, mortem et reliqua huiusmodi. Secundum autem illud

1 Sic Palat. cod.

2 Leg. *libri.*

3 Leg. *Apostolus.*

4 Plur. codd. *Tractatus autem S. Hieronymi, Ambrosii* (mss. Harovall. addit *et Augustini*), *et caeterorum sanctorum Patrum, expositionesque veteris et novi Testamenti, quae a nominatissimis doctorum orthodoxorum* (unus cod. Vall. *orthodoxi*) *Patribus factae sunt, prout ordo poscet, in Ecclesia legantur.*

5 Iusta ep. super cit. hoc fragm. refertur ad diem 21 iul. ann. 447.

6 Ex Cacc. *Opp. S. Leonis* part. II, pag. 107. Huiusmodi fragment. Ballerin. tanquam dubium reiiciunt in append. secundam ad calc. tom. II, *Opp. S. Leonis*, ibique in admonitione eidem praemissa ad ep. LXIX, quae nobis est XXXIX huius vol. pag. 65, col. 1, pertinere satis evincunt, quorum consilio et Jaffè videmus accedere. V. Ballerin. apud Migne tom. LIV, col. 1258, et Jaff. op. cit. pag. 39 sub fin.

passus est, secundum quod pati potuit, idest non secundum assumentem, sed secundum assumptam naturam. Ipse enim Dei Filius secundum divinitatem impatibilis est, sicut Pater; invisibilis sicut Pater, sub tactum non cadens, sicut Pater immutabilis. Propria enim Persona Filii Deus Verbum assumens hominem patibilem, atque in ipso habitans nihil passa est, sicut Pater et Spiritus Sanctus. Omnino enim Trinitatem impatibilem confiteri debemus. Cum mortuus igitur Filius Dei fuisset secundum scripturas, quatenus mori potuit, surrexit ex mortuis tertia die, ascendit ad coelos, sedet ad dexteram Dei, manente substantia carnis ipsius, in qua genitus est, et passus fuit, et resurrexit. Non enim dissoluta, aut commutata fuit humanitatis substantia, sed permanens in divinitate in perpetuum glorificata est [1].

Ipse enim secundum Divinitatem nil passus

Trinitas impassibilis.

Xti in substantia carnis resurrectio et in coelum ascensio.

Ubi humanitas in perpet. glorificata.

IV [2].

Praecipit legatis Concilii Chalcedonensis, ne Synodi Nicenae de sedibus Episcoporum statuta vel minimum patiantur violari.

Sanctorum quoque Patrum constitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, vel imminui, servantes omnimodis personae nostrae in vobis, quos vice nostra misimus, dignitatem: ac si qui forte civitatum suarum splendore confisi aliquid sibi tentaverint usurpare, hoc qua dignum est constantia retundatis [3].

Anno Christi 451.

V [4].

Aetium monet de statutis rebus non esse denuo disputandum, et animi sui constantiam profitetur.

Ne patiatur fraternitas tua sopitarum rerum certamen afferri, quarum retractator non nisi sacrilegus invenitur.

Nihil ab apostolicis umquam potero sentire diversum, nec a mea ipse deviare sententia: ut quod Sancto Spiritu revelante confessus sum, quodque, mecum totius Synodi professione praedicante, patefeci, aliqua varietate commutem: cum facilius mihi sit quibuslibet et suppliciis ab hoc mundo auferri, quam ab ea, quam generaliter credidi [5], professione mutari.

Anno Christi 457.

1 Notam chronic. vid. in ep, XXXIX huius vol. pag. 66, col. 2.

2 Ex edit. Baller. *Opp. S. Leonis* t. I, col. 1451.

3 « Hoc commonitorii fragmentum Bonifacio presbyt. datum in act. 16 Concil. Chalcod. fuit productum, ubi sequent. praemittuntur. « *Bonifacius presbyter Vicarius Sedis Apostolicae dixit: Beatissimus et apostolicus vir Papa inter caetera hoc nobis mandavit et ex charta recitavit* ». Ballerin. l. c.

4 Ex edit. Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. I, col. 1456, qui huic fragmento praeponunt ipsissima verba Pelagii II in ep. VII ad Eliam Aquileiensem, et alios Istriae episcopos, c. VI, ubi sic loquitur: *Extremum quoque saepe fati Leonis ad Aetium presbyterum testimonium ponitis, quo ait.* Et mox post verba *sacrilegus invenitur: Quod de quibus rebus* (S. Leo) *adstruat ad eumdem Aetium scribens, ipse manifestat dicens.*

5 Forte *edidi*. Ballerin. l. c. ad marg. Saoe aptius ad orat. contextum.

S. HILARUS[1].

An. C. 462

EPISTOLA I[2].

Leontium episcopum de sua ad pontificatum evectione certiorem reddit, idque caeteris episcopis per ipsum indici iubet.

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus[3] PP.

Quanta Sedi Apostolicae reverentia deferenda.

Quantum reverentiae in Spiritu Dei, qui subditos sibi inhabitat sacerdotes, beato Petro Apostolo et Sedi ipsius deferatur, omnibus arbitror esse compertum, quibus paternarum traditionum incorrupta custodia est[4]. Quos cum volumus de nostrae ordinationis primordiis gratulari, opera, quae in nos divinae pietatis dignatio[5] ostendit, sanctitati tuae duximus indicanda, ut ipse primum pro eo, quem nobis invicem semper impendimus, praestante Domino, laeteris affectu; deinde ut dispositione tuae fraternitatis omnibus per universam provinciam fratribus et consacerdotibus innotescat, quod humilitatem meam dextera Domini visitare dignata est, et mihi Apostolicae Sedis regimen non pro merito, sed pro suae gratiae abundantissima largitate commiserit. Proinde, frater carissime, quod sanctitati tuae praesenti sermone patefecimus, in omnium fratrum, quemadmodum diximus, notitiam deferre dignaberis[6], ut supplicaturi Domino nostro Iesu Christo, sicut exultationis gaudia, ita profutura universali ecclesiae orationum suarum nobis vota coniungant. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Cuius regimen mox sibi traditum innuit.

Idque per Leontium coeteris episcopis manifestandum.

Deus pro Pontifice supplicandus.

An. C. 462

Data[7] VIII kalendas Februarias D. N. Severo Augusto consule.

Dat. die 25 Ian. an. 462.

1 Ex Hilarii litteris vix unam in nn. codd. sive graecis, sive latinis invenimus. Quas ipse vero ante Pontificatum suum scripserit, huic operi non inserendas ipsum Bullarii nomen indicat.

2 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 731. Binius notat hanc esse epist. encyclicam de novi Pontif. creatione ad omnes Eccles. iuxta morem transmissas. V. Mign. *Patrol. Curs. complet.* tom. LVIII, col. 22.

3 Ita plur. codd. Vatt.; duo autem 546, 1341 legg. *Hilarius*.

4 Al. *sit*.

5 « Reg. cod. cum Colbert. *in nobis divinae pietas dignationis* ». Contin. Constant. in mss. Vat. fasc. 2. Perperam, ut videtur

6 « Reg. cod. *in omnium notitiam, quemadmodum diximus, perferre dignaberis.* Arelat. cod. *in omnium nostrorum....* Baron. autem *nostrum;* Sirmond. vero *fratrum* magis placuit ». Contin. Const. l. c.

7 « Ita mss. Colb. cum Sirmond.; at Arelat. cum Baron. *III kal. Febr.* In reg. verba *Domino Severo Augusto* desiderantur ».

EPISTOLA II [1].

Leontii litteras sibi gratissimas ostendens, electionem suam ipsi iamdiu se manifestasse significat; tum eius sollicitudinem pro canonum custodia commendans, de Ecclesiarum disciplina ab ipso admoneri cupit, seque episcoporum concordiae totis viribus spondet provisurum.

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus PP.

Leontii litterae sibi acceptissimae. Dilectioni meae, quae circa Ecclesias Gallicanas, omnesque in eis Domini sacerdotes etiam in inferiori gradu positos abundat, multum accedit argumenti [2], quod per virum spectabilem Pappolum filium nostrum sermonis tui ad me sunt delata principia. Ex quo tamen coniicio, Eidem electio sua dudum patefacta. paginam meam, quam dudum de episcopatus mei primordiis misi, nec dum traditam tibi fuisse cum scriberes; de qua utique non siluisses, nisi perlatorem [3] aliqua causa tardasset. Unde quod et consuetudo poscebat, et caritas iampridem Crebriores litteras exoptat. me executum fuisse significo, et hoc ipsis litterarum exemplaribus, quae direxi, plenius nosse vos cupio, ut officio fraterno in nullo intelligatis fuisse me desidem, et ita vicissim frequentandis studeamus alloquiis, ut vicem nobis communis praesentiae scribendi cura compenset, frater carissime. Affectus itaque tui gratiam pe- Leontii pro custodia canonum sollicitudo. rire non passus es, quod ei sollicitudini intentum te esse cognosco [4], ut custodiendis paternorum canonum regulis studere me cupias. Quo desiderio nihil concipi salubrius potest quam ut in una Ecclesia, cui oportet nec maculae aliquid inesse, nec rugae, una sit in omnibus observatio disciplinae. Cui si aliquid eruditionis aut correptionis addendum est, rectissime per De Ecclesiarum disciplina instrui cupit. vestram diligentiam consuletur; si quemadmodum es dignatus scribere, tam instructa ad nos fuerit persona directa, quae inquisitionem nostram plene ex omnibus possit instruere. Spondeo [5] enim quantum gratia Dei donat, ut spondeam, hoc Episcoporum concordiae se spondet consulturum. me ad universalem sacerdotum Domini concordiam provisurum, ut omnes non sua audeant quaerere, sed quae sunt Christi studeant obtinere. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Dat. an. 462.

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 933.

2 Quidd. edit. *augmenti.*

3 Al. *perlatorum.* Forte mend. typograph.

4 « Baron. cum mss. *Acceptis itaque tui gratiam perire non passus es, et quod eis sollicitudine intentum esse cognosco* ». Contin. Constant. l. c. Rectius ad context. videt. n. lectio.

5 « Baron. et cod. Arelat. *Expondeo,* cui mox *expondeam* ». Contin. Const.

EPISTOLA III [6].

Leontii silentium redarguens, de Hermete, qui Narbonensem episcopatum usurpare nititur, diligentissime sciscitatur.

Dilectissimo fratri Leontio Hilarus Papa.

Miramur fraternitatem tuam ita legis Leontium reprehendit. catholicae immemorem esse, ut quaeque iniqua [7] et contra patrum nostrorum statuta, in provincia, quae ad monarchiam tuam pertinet [8], si ipse aut non vis, aut non potes, etiam nec nos silentii tui taciturnitate permittas corrigere. Siquidem quod et rumore cognovimus, et quantum Quid de Hermete audierit. diligenter a diacono Ioanne, qui a magnifico viro filio nostro Friderico [9] litteris suis nobis [10] insinuatus est, requisivimus, quod iniquissima usurpatione quidam Hermes episcopatum civitatis Narbonensis exe-

6 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 933.

7 « Arelat. mss. cum Peg. *ut quae iniqua* ». Cont. Constant. l. c.

8 « Arelat. *pertinuit* ». Contin. Constant. l. c. Ad sensum inepte.

9 « In mss. *Fritherico* ». Contin. Constant. loc. cit.

10 Baron. delet *nobis.* Forte mendo typograph.

crabili temeritate[1] praesumpserit. Quam rem decuerat sanctitatem tuam, ut nobis in vestigio indicaret. Qua de re, frater carissime, monemus, ut si[2] fides adhibeatur assertis, seposita excusatione, ad nos tam tuae dilectioni, quam fratrum nostrorum aut per portitorem litterarum, aut per quem ipsi elegeritis subscriptam manum vestrarum relationem transmittatis; ut quod[3] definire possimus, recurrenti pagina possitis agnoscere. Deus te incolumem custodiat frater carissime.

Celerem nuntium exposcit.

Data III nonas Novembris[4].

Dat. die 3 novembr.

EPISTOLA IV[5].

Romani Pontificis praecipuum officium attingens Ascanium arguit, quod pravis Irenaei desideriis non obstiterit, eique agendi rationem cum episcopis illicite ordinatis praescribens iubet, Barcinonensi antistite consecrato, Irenaeum in sedem suam repelli.

Dilectissimo fratri Ascanio Hilarus Episcopus.

Divinae circa nos gratiae memores esse debemus, qui nos per dignationis suae misericordiam[6] ob hoc[7] ad fastigium sacerdotale provexit, ut mandatis ipsius inhaerentes, et in quadam sacerdotii[8] eius specula constituti, prohibeamus illicita, et sequenda doceamus. Unde directis per Traianum subdiaconum nostrum litteris admonemus, ut quae male[9] sunt facta corrigantur. Et miramur admodum, dilectionem tuam Barcinonensium petitiones non solum nulla auctoritate retudisse, verum etiam[10] directis ad nos litteris, consummationem[11] pravi desiderii postulasse, adhibendo in epistolarum proemio concilii mentionem; tamquam culpae minuerentur excessus per multitudinem imperitorum[12], cum si etiam sub significatione unusquisque sui nominis[13] tecum pariter retulisset, et subscriptiones proprias factas singuli commodassent[14], dilectionem tamen tuam rei, de qua[15] displicet, summa tangebat; quia pro loco, et honore tibi debito caeteri sacerdotes docendi fuerant, non sequendi. Unde, sicut in generalibus litteris indicavi[16], Irenaeus ad propriam revertatur ecclesiam, et Barcinonensibus de suo clero protinus consecretur antistes, cui tamen statuta canonum, et apostolica praecepta concordent. Et licet, hi qui praeter notitiam,

Praecipuum Romani Pontificis officium.

Ascanii conniventiam carpit.

Alius episcopus eligendus.

1 Baron. *auctoritate*. Perperam, ut opinor.

2 Baron. omittit *si* mendo typograph., ut videtur.

3 « *Quid* » Baron.

4 Consulis nomen ex epist. ad Episcop. Provinc. Vienn. Lugdun. Narbon. eod. dio data supplendum est iuxta Cont. Const. l. c. Etiam Jaffè op. c. pag. 48 huic epist. annum assignat 462.

5 Ex Mansi *Concil. Collect.*, tom. VII, col. 929.

6 Al. edit. *gratiam*. Minus bene.

7 Verba *ob hoc* desunt in plurib. codd. Vatt.

8 « Al. *sacerdotum* ». Mansi ad marg. l. c.; cui lect. adhaerent Collect. Parisiens. cum mss. Urbin. 143, et Vatic. 3791.

9 Sic plur. codd. Vatic.; duo autem 542, 2791 *mala*.

10 Cod. Vat. 542 omitt. *etiam*. Sane perperam.

11 Ita cod. Vat. 1340. Laudunens. mss. cum plurib. Vat. *consensionem;* sed perperam, ut opinor. Contin. Constant. l. c. praef. *confirmationem,* quum Ascanius, et socii petitiones suas ab Hilaro roborari, ac confirmari desiderent.

12 Plur. codd. Vat. *impiorum*, a quibus codd. 1340 et 3791 dissentiunt. Hard. Forte *petitorum*. Al. *impetitorum*.

13 Al. edit. *subsignationem sui nominis*. Perperam ad orat. context.

14 Plur. Vatt. cum Urb. 143 *subscriptiones proprias fratres singuli commendassent*. Hard. vero lectionem ita corrig. *et subscriptione propria fratres singuli commendassent*.

15 Al. edit. *quae*.

16 Vid. ep. V S. Hilari tom. I, pag. 50 nostrae edit.

atque consensum tuae dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerint auctoribus submoveri; ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austerum, eos qui episcopi facti sunt, ita volumus permanere, ut [1] in apostolicis praeceptionibus, et statutis sanctorum Patrum non reperiantur obnoxii, ac deinceps nihil, quod contra disciplinam ecclesiasticam veniat, sicut hactenus factum est, perpetretur. Tuae sollicitudinis est, frater carissime, omnia [2] debita tibi auctoritate tueri, et illicitis non modo non praebere assensum, sed etiam cuncta, quae contra regulam facta repereris [3], coercere; atque ante omnia, quae sola unitate [4] decernimus, Irenaeum ad Ecclesiam suam redire [5] compelle. Ad quam sponte potius rediro debebit, si a sacerdotali consortio non [6] metuit separari. Nec unius Ecclesiae duo esse permittantur antistites, quod opportunius [7] supradicti subdiaconi [8] fieri delegamus instantia, quem etiam pro conservanda Ecclesiae disciplina commeare ad Hispanias dispositionis nostrae fecit auctoritas.

Quid cum episcopis illicite ordinatis.

Irenaeus in sedem suam amandandus.

Deus autem incolumem te custodiat [9], frater carissime [10].

1 « Concil. mss. *si in apostolicis* ». Contin. Const. l. c., quibus adhaerent codd. Vatt. 1341 ac 3791. Rectius videt. n. lectio.

2 Ita edit. et plur. codd. Vatt. Contin. Const. cum mss. Vat. 543, 1341 omitt. omnia. Al. legg. *debitam tibi auctoritatem tueri*.

3 Cod. Vat. 542 *reperis*, sed inepte ad contextum.

4 Hard. contra auctor. plurim. codd. *humanitate*. Ad sens. rectius videtur.

5 Ita cod. Vat. 1340 et 3791; at plur. *remeare*.

6 In cod. Vat. 1340 deest *non*; rectius, ut videtur, licet al. mss. legg. *non metuit*.

7 Cod. Vat. 1341 *quod possumus, supradicti*. Perperam.

8 Cod. 543 *diaconi*.

9 Plur. codd. Vat. *faciat*. Forte pro *faciet*.

10 Data ann. 465 iuxta Jaffè op. c. pag. 49.

S. HILARI

EPISTOLARUM FRAGMENTA.

An. C. 461

I[1].

Adrianopolis Episcopus in suo officio relinquendus, si errores suos condemnet.

Hilari PP. ad Nicephorum, et ad alios episcopos per provincias.

N. autem, quem in Adrianopolitana civitate in eversionem regionis ipsius episcopum didicimus consecratum, hoc nihilominus frater, et coepiscopus noster Euxitheus implere curavit, ut si praedictus in officio, quod indigne adeptus est, desiderat permanere, quidquid contra catholicam fidem senserat cum Eutichia et Nestoria sua professione condemnet.

1 Hoc fragmentum quod e manuscripto Coloniensi primus evulgavit P. Iosephus Hartzheim S. I. in Concilio German. tom. II, pag. 327, inter Hilari epistolas non invenitur. Nos referimus ex Mansi *Collectione Concil.* tom. XV, col. 761.

S. SIMPLICIUS.

An. C. 476

EPISTOLA I [1].

Novam orientalis Ecclesiae perturbationem innuens, Constantinopolim ab Aeluri pravitate divinitus servatam ostendit; tum Acacium monet, ut imperatoris animum in meliora consilia trahens universalem synodum ab Aeluro expetitam pro viribus impediat.

Simplicius Papa Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Nova Eccles. perturbatio.

Quantum presbyterorum et ex diversis monasteriis Domino servientium monachorum relatione patefactum est, Ecclesia Domini rursus diabolus inquietat; ita ut, excluso Alexandrino sacerdote, haereticus, atque ab universitate damnatus, eumdem locum, de quo pulsus fuerat, occupasse dicatur: insuper, quibusdam faventibus, Constantinopolim ausum fuisse contendere, ut civitas christianorum principum circa fidei catholicae veritatem devotione praecellens, et christiana plebs in defensione religionis, attenta haereticorum pravitate, quae iam fuerat sopita, turbetur. Sed misericordia Dei, cuius est causa, non defuit, ut Timotheus, qui ab universali Ecclesia sacerdotalibus sententiis et imperialibus constitutis iure est segregatus [2], ad Ecclesiam tuae dilectionis, vel ad fidelium domorum limina non permitteretur accedere. Quem conventus novos pro se didicimus comminari, resolvi existimantem quod de se universalis decrevit auctoritas. Unde quia sanctae memoriae praedecessorum nostrorum extante doctrina, contra quam nefas est disputare, quisquis recte sapere videtur, novis assertionibus non indiget edoceri; sed plana atque perfecta sunt omnia, quibus potest vel deceptus ab haereticis erudiri; vel in vinea Domini plantandus institui; implorata fide clementissimi principis, vocem faciendae Synodi fac respui, nec sit apud aures imperatoris christiani [3] pigra suggestio; quia salus eius et regni ipsius Christus est fortitudo.

Ecclesia Constantinopol. ab Aeluri pravitate divinitus servatur.

An. C. 476

Nova synodus non convocanda

Christus regni salus et fortitudo.

De quibus Imperator exorandus.

Ergo cum praedictis presbyteris ac monachis opportune pietati eius nostro quoque nomine supplica, et legationem hanc pro nobis quoque clementiae ipsius, ne quid subrepatur [4], insinua: omnium pariter precibus instruatur, ne per occu-

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 977, ubi Sev. Binius contendit, hanc esse epistolam, quam Acacio scriptam, mox patentem, et nondum obsignatam ad imperatorem cum sequenti misit. Id autem falsum esse ex ipso litt. textu deprehenditur: Simplicius enim tum in hac, tum in altera tantummodo Sancti Leonis exemplaria *De Incarnatione Domini* imperatori per Acacium offerenda se misisse innuit, *ne aliqua forsitan fidei aemulorum fraude vitiarentur, et ipsi necessaria deesset instructio.* Vid. § 2 h. ep. et 5 subseq. pag. 210, col. 1.

2 Baron. et al. *iuste fuerat segregatus*; at cod. Vat. 5617 nobiscum cohaeret. Forte rectius.

3 Cit. cod. cum al. edit. *Christianas.*

4 Al. edit. cum eod. cod. *subripiatur.* Mendo quidem amanuens.

pationes publicas quieti ecclesiasticae aliquas inimicus moliatur insidias: integritati suae Alexandrinam reddi praestet Ecclesiam, et beati Marci Evangelistae sede hostem, parricidamque propellat; et qualiter catholicae fidei teneatur integritas, in penetralibus aulae suae dignanter inquirat: quae ne aliqua forsitan fidei aemulorum fraude vitientur, licet in Ecclesiae tuae possint scriniis [1] inveniri, tamen exemplaria misimus, quae pietati ipsius praeparabis [2] offerre.

Leonis scripta eidem offerenda.

Nota namque et omnibus illic potestatibus celebrata, quae sanctae memoriae praedecessor meus Leo ad consultationem augustae recordationis Leonia scripserit [3], et quam veneranter accepta sint, recognoscant: appareat sic (ut confidimus) eius imitator fidei, cuius, propitiante Deo, dignior est successor imperii; sibique scriptum aestimet, quidquid ante se principibus pia est traditum lectione. Illa est namque perennitas, regnique per seriem propaganda posteritas, si in successore reperitur [4], quod a praedecessore descendit.

E successorum virtute regni perennitas.

Hortor ergo, frater carissime, ut modis omnibus faciendae synodi perversorum conatibus resistatur; quae non alias semper indicta est, nisi cum aliquid in pravis sensibus novum, aut in assertione dogmatum emersit ambiguum: ut in commune tractantibus, si quae [5] esset obscuritas, sacerdotalis deliberationis illuminaret auctoritas; sicut, primum Arii, ac deinde Nestorii, postremum Dioscori atque Eutychetis fieri coegit impietas. Et (quod misericordia Christi Dei nostri Salvatoris avertat) intimandum est, abominabile esse, contra sententias totius orbis domini sacerdotum et principum utriusque rectorum, damnatos reos [6] restituere, reduci exules, relegatos in causa [7] nefariae coniurationis absolvi. Itaque (quod saepe repetendum est) haec omnia clementissimis auribus suppliciter intimato. Veniet procul dubio Deus in adiutorium vestrum [8], in cuius manu cor regis esse [9] retinens, constitutum potestatis suae nesciat [10] aliunde principium.

Synodus oecumenica in dubiis tantummodo cogenda.

Execrabile est contra sententiam totius orbis reos nefariae coniurationis absolvi.

Regia potestas a Deo.

Data quinto idus Ianuarii [11].

Dat. die 9 Ian.

EPISTOLA II [12].

Rogat, ut Timotheum Aelurum, qui Alexandrinam sedem rursum occupare nititur, et haereses Constantinopoli disseminare studet, qua pollet auctoritate, compescat.

Zenoni Augusto [13] Simplicius Episcopus.

Cuperem quidem, quantum ad meae spectat devotionis arbitrium, qua principes christianos iugi veneratione suspicio,

Epistolae quae causa.

1 Cod. cit. *in tuo possint scrinio inveniri.*

2 Ita Baron. cum al. Id. cod. et quidd. edit. *properabis*. Certe melius.

3 S. Leonis litt. innuit CXII, pag. 155 col. 2 et CXVII, pag. 163 col. 2 huius volum.

4 Cit. cod. *repererit.*

5 Cit. cod. *si qua.*

6 « Solus Labb. addit *reos*, caeteri *damnatos restituere* ». Cont. Constant. l. c., cui sententiae noster cod. adhaeret.

7 Al. *causis*. Aptius ad rem o. lectio.

8 Cit. cod. *nostrum.*

9 Prov. XXI, 1.

10 Al. cum n. cod. *nescit*. Rectius videtur n. l.

11 « Labb. ad marg. leg. *Al. II Kal. Febr.* ». Cont. Constant. l. c. Quidd. *VI Kal. Febr.*, sc. 27 Ian. Non est autem ambigendum hanc ep. datam esse ann. 476, uti patet e sequenti ad Zenonem, et notat Jaffè op. c. pag. 50.

12 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 974.

13 « Cod. Viroduo., cui adhaeret Pagius ad an. 476, ac Tillemont. in *Mem. pour servir à l'hist. eccl.* tom. XVII, not. 2, pag. 756 edit. Venet., legit *Basilisco* ». Cont. Const. l. c.

debita pietati nostrae [1] continuis officia deferre colloquiis. Sed cum ad huius intentionis augmentum etiam sacrae cura religionis accedat, ratio mihi negotii potioris incumbit, ut simul honorificentiam vobis prona mente persolvam, et causas fideliter [2] insinuem: quia me ad utramque vel dicata trahit clementiae vestrae semper affectio, vel respectus ordinis mei et apostolici moderaminis sollicitudo compellit.

Timothei execrabilis insania.

1. Functus igitur, gloriosissime ac clementissime fili imperator Auguste, munere salutandi, quae in ecclesiis Orientis per haereticorum latrocinia recidiva rursus dicuntur scandala concitari, nec debeo silere, nec possum. Nam, sicut in meam notitiam ferventium pro fide catholica detulerunt scripta monachorum, comperi Timotheum parricidam, qui Aegyptiacae [3] pridem vastator ecclesiae in morem Cain (ut lectio divina testatur) [4] eiectus a facie Dei, hoc est ab Ecclesiae dignitate seclusus, et iam per deserta vagus, sceleratae conscientiae diu tormenta passurus, in exilium proprii erroris abductus est, resumptis pristini furoris incendiis, conflasse nihilominus agmina perditorum et Alexandrinae urbis ecclesiam, quam sacerdotali prius sanguine cruentavit, ipsum denno nunc cruentum depulsione legitimi pervasisse pontificis: ut cui illa relegationis humilitas iniicere debuerit ex iis, quae impie gesserat, aculeum poenitendi, nutriendi [5] potius otia tribuisse [6] videatur atrocioris insaniae: quo procul dubio Cain ipso longe detestabilior approbatur. Ille siquidem a perpetrato semel facinore damnatus abstinuit, hic profecit [7] ad crimina maiora post poenam.

Eiusdem nova scelera

2. Nec eo tamen scelerum fine contentus Constantinopolitanam insuper urbem recti semper dogmatis amore flagrantem, ne quid intemeratum populator humanae salutis omitteret, fertur audacter ingressus, et a suae consortibus pravitatis libenter audisse soli Christo debitam vocem, qua plane [8] non in nomine Domini venire benedictus, sed divini culminis usurpator evidenter est monstratus Antichristus: qui cum etiam a communione catholica tam laudabiliter esset exclusus, per quorumdam privatas domos, respersis humano sanguine manibus, non divina sacrificia, sed sacrilegia celebrasse memoratur; in quo utique non est eius firmata susceptio, sed consciorum divulgata proditio cum eodem de illa iniquitatis sede, nisi [9] resipiscant, omnimode casuros [10], quam, sicut diabolus pater eius Altissimo similem se faciens, aeternum [11] sibi perfidus construere non desinit ad ruinam.

Ab imperatore non toleranda.

3. Haec, venerabilis imperator, cum horreat animus vel a tanto gladiatore fuisse tentata, maximo tamen, fateor, stupore detineor, sub vestrae pietatis aspectibus potuisse committi. Quis enim devotam semper Deo clementiae vestrae mentem et orthodoxis deditam regulis, aut ignoret, aut ambigat? Quippe qui supernae dispositione providentiae, sicut pro utilitate publica augustae memoriae Marciani pariter et Leonis eruditi virtutibus, sic eorum sitis etiam ad catholicam veritatem sensibus instituti: nec cuiquam

1 Al. *vestrae*. Sane rectius.
2 Al. *fidenter*. Concinnius ad context. videtur.
3 Al. *Aegyptiae*.
4 Gen. IV, 14.
5 Cod. Vat. 3786 *nutriendae*.
6 Al. *praebuisse*.
7 Cit. cod. cum al. edit. *proficit*. Forte amanuens. mendo.

8 « Ed. probatior. *plene* ». Cont. Const. l. c. nobiscum leg.
9 Id. cod. *nonnisi*.
10 « Ita edit.; sed ope mss. Vatic. legendum est *omnimode casurorum* ». Cont. Const. l. c. Apte quidem ad syntax.
11 Ibid., cit. cod. suffragante, *aeternam.... ad ruinam*.

omnino sit dubium, pietatem tuam illorum esse fidei sequacem, quorum es successor imperii. Quae cum de vestrae tranquillitatis animo certa ab omnibus teneantur et fixa, absit ut temporibus vestris divini cultus integritas et antiquitus roborata fidei catholicae putetur interpellanda [1] sinceritas.

4. Respicite, quaeso, ad divina beneficia: et quae sint vobis collata perpendite: atque, ut haec prospera valeant permanere, propitiandum esse censete auctorem muneris, non laedendum. Inter quaslibet enim occupationes publicas a religioso principe magnopere procurandum est, quod eius protegit principatum: et praeferenda cunctis rebus est coelestis observantiae rectitudo, sine qua recte nulla consistunt. Suppetunt affatim clementiae tuae (si in palatii sui requiri mandet archiviis) cum nostrorum cocuntia definitione maiorum documenta copiosa. Neque enim conscientiam vestram latere credendum est, quae per cunctas provincias Orientis ex imperii vestri arce diffusa sunt: illa scilicet, quae vel ad augustae memoriae Marciani nihilominus et Leonis, vel ad Chalcedonensis concilii beatae recordationis praedecessor meus Leo consulta direxit: quibus ita plene atque dilucide sacramentum dominicae incarnationis exposuit, ut non modo catholicus, sed ne christianus quidem valeat nuncupari, quisquis illic et [2] redemptionis suae causas non evidenter agnoscat.

Religionis cura praecipuum principis negotium.

Christi Incarnatio per sanctum Leonem satis declarata.

5. Certe ut facilius vobis necessaria non desit instructio, earumdem exemplaria literarum ad fratrem et coepiscopum nostrum Acacium misi vestris sensibus offerenda. Haec igitur pietas tua si recensere dignetur, vel quae totius Orientis episcopi de huius praedicationis consensione rescripserint, aspiciet profecto examinata diligenter et veraciter promulgata, atque ideo pestiferae falsitatis ambagibus nequaquam debere pulsari. Quia revèra quae de scripturarum fonte purissimo sincera perspicuaque manarunt, nullis [3] agitari nebulosae versutiae poterunt argumentis. Perstat [4] enim in successoribus suis haec et eadem apostolicae norma doctrinae [5], cui Dominus totius curam ovilis iniunxit, cui se usque in finem saeculi minime defuturum, cui [6] portas inferi nunquam praevalituras esse promisit; cuius sententia, quae ligarentur in terris, solvi testatus est non posse nec in coelo [7].

Cuius scripta imperatori tradenda misit.

Eadem in Leonis successoribus doctrina.

6. Quapropter clementiam vestram, cui mea vice propensius frater et coepiscopus meus Acacius supplicabit [8], precor atque obsecro ut imitatores facti tantorum et talium praecessorum, nefandae praesumptionis operarios catholico pectore respuentes, regia censeatis potestate cohiberi. *Quisquis aliud* (sicut praedixit Apostolus), *praeterquam quod accepimus, seminare molitur, anathema sit* [9]. Nullus ad aures vestras perniciosis mentibus subrependi [10] pandatur accessus: nulla retractando quidpiam de veteribus constitutis fiducia concedatur. Quia (sicut saepius iterandum est) quod apostolicis manibus cum Ecclesiae universalis assensu acie meruit evangelicae falcis abscindi,

Haeretici principis auctoritate comprimendi.

Vetera constituta non retractanda.

1 Cit. cod. *interpolanda*.
2 Cit. cod. omitt. *et*.
3 « Quidd. edit. *nullius* ». Cont. Const. l. c.
4 « Al. *praestat*. Melius *perstat*, hoc est *perseverat* ». Cont. Const. l. c.
5 « Verba *apostolicae doctrinae* perinde accipienda sunt, ac si legeretur *Apost. Petri* ». Cont. Const. l. c.
6 Cit. cod. *quum*. Perperam ad orat. context.
7 Matt. XVI, 18, 19.
8 Cit. cod. *supplicavit*. Perperam ad ep. context.
9 Galat. I, 9, ubi apud Vulg. legitur: *Si quis vobis evangelizaverit praeter id, quod accepistis, anathema sit.*
10 Al. *subripiendi*. Mendo typograph.

vigorem sumere non potest renascendi: nec in dominicae vitis fructivam [1] valet redire propaginem, quod igni deputatum constat aeterno.

7. Si [2] haeresum denique machinamenta cunctarum ecclesiasticis prostrata decretis nunquam sinuntur oppugnatione elisa reparari certamina; ante omnia autem, quaeso, ut beati Marci Evangelistae sedes (Alexandrinam loquor Ecclesiam) a cruentissimi praedonis incubatione liberata catholico reformetur antistiti, libertatemque suam pariter recipiat et quietem. At vero impius parricida, qui divinis simul est reus legibus et humanis, reductus eodem, quo iure fuerat ante detrusus, ab innocentium nece retrahatur animarum: procul a regno pietatis vestrae funesti capitis venena discedant; quae, quoniam salutiferae praedicationis auribus obturatis, medicantia verba capere nequiverunt, ab humani conventus abducta pernicie, in virulentiae suae congrua solitudine contabescant: quo magis [3] B. Petri Apostoli voce qualiscumque sedis eius minister obtestor, ut inimicos antiquae fidei non sinas impune grassari, qui vestros optatis [4] habere subiectos; ut verae confessionis pacem cunctas Domini servare decernatis ecclesias, qui orbem vestri imperii desideratis tenere pacatum: et unicam spem salutis, quae genus hominum ad regna coelestia vitamque perducit aeternam, nulla patiamini parte violari, qui placatum Deum vel regno vestro cupitis, vel saluti.

Alexandrina Eccles. suo episcopo restituenda.

Aelurus in pristinum exitium relegandus.

Augusti praesidium in fidei hostes exorat.

Spes unica salutis religio.

Data quarto idus Ianuarias, Basilisco Augusto consule [5].

Dat. die 10 ian. an. 476.

EPISTOLA III [6].

Haereses reviviscere gravissime dolens probatam cleri CP. constantiam suis roborat alloquiis, eumque de missis ad Acacium, et imperatorem litteris instruit.

Simplicius Episcopus Presbyteris et Archimandritis apud Constantinopolim constitutis.

Per filium nostrum laudabilem virum Epiphanium litteris vestrae dilectionis serius quam voluistis acceptis [7], magno sumus dolore permoti, quod illic intra Ecclesiam Dei scandalorum recidiva nascuntur incendia, ubi toties [8] auctoritate apostolicae Sedis, et sententia synodi universalis extincta sunt. Cui namque in toto terrarum orbe cum perversitate dogmatum nefandorum Nestorii, Eutychetis, Dioscorique damnatio; cui Timothei rursus Alexandrinae Ecclesiae pervasoris non est nota deiectio? Testis est anterius [9]

Dolet haereses reviviscere.

1 Al. *fructiferam.*

2 « Ex Vigilii constituto haec restituimus: *Sic haeresum denique machinamenta cunctarum ecclesiasticis prostrata decretis numquam sinuntur oppugnatione elisa reparare certamina, ut quidem prius conieceramus* ». Cont. Const. l. c.

3 Al. *quo magis, ac magis.* Cit. cod. *quo magis pietatem tuam.*

4 Al. hic add. *hostes.*

5 « Baron. cum Binio potius *Armato Consule* ». Sed perperam, quum Basiliscus renuntiatus fuerit imperator ann. 475. » Contin. Const. l. c. Pagius legend. autumat IV Non. Iun. sc. 2 iun., ut Bollandus iamdiu fuit suspicatus. Jaffé nostr. chron. adhaeret.

6 Ex Carafa *Epist. Roman. Pontific.* tom. 1, pag. 314.

7 Cod. Vat. 5617 *perceptis.*

8 « Labb. *totius*, sed rectius *toties*». Contin. Const. l. c. Mans. ad marg. « Al. *toties* ».

9 *Anterius* vocat Ephes. concilium ad discrimen Ephesin. latrocinii. Cont. Const. l. c. Cod. Vat. 5617 *superius.*

Ab Ephesina et Chalced. synodo damnatas.

Ephesinum, testis est recens Chalcedonense concilium, quod quisquis desiderat retractari, in numero fidelium pronunciat se non haberi; cum praedictorum talis impietas, auctoribus et [1] principibus christianis, non solum ab Ecclesiae corpore, verum a coetu omnium [2] exiliis segregata diversis unitae sententiae damnatione percussa est. De quorum nihil est nunc

In quibus praesertim post luculentissimam Leonis doctrinam nil inquirendum.

errore dicendum; quia post traditionem tantorum Domini sacerdotum, qui longe ante nos in universa mundi parte has quoque haereses evicerunt [3], beatae recordationis praedecessor noster Leo multiplici sermone doctrinae quid catholicae veritatis sequatur integritas, quid detestetur, asseruit. Hac eruditione fundata, non contentione opus est, ut adhuc tamquam de dubiis iudicetur. Sed sicut

Clerum Constantinopolit. in proposito confirmat.

dilectionem vestram gaudemus facere, firmis contra deiectos state vestigiis: nec vos adversarius terreat, aut tardam putetis desuper venire victoriam. Cadere didicit, qui resultat. Breviter haec ad consultationem, imo etiam consolationem vestrae scripsimus caritati, volentes aliquos, quemadmodum cupitis, pro causae necessitate dirigere, nisi ad omnem plenitudinem non iam defendendae, quae

S. Leonis doctrina sufficiens haeres. exitium.

solide [4] iacta est, fidei, sed repellendis haereticis atque damnatis illa sufficerent, quae etiam ad sanctae memoriae Flavianum, atque ad sanctam Chalcedonensem Synodum, vel ad augustae recordationis Marcianum ac Leonem, beatae memoriae antecessorem meum scripsisse retinetis, atque totius Orientis episcopi rescriptis ad principem tunc Leonem propriis intimarunt. Unde insolubile esse non du-

Ab universis episcop. definita nondum dissolvenda.

bium est, quod vel ante decreverunt in unum convenientes tot Domini sacerdotes, vel quod singuli per suas ecclesias constituti, eadem nihilominus sentientes, diversis quidem vocibus, sed una mente dixerunt, damnantes errorum execrabilium auctores pariter et sequaces. Quapropter inter tot formas, quae erectae sunt, praedicandi, non assertione nova, sed constantia nitendum est. Iam probatum est quid (Domino vos iuvante) profecerint

Huius in Aelurum fortitudo.

labores vestri: Deo placitus fructus ostendit, quando eius domum, vobis obsistentibus, latroni introire non licuit, qui, nonnullis occurrentibus sibi, latentes adhuc forsitan sui similes publicavit: non enim iunguntur bona pessimis, recta perversis, nec possunt salutaria coire cum noxiis; quia luci communio nulla cum tenebris, nec infideli portio cum fideli. Unde necessario damnatorum comitabuntur exitum,

Perversorum comitantur exitum qui talium delegere consortium.

qui talium delegere consortium: nisi forte resipiscentibus animis, et maxime qui nuper decepti sunt, videntes in quae abrupta sunt ducti, ad splendorem verae fidei discussa conferant se nube mendacii. Quod apostolicae Sedis pietate ut provenire possit optamus, quia vitam in Do-

Ad Acacium et imperatorem datae litterae.

mini voluntate cognoscimus, ad christianissimum quoque principem vel ad fratrem et coepiscopum nostrum Acacium competentia simul scripta direximus, cuius accusandum silentium non putamus: quia scientes fidem probatissimi sacerdotis, certum tenemus suum non esse quod tacuit. Ut autem plenius dilectio vestra cognoscat nostrarum, quas ad christianis-

Quarum nonnulla exemplaria clero Constantinopolit. se misisse innuit.

simum principem misimus, seriem litterarum, exemplaria, internuntio, quem misistis, redeunte, direximus.

Data tertio idus Ianuarii, Consule suprascripto.

Data die 11 Ian. an. 476.

1 Cod. Vat. 3786, 5617 *auctoribus etiam principibus*.

2 Iid. codd. *hominum*. Forte amanuens. mendo.

3 Cod. Vat. 3786 *revicerunt*.

4 Al. *solidae*. Certe mendo typograph.

EPISTOLA IV[1].

Vult se sollicitus ne quid contra Chalcedonense Concilium ab haereticis agatur, Acacium rogat, ut apud Augustum pro canonum custodia vehementer instet.

Simplicius Episcopus Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Simplicii erga fidem sollicitudo.

Cum filii nostri illustris vir Latinus patricius, et spectabilis Madusius pro legatione publica mitterentur[2], negligere non potuimus, quod omni intentione curamus. Proxime namque cum presbyterorum et monachorum de Timotheo olim ab universali Ecclesia separato querela venisset, tam christianissimo principi, quam dilectioni tuae scripsimus, ut modis omnibus resistatur[3], ne quid haereticorum contra Chalcedonense Concilium moliatur audacia, frater carissime: et dilectionis tuae laudando constantiam, multum nobis, imo ipsi Domino placere memoravimus, quod damnatum hominem non solum fidei, sed etiam parricidii causa[4] nullam Constantinopoli Ecclesiam introire permiseris; quod nunc iterum commonemus, ut cum ad dilectionem tuam eadem scripta pervenerint, imo etiam donec veniant, apud christianissimum principem etiam nostro nomine agere suppliciter atque insinuare non desinas, ut quae toties et bene statuta sunt, nulla obreptione violentur: quia regni eius certum et singulare est firmamentum vero atque aeterno regi congregatorum in causa fidei divino Spiritu sacerdotum illaesum conservare concilium.

Haeretic. ausibus resistendum.

Et imperator pro Chalced. synodi custodia exorandus.

Inviolata religio regni firmamentum.

Mens. Ian. ann. 476[5].

EPISTOLA V[6].

Zenoni de recuperato imperio gratulatus illum vehementer hortatur, ut catholicam fidem, cui potissimum eius triumphus est tribuendus, ab haereticorum pravitate vindicet.

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

Imperatoris triumphus divinae providentiae specialiter tribuendus.

Inter opera divinae providentiae, quae pia semper et iusta sunt, nostris quoque temporibus eloqui potentias Domini vix quaelibet humana lingua sufficiet. Quis etenim valeat vel cogitatione complecti, vel voce depromere quod in ipso utriusque rei laborantis articulo et votis publicis[7] religionis sanctae reddidit vos quieti, nisi quod tanti consideratione miraculi clamandum est cum propheta: *Haec est mutatio dexterae Excelsi*[8], quae exaltantes semetipsos potenter humiliat, et humiliantes se clementer exaltat?[9] In quibus etiamsi dispensationis supernae sagacius

1 Ex Migne *Patrol. Curs. complet.*, t. LVIII, col. 42.

2 Publicam innuit legationem, quam Odoacer ad Zenonem, misit. Sev. Vid. Bin. ib. not. 3.

3 Al. *resistat*. Perperam, ut videtur.

4 « *Non solum ob fidei, sed etiam parricidii causam* ». Cod. Vat. 5617.

5 Cont. Const. l. c. hanc ep. proximam retinet super., ac proinde idem temp. designat.

6 Ex Caraf. *Ep. Rom. Pontif.* tom. I, p. 315.

7 Contio. Constant. l. c. cum cod. Vat. 1344 *et votis publicis, et religionis sanctae reddidit vos quieti*. Recte quidem.

8 Psalm. LXXVI, 11.

9 Quum Zeno scelestissimum Timotheum contra univ. Eccl. vota ab exil. revocasset, Dei iudicio factum est, ut Basiliscus in imperium irruens, eo Zenonem compelleret, unde hic execrandum haeretic. abduxerat. Postea vero imperator, Basilisco devicto, ad imperii fasces rediit, et illico Pontifici scribens fid. cathol. professionem integerrimam edidit. Bin. apud Migu. l. c.

Quo Dei consilio adversitates.

mensura libretur, profecto evidenter apparet, ideo [1] perfidorum irrepsisse perniciem, ut fides clementiae tuae etiam inter adversa probaretur, quantoque magis rebus urgeri crederetur infestis, tanto clarius vestra magnanimitas immineret: atque ob hoc mansuetudinis vestrae de Constantinopolitana urbe provenisse discessum, ut universorum desideriis expetiti gloria maiore rediretis; ut ex contrariorum periculis, quod in vobis esset, cunctis utile nosceretur. Davidicae nimirum illius virtutis exemplo, qua singulari patientia cedens paullulum furoribus parricidae, continuo victoriam [2] populorum precibus imploratus praestantiore [3] fastigio est reversus in regnum.

Imperatoris causa cum fidei causa connexa.

Laetare igitur, venerabilis imperator, eos fuisse tuos hostes, qui extiterunt Divinitatis inimici: atque [4] gaude cum Ecclesia laborasse, et cum fidei catholicae libertate imperium restitutum [5]; atque ut in omnibus doceas, causam tibi cum Deo esse communem, cuius [6] ope viriliter fretus insiste, ut per quem publicos incubatores subegit [7], Ecclesiae quoque depellat tyrannos. Sicut enim pietas vestra merito recteque confidit, illo nos tempore nihil aliud Deum nostrum suppliciter implorare, quam ut nobis Romani Imperii praesules, quales nunc loquimur, redderentur; ita expectari cernis, ut huiusmodi vos esse ipsorum actuum qualitate monstretis.

Haec itaque totis viribus defendenda.

Respicite, quaeso, augustae memoriae Marciani atque Leonis omni mundo conspicuam [8] catholica devotione constantiam; et salubri consideratione perpendite, cum in eodem loco stare nequiverint, qui ab eorum rectitudine deviarunt, successorem regiae potestatis legitimum, ac divinitus attributum eum fore sine dubio, qui illorum fidei perstiterit imitator. Debes, gloriosissime et clementissime fili imperator, augustae memoriae tantorum virorum taliumque reverentiam, debes vices [9] muneribus Dei. Ille te ad istorum reduxit imperium: tu Deo istis similem redde famulatum.

Sic Dei muneribus respondendum.

Et quia haec, beato apostolo docente nos Petro, mea nuper humilitate praedicante, refutata sunt a casuris, Deo fautore, proficiant in regni soliditate mansuris. Ego quidem literis, quas vestra clementia destinavit, pignus immensum [10] venerandae religiositatis accipiens, et ingenti gratulatione respiro, et omnino non ambigo mentem vestram in rebus divinis gesturam longe potiora quam cupio: sed mei memor officii, in hanc partem clementiam tuam ideo prolixiore hortor alloquio, quia imperii tui pariter et salutis affectu, illis te causis inhaerere semper exopto, quibus solis et praesentis regni stabilitas custoditur, et aeterni gloria comparatur.

Ex imperatoris litteris optime auspicatur.

Unde ante omnia precor, ut Alexandrinam Ecclesiam non minus a funesto, quam ab haeretico pervasore clementiae vestrae dispositionibus liberatam, catholico ac legitimo restitui censeatis antistiti; eisque etiam, quos temeritate diabolica diversis ecclesiis ordinasse perhibetur, eiectis [11], rectae fidei subrogari constituatis episcopos: ut sicut rempublicam vestram a tyrannica dominatione purgastis, ita ubique Ecclesiam Dei ab haereticorum latrociniis atque contagiis exuatis; nec id potius

Petit igitur ut Alexandr. Eccl. legitimo antistiti restituatur.

1 Plur. nn. codd *et ideo*.
2 Contin. Const. l. c. cum codd. Vat. 1344, 5617, *continuo victor iam populorum precibus imploratus*.
3 Cod. Vat. 1344 *praestantiori*.
4 Cont. Const. l. c. et al. cod. *teque gaude*. Melius videtur.
5 Cod. Vat. 1344 *imperio restitutum*.
6 Cont. Const. cum plurib. nn. codd. *cius*. Recte quidem.
7 Al. cod. *subigit*.
8 Cod. Vat. 1344 add. *in*.
9 Duo nn. codd. *vicem*.
10 Cod. n. 1344 *immensae venerandae religionis*. Perperam.
11 Cod. cit. 1344 *reiectis*.

praevalere patiamini, quod iniquitas temporum, et eos [1] quos non solum vestro imperio, sed et in Deum quoque rebellis spiritus concitavit; quam quod tot tantique pontifices, et cum egregiis orthodoxisque pontificibus universalis ecclesiae decrevit assensus. Chalcedonensis Synodi constituta, vel ea quae beatae memoriae praedecessor meus Leo apostolica eruditione perdocuit, intemerata vigere iubeatis; quia nec ullo modo retractari potest, quod illorum definitione sopitum est, nec ullatenus recipi toties uno undique ore damnatus [2]. Ipsa est quippe, sicut experti estis, catholica fides, quae potentes de sede laesa [3] deposuit, et exaltandos humiles custodita servavit. Quare satis agendum est pietati tuae, ut qui huius tibi auctor est doni, sit ipse etiam [4] propagator.

Et Chalced. synodus custodiatur

Laesa fides potentes deiecit, illaesa servat.

Data VIII idus Octobris post consulatum Basilisci et Armati [5].

Dat. die 8 Octobris an. 477.

EPISTOLA VI [6].

Ad res Ecclesiae restituendas invocatum imperatoris praesidium significat, de quo optime sperat; Antonium et Ioannem praecipuos haeresum auctores anathemate percellit; Episcopos demum Constantinopoli degentes diutius e suis sedibus abesse prohibet.

Dilectissimo fratri Acacio Simplicius.

Res Ecclesiae orientalis.

Literis tuae dilectionis, quas per filium nostrum Epiphanium diaconum probatae fidei direxisti, ea quae strictim religiosissimi viri filii nostri presbyteri, archimandritae cum monachis vel ante scripserant, latius indicasti, et prolixo quidem volumine, sed sermone necessario retulisti; ut quid vel Constantinopoli, vel in aliis regionibus ab haereticis gestum disceremus: ac singula quae contra ecclesiasticas regulas, et contra ipsam catholicam fidem ubicumque commissa sunt, ante nostros oculos collocasti; quatenus videatur quo etiam remedio subveniretur ecclesiis, quibus vim sub occasione tyrannicae dominationis et per absentiam christianissimi principis perniciosus latro, et recidivus invasor Alexandrinae Ecclesiae lapsus [7] exiliis irrogavit. Unde unicum post Deum, qui Ecclesiam et rempublicam consolatione mirabili visitavit, etiam si hoc fieri minime postulasses, clementissimi imperatoris auxilium duximus implorandum; ut pro omnibus, quae regno eius Dominus tribuit, ne ulterius in orbe terrarum, quas subditas suo cognoscit imperio, Ecclesiae Dei ab haereticorum contagione et pravitate violentur, sed doctrinae diabolicae praeceptione pietatis ipsius praestentur immunes: ut ii, qui sibi crediderint sacerdotale ministerium damnati hominis praesumptione conferri, promulgata imperiali constitutione, etiam a conventu hominum segregandi iubeantur excludi; quatenus his submotis, atque in solitudinis perpetua relegatione damnatis, antistites catholici deceptis vel reddantur ecclesiis, vel creentur. In quo nec nostrae

Pro quibus imperat. auxilium invocatum.

1 *Eos* deest in codd. nn. 3786 et 5617. Cont. Const. l. c. legunt *et eos, quos non solum in vestrum imperium*. Sane ad orationem aptius.

2 Cod. n. 1344 *totius catholicae veritatis uno undique ore damnatum*. Inepte ad context, hic enim Timotheus innui videtur.

3 « *Laesa* ad verba *catholica fides* refertur, non vero ad *sede* ». Ita Contin. Constant., ut omnis ambiguitas tollatur. Et quidem recte, uti liquet e verborum anthitesi.

4 In duob. nn. codd. *etiam* desideratur. Minus bene.

5 Quidd. septimo; al. nono die Octobr. Vid. Labb. Cit. autem cod. 1344 sic habet: *Data VIII id. Aprilis post consulat. Basilisci Aug.*, sc. 6 April. ann. 477. Jaffè op. c. nostrae lectioni consentit.

6 Ex Mansi *Collect. Concil.* tom. VII, col. 995.

7 « *Elapsus* ». Contin. Const. loc. cit. Recte quidem.

De quo optime confidit.

preces apud religiosissimum principem, nec dilectionis tuae suggestio, aut tantorum fratrum nostrorum, quos advenisse Constantinopolim reperimus, imploratio sacerdotum, aut supplicatio monachorum laborare poterit. Quin quidquid ad integritatem catholicae fidei pertinet, in qua ecclesiarum est constituta securitas, regressu pietatis suae, Domino se ubique prosequente, omnium praeveniens vota

Facilis impetrandi gratia, ubi religionis est causa.

restituit: et apud mentem christianissimam facilis est impetrandi gratia, ubi religionis est causa. Sicut ergo literis nostris, ita tuae dilectionis, vel omnium fratrum, qui se ad documenta fidei suae christianissimi principis praesentavere conspectui, suggestione repetendum est, ut

Haereticorum expulsio ab imperat. enixius imploranda.

Timotheus cum sequacibus suis ad irremeabile dirigatur exilium. Cum quo Paulus ab Ephesina Ecclesia et Petrus ab Antiochena civitate depulsus, atque omnes qui ab eo se, vel ab his, quos illicite fecerat, aestimant episcopos ordinatos, eadem debent lege percelli. De Antonio

Antonius et Ioannes anathemate perculsi.

autem, qui eorum, quos contra Ecclesiam tyrannos [1] miserat, antesignanus existens, sicut scriptum est, inimicus et defensor apparuit: de Ioanne quodam Constantinopolitano, qui ab haereticis Apamenum sacerdotium, quod ei, qui presbyter aliunde fuerat, vel a catholicis sumere non licebat, se haereticum publicavit et, quod in se perperam factum est, improperium retorsit in auctorem, expellens ab Antiochia Petrum pervasorem ipsius, eamdem ecclesiam ipse pervasit, sub anathemate a christianorum consortio vel ipsa appellatione removemus; nec unquam his satisfactionis patefaciendus est locus. Quia, sicut Iudas inter Apostolos, ita isti inter ministros Dei subdola, et diabolici spiritus fraude latuerunt. De

De fide populi Constantinopolitani laetatur.

christiani quoque populi fide et devotione gaudentes, profectum eius et multiplicationem Deo iugiter supplicantes expetimus; ut in timore atque amore Domini perseverans, et numero augeri, et coelesti mercatur protectione muniri. In quo maxime gloriamur, et Deo nostro gratulabimur complacere, quia pastoralem respicit fructum religiosi ovilis augmentum. Diu autem fratres et coepiscopos nostros apud Constantinopolim non con-

Episcoporum e suis sedibus absentia, maxime persecutionis tempore, non permittenda.

venit demorari: nunc praecipue, cum propter concussionem persecutionis, quae mota fuerat, sollicitae atque attonitae sunt in suprascriptis ecclesiis civitates: ne aliquis [2] dubius rationis et trepidus mentis expectet novi aliquid post Chalcedonense Concilium contra definitiones ipsius retractari; quia per universum mundum

Immutabile quod est ab oecumen. concilio constitutum.

insolubili observatione retinetur, quod a sacerdotum universitate est constitutum, et, sicut apparuit, coelestis toties ultionis assertione firmatum. Unde divino iudicio reluctatur quisquis eiusdem venerabilis definita Concilii post tot divinae indignationis exempla non sequitur [3].

EPISTOLA VII [4].

Acacio gratulatur de pace Alexandrinae Ecclesiae restituta, eumque monet, ut Timotheum Solofaciolum sedi suae redditum consiliis adiuvet.

Simplicius Episcopus Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Orationis efficacia.

Quam est efficax supplicantium Domino perseverantia sacerdotum, et quam

1 « Melius *tyrannus*, sc. *Basiliscus* ». Contin. Const. l. c.

2 Ita et al. Contin. Const. l. c. potius *nec*, vel *neque aliquis*.

3 Labb. tom. VI Concil. pag. 1039 post omnes Simplicii epistolas hanc collocavit. Idque Pagius probe respuit, qui in observat. ad ann. Christi 477 eam ad priores mens. ann. 478 referendam esse ostendit. Cui sententiae accedit Jaffè op. c., pag. 50. V. Migne *Patrol. Curs. complet.* t. LVIII, col. 61.

4 Ex Carafa *Ep. Rom. Pontif.* tom. I, p. 316.

iucundo gratuletur affectu[1] studium, quod defensioni fidei sinceris mentibus exhibetur, literis tuae dilectionis agnoscitur[2], quando post tanta certamina, quibus Dei misericordia in causa propriae religionis famulos et ministros suae constituens potestati[3], probatissimos sibi fecit esse victores. Siquidem Alexandrina Ecclesia

Gaudet de restituta pace.

divino tandem iudicio liberata, in consortium communium nos advocans gaudiorum, eum qui ab haeretico fugatus fuerat, ad eius sedem rediisse testaris. Unde animis exultantibus ad universalis Ecclesiae quietem Christo Deo nostro pro salute primum fidelissimi principis supplicamus, cui pro devotione, quae cunctos antevenit sacerdotes, pietas haec divina concedit, quae nos liberos pro populis christianis apud omnipotentiam coelestem praestat interpretes. Sicut ergo

Timotheus suae sedi redditus commonendus.

in reditu fratris et coepiscopi nostri Timothei gratulamur, ita eum, commonente dilectione tua, cupimus irreprehensibilem reperiri; quia meministi hoc, eum iamdudum fidelis praesulis non habuisse constantiam, quando ei, ut damnati Dioscori nomen inter altaria recitaretur, extortum est.

Data tertia idus Martii, Ill. v. c. consule[4].

Dat. 13 Martii, an. 478.

EPISTOLA VIII[5].

Zenoni de Timothei redintegratione gratias agit, eumque rogat, ut Petrum Moggum Alexandrinae Ecclesiae perturbatorem expelli iubeat.

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

Datas litteras commemorat.

Per Petrum virum spectabilem comitem Placidiae nobilissimae foeminae[6] olim divinorum exultatione munerum, triumphalis in Domino regni vestri gloria dilatatur[7], cum universalis ecclesiae gaudio mediocritatis meae literas obtulisse meminerim[8]; nec inter universos catholicae fidei sacerdotes opera Domini nostri[9] vel solus potui tacere, vel primus: quia secundum beatum Paulum Apostolum ecclesiarum omnium curam sustinens[10] mihi summam gaudii de red-

Cura universalis Ecclesiae credita Pontif.

1 Codd. Vat. 3786, 5617 *effectu*. Ad orat. context. aptius videtur.

2 Cod. 5617 ad margin. *agnovi*.

3 Id. cod. *suae constituens potestatis*. Forte mel.

4 In edit. rom. constanter exhibetur *Ill.* veluti pronomen, quo veteres uti solebant loco nominis proprii. Apud recentiores littera *N* usitatior. Non est autem obliviscendum, consulem quemdam vixisse nomine *Illus*, qui in vulgatis exemplaribus ut plurimum *Ellus* legitur, licet inscriptum *Illus* ubique in mss. occurrat, vel consent. graec. scriptoribus. Ita Contin. Const. l. c.

5 Ex Mansi *Collect. Concil.* tom. VII, col. 984.

6 Tillemont. *Mémoir pour servir à l'hist. eccl.* not. 11, vol. 16, edit. ven. 1732, animadvertens, omnes Simplicii epistolas de rebus Orientis haud parum esse corruptas, autumat huius epist. initium desumendum esse a verbis *Olim divinorum*, quum praecedentia tabellarium designent. Huic sententiae Contin. Constant. op. cit. et cod. Vat. 5617 accedit, qui verba *Per Petrum*, etc. intra parenthesim concludit. Porro haec verba, quae periodum haud parum implicant, ibi sunt, ubi tabellarii nomen non raro inscribi solet.

7 Ita edit. cum cod. Vat. 3786 et 5617: *dilatata* vero leg. Cont. Const. loc. cit. iuxta al. mss. Vat.

8 Cod. Vat. 5617 *mediocritatem meam litteras obtulisse memini*. Innuit autem ep. suam a nobis positam sub num. v, pag. 213 col. 1. Caeterum periodus satis implexa clarior fiet, si variantes editiones probe connectens, ita legas: *Per Petrum virum spectabilem comitem Placidiae nobilissimae foeminae, olim divinorum exultatione munerum triumphalis* regni *vestri gloria dilatata, cum universalis ecclesiae gaudio mediocritatis meae litteras obtulisse memini*. Vel potius, puncto affixo post voc. *foeminae*, epistolam ita incipias: *Olim divinorum*, etc.

9 Duo nn. codd. *Dei nostri*.

10 II Corinth. XI, 28.

dita pro clementia vestra earum quiete specialiter vindicavi, quod vos divinitatis auxilio, deiectis religionis et regni hostibus, meruerimus habere victores, et in uno eodemque proventu, Christo in nobis ubique vincente, et cultus verae fidei, et status est reparatus imperii: quod utrumque ideo fuerat (diabolo se ad tempus interserente) turbatum, ut, alterutrius adversariis dissipatis, praeconia fierent maiora vincentis; unde tam praeclarae fructum virtutis adeptus cum laetitia universalis ecclesiae nunc quoque [1] sine cessatione facio; tacere non possum gratias sine dubio perennes, quod antiquae veraeque fidei in fratre et coepiscopo meo Timotheo Alexandrinam Ecclesiam reddidistis, cuius ad me nuper literae commeantes[2], expulsa profanitate Eutychetis atque Dioscori damnatorum, ad regendos orthodoxos beati Petri et evangelistae Marci sedem (quod ante compertum est) se recepisse commemoravit; incitans nos volentes, ut haec ipsa pietatis vestris [3] sensibus referremus. Ut ergo tranquillitas vestri perpetua et fixa sit regni, quietem, quam cunctis in memorata ecclesia praestitistis, pervigili protectione custodite [4], et quod iuvante vos Domino pro innocentium fecistis salute animarum, religiosiore studio et diligentia attentiore protegite: quia non minoris est gloriae, quod condideris servare, quam concedere [5]; et omnibus est probatum, tantum vobis divini favoris impensum, quantum christianae religioni a vestra pietate est sedulitatis exhibitum. Et quamvis in omni parte regni sui profutura divino cultui providentia vestra non desisteret [6] curis publicis tranquillitatem ecclesiae praeferre; precor tamen, ut quod per nos serio postulat, imo quod ipsi specialius supplicamus, Petrum Alexandrinae Ecclesiae pervasorem, et ob hoc iure damnatum, quia moliri quaedam latens in Alexandrina (sicut ad nos scriptum est) civitate contra haec, quae a vobis sunt statuta, memoratur, ad exteriora transferri piissima praeceptione iubeatis; ne aliquos modicae fidei (quod facere perhibetur) inficiat, et ad perversitatis suae instrumenta traducat. Longe sint ab innocentibus perniciosa contagia, ut per vos intra dominici gregis ovile sit sinceritas, quam sola tenere potest imperialis auctoritas [7].

De Timotheo suae sedi restituto gratias agit — *Orat, ut Ecclesiae pax custodiatur.* — *Et Petrus longe amandetur.*

EPISTOLA IX [8].

Scribit, Timotheum Alexandriae episcopum a se veniam petiisse, quod terrore perculsus Dioscori nomen inter altaria recitasset; lapsorum autem resipiscentia valde recreatus Acacium rogat, ut imperatoris animum ad tuendam pacem acrioribus studiis foveat, et promptis literis curam suam sublevet.

Simplicius Episcopus

Acacio Constantinopolitano Episcopo [9].

Quantos et quam uberes fructus constantiae Dei [10], et devotarum circa religio-

Constantiae in fide qui fructus.

1 Duo nn. codd. *nunc quoque, quod sine cessatione facio, tacere non possum*, etc. Ita quidem sensus restituitur.

2 Forte legendum: *commearunt, quibus, expulsa....*

3 Al. *pietatis vestrae sensibus*. Rectius, ut videtur.

4 « Concinnius in mss. Vat. *munite* ». Cont. Const. l. c.

5 Mansi l. c. ad marg. *condere*. Cui iure adhaeret Baronius cum Cont. Const. et probat. codd. Vat.

6 « *Desistet* ». Codd. Vat. 3786, 5617, et Cont. Const. l. c. Ad context. forte melius.

7 Dat. *Illo* cons., scilicet an. 478 iuxta Jaffè l. c.

8 Ex Carafa *Epist. Rom. Pontif.* t. I, pag. 318.

9 Codd. Vatic. 3786, 5617 addunt *Per quem supra*. Porro h. ep. tabellarius fuit Petrus comes, ut ex eius contextu colligitur.

10 Codd. cit., et Cont. Const. legunt *constantia fidei*. Recte quidem.

nem catholicam mentium semper habeat fortitudo, labor tuae dilectionis et eorum, qui pariter repente diabolo iamdudum turbantur [1], ostendit. Nam cum Christi inimicus et regni christiani semper aulam [2] mox casurus invaderet, atque impia persecutione fideles Domini plebemque concuteret, oratione atque vigiliis sacrilega tentamenta superavit [3], et se victoria coelestis eo usque provexit, ut regressu religiosissimi principis Ecclesiae quoque Alexandrinae catholicus redderetur antistes, de quo mox cum exultatione divinae gratiae gaudia nostra contulimus, et mutuis nos litteris [4] fecimus gratulari. Et licet laetitiae ipsius numquam sui defuerit plenitudo, tamen frater et coepiscopus noster Timotheus persecutione probabilior factus, pristini non immemor instituti per fratrem et coepiscopum Esaiam et filios nostros Nilum presbyterum et Martirium diaconum Alexandrinae Ecclesiae solemnia scripta direxit, quibus et illud, quod ante perterritus de Dioscori nomine fecerat, se destruxisse memoravit, et remissionem ipsius erroris expetiit, nosque de quiete fecit Ecclesiae gratulari. expertus erga se quantum nobiscum tua charitas videt; quod in eo tunc reprehendimus non inultum, et reconciliatum sibi nunc divinae miserationis affectum, frater carissime, memoratis in urbe, quae mox venerant [5], constitutis, occasionem filii nostri Petri viri spectabilis, comitis, quasi ex sententia proficiscentis, amplexi tam nostro proposito, quam petitione fratris et coepiscopi nostri Timothei, legatorumque ipsius precibus idipsum ad tuam voluimus pervenire notitiam, ut etiam nunc communium fieres particeps gaudiorum, et in praedictae Ecclesiae tranquillitate (quemadmodum diximus) laboris tui nobiscum carperes fructum, et christianissimo et clementissimo [6] principi nostras litteras offerens super hac etiam re, ut et ipse quoque devotionis et fidei propriae donis se Deo protegente, laetetur, atque insistente charitate tua acrioribus studiis, catholicae religionis salutaria scripta mittendo, munire dignetur Ecclesias, ne (sicut experti sumus) in aliqua religione [7] antiquus ille serpens toties excisi capitis virus effundat, et inficiendi aliquos occasionem (quod absit) rursus inveniat; provida praeceptorum suae pietatis ordinatione disponat, religiosis et, sicut evidentius approbavit, Deo se commendantibus legibus sanciat, ne vel in tenebris delitescant, et improvisi ambulantes in luce percutiant, et his, quos in fide pauperes esse repererint, (quod propheta testatur) insidietur ut rapiat [8]. Petrum maxime, qui nonnullarum domorum, suique similium latebris confovetur, et quem zelo fidei ab episcopatu constituit submoveri, in exteriores terras abiici, sicut et nos pietati eius scripsimus [9], ad ecclesiasticam pacem speciali praeceptione decernat; quia rursus asseritur aliqua contra dispositionem fidei ipsius sine cessatione moliri. Quia igitur haec opportunitate perlatoris fidissimi nos oportuit indicare, et specialius admonere, hortamur, ut cum

Timothei supplicantes litterae.

Apud imperatorem pro pacis firmitate acrius insistendum.

Petrus procul abiiciendus.

Celeres petit epistolas.

1 *Turbabantur* in codd. n. Ad context. aptius videtur.

2 Cod. Vat. 3786 *Christi inimicus, et regni Christianam semper aulam.*

3 Subintellige *labor tuae dilectionis*, etc., de quo supra.

4 V. ep. VII Simpl. pag. 216, col. 2.

5 Baron. *qui mox venerant*; at Concil. edit. et Const. Const. nostram lect. sequuntur.

6 « Apud Labb. *eminentissimo*, » mendo, ut videtur, typograph. Contin. Const. l. c.

7 « Mansi *Collect. Concil.* tom. VII, col. 985 ad marg. Forte *regione*. » Cui adhaerent Baron., Const. Const. et Cod. Vat. 3686; et quidem ad sensum apte.

8 Psalm. X, v. 10; iuxta Haebr. v. 9. Hic autem legendum *insidientur, ut rapiant*. Const. Const. loc. cit.

9 Vid. super ep. VIII, pag. 217 col. 2.

internuntius remeare coeperit, vel si qua forsitan altera occasio reperietur[1], quamprimum nos facias certiores, et curam nostram sublevare deproperes. Ut autem perfecto gaudio gauderemus, idem frater et coepiscopus noster Timotheus exemplum libelli satisfactionis eorum, quos a catholicae fidei veritate Timotheus et Petrus utrique[2] damnati damnationis terrore traduxerant[3], veniam postulantes ad nos pariter destinavit, sacerdotali pietate lapsis subvenire desiderans; quod divinae miserationis intuitu, quae neminem vult perire, refutabile non putamus[4].

Lapsorum resipiscentia.

EPISTOLA X[5].

Superioribus litteris commemoratis, vehementius urget, ut Petrus ab Alexandrina regione expellatur.

Simplicius Episcopus Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Priores litteras paucis perstringit.

Proxime quidem dilectioni tuae, petentibus his, qui ad nos a fratre et coepiscopo nostro Timotheo Alexandrinae Ecclesiae antistite directi fuerant, commune gaudium litteris indicavi[6], et de fructu piissimi operis, quod catholicus memoratae Ecclesiae sacerdos est restitutus, pariter nos gaudere memoravi; quod nunc quoque significare properavimus, ut agnoscas[7] gaudia silentium non amare. Unde semper exultans et orationum communium cupiens vota sociari, hortor, frater carissime, ut rebus per clementissimum et christianissimum principem Deo auctore compositis, diligentiae sollicitudo non desit; sed Petrus ab indebito sibi honore deiectus, in Alexandrina regione non sinatur habitare, sed procul extra terminos patriae, sicut etiam nos poposcimus, frequenti eum postules suggestione relegari, ne quos imperitorum pravitatis suae persuasione seducat, et a catholicae tramite veritatis avertat. Quidquid autem de religiosissimo impetrabis imperio, cura tuae dilectionis ad meam notitiam faciat pervenire, et nos actuum ad custodiam evangelicae doctrinae pertinentium det esse consortes.

Instat ut Petrus ablegetur.

Data decimosexto kalendas Novembris, Ill. viro clarissimo consule[8].

Dat. 17 Octobris, an. 478.

EPISTOLA XI[9].

Imperatoris religione laudata, eum rogat, ut praesertim Timotheum Alexandrinae Ecclesiae opera sua redditum tueatur, et Petrum procul relegandum decernat.

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

Proxime quidem cum ad urbem frater et coepiscopus mediocritatis meae Timotheus Alexandrinae urbis antistes novato more misisset, victoriam vestrae fidei in eius restitutione cognovi. Pietate enim vestra fulta divinitatis auxilio et imperii tranquillitas, et catholicae religionis splendorem suum, scandalorum nube discussa, recepit integritas; de quo me gratias post Deum clementiae vestrae egisse reminiscor[10], et nunc quoque cultum vestro regno debitum silere non potui, ne quodammodo viderer ingratus, si vobis

Zenonis religio.

1 « *Reparitur* ». Cit. codd.

2 Cod. Vat. 3686 rectius *uterque*.

3 Forte ita legendum, ut sensus habeatur: *quos a catholicae fidei veritate.... abduxerant, damnationis terrore veniam....*

4 Dat. *Illo* cons., sc. anno 478 iuxta Jaffè l. c.

5 Ex Caraf. *Epist. Rom. Pontif.* t. I, pag. 320.

6 Vid. praecedent. ep.

7 Sic et nn. codd. Quidd. adit. *agnosceres*, sed perperam.

8 V. not. 4 ad ep. VII pag. 217, col. 1.

9 Ex Carafa *Epist. Rom. Pontif.* tom. I, pag. 320.

10 Scilicet in epist. VIII, pag. 217, col. 2.

qualibet opportunitate vel imperii vel Ecclesiarum laudare desisterem tot triumphos. Exhibens ergo debitae venerationis officium precor, ut studiosius circa universos rectae fidei sacerdotes, et maxime circa Alexandrinum episcopum, cuius certaminis et testes fuistis et iudices, protectionis impendatis auxilium, et decernatis piissimis [1] constitutis, Petrum sedis ipsius pervasorem (cui nec in diaconatu suus potuit ordo constare) longius a tam praeclara civitate relegari, ne infirmiores [2] fidei aliquos forte seducat, et in eadem Ecclesia (quod absit), quae sopistis scandala, rursus exagitet. Probastis, in corpore illum vobis dexterae suae dedisse praesidium, qui ad totius orbis gaudium, et in Ecclesiae universalis exultationem in vestra clementia Romanum servat imperium.

Et praesertim Timotheum commendat.

Petrus procul arcendus.

Data decimo kalendas Novembris, Illo viro clarissimo consule [3].

Dat. die 23 Octobris, an. 478.

EPISTOLA XII [4].

Zenonis sollicitudinem commendat in his puniendis, quae Antiochiae fuerant perpetrata; impensius Petri exilium exposcit; et quietis amore ductus Antiocheni antistitis electionem Nicenae synodo obnoxiam ratam habere non abnuit.

Simplicius Episcopus Zenoni Augusto.

Zenonis in puniendis sceleribus sollicitudo.

De Ecclesia Antiochena venerandos mihi semper vestrae pietatis apices gavisus accepi, quibus, ingenito vobis studio catholicae religionis, post defensionem fidei, quae vos servat ac custodit, impietatis audaciam et facinora apud Antiochiam perpetrata coercita reperimus. Exultantes, vobis inesse animum fidelissimi sacerdotis et principis, ut imperialis auctoritas et iuncta christianae devotioni acceptabilior Deo fieret, et appareret integritas, eum hi, qui in episcoporum neces sacrilega caede versati sunt, dignis iubentur [5] perire suppliciis; in quo et quieti Ecclesiae et vestro consuletis [6] imperio: quia vindicata Dei contumelia ulciscentis est gratia, et conciliatur his divini favoris auxilium, quorum cura sacrilegium non reliquerit impunitum. Sed, ut loquar fiducialiter [7] principi christiano, si praeteritarum litterarum, quas de Petri aliorumque nomine iamdudum ad fratrem et coepiscopum meum Acacium scripsisse memini [8], ordo teneretur, ad hoc non potuit pervenire, quod iure nunc meruit vindicare. Mandaveram namque, ut facta suggestione pietati vestrae, praedictus, ut et caeteri, qui per occasionem tyrannicae dominationis invaserant Ecclesias Dei, extra metas vestri pellerentur imperii, ne pestiferis sensibus [9] quibusque simplicioribus ore sacrilego virus infunderent, et verbis impiis contra fidem orthodoxam innocentiores animas sauciarent: quod [10] tum apparet, cum minus ista curantur, et levia esse creduntur; actum est, ut (quemadmodum perhibetis) inter altaria, non iam plebs persuasionibus eorum, sed ipsi quoque praesules

Imperio consulitur, quum Dei contumelia vindicatur.

Exilium Petri relegationem requirit.

1 « *Piis* ». Cod. Vat. 5617.

2 Al. cum cit. cod. *infirmioris*.

3 Ita et cod. cit.; at Contin. Const. corrig. xvi Kal. Nov., idest 17 Octobr. Jaffè lect. nostram sequitur.

4 Ex Caraf. *Epist. Rom. Pontif.* t. I, pag. 321.

5 « *Iubetur* ». Cod. Vat. 5617. Forte amanuens. mendo.

6 Id. cod. *consulitis*. Recte quidem.

7 Al. *specialiter*. Perperam.

8 Innuit ep. IX, pag. 218, col. 2.

9 « *Ne pestiferi sensus* ». Cont. Const. l. c. Melius, ut videtur.

10 « *Quod, quantum apparet, minus ista curantur.* » Cont. Const. l. c. et an. codd. 5617, 4961. Sensum itaque sic clarius restituerem: *Quod, quantum apparet, quum minus ista curantur...., actum est, ut....*

et praedicatores fidei perirent funestis gladiis sacerdotes. Unde si quae aliae reliquiae sub vestro reperiuntur imperio, eas vel nunc in exteriores terras iubete propelli, ne qua deinceps in eo sit necessitas et causa supplicii, quia melius est aditum obstruxisse, quam poenam exegisse peccati. Et quoniam seditiones Antiochenas religiosissimo proposito sedandas non aliter existimastis, nisi praeter praeiudicium venerandi illius concilii Nicaeni [1] apud Constantinopolim, iisdem petentibus, ordinaretur antistes, quod in eius tantummodo persona sic memorastis assumptum, ut deinceps secundum definitiones Patrum orientali synodo creatio Antiocheni Pontificis reservetur, nec haberi loco vultis iniuriae quod dissensionis gratia factum est auferendae [2]: tenet hanc pietatis vestrae beatus Petrus apostolus sponsionem, et christianissimi fidelissimique principis mentem in haec verba iurasse, quod posthac in Antiochena urbe, veteri more servato, a comprovincialibus suis episcopis ordinetur, ne quod nunc frater et coepiscopus meus Acacius vobis est iubentibus executus, in usum posteritatis veniat, et statuta Patrum, quae praecipue praestastis illaesa, confundat [3]. Unde quae a vobis amore quietis sancte et religiose sunt ordinata, reprobare non possumus, ne status Antiochenae Ecclesiae sub nostra dubitatione videatur ambiguus, praecipue cum [4] is qui legitur ordinatus testimonio clementiae vestrae, et tanta sit praedicatione subnixus, ut in eo praeter horum vulnerum dolorem posito possimus [5] et Ecclesiae, quae illum meruit, gloriari. Haec repensis sermonibus et venerationis officio respondere curavi, ut tantas haereticorum fraudes et facinora divinis et saecularibus legibus persequenda, quae saepius probatis esse tam noxia, de memoria et conversatione hominum iubeatis auferri, quorum impietas nulla, quantum videtis, potest auctoritate compesci.

Satius est scelera praepedire, quam vindicare.

In episcopis ordinandis PP. statuta custodienda.

Antiocheni antistitis electionem ratam habet.

Data decimo kalendas Iulias post consulatum Illius viri clarissimi [6].

Dat. die 22 Iunii, an 479.

EPISTOLA XIII [7].

De Antiochena caede gravissime conquestus non reprobat, novum Antiochiae episcopum fuisse ab Acacio ordinatum, dummodo, quod necessitas semel exegit, in posteritatis usum non tradatur.

Simplicius Episcopus
Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Clementissimi principis litteris, tuaeque dilectionis de sacrilega et funestissima caede, quae apud Antiochiam facta est [8], sauciatus, et nimium affectus moe-

Caedem Antiochiae dolet.

1 Can. IV.

2 Ubi al. unum, nos duo puncta sens. ergo interiicimus.

3 Quum praeter ecclesiasticas regulas Antiochenus antistes Constantinopoli fuisset ordinatus, Zeno ad Pontificem scripsit, ut factam ordinationem ratam haberet. Annuit Pontifex, dummodo imperator exemplum hoc in usum numquam receptum iri iuratus promitteret. Vid. Mign. *Patrol.* tom. LVIII, col. 54 ad not. 1.

4 Quis electus fuerit a litteris apostolicis non liquet. Ex hist. autem ordinatum comperimus Stephanum Iuniorem, cui dein interfecto Calendio fuit suffectus. V. Baron. *Ann.* ad ann. 479, n. XII, Evagrium lib. III *Hist. eccles.* cap. III, et Bolland. tom. I, ad mens. Mart. pag. 136, col. 2.

5 Codd. Vat. 5617, 4961 *praeteritorum vulnerum dolor possit opprimi.*

6 Pagius, cui consentit Jaffè l. c., legendum censet « *post consulatum Placidi v. cl.* », ideoque ep. refert ad ann. 482.

7 Ex Carafa *Epist. Rom. Pontif.* t. I, pag. 322.

8 Quum Stephanus orthodoxus episcopus Antiochiae una cum suis in maiori templo sacram synaxim solemniter celebraret, Eutychiani repentino tumultu Dei sacerdotes trucidarunt, et ipsum Stephanum atrocissimis tormentis confecerunt. V. Mign. l. c., col. 53 ad not. 1.

rore respondeo, astruens, si quae iamdudum de Petro et aliis complicibus eorum scripseram [1], et ut pietati eius cum caeteris, qui aderant fratribus, suggerere postularam, ut optaveram [2], ordinatum fuisset, haereticorum temeritas ad tantum facinus non veniret [3]; ne aliquid necessitatis existeret, ut non aliter praedictae subveniretur Ecclesiae, nisi ut aliquid de iure eius curatio ipsa minueret. Quamvis enim profecerit ad quietem, quod christianissimi principis iussione, vel sine praeiudicio canonum a tua caritate fuerit Antiochenus episcopus ordinatus; tamen non est sine invidia factum, cuius cavendum deinceps etiam ille testatur, qui praecepit, exemplum. In quo pietati [4] eius gratias dignum est nos referre; quoniam ita gloriae suae moderatus est potestatem, ut fidelissima devotione patrum regulis [5] submittere quae iuberet, nec in auctoritatem recipi quod sequenti constituit aetate prohiberi; ut scilicet in hac tantummodo persona, quam iussu eius et studio [6] quietis Antiochensibus, non tua usurpatione, antistitem consecrasti [7], quod factum est necessitate, sufficeret. In quo tuae dilectionis non irrationabilem cognoscimus fuisse famulatum; quia ecclesiarum iura respiciens diu te non immerito suspendisse testaris, ne videreris ambire quod tanto principi, et in tam gravi causa non poteras abnegare. Quapropter, frater carissime, institutorum veterum, quae in te sunt probata, non immemor, sicut veniale iudicare non [8] pervides quod tibi certum est imperatum, ita ipse dans honorem patribus labora, ne necessitas sit ulla faciendi quod optas nunc satisfactione purgari [9].

Praesens ordinatio Antiocheni episcopi in auctoritatem non recipienda.

De illa tamen Acacium non arguit.

Huius pietatem excitat.

EPISTOLA XIV [10].

Scribit, se Calendionis Antiocheni episcopi electionem confirmasse, et Acacium de silentio arguit.

Simplicius Episcopus
Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Antiocheni exordium sacerdotis qua ratione fuerit serius indicatum, quamvis minime nos latere potuerit, tamen et ipse vel synodus ipsius indicavit. Quod sicut non optavimus fieri, ita faciles excusationi quam necessitas fecit, extitimus; quia quod voluntarium non est, vocari non potest in reatum. Et ideo per fratrem et coepiscopum nostrum Anastasium, qui ex praedicta regione directus est, litteris quoque tuae dilectionis acceptis, alterni vicissitudinem sermonis tuae reddidimus charitati, necessario fratris et coepiscopi nostri Calendionis sacerdotium gremio Apostolicae Sedis amplexi, in consortium nostrum per gratiam Christi Dei nostri tantae urbis antistitem collegii unione numeramus. Miramur autem nihil nos de statu Antiochenae [11] Ec-

Calendio in episcopatu confirmatus.

Reatus nonnisi e voluntate repetendus.

1 Epist. designat praesertim VIII, et IX pag. 217 col. 2, et pag. 218, col. 2.

2 « *Ut oportuerat* ». Codd. Vat. 5617, 4961. Rectius videtur.

3 Ita et alii: Mansi in *Collect. Concil.* tom. VII, col. 989 ad margin. habet *nec*, idque Contin. Const. magis arridet. Et iure, ut sensus clar. habeatur.

4 Cod. Vat. 4961 *pietatis*. Amanuens. mendo.

5 « Supple *voluerit* ». Cont. Const. l. c.

6 Codd. Vat. 5617, 4961 *iussu eius et custodia quietis*; cod. autem 3786 nobiscum legit.

7 Quem antist. Acacius consecrarit v. in sup. ep. col. 1, ad not. 3.

8 Cont. Const. l. c., et cod. Vat. 5617 *iudicare nos pervides*. Apte ad contextum videtur.

9 Cont. Const. diem not. 22 Iunii ann. 477. Jaffè op. c. pag. 51 eam refert ad ann. 482. Verum ex epist. praeced. ad an. 479 videtur remittenda.

10 Ex Caraf. *Epist. Rom. Pontif.* tom. I, pag. 322.

11 « *Alexandrinae*, ut cohaereat cum orat. contextu ». Cont. Const. l. c.

Acacii silentium reprehenditur.

clesiae, te instruente, didicisse, quem nunc ita habere se comperimus, ut improbi per occasionem obitus sanctae memoriae Timothei [1] eamdem ecclesiam conentur habere captivam. Unde agendum est dilectioni tuae cum clementissimo principe, ne convellatur sub eius imperio, quod tyranni temporibus potuit obtineri.

Data idibus Iulii, Severino viro clarissimo consule.

Dat. die 15 Iulii, an. 482.

EPISTOLA XV [2].

Acacium de statu Antiochenae Ecclesiae penitus reticentem vehementer obiurgat; et valde excruciatus, quod imperator, Ioanne reiecto, Petrum haereticum in Alexandriae episcopum petat provehendum, Acacio praecipit, ut huius electioni totis viribus obsistat.

Simplicius Episcopus
Acacio Episcopo Constantinopolitano.

Per Uranium.

Acacii silentium execratur.

Miramur pariter et dolemus, ita in tuae dilectionis animo dissimulatam lacerare [3] curam charitatis et fidei, ut cum christianissimus imperator pietatis et religionis instinctu affandi me, et de causis ecclesiasticis consulendi fideles atque solertes internuncios destinaret, ipse et alternae gratiae et vigilantiae pastoralis oblitus nec alloqui nos volueris, nec de his, quae ad catholicae veritatis custodiam pertinebant, duxeris instruendos; atque ideo, frater carissime, quae non immerito cernis libera affectione culpari, potiore diligentia repensando [4], cognoscere [5] proinde delegatum tibi munus impendens, sensus tuos prudenter attolle, et pro tuendis Chalcedonensis synodi constitutis vehementer invigila, ne per negligentiam desidiamque nostram subrepatur gregibus Domini lethale dispendium [6]. Nuper ab Aegyptia synodo, quae et numero plurima, et fidei catholicae esset communione suffulta, atque ab ipso omni propemodum clero Alexandrinae Sedis ad nos ex more relatio missa patefecit [7], sanctae memoriae fratrem quemdam [8] et coepiscopum nostrum obiisse Timotheum: inque eius vicem consona fidelium voluntate Ioannem, cui ad sacerdotium constare crederentur omnia, subrogatum; ut nihil omnino restare videbatur, nisi ut Deo nostro gratias agentibus nobis, atque gaudentibus, ut sine strepitu quod catholicus in defuncti ministerium successisset antistes, apostolicae quoque moderationis assensu votivam sumeret firmitatem [9].

Ioannes Timotheo episcopo suffectus.

Cum ecce secundum consuetudinem mihi talia disponenti tranquillissimi principis scripta sunt reddita, quibus memoratum tamquam periurii reum, quod fraternitati quoque tuae non esse diceretur incognitum, sacerdotio perhiberet indignum. Illico retraxi pedem, et meam revocavi

Hic a Zenone tamquam periurus reiicitur.

1 Timotheus Alexandrinus episcopus cathol. ann. 492 diem obiit, quum sedisset annos 23. Ita Liberatus op. cit. cap. 16.

2 Ex Mansi *Coll. Concil.* tom. VII, col. 992.

3 Mansi ad marg. et al. *latitare*. Cod. Vat. 5617 ad marg. *latere*. Verum antiquior 4961 *lacerare*: idque melius videtur.

4 « Apud Baron. *repensanda;* hortatur enim Acacium, ut maiori diligentia rependat quod diuturno silentio deliquit ». Cont. Const. l. c.

5 Al. *Quae non immerito cernis libera affectione culpari, potiori diligentia repensanda cognosce; proinde delegatum tibi munus impendens....* Ad sensum aptissime.

6 Al. *suspendium.*

7 « Huic consuetudini in primis obtemperabant max. et praecipuae Ecclesiae s. Contin. Const. l. c.

8 Baron. *quondam*. Sane rectius.

9 Ubi al. duo puncta effigunt, nos unum ponimus, ut periodus minus implexa effulgeat.

super eius confirmatione sententiam, ne quid contra tantum ac tale testimonium praepropere fecisse iudicarer. Sed illud me non mediocriter fecit attonitum, quod iisdem litteris suis Petrum[1], qui haereticorum socius dudum extitisse probetur et princeps, quod conscientiam dilectionis tuae meminimus non latere, instructionesque ipsas, quibus fuerit confutatus, nosse confidimus, quemque etiam dubium non sit adhuc extra communionem durare catholicam, saepeque nos de eodem ex illa urbe pellendo scripsisse sit certum[2], ad praefatae Ecclesiae regimen existimet provehendum[3]. Cumque promittat rectae fidei definitionibus convenire, a cuius utique (sicut superius dixi) consortio tam degit extraneus, quam ab eius communione discretus est, ad quam si nunc redire contendit, nisi per satisfactionem christianis regulis competentem non potest introire, ac perinde[4] non ad fastigium sacerdotalis dignitatis accedere; sed medelae, quae post poenitudinem praestanda[5] est, consequenter aptari animae suae cupiens reconciliatus auxilium, non gradum summi honoris affectans[6], qui diu convincitur fuisse perversus, ne per speciem remeantis non remedium sincerae salvationis inquirat, sed facultatem propagandae pravitatis inveniat. Quo facto non hunc magis ab errore retrahimus[7], quam perniciem fidelibus irrogamus, eoque modo Chalcedonensis synodi statuta violantes, aditum

Petrus autem haeret. nefarie desideratur.

saeva copulatione[8] grassandi in Ecclesiam lupis rapacibus aperimus. Denique ab eisdem ipsis, cum quibus olim a catholica participatione divisus est, Pontifex dicitur postulari[9]: ut satis evidenter appareat non eos rectam fidem velle, sed in praesule proprio nefandi dogmatis quaerere potestatem; neque inter ipsos et veraciter sentientes pax inde possit foeda[10] generari, unde haereticarum mentium crescit funesta damnatio, et catholicorum succedit miseranda captivitas. Tantis igitur malis atque periculis pro sacerdotii qualitate, et catholicae praedicationis intuitu, ut qua potes ratione sapienter obsistas, maximis undique rebus astringeris; nec dilectioni tuae fas est id segnius operari, quod ad animae tuae causam, honoris aestimationisque respectum non dubitas pertinere. Opportunitatibus ergo repertis, clementissimi principis voluntatem incessabiliter pro fide catholica supplicando, et ab his sedulo revocare, quae nociva sunt dogmati christiano, et secundum haec, quae mandamus informare crebro, inque eam partem, quae amica sit veritati, potius instare non desinas, et[11] (ut sanctum Timotheum venerandus apostolus Paulus instituit[12]) opportune, importune, obsecrando, insinuando, exponendoque nullatenus allegare cessabis, et nobis subinde quae gerantur, quaeve gerenda sint, veraciter indicare, ut creditorum tibimet dispensatione dominica talentorum in hac mul-

Hortatur, ut Acacius imperatorem in meliora consilia trahat.

1 Zeno impulsu Acacii Petrum Moggum iamdiu haeresi damnatum Ioanni viro probatissimo ausit substituere eo quidem praetextu, quod periurus esset Ioannes; quippe qui iurasset numquam passurum, se in Alexand. episc. electum iri. Vid. Baron. ann. 482, n. 11, 12.

2 Litteras designat, praesertim VIII, XI, XII, pagg. 217, 220, et seq.

3 Hic perspicuitatis ergo punctum appingere nobis visum est.

4 Al. *proinde*. Recte.

5 « *Praebenda* ». Nonnull. edit. cum codd. Vat. 5617, 4961.

6 Intellige *affectare debet*.

7 Al. *detrahimus*. Ad rom mel. n. lectio.

8 « Apud Baron. *populatione* ». Cont. Const. l. c. Recte quidem.

9 Supple *scilicet*.

10 Ita et vet. cod. Vat. 4961. Cod. autem 5617 cum Baronio *fida*. Optime sane.

11 Duo mn. codd. *haec*.

12 II Timoth. IV, 2.

tiplicatione fidelis servus ostendaris; si non tantum in Ecclesia, cui praesides, sed ubicumque potueris, pro unitate catholica et pro paternis definitionibus suadere non renuas.

Data idibus Iuliis, Severino viro clarissimo consule.

Dat. die 15 Iulii, an. 482.

EPISTOLA XVI[1].

Obstinatum Acacii silentium iterum urgens, ei mandat, ut imperatorem ad pacem Alexandrinae Ecclesiae restituendam enixius impellat.

Dilectissimo fratri Acacio Simplicius.

Acacii silentium quare reprehendendum. Cogitationum ferias non habemus[2]; nec enim quiescere nos causa[3] permittit, quam si relinquamus, apud Christum Dominum nostrum, cuius interest, excusabiles[4] sumus. Et mirum est dilectionem tuam tot emensis temporibus, et tot opportunitatibus inde venientibus, nil nos de Alexandrina Ecclesia, quae tam graviter quatitur, instruere voluisse; cum monere te nec increpatio nostra destiterit, ut participata sollicitudine, litteras meas apud christianissimum et clementissimum[5] principem praesentibus tuae dilectionis prosequereris alloquiis, et instituti veteris memor in orthodoxorum defensionem nobiscum sic[6] semper incumberes; ne quisquam nostrum, christiana plebe pereunte, reatum deditionis[7] incurrat, et mercenarius potius videatur esse quam pastor. Unde hortamur dilectionem tuam, ut opportune atque importune piis auribus insinuare non desinat, quatenus remotis scandalis, quae in Alexandrinam Ecclesiam recidivis ausibus irruerunt, pax optata reddatur, et celeriter vigilantiae tuae[8] profectus, posthabitis difficultatibus, inducatur[9]. Ab imperatore Eccles. pax pro viribus imploranda.

Data octavo[10] idus Novembris, Severino consule.

Directa[11] per RESTITUTUM.

Dat die Novembris, an. 482.

EPISTOLA XVII[12].

Antiochenam Ecclesiam deplorans dira Petri Fullonis impietate vexatam, huius haeresim refellit; tum ostendens

1 Ex Caraf. *Epist. Rom. Pontif.* tom. I, pag. 325.

2 « Eodem sensu Sixtus III ep. VI, n. 6, ait, *se cogitationum ferias nescire*, h. e. mente, et animo nulla intermissione agitari ». Cont. Const. loc. cit.

3 Cod. Vat. 5845 *causa ipsa permittit*.

4 Al. edit. cum cod. Vat. 1340 *inexcusabiles*. Optime quidem.

5 Cod. Vat. 1340 omitt. *clementissimum*.

6 « *Sicut* ». Cont. Const. l. c. Rectius videtur.

7 Cod. Vat. 1342 *perditionis*, cui et mss. Atrebatens. consentit; at quidem recte

8 Quesnell. contra nn. codd. auctoritatem relinquit *tuae*. Sane perperam.

9 « Ita Rom. edit., et Concil. Collect. Praeferimus autem cum mss. *provectus... indicetur*, scilicet *manifestus fiat* ». Contin. Const. l. c. Et sane rectius videtur.

10 Vat. codd. 1342 et 1345 nono.

11 « *Directe* ». Cod. Vat. 1840.

12 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, pag. 1037. Haec ep. nonnullis visa est illa synodica, per quam Petrus Fullo in prima actione ad resipiscendum monitus fuit. Verum de hac et binis seqq. epistolis critici in contrarias sententias scinduntur. Quidam enim, inter quos Valesius lib. I Observ. Sacr. ad Evagrium eas supposititias autumant; nonnulli, veluti Pagius ad ann. Chr. 478, n. 9 et seqq., et ad ann. 485, n. 23, genuinas existimant; eas alii Simplicio vindicant. Cont. Const. et Jaffè inter apocryphas Felicis III illas recensent, forte quia dubii haerent utrum Simplicio, vel Felici sint tribuendae. Nobis autem, qui appendicem nostram Mainardi operi adnectimus, diu ambigendum non est quo referamus. Hic enim quum sententiam in Petrum Fullonem edictam Simplicia iuxta criticam Baronianam restituat, consequens porro est, ut hae quoque litterae eidem reddantur, siquidem prior sententiam praecedit, altera eam imperatori denuntiat.

in trisagio nil esse addendum, Petrum vehementissime hortatur, ut in saniorem mentem revertat.

Simplicius Episcopus
Petro Episcopo Antiochiae.

Super Ecclesiam Antiochenam lugel.

Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrymarum [1]? Qualem autem, et dignum fletum adducam animae meae, condolens Domini Salvatoris nostri Christi sanctae catholicae et apostolicae Ecclesiae? Ipsa enim plorans ploravit super filios et filias suas, et non est qui consoletur eam ex omnibus qui diligunt eam [2]; universi tyranni et haeresiarchae persequentes ipsam *apprehenderunt eam* per te, frater honoratissime, et affligentes ipsam *facti sunt in caput eius*. Omnis decor ipsius, quantum in te est, factus est ad nihilum. Videntes inimici eius gavisi sunt super perditionem filiorum eius. Quos enim foverat, quos

Quam Petrus in plures haereses corruens dilacerat.

enutrierat, quos ad mensuram aetatis produxerat, lacteque paverat, propheticis et apostolicis doctrinis, hos tu uno temporis momento veneno necasti. Quemadmodum enim qui piscationem sectantur, hamum esca contegunt, et ex improviso capiunt pisces; sic et tu angelicae laudationi additionem induxisti, et trisagiae deprecationi, quasi pietatis obtentu, diram impietatem excogitasti. Ex pluribus enim orientalibus provinciis litteras suscepimus, significantes nobis, quomodo veneratio tua dudum sopitum Valentiniani [3] dogma resumpsit, et irritatur a vobis Salvatoris incarnatio, quodque in Manichaeorum dogma, et Arii, et Apollinaris, Paulique Samosateni incidistis. Dicere enim unigenitum Filium et Dominum nostrum Christum Iesum perfectum non esse in Deitate, atque in humanitate perfectum, nec ipsum subiisse passionem crucis, sed unam verbi Dei naturam incarnatam, corpusque Domini sine anima et mente, Apollinaris haeresim roborat. Ille enim ignoravit, quod ab ipsis mundi nascentis exordiis primum anima primi parentis nostri mortua est, vel in mortem praecipitata est, atque ita demum corpus. Dictum quippe illi est a Deo: *In quacumque die comederitis de ligno scientiae boni et mali, morte moriemini* [4]. Itaque iuxta latam in illum a Deo sententiam, qua die comedit ex ligno, in ipsa [5] secundum animam mortuus est. Nam ipsius corporis mors post nongentos et triginta annos contigit. Itaque Deus [6] donum non dimidiatum fecit, sed totum simul Adam ex utero virginis sumpsit, ut etiam perditum totum salvum faceret. Idcirco et Dominus ipse dicebat: *Ego animam meam pro ovibus pono* [7]. Valentini item et Marcionis, Manichaeorumque ac gentilium innovare vis dogmata. Si enim Deus est, qui divisibiliter atque substantialiter est mortuus, similiter Sanctus Spiritus Deus, et ipse divisibiliter ac substantialiter invenietur; sicque iuxta tuam et illorum rationem tres dii erunt, ac per hoc plurium deorum invalescet error, quantumque in te est, evacuabitur illud: *Audi, Israel; Dominus Deus tuus, Dominus unus est* [8]. Item quod ait Ieremias: *Hic Deus noster, non reputa-*

Per ipsum enim Apollin. revivisclt negans veram Christi incarnationem.

Nec non Polytheistae, eorumque assertiae revirescunt.

1 Ierem. IX, 1.

2 Thren. I, v. 2 et seqq.

3 « *Valentini* ». Cont. Const., cui sententiae graec. vers. adhaerens habet Οὐαλεντίνου.

4 Gen. II, 17. Caraf. *Ep. Rom. Pontif.* iuxta Vulgat. edit. ita corrigit: *In quacumque die comederis... morte morieris.*

5 Al. delent. *in ipsa*. Contra cit. vers., quae legit: ἐν αὐτῇ ἐθανατώθη ψυχικῶς.

6 Al. omittunt *Deus*. Sane perperam. Graec. text. ait: ὁ τοίνυν θεὸς.

7 Ioann. X, v. 15, ubi Vulg. legit: *et animam meam pono pro ovibus meis.*

8 Deut. VI, v. 4. Vulg. inquit: *Dominus Deus noster.*

bitur alius ad eum [1]. Similiter et Dominus: *Ut cognoscant te solum verum Deum* [2]. Cumque scriptura individuam Trinitatem [3] praedicet, tu et hi, qui ante te fuerunt, haeresiarchae, tres deos dogmatizare ausi estis, alium quidem dicentes Deum Patrem praeter Filium, et alium Deum Filium praeter Patrem, rursusque alium Deum Spiritum Sanctum praeter Patrem et Filium; atque alium quidem mortalem et noviter genitum, alium vero aeternum atque immortalem. In his autem noxiis verbis tuis contraria sentire vis Patribus, qui in Nicaea, et qui in Constantinopoli atque Chalcedone convenerunt, qui et substantialem [4] roborarunt, et unam Deitatem Patris et Filii Sanctique Spiritus praedicarunt, atque Arii amentiam confuderunt. At vero tu in Ecclesia ausus es dicere, quod unus increatae atque individuae Trinitatis passionem subiit; et per hoc consubstantialem quoque solvere niteris, ac Deum subiicere numero. Si enim unus sanctae Trinitatis et coaeternus, qui crucifixus est Deus, hoc [5] est Filius; sunt autem duo sanctae Trinitatis, Pater et Spiritus Sanctus; dicuntur autem Dii, et non (ut habet vera ratio) Deus, sicut tradiderunt nobis, qui ipsi inspexerunt, et ministri fuerunt Verbi [6], inveniris quoque consubstantialem solvere, quippe mortale, et immortale consubstantialia iam esse non possunt; roborabitur autem sic pluralitas deorum, dum tres dii christianis auribus ingeruntur.

Siquidem individuam Trinitatem dissolvendo, Deus numero subiicitur.

Ast Patris, et Filii, et Spiritus Sancti una Deitas.

Cum itaque scriptum sit: *Verbum caro factum est, et Deus erat Verbum* [7] non alius Deus Verbum, praeter Patrem invenietur; Verbum non simpliciter, sed Verbum substantiale, et Deus Filius invenietur, ut ex utilitate nostra identitatem substantiae Patris et Verbi et Sancti Spiritus agnoscamus. Non enim nos alii, praeter Verbum nostrum, inveniemur. Quoniam igitur unigenitus Dei Filius, qua ratione Verbum est, in propria substantia non poterit pati, ne ad omnipotentis Dei Patris substantiam passio referatur (est enim una Patris et Filii et Sancti Spiritus Deitas): patitur autem [8] proprium animatum corpus, quod ipsum substantiale Dei Verbum ex ipsa sanctae et intemeratae Virginis vulva sibi coniungens, ex muliere processit, de qua Sancto Spiritu afflati prophetae cecinerunt: *Deus virtutum convertere, respice de coelo, et vide et visita vitem istam; et perfice eam, quam plantavit dextera tua, et super Filium hominis, quem confirmasti tibi* [9]; vitem et Filium hominis, quem confirmavit Verbum, ut inferni claustra contereret et vivificaret eos, qui a saeculo mortui sunt, salutarem Verbi incarnationem vocans. Idcirco et Dominus dicebat discipulis suis: *Ego sum vitis, vos autem palmites, et Pater meus agricola est* [10], *et tradetur Filius hominis in manibus peccatorum* [11]. Patris enim intimum substantiale Verbum

Unigenitus Dei Filius Patri consubstantialis in sua substantia pati nequit;

Patitur autem in suo animato corpore, quod sibi in B. Virg. utero coniunxit.

1 Baruch. III, v. 36, ubi apud Vulg. legitur: *Hic est Deus noster, et non aestimabitur.*

2 Ioann. XVII, v. 3. Vulg. habet: *te solum Deum verum.*

3 Al. *cumque scriptura divina unum Deum, sanctam et individuam Trinitatem*; quibus certe adhaeret graeca versio legens: και της θειας Γραφης ενα θεον την αγιαν Τριαδα, και αδιαιρετον κηρυττουσης.

4 Al. *consubstantialem.* Ad rem aptius. Graec. text. habet ομουσιον.

5 Al. *hic.* Id. text. sic. legit: Ει γαρ εἷς της αγιας Τριαδος της ακτιστου, και συναιδιος, ο σταυρωθεις θεος Λογος, τουτ' εστιν ο Υιος. *Si enim unus sanctae aeternae, et individuae Trinitatis, crucifixus Deus Verbum, hoc est Filius.*

6 Act. I.

7 Ioann. I, v. 14.

8 Iuxta Cont. Coost. *autem* abundat: et sane neque in text. graec. reperitur.

9 Psalm. LXXIX, v. 15, 16.

10 Ioann. XV, v. 5, et 1. Vox *autem* deest in Vulg.

11 Matth. XXVI, v. 45, ubi vulg. legit.: *et Filius hominis tradetur in manus peccatorum.*

ac Deus per sanctae Virginis aures illapsum conceptionem ineffabiliter operatum est. Qua igitur parte unigenitus Filius est consubstantialis Patri, et unus individuae Trinitatis, increatus atque invisibilis, impassibilis et immortalis permansit. Quod ergo increatum, atque immortale est creaturae ne applices, neque deorum pluritatem confirmare pergas, dicens unum sanctae Trinitatis mortuum esse. Rursus, qua parte ex muliere natum est, et substantiae nostrae ac generationis est particeps, absque peccato sustinuit passionem. Porro quod non modo consubstantialis, verum etiam cognatus secundum carnem sit nobis Filius Dei, docet ipse Dominus nunc quidem in Evangelio his, qui in se crediderant, dicens: *Ego sum vitis, vos palmites* [1]: nunc autem in psalmis. *Annuntiabo nomen tuum fratribus meis* [2]. Unde autem tibi tam pessima superbia subrepere potuit, ut te ipsis quoque sanctis angelis intelligentiorem sapientioremque putares? Super his ingemisco, in his plango *inimicos crucis Christi, quorum finis perditio, et quorum Deus venter est, et gloria in confusione ipsorum* [3]. Non cogitasti, quod scandalizare vel unum solum ex his, qui credunt in Dominum nostrum Iesum Christum, quam gravi cruciatui facit obnoxium [4]? Sed incaute ut serpens Evae [5], tu ipse quoque erroris venena multitudini fidelium atque [6] auribus infudisti, traditamque ab angelis sanctissimam laudationis formam corrupisti, inserens illi: *Qui crucifixus es pro nobis.* Ergo ne non advertisti, quod Paulum Samosatenum, Photinumque, et Artemium impietate transcendis, qui duos Dei Filios posuerunt, unum quidem ante saecula, alterum vero noviter natum; cum ipse quoque Trinitati inveneris pluritatem duos Dei Filios dicens, unum fortem, alterum crucifixum? Ad haec fidelissimum Christi gregem in Manichaei opinionem praecipitare contendis, qui Spiritum Sanctum asserit crucifixum. Nam quod post illud *sanctus immortalis*, quod est Spiritus Sanctus, tunc infers: *Qui pro nobis crucifixus es, miserere nobis;* quaternitatemque [7], non Trinitatem populo insinuare videris. Nemque si ex humana traditione manasset haec laus, non ita incaute crucem insereres laudi, in qua Filii appellatio, fortis scilicet, ponitur. Quoniam vero ab angelis nobis laus ista profluxit, qui ante crucem dicebant: Sanctus, sanctus, sanctus, sicut respicere Isaias meruit [8]; post crucem vero cum laude clamabant: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis. Denique cum terraemotu Constantinopolis quateretur, populusque in campo oraret, infantulus, toto populo spectante cum Proclo civitatis episcopo, in coelum per unam horam raptus est, ibique huiusmodi didicit hymnum. Rursumque descendens, nuntiavit quae in aethere audierat, dicens de coelo, quasi de multitudine psallentium, huiusmodi laudes insonuisse auribus suis, dictumque sibi, ut eam laudationem populo indicaret. Quam ubi populi incoeperant, civitatem receperunt, Deoque per huiusmodi laudem propitio facto, ab imminenti ira liberati sunt [9]. At tu quam temere ut scripturas divinas

Marginal notes: Ideo, qua Verbum, permansit impassibilis, et immortalis; — Qua homo, absque peccato sustinuit passionem. — Petrus igitur impie nimis trisagion corrupit. — Nam et Spiritum S. asserere crucifixum Manichaeorum est. — Trisagion ab Angelis traditum. — Eius mirabilis effectus.

1 Ioann. xv, v. 5.

2 Psalm. xxi, v. 23, ubi apud Vulg. legitur: *Narrabo.*

3 Philipp. iii, v. 18, 19, ubi Vulg. leg.: *quorum finis interitus.... et gloria in confusione eorum.*

4 Vid. Matth. xviii, v. 6.

5 Vid. Gen. iii, v. 1.

6 Graec. vers. expungit *atque,* ita legens: τῳ πληθει των πιστων ταις ακοαις.

7 Leg. potius *quaternitatem, non Trinitatem,* quum etiam graec. text. habeat και τετραδα.

8 Isai. vi, v. 3.

9 Portentum hoc ab omnibus fere Episcopis

reliquas, ita et angelorum laudem pervertere praesumpsisti? Quis igitur in huiusmodi non ingemiscat? Quis non lamentetur? Quis dolor similis invenietur, sicut dolor Ecclesiae Domini et Salvatoris nostri Christi? Conspice te constitutum, ut sis lumen his, *qui in tenebris sunt, et eruditor insipientium* [1]; imo insipientiae praeceptor es, lucem in tenebras transferens. Vide a te populos semel illuminatos, qui bona gustaverunt Dei verba [2], Dei mandata, Dei prophetias, praedicationes Dei, apostolicas evangelicasque doctrinas, abs te perverti magis, ac doceri non solum crucifigere filium Dei, et ostentui habere, verum et contraria sentire Scripturis divinis, et pacta abnegare, quae accedentes ad sanctum baptisma fecerunt. Nam cum coram coelestibus [3] virtutibus omnibus, coram apostolicis evangelicisque ordinibus, sancti baptismatis tempore promiserint credere in unum Deum omnipotentem, nunc illos in tres deos credere docuisti. Rursum, cum polliciti sint credere in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei incarnatum, et hominem factum de Spiritu Sancto et Maria Virgine, tu eos doces ne dicant Dominum Iesum Christum Filium Dei crucem perpessum esse, qui Deus est secundum sempiternam et impassibilem ex Patre generationem, et idem homo secundum eam, qua in novissimis diebus ex matre prodiit, secundum quam etiam sustinuit passionem; sed unum Trinitatis mortuum esse, qui est ipsum Dei Verbum. Confessi sunt rursus Spiritum Sanctum vivificum et immortalem, dicentes credere in Spiritum Sanctum Dominum et vivificantem; et mortalem esse ponis Spiritum Sanctum, cum dicis: *Sanctus immortalis,* qui crucifixus *es pro nobis*. Fuge, obsecro, huiusmodi errorem. Corruisti; noli in ruina persistere. Peccasti; iam peccare noli. Expectat te sancta Dei Ecclesia, cupit amplecti poenitentem in vanis [4] propositionibus tuis, et secum de Christo divina praedicantem, neque negantem ipsius animatam incarnationem, secundum quam etiam passus esse memoratur, clamatque tibi per nos: *Venite ad me omnes, qui laboratis, et ego reficiam vos* [5]. *Non vult Deus*, frater carissime, *mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* [6]. *Memor esto, Iesum Christum resurrexisse a mortuis secundum Evangelium* [7]. Memento beati Matthaei scribentis: *Liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abraham* [8]. Recordare quid Paulus scribat: *Segregatus in Evangelium Dei, quod promiserat ipse Deus in Scripturis sanctis de Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, qui praedestinatus est Filius Dei* [9]. Memento etiam Ioannis clamantis: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum* [10], sicut etiam

Petri impietatem execratur

Eumque obsecrat, ut resipiscat.

Synodi C. P. confirmatum, quod et Marcellus refert in chron. Niceph. lib. XIV, cap. XXVI, accidit, anno Christi 446. V. Migne tom. LVIII, col. 909 ad not. *a*.

1 Rom. II, v. 19, 20, ubi vulg. legit: *Confidis te ipsum esse ducem caecorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium.*

2 Hebr. VI, v. 4.

3 Graec. text. leg. χερουβικων δυναμεων.

4 « *De vanis* ». Cont. Const. iuxta graec. vers. επι τοις ματαιοις.

5 Matth XI, v. 28, ubi Vulg. post *laboratis* addit *et onerati estis.*

6 Ezechiel. XVIII, v. 23, ubi apud Vulg. ita legitur: *Numquid voluntatis meae est mors impii...., et non ut convertatur a viis suis, et vivat?*

7 II Tim. II, v. 8, ubi Vulg. legit.: *ex semine David secundum Evangelium meum.*

8 Matth. I, v. 1.

9 Rom. I, v. 1, 2. Apud Caraf. *Epist. Rom. Pontif.* post *Evangelium* deest *Dei* contra Vulg. textum, quae prosequitur *quod ante promiserat ipse Deus.*

10 Ioann. I, v. 1.

est, *et Deus erat Verbum*, quodque *caro factum est*, homine assumpto, et *quod Deum nemo vidit unquam*[1]. Haec tibi scripsi una cum praesenti synodo, conveniens te coram Deo et sanctis angelis, ut ea doceas, ea nobiscum sentias, ut illibata fides nostra permaneat in gloriam Dei.

Dat. infra ann. Christi 483-492.

EPISTOLA XVIII[2].

Petrus Fullo frustra admonitus, ut a Theopaschitarum haeresi recederet, anathemate percellitur.

Simplicius Episcopus ad Petrum Episcopum Antiochiae.

Fullonis impium dogma.

Quoniam importabilibus verbis impie garrulasti, et non iudicasti cedere praedictis sanctis Patribus, qui ornarunt sedem beatae memoriae multum triumphantis Ignatii martyris, cuius tu indignus existens, nescio quomodo, insiluisti inchoare novitatem in catholica Ecclesia tuis profanis legibus et impiis dogmatibus, et iudicasti non oportere dicere Christum crucifixum propter nos; sed passionem Deo impassibili impie induxisti, et immortali[3] Patri mortem imponere[4]; et non horruisti ea, quae non suscepisti ex divinis Evangeliis et apostolis, probatissimisque et gloriosis Patribus, pessime sophisticatus ipsa intorquere, et propriam pestem sensus imponere simplicioribus, scandalum huiusscemodi haeresis non ut aequaliter prioribus haeresibus vigeat, sed magis multipliciter excellat; et non statuisti credere veritati, et[5] litteris nostris ad te scriptis: nunc incepi sententiare contra te, immo, ille qui vertex est omnium pastoralium sedium, in sanctis laudibus florens, apostolorum vere optimus Petrus, cuius tu nomine aequalis es, sed non opinione neque fide, quoniam ab istius recta intentione et immaculata fide valde declinasti. Et non solum contra te sententio[6], sed et contra eos, qui non erubuerunt characteres venerabilium evangelistarum et apostolorum eos sequentium, ac perfectorum doctorum sermones, et instabili sententia ex tua iniqua expositione firmati sunt: tamquam dulcissima circumsequendi in mala opinione, quod vere amarissimum est, et non averterunt huiusmodi impietatem. Dicemus ergo tibi, sicut et contra illos: *Quoniam dilexisti iniquitatem magis loqui quam iustitiam, dilexisti super omnia praecipitationis linguam dolosam; propter hoc Deus destruet te in finem*[7], et non solum ab Antiochena Ecclesia, sed ab omni civitate deponet. Et firma sit haec tua depositio a me, et ab his qui una mecum apostolicum thronum regunt, et ab Acacio Constantinopolitanae Ecclesiae pastore, et a

Frustra admonitus anathematizatur.

1 Ioann. I, v. 14, 18

2 Ex Migne *Patrolog.* tom. LVIII, col. 911. Quum Mainardus antiquam versionem ediderit, operae pretium duximus recentiorem, quae Frontoni Ducaeo tribuitur, lectorum oculis subiicere, quippe quae graecum textum saltem in quibusdam locis reddit accuratius, licet in aliis minus recta videatur, ut identidem adnotabimus.

3 Graec. text. τω αθανατω Πνευματι, *immortali Spiritui* Forte aptius ad Fullonis haeresim clarium exprimendam.

4 Supple *non dubitasti.*

5 Graec. text. habet: επι δις γραμμασιν, *binis epistolis.* Quum ex hisce verbis evidenter appareat, hanc esse tertiam Simplicii epistolam ad Fullonem transmissam, dubitandum non est, quod secunda interierit. Vid. Sev. Bin. apud Migne not. *a*, l. c. pag. 915.

6 Al. *sentio.* Male, ut liquet ex graec. textu.

7 Psal. LI, v. 5, 6, 7. Graec. text. habet: ηγαπησας παντα τα ρηματα καταποντισμου γλωσσαν δολιαν. *Dilexisti omnia verba praecipitationis, linguam dolosam.* Vulg. vero leg.: *Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis, quam loqui aequitatem. Dilexisti omnia verba praecipitationis, lingua dolosa. Propterea....*

venerabilibus episcopis sibi [1] subiectis, quoniam ipsorum monimenta [2] non sustinuisti. Quandoque enim dicis Trinitatem propter nos crucifixam, non Christum; quandoque autem immortalem Spiritum, manichaizans; quandoque ab istis diffugiens, meis argumentis reprehensus et sermonibus, dixisti, Christum post immortalem Spiritum passionem sustinuisse, sicut Samosatenus et Nestorius unum filium dividentes in dualitatem filiorum; quandoque autem et his cessisti non detrectando, et venisti ad peius, non glorificando cherubicum hymnum, ad Filium referre praestolanti tremore ανενδοιαστως venerabiliter similiter Trinitatem, sed totum hymnum ad Filium referre [3], volens firmare morbum cancri rodentis, quem innocentibus intulisti; et inde omnis generis haeresum laqueis circumpraecipitatus, a veritate exiens, non praedicas Christum pro nobis crucifixum, nec unigenitum Filium Dei, qui in medio Patris, et Spiritus Sancti est, pie glorificas. Quid enim isto magis interdictum, Patre a vobis et Sancto Spiritu non glorificato? Nam calumniam Seraphim vos infertis, qui Trinitatem non dicitis glorificandam, Sanctus, sanctus, sanctus, sed solum personaliter Filium. Et quae praecipitatio haeresum ita confundit, idest impudenter egit, sicut vos? Verumtamen et in isto percurrens adhuc novius [4] ascendistis, et strangulandas infamias a Deo adiicitis, Filium videlicet, Patrem et Sanctum Spiritum sabellianizantes, simul coniungere iudicantes. Trinitatem confiteri negatis, in qua baptizamus et credimus et confitemur. Quis ergo non defleret sic dicentes de intemerato trisagio. quod mihi valde convenit refutare, et fletum merito dare in hos animarum simplicium cavillatores, ac impium facinus fingentes; quos et alienos putavimus ab orthodoxa fide et catholica Ecclesia, et a communione ducis nostri gloriosi praecessoris Petri, qui claves regni a Salvatore nostro recepit? Qui autem participes apostoli esse volunt, ducuntur et doctrina ipsius, qui Christum dicit, et credit propter nos crucifixum, et hoc non negat, sicut et modo depositus Petrus, ex eo quod non legitime et inclementer in trisagio adinnovavit: *Qui crucifixus est propter nos;* scientes quia non Trinitatem crucifixam ab apostolis suscepistis, non Patrem, non Spiritum Sanctum, nisi carne Filium Dei unigenitum solum. Fugite ergo ab hac inclementi communione, et ero vobis communicans, in quantum et vos mihi, dolosa fallacia longe a nostra orthodoxia expulsa. Custodite, Christi discipuli, mei autem filii, traditiones quas a divinis Scripturis accepistis.

Captiosa eius commenta.

In trisagio non sola Filii persona, sed tota Trinitas glorificatur.

Unus Christus propter nos crucifixus est.

Dat. infra ann. 483-492.

EPISTOLA XIX [5].

Zenoni denuntians Petrum Fullonem synodali iudicio fuisse perculsum, huius haeresim reprobat, ac imperatorem vehementissime hortatur, ut eum ab Antiochena Ecclesia expellendum iubeat.

Gloriosissimo, ac serenissimo filio Zenoni Augusto Simplicius Episcopus in Domino salutem.

Convenit clementiae tuae rerum ordinem nuntiare gestarum pro tranquillitate imperii serenitatis tuae, et oro suscipias precem meam, ac si ipse praesens

Imperatoris animum contra Fullonem excitat.

1 Al. *tibi.* Male contra graec. textum, qui sic habet: εις την ενοριαν αυτου *eius iuri.*

2 Al. *monita.* Graec. text. υπομνηματων.

3 Hic quidem antiq. vers. videt. praeferenda. Vid. igitur vol. I n. edit., pag. 90, col. 2. sub med.

4 Al. *nocentius.* Mel. videtur.

5 Ex Carafa *Ep. Rom. Pontif.* tom. I, p. 331. « Haec ep. e graeco satis corrupto versa est, nobis enim latinum textum originalem temporis iniuria invidit ». Cont. Const.

essem, benignis auribus tuis ut christianissimus imperator; et nequaquam arbitretur pietas tua, illum puro nos corde diligere, quicumque te pacem cum Deo habere non vult [1]. Quoniam vero fideli mente credidisti, nec ambigis et temporalis solii potestatem, et aeternae vitae retributionem superno ex momento pendere. per nostram etiam parvitatem dignare suscipere venerabilem, ac divinam beatissimi Petri confessionem, apostolorum scilicet principis, cui et regni claves a Salvatore traditae sunt [2], qui etiam praeparabit christianissimo imperio vestro locum in coelo cum sanctis angelis; quique immutabilem et immaculatam fidem in Dominum nostrum Iesum Christum Dei Filium unigenitum primus exponens a Salvatore ipso beatus est dictus. Nam cum ipse dixisset ad Dominum: *Tu es Christus Filius Dei vivi* [3], ab ipso audire meruit: *Beatus es Simon Bariona, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in coelis est*, et super ista confessione [4] *aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam* [5]. Cum ergo Salvator dixerit, quod portae inferi non praevalebunt adversus ipsius Ecclesiam, ut ab ea ipsius [6] denominationem tollant, quae dicitur Christus Iesus [7] et Dei omnipotentis Filius, Petrus primogenitus diaboli filius, et qui sanctae Antiochenae Ecclesiae indignissime se ingessit, sanctamque Sedem pontificatus Ignatii martyris polluit, qui Petri dextera episcopus ordinatus est, Eustathiique confessoris ac praesidentis trecentorum decem et octo Patrum, qui in Nicaea convenerunt, ausus est dicere, non oportere Christum etiam Dei Filium nominare secundum divinam Salvatoris sanctionem et traditionem divinarum Scripturarum Patrumque expositionem; sed unum de Trinitate passionem pro nobis pertulisse in substantia Deitatis iuxta Arii, Apollinaris, Eunomiique blasphemiam, volens hac voce evacuare salutarem Domini incarnationem, secundum quam Christus et passionem subiit. Dicitur autem et unus ex nobis, *ut qui Abrahae semen apprehendit* [8]. Augere quoque deorum pluralitatem nititur: quippe sensus eius tres introducit deos, unum mortuum et duos viventes. Solvit etiam substantialis [9] nomen sacrasque abiicit synodos Nicaenam, Constantinopolitanam et Chalcedonensem; sanctam quoque Mariam Virginem nequaquam admittere deprehenditur. Si enim non ex ea incarnatum Verbum homo factum est, quae necessitas Virginis? Et quare ad eam dixisset Gabriel: *Quod ex te nascetur sanctum vocabitur Filius Dei, et dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius* [10]*?* Post haec autem omnia impia, et blasphemiae suae praesumpta, et depravationem trisagiae deprecationis, cum illi addere voluit *Qui crucifixus est pro nobis,* multa inconvenientia effecit [11], multumque a nobis, et in Christo dilectis fratribus nostris, qui

B. Petri confessio Ecclesiae fundamentum.

Eam Fullo impia blasphemia nititur concutere.

Siquidem et evertit divinam Christi incarnationem;

Et polytheismum inducit:

Et ipsam Virg. respuit maternitatem.

Et trisagium corrumpit.

1 « *Ullum nos pura mente diligere praeter eum, qui te cum Deo pacem habere velit* » Cont. Const. iuxta graec. text.: Ετερον τινα μετα καθαρας της διανοιας ημας αγαπαν, πλην εκεινου του βουλομενου σε μετα του θεου την ειρηνην εχειν.

2 Matth. xvi, v. 19.

3 Id. ibi v. 16.

4 Cont. Const. add. *tua*.

5 Matth. ibi v. 17, 18.

6 « *Christi* ». Cont. Const. l. c.

7 « *Qua Iesus dicitur Christus Dei* ». Cont. Const. l. c. Ad sensum optime.

8 Hebr. ii, v. 16, ubi Vulg. leg. *semen Abrahae*.

9 Al. *consubstantialis*. Ad rem aptius.

10 Luc. i, v. 35.

11 Cont. Const. huius loci versionem nimis litterae tenacem arbitrantes sic aptissime reddiderunt: « *Postquam autem ausus est has omnes impietates, et blasphemias praedicare (evomere), ac trisagiam deprecationem depravare... multa perversa operatus est* ».

in Oriente sunt, et a venerabili Acacio vestrae regalis, ila Deo amatae civitatis archiepiscopo admonitus converti noluit. Quapropter nunc sancta Dei Ecclesia maternis te vocibus, utpote excellentem ipsius Filium, alloqui non cessat. O a Christo amate imperator, meae venerabilitatis vinculum, in quo multitudines fidelium circumstringuntur, dissolvi non permittas; Domini autem Christi et unigeniti Filii Dei laudationem transgredi non permittas, quae et [1] vestram civitatem periclitantem salvavit; sed tamquam angelorum traditionem indepravatam conserva [2]. Petrum Arianae superstitionis sequacem ab Ecclesia Antiochena expelle [3]. Qua ex causa Petrus *scindit vestem meam desuper contextam* [4]? Deus et Pater mandavit principi apostolorum, quid vocarent Filium. Eius unigenitus Filius in confessione primi apostolorum fundat me, Sanctus Spiritus quotidie testatur mihi dicens: *Non iudica, te scire aliquid nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum* [5]. Si autem [6] inimici, increduli, insidiatores, qui extra vitem sunt, et qui unigenitum Filium Dei mactaverunt, lapidaverunt et ligno crucis affixerunt, vestem illius non diviserunt, et Petrus fidei meae vestem dirupit? *Portae inferi non praevalebunt adversus me* [7], et Petrus tentat muros meos demoliri? Ego, piissime imperator, te de imperio expulsum rursus introduxi, et malignos ac inobedientes meis divinis dogmatibus dedi pro sepultura tua, viamque potentiae aperui ante te, inimicos tuos percussi una cum iniquo eorum dogmate, antiquam potentiam exquisivi tibi a Deo in altis regnante, ex quo et regnare sumpsisti. Respice ad praedecessorem tuum piissimum imperatorem Marcianum, et illius fidem libenter amplectere; haereticam tyrannidem Petri quam citissime eradica, Valentini et Eutychetis discipulum expelle a civitate simul et ecclesiastico regimine, et a dignitate hierarchica deiectum esse sancito. Conspice, sanctissime fili et imperator invictissime, qualis [8] in Chalcedonensi synodo indubitabilis defensio facta fuit, et quibus expugnavit Aeschinum, et divulgationes haereticae doctrinae Petri expedias. Haec legat sancta Dei apostolica et catholica Ecclesia, ut ab ipsa propter praedictas causas depositum ad communionem non suscipias; sed per divinos apices vestrae serenitatis ab Antiochiae confinio propellite. Pro ipso autem constituite virum operibus sacerdotium ornantem custodemque diligentem sanctae Chalcedonensis synodi, et eorum quae in ea firmata sunt. Omnipotens Deus custodiat vestram potentiam in pace semper [9].

Zenonem obsecrat, ut Ecclesiae unitatem tueatur.

Et Petrum longe ablegel.

1 Al. *et quae* iuxta graec. text. ητις και.

2 In graec. textu deest *sed*. Portentum autem innuitur, quod in ep. XVII, pag. 229 col. 2 fusius describitur.

3 Hic graec. textus addit. « Τινος ενεκα Πετρος την εμην πιστιν αθετησας, ρηγνυσι του κοσμου την συνεσιν; » Qua de causa Petrus fidem meam irritam faciens, scindit orbis intelligentiam?

4 Ioann. XIX, v. 23.

5 I Corinth. II, v. 2, ubi Vulg. legit. · *Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi...*

6 Verba *si autem* expungenda sunt auctoritate graec. text., qui solummodo legit οι εχθροι απειθεις.

7 Matth. XVI, v. 18.

8 Graec. text. legit « θεωρησον...... οποια τη εν χαλκηδονι συνοδω αναμφισβητητος εκδικησις γεγονε, και του σου πολεμιου εκδικησις· και της αιρετικης διδασκαλιας Πετρου τους δημους εκλυτρωσον ». Conspice qualis in Chalcedonensi synodo non ambigua vindicta illata fuerit; vindicta haec ab hoste tuo illata fuit; et populos ab haeretica Petri doctrina libera.

9 Dat. iuxta Cont. Conc. circa ann. 483; iuxta Jaffé l. c. infra ann. 403 et 492.

S. SIMPLICII

EPISTOLARUM FRAGMENTA.

An. C. 482

I [1].

Zenoni rescribens pluribus ostendit, Petrum Moggum Alexandrinae Ecclesiae non esse praeficiendum.

Simplicii Papae ad Zenonem.

Inter caetera, et ad locum.

Petri scelera.

Sed iam veniamus ad eos, quorum unum a Pontificio Alexandrinae Ecclesiae secludendum, alterum huic praeficiendum tranquillitatis tuae scripta pronunciant: ac primo, si placet persona Petri, meritum expendamus. Nimirum hic est complex parricidae [2] Timothei, et exilio sempiterno vestra quoque iussione dignissimus. Hic contra veritatem militantium socius semper et doctor. Hic de quo Alexandrina urbe pellendo saepe me litteris rogasse non dubium est; qui si esset rectae fidei in catholica utique communione mansisset. Quod si ad eam nuper emendandus accedit, hoc ipsum diu retenti confulatur erroris, quam tamen emendationem si vel nunc sincera mente perquireret, satisfactionem consequenter afferret: non expetit [3] dignitatem, qui post poenitudinem indulgentia dignus est, non honore. Absit, ut eius saluti si resipiscit, inviveam; complector, hortor et gaudeo, gloriosissime imperator; sed diu pravitatis vulnere sauciato medicinae venia competit, non potestatis. Tunc enim religionis poterit nuncupari, si perversitate damnata, ad sanam fidem remeare praelegerit. Alioquin manifestum est, eum non curationem proprii desiderare languoris, sed ambire fastigium, quo perfidiae suae virus miseris animantibus confidentius licentiusque diffundat, et de superiore loco multo violentius in servitutem catholicam redigat libertatem. Quaeso [4] deinde, qui eius provectui suffragentur, et eos audio esse archimandritas et monachos, vel si qui sunt alii, qui sese a communione catholica separaverunt. Horum ergo testimonium comprobandum est, quorum admittenda persona, quibus sanae fidei et conscientiae causa non suppetit, et qui cum eodem pari tenentur errore.

An. C. 482

Cui vel resipiscenti danda venia, non potestas.

Dat. ann. 482.

1 Ex Mansi *Collect. Concil.* tom. VII, col. 994.

2 Al. *parricidii*. Sane perperam: siquidem caedes facta fuit non Timothei sed Proterii Alex. episc. ut videre est apud S. Leonem epist. CV, pag. 149, col. 2. Simplicius autem Timotheum Aelurum parricidam appellat et in ep. II ad Zenonem § 1, pag. 209, col. 1.

3 Al. forsan *expetat*. Sed rectius ad context. videt. n. lectio.

4 Forte legend. *Quaero*.

S. FELIX III.

An. C. 483

EPISTOLA I [1].

Zenoni electionem suam per legatos denuncians, eum pro viribus hortatur, ut, Petro Moggo reiecto, Alexandrinae Ecclesiae pacem restauret.

Cur Zenoni mittenda legatio

Decebat profecto, venerabilis imperator, post sanctae memoriae decessoris mei [3] transitum, meque in eius locum divina gratia subrogatum clementiae tuae litterarum munus offerre, quod vel ea, sicut rerum poscebat ratio, nuntiarem, vel officiositatis meae primitias exhiberem, quibus tamen rite depensis, etiam illa pariter necterentur, quae ad vestri munimen imperii, posteritatisque eius suffragia pertinerent; quantoque essent studio maiore curanda, tanto dignioribus internuntiis explerentur. Itaque conveniens fuit ut Vitalis et Miseni fratrum, et coepiscoporum meorum, et famuli vestri Felicis Ecclesiae defensoris ad vos necessariam legationem mitterem [4], qui non tam baiuli specie ista deferrent, quam meam vicem peragentes me quodammodo vobis facerent esse praesentem. Per hanc [5] igitur, velut cominus honorificentiae tuae iunctus colloquiis, precor ut supplicationem meam benignis auribus sicut princeps christianus accipias. Nec existimet pietas tua, quod quisquam magis sincera mente te diligat, quam qui te pacem in Deo vult habere perpetuam, quando fideli [6] mente non ambigas et temporalis culminis potestatem et aeternae vitae commercia de superna propitiatione pendere.

An. C. 483

Ad hanc Vitalis, Misenus, et Felix electi.

Ille sincere diligitur, cui pax in Deo desideratur.

Pro Alexandrina Ecclesia vehementer instat.

1. Ecce iamdiu est quod beati apostoli sedes, datis per beatae memoriae decessorem meum ad serenitatem tuam litteris, expectans [7] et nullum recepit pro

1 Eloquentissimas Felicis epistolas, quarum sane paucas in nn. codicibus reperivimus, cum his, et probatioribus editis eo accuratius contulimus, quo eius monumenta non parum implexa, et perturbata ad nos pervenerunt. Haec autem minus difficulter intelliges, si ea recolas, quae de gestis Acacii Sirmondus edidit, ut videre est apud Migu. *Patrol.* tom. LVIII, col. 928.

2 Ex *Parisiens. Concil. Collect.* tom. x, pag. 18. « Hanc epistolam Felix romanae synodi consilio ad Zenonem dedit. » Sev. Bin.

3 Cod. Vat. 1342 addit *PP. Simplicii.*

4 « *Necessaria legatio mitteretur.* » Cod. Vat. 1342.

5 Id. cod. *per hos.*

6 Al. perperam *fidei mente.*

7 Recte cit. cod. *expectat.*

catholica fide, pro occidentalium [1] tranquillitate responsum; praesertim cum tuam conscientiam, gloriosissime princeps, metuendis adstrinxerit illa sacramentis, ne sedes [2] beati evangelistae Marci a doctrina magistri sui, vel communione permitteres separari. Sed quoniam praefati decessoris mei studium, longa incommoditate faciente, haec eadem crebrius iterare non potuit; per meae nunc humilitatis officium sollicitius repetere non quiescit. Rursus ergo apostoli Petri veneranda confessio materne instat vocibus et suorum praecipue filiorum compellare non desinens confidentiam tuae pietatis [3], exclamat: Christiane princeps, cur me a curriculo charitatis, quo Ecclesia universalis astringitur, permittis incidi? Cur in me rumpis totius orbis assensum?

Ecclesiae unitas integre servanda.

2. Quaeso te, fili piissime, ne tunica [4] Domini desuper contexta per totum, qua in unum corpus, Sancto Spiritu ubique regente, individuam fore Christi figuravit Ecclesiam, ulla patiaris sorte violari; neve, cuius inter ipsos, qui crucifixerunt Salvatorem, mansit integritas, tuis videatur temporibus esse divisa [5]. Nonne mea fides est, quam solam esse unam [6], et nulla adversitate superandam Dominus ipse monstravit, qui Ecclesiae suae in mea confessione fundatae portas inferi nunquam praevalituras esse promisit? Haec te renatum ad regiam sustulit dignitatem, atque ab eius impugnatoribus potestate extrusa [7] praevalendi tibi denuo viam in ipsius defensione patefecit.

Fides enim una est.

Religiosus in imperat. beneficia ab ipso rependenda.

3. Verum, quaeso, propone etiam exempla gestorum, et hanc vicem meis repende beneficiis, ut quae per rerum examina comprobasti, et periculosa praecaveas, et subsidia recuperatae a te [8] dignitatis affectes. Haec rogo, quae dicta Deus esse voluit per dictae sedis antistitem, vel per mei ordinis parvitatem, qui tuae securitatis [9] intuitu, huiuscemodi ideo promenda iudicavit, ut non tam per eius qualemcumque vicarium, sed praesentis apostoli velut auctoritate commonitus, altius vias et divinae reverentiae, et humanae conditionis aspiciens (quod absit) non ingratus existere videaris collatae felicitatis auctori. Redeat, obsecro, in animi tui integra deliberatione conspectum, quae inimicos tuos facta deiecerunt, quae te ad imperiale fastigium, Deo comitante, revexerint; qualiter illi cum nefanda dogmatis receptione conciderunt; et quemadmodum gloria tua in [10] haereticorum fuerit depulsione reparata; ut illi contra Chalcedonensis synodi venerabilia constituta, et beatissimi Papae Leonis scripta venientes, ipsa sui molitione collapsi sunt; et quibus modis eorum reformationes ad pristinum remearunt [11] tuarum reverentiam [12] principatum.

Per illam Augusti gloriae reparatum.

4. Liceat, oro, apud te fidenter exponere [13], quem [14] convenit non tacere. Unicum in te superest prisci nomen impe-

1 Al. Male *orientalium:* cit. cod. *et pro Ecclesiarum.*

2 Apte quidem id. cod. *sedem.*

3 Id. cod. *maternis te vocibus et praecipue filiorum tuorum compellere non desinens ante praesentiam tuae pietatis.*

4 Optime sane id. cod. *ne tunicam Domini, qua desuper contexta per totum, in unum.*

5 Id. cod. *esse discissa.*

6 Id. cod. *esse veram*; sed inepte ad context.

7 Id. cod. Melius *detrusa.*

8 *A te* deest in cod. Vat. 1342.

9 Al. *serenitatis.*

10 Apud cit. cod. forte melius *in* desideratur.

11 Al. *repararunt.* Cod. Vat. 1353 *remeaverint.* Cod. Luc. Forte *revexerunt.*

12 Hard. forte *tua cum reverentia.* Cod. Vat. 1353 *tuae reverentiae principatum.* Cod. autem 1342 cum reg. mss. *tuam reverentiam.* Lege igitur *ad pristinum revexerunt tuam reverentiam principatum.*

13 Al. *exercere.* Cod. 1342 *exerere,* ubi alio charactere *recensere.*

14 Forte *quod.*

ratoris. Ne, quaeso, nobis salutem tuam, pie imperator, invideas; ne fiduciam pro te minuas supplicandi. Causae, quibus Dominus sit propitius, inquirendae sunt, non quibus eius indignatio provocetur: convenio, contestor, obtestor, quoniam metuo, horresco, formido, ne mutatione causarum (quod absit) mutetur eventus. Respice propitius ad decessores tuos augustae memoriae, Marcianum scilicet et Leonem, et tantorum principum fidem; legitimus eorum successor amplecti debes illorum in religione consensum, quorum debes memoriae reverentiam. Absit a tua devotione, absit a tua potestate, ut talium credaris respuisse iudicium.

Timendum igitur, ne mutatis causis, mutetur et eventus.

Marciani et Leon. pietas Zenoni esto in exemplum.

5. Postremo professionem tuam conscientiamque recolendam sensibus tuae pietatis insinuo. Palatii tui facito scrinia recenseri, et scripta illa diligenter investigari, quae ad apicem summae regrediens potestatis ad decessorem meum pietas tua pro communi gratulatione direxit; his cum semper magna laude prosequeris, quod haereticam tyrannidem praedicationis catholicae vigore contriveris, qua utique istius veritatis praedicatione nihil aliud [1], quam de Eutychiano labores errore prorsus abolendo, eiusque sequacibus excludendis. Haec pro synodi Chalcedonensis definitione servanda, reducendoque sanctae memoriae Timotheo rectae fidei sacerdote tota sua textus serie pie locuta est. Haec certe tua mansuetudo cognovit [2], nec res incognitas tua clementia proferre potuisset, et palam aperteque professa, quod laudum tuarum testificatione firmasti.

Huc obiiciuntur litterae suae ad Simplicium.

6. Requirantur illa quoque, quae ad sanctae memoriae Timotheum orthodoxum Alexandrinum episcopum serenitatis tuae paginae sunt locutae, atque ex ipsis actibus intueri, nisi Petro ex ea memorata urbe secluso, qui ei Ecclesiae tunc temporis incubabat, supradictum Timotheum non fuisse revocatum. Vos ad eumdem venerandae recordationis pontificem iam reductum sacras venerabiles mox dedistis, quibus fideli pectore gloriabimini, quod sanctae Ecclesiae magnae civitatis Alexandriae providens orthodoxae fidei, Dominus noster ac Salvator verum restituerit sacerdotem [3]. Ubi manifestum est, quia cum hoc verbum dicitis, illum fuisse falsum, qui pulsus est [4], ostenditis; et cum in venerando Timotheo orthodoxo fidem Dominum textamini reduxisse, perversam in omnibus in Petro perhibetis refutasse doctrinam non ob aliud, nisi quia et ille, qui orthodoxus pronuntiatur et verus, Chalcedonensi synodo (sicut eius tunc missa tenet professio) consentiebat, et iste, qui falsus et perversus eiicitur, ab eiusdem synodi tramite discrepabat.

Ad Timotheum;

7. Denique cunctos episcopos Aegypti universosque cleros [5] increpastis, vestris generaliter apicibus sancientes, ut nisi intra duos menses ab his, quae a principio contra canones, contra Ecclesias Dei, contra orthodoxam fidem cogitaverunt, abstinerent, atque beati Timothei communione [6], quam impie reliquerunt, dignae poenitentiae satisfactione remearent, non solum despoliandos honoribus; verum etiam et Alexandrina urbe, et omni Aegyptiaca regione carituros: iniustum enim videri, sicut christianus imperator affirmans [7], ut qui se ad Ecclesiam [8], quae

Ad Aegypti episcopos et clerum.

1 Supple *agebatur*, vel aliud huiusmodi.

2 Cit. codd. male ad context. *cognoscit*.

3 Perperam cod. 1342 *Salvator verus rursus restituerit sacerdotem*.

4 Cit. cod. *Qui est depulsus*.

5 Et cod. 1353 ita legit: alii aut. edit., quibus n. cod. 1342 adhaeret, rectius *clericos*.

6 Lege *ad beati Timothei communionem*.

7 « *Affirmat*. » Cod. c. 1342, et quidem recte.

8 Hard. Forte *ab Ecclesia, vel adversus Ecclesiam*. Id. cod. optime *ab Ecclesia*.

ubique terrarum est, segregarent, haberent sacerdotis[1] aut ullo sacro ministerii nomine censerentur. Vos indigne ferentes ab Alexandrinis seditiones[2] concitatas, eos, qui propter ordinem clericalem simili deceptione tenebantur, nisi salutaribus monitis obedirent, tali poena dignos arbitrabamini[3].

Itemque opponitur quod ipse egerit contra Moggum.

8. Vos Petrum speciali notantes elogio, quod illicite se Alexandrinae iniecisset Ecclesiae, omnes, qui tam ab eo quam haeretico Timotheo iam defuncto fuerant ordinati, si intra finita tempora resipiscerent, ad communionem catholici Timothei mandastis recipi (non etiam ad male praesumpti gradus privilegia decreveratis admitti), consequenter addentes, caeteros deteriora subituros, si eligere meliora noluissent. Vos cuiuslibet post has varias satisfactionis causas cunctis penitus abstulistis, quibus[4] ipsos ab unitatis consortio discedentes, recensuistis tulisse iudicium. Vos de ipsius persona Petri quidquam denuo defricandi[5] sapienti consideratione tacuistis; quippe quem[6] Ecclesiae arce deiectum, simul pervasi pontificii videretis honore nudatum; nec ullo modo fieri posse, ut unquam vel orthodoxis praesideret, qui aut a nullis aut ab haereticis fuerat institutus, vel recidiva toties temeritate violentus ovile dominicum subdolus et invidiosus[7] intraret.

E prioribus ergo posteriora redargui necesse est.

9. Atque ideo quod corrigendis eius praetendebatis sectatoribus irrogandum, huic iam quasi magistro sceleris rationabiliter deputabatis inflictum; ut, quibus fratres merserat ad ruinam, fieret ipse metuendae damnationis exemplum; quodque adeo verum est, ut superstare venerando Timotheo legionem sollicite iusseritis, si eidem humanitus aliquid evenisset. Vos non nisi de catholicorum collegio clericorum, et a catholicis consecratum subiistis videre pastorem; quia ubique nullo ritu[8] sub vestrae serenitatis obtutibus haeresis ipse praecipuus Eutychianae dementiae potuit esse vel dici orthodoxi successor antistitis. Quo igitur animo bestiam, quam a gregibus Christi duxistis abigendam, in eorum denuo patimini[9] saevire perniciem? Certe legibus, quas universis imponitis, magis vultis vinci[10], quam promulgare contraria; quanto satius[11] fuerit, intemerata persistere, quae heri pro integritate retinenda totius Ecclesiae protulistis, quo et tui catholici imperii auctoritas inconvulsa permaneat, et nihil accedat, quod actibus apud Dominum vestrae felicitati obsistat.

Chalcedonense concilium fidei defensio.

10. Cernis enim, venerabilis imperator, quia ut Chalcedonensis synodi indubitata defensio inimicorum eius elisio est, sic vicissim manifesta illius impugnatione comprobatur hostium venerandae ipsius cognitionis evectio[12]. Meministis quemadmodum verba divina nos instruant *neque in dextrum, neque in*

1 Id. cod. rectissime *sacerdotis dignitatem, aut ullo sacri ministerii.*

2 Cit. codd. addunt *iterum*. Ad rem quidem aptissime.

3 Iid. codd. subiiciunt « *qualem non sustinerent nec ullis criminibus involuti*. Ad context. concinnius videtur.

4 Recte cod. 1342 *quia*.

5 Apte id. cod. *defricandum*.

6 Id. cod. rectius *ab Ecclesiae arce*.

7 Id. cod *insidiosus*, cui consentit et al. 1353.

8 Al. *nullo more*.

9 « *Pateremini* ». Iid. codd., sed perperam, ut videtur.

10 Cod. 1342 apte leg. *quas humanis rebus imponitis, mavultis vinci*.

11 Cod. 1353 *quanto sacrius*. Inepte, ut opinor.

12 Al. *protectionis*; malo quidem. Cit. cod. 1353 leg. *congregationis electio*. Itaque sic legerem: *comprobatur hostium venerandae ipsius congregationis* (sc. Chalced. concil.) *evectio*. Mox autem id. cod. sic prosequitur: « *Congregatio memorabilis, quemadmodum verba divina nos instruunt, nec in dextrum, nec in sinistrum limitem rectae dispositionis excedit* ».

Illud enim catholicam doctrinam complectitur

sinistrum limitem rectae dispositionis excedere, sed via (ut scriptum est) *regia mediaque gradiendo* [1] hinc atque inde Nestorii Eutychetisque sacrilegia condemnata [2] detestans, ita magnae pietatis praedicans sacramentum, ut omnipotentis Dei Patris consubstantiale sempiternumque Verbum, quod incommutabili Deitate [3] et incarnatum est, et ab ipso ineffabilis conceptionis exordio, quam sibi in utero Virginis Matris potenter instruxit [4], unum eumdemque Iesum Christum Dominum nostrum, unum eumdemque Dei et hominis Filium, unum eumdemque inconfuse, indivise Deum hominemque veraciter permanentem intemerata Patris lege prolatum, in hoc mundo fuisse conspicuum [5], divina simul humanaque gessisse; mortuum, atque ex mortuis exurgentem [6] in Patris dextera residere, itemque inde venturum, ut est visus ire in coelos, eatenus profiterentur, quatenus librorum memorat traditio divinorum, et Nicaeni Concilii forma, sicuti [7] cuncti retro praedicavere Pontifices; sic [8] eorum tam Ephesino primo competenter inserta conventui, quo beati Papae Celestini temporibus Nestoriana pestis extincta est, quam datis augustae memoriae Leoni sanctae memoriae Leonis Papae epistolis capitula subiecta testantur; quibus vir ille [9] consulens etiam totius Orientis episcopis [10], eorumque responsa subscriptionesque super synodi Chalcedonensis approbatione suscipiens, ea nullatenus passus est mutari, quo magis christiana mente perpendit et hoc esse verum, quod cum divinis assertionibus catholicorum de toto orbe doctorum longe, antequam huiusmodi quaestio nasceretur, consonantia ubique dicta concinuerant [11], et ideo nulla iteratione refodienda [12], quae constarent iure damnata; ne non solum causa praesens in omne catholici nominis extendat exitium, sed etiam cunctis residuis [13] publica bella resumendi pandatur occasio, si quolibet modo, quod semel a veteribus universaliter decisum est, retractetur; uti esse iam etiam [14] pervidetis Alexandrinae Ecclesiae pervasorem [15] funesta diu impunitate grassantem, vestris praeceptionibus, quibus merito dudum probatur eiectus, esse nihilominus abigendum.

Scripturis, Conciliis, Patribus comprobatam.

Iure damnata non amplius iudicanda.

Mongi crimina.

11. An non ipse est per triginta annos catholicae desertor Ecclesiae, inimicorumque eius sectator et doctor, et ad fundendum sanguinem semper velox fuit, et promptus? Numquid ad hanc istam dissimulationem sumus quadam ex conniventia praeceptoris [16]? In quo revera non est opus discussione subtili; quia eius aperta sunt crimina. Dolet certe pietas tua, quod per diuturnos partis alternae gravesque conflictus multi ex hoc saeculo videantur ablati aut baptismatis, aut communionis expertes. Sub hoc ergo praesule ne sint baptizati, et efficiantur haeretici, et sine communione transeant, ne in perditorum pravitate deficiant; ut

Ideo expellendus.

1 Deut. II, v. 27, ubi Vulg. leg. *publica gradiemur via; non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram*. Caeterum locus nimis implicatus clar., quo fieri potest, evadet si variantes locutiones probe connectas.

2 Cod. 1342 forte melius *sacrilega commenta*.

3 Cit. codd. add. *descendit*.

4 Cod. 1342 *instituit*.

5 Al. *perspicuum*.

6 Cit. cod. 1342 aptius *resurgentem*.

7 Cit. codd. 1342, et 1353 rectius, ut opinor, *Nicaeni concilii formam secuti*.

8 Cit. codd. perperam ut videt. *Sicut eorum tam Ephesino plurima*.

9 Cit. cod. recte addit *permotus*.

10 Cit. codd. recte *Episcopos*.

11 Cit. codd. *consona ubique dicta cecinerunt*.

12 Cit. codd. *refovenda*.

13 Cod. 1342 recte *cunctis haeresibus*.

14 Cit. codd. adduut *procul dubio*.

15 Cit. codd. *pervasorem*.

16 Cod. 1342 cum al. edit. *conniventia*. Appendix codicis Theodos. apud Sirmondum leg. *ex cohibentia recepturi*, sed inepte ad sequentia, ut videtur.

quemadmodum scriptum est, *caecus caeco ducatum praebens cum eodem mergatur in foveam* [1].

12. Non est hoc, oro te, acerrimum decrevisse periculum [2], quando nec sauciis adhibetur firma curatio, et sanis ingeritur miseranda contagio? Nam quomodo aiunt sedari posse, si in futuro furores suos patiantur [3]? Quid est illud [4] dicere iam causam nullam superesse certaminis, nisi haereticis victoria tribuatur? Proinde quibus inferri castigationis aliquid etiam corporalis, ut Pater benignus, horrescis; multo clementius eorum animos non patiaris [5] intercipi, sed pia depositione [6] compressos tandem subdi facias catholico sacerdoti; ut verae generationis [7] effectum, et securum sibimet profuturae communionis auxilium consequantur. Subiecit vobis divina Providentia facultatem, qua itidem effringatis opera perfidorum. Depulit illo nostrae religionis vastatorem, vos ab eius Ecclesiae cervicibus irruptionem deturbate praedonum. Pacavit ille rempublicam (sicut vester quoque sermo testatur) a tyrannide haeretica; libertatem vos ab ipsis haereseos praeceptoribus populos eruentes christianis restituite. Ille vos aulae legitime restituit imperatoris iure suffultos; reddite vos magistro discipulum; sedem beati Marci Evangelistae ad communionem beatissimi Petri, de vitae eorum meritis devotione reducite; ut ipso in vobis opus bonum perficiente, qui coeperit, secure audire mereamini: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [8]; et ad tuae gloriae cumulum ita vice Dei praesideas, verendus veraciter existens divinitatis imitator, atque adhuc in rebus temporalibus constitutus iam experiaris et munus in aeternam tibi beatitudinem praeparatum.

Zenonis fallacias refellit.

Quid ab ipso praestandum.

13. Quod vero cuncta litteris non potuerunt comprehendi, quae negotii qualitas non sinit praeteriri [9]; quaedam venerabilibus nostris fratribus et coepiscopis meis, quibus cura legationis iniuncta est, proprio apud vos agenda sermone commissa sunt. Precor ut ea quaeque [10] et audire benignus, et indifficulter annuere tum pro catholicae observantia veritatis, tum etiam pro regni vestri incolumitate dignemini [11].

Rogat, ut legatorum dictis annuat.

EPISTOLA II [12].

Acacii silentium obiurgans eius conniventiam cum haereticis execratur, illique praecipit ut, Chalcedonensi synodo integre servata, Alexandrinam Ecclesiam enixe vindicet.

Felix ad Acacium Episcopum per Vitalem et Misenum Episcopos [13].

Postquam sanctae memoriae decessore meo Papa Simplicio de vitae [14] cursu su-

Cur legati ad imperatorem missi.

1 Matth. xv, v. 14, ubi apud Vulgat. legitur: *caecus autem si caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt.*

2 Cit. codd. legunt *arcessisse remedium, sed decrevisse periculum.*

3 Iid. male inquiunt *sedari posse furores suos, si tali rectore patiantur?*

4 Iid. male *aliud.*

5 Iid. perperam ad orat. context. *patieris.*

6 Cod. 1353 *dispositione.* Ad rem forte aptius n. lectio.

7 Cit. codd. 1353, et 1342 melius *regenerationis.*

8 Matth. x, 24, 22.

9 Cit. cod. 1342 recte *praeterire.*

10 Id. *quoque.* Forte aptius ad context.

11 Dat. iuxta Baron. et Jaffè op. cit. pag. 52, ann. 483.

12 Ex *Paris. Concil. Collect.* tom. x, pag. 10, ubi notatur, hanc esse synodicam epistolam, quam PP. Concilii Romani a Felice Pontifice ad Acacium transmittendam esse censuerunt.

13 Cuiusnam civitatis fuerint episcopi ex historicis non liquet. Verum e vetustiss. mss., cui titulus est *Concordantiae canonum*, facile comperitur Misenum Cumae, Vitalem Truenti episcopum fuisse, quae tunc temporis urbs erat in regione Picena ad fluvium eo nomine dictum. Baron. *Annal.* 483, num. xix

14 Al. add. *huius.*

perna praeceptione migrante, ministerii quod regebat, ad meae humilitatis officium gubernacula pervenerunt; in[1] diversas generalis Ecclesiae curas, quas ubique terrarum cunctis populis christianis[2], summi pastoris voce delegante, beatissimus Petrus apostolus pervigili moderatione dispensat; continuo me sollicitudo maxima, quae et praedecessorem meum incessanter urgebat[3] tam Alexandrinae urbis, quam status fidei totius orientalis regionis excepit. Haec nos diebus noctibusque perstringens ad Dominum Filium nostrum christianissimum principem per Vitalem et Misenum fratres et coepiscopos nostros legationem compulit destinare; quae vice mea pietati eius et debita praesentaret officia, et pro fide catholica, maiorumque nostrorum servandis constitutionibus supplicaret.

Acacii silentium urget.

1. Hac[4] igitur illo pergente, par fuit dilectionem tuam dilectis pariter salutare colloquiis, et consequenter hortari, ut aliquando tandem patrocinium causae Domini communis impendas[5], nec despiciendum putes quod Christi confessione veridica, et universalis eius Ecclesiae definitione ..... vel de pace concorditer[6]..... si illius et honore cupis esse clarus et nomine. Fatemur enim secundum apostolicam vocem, magnam nobis inesse tristitiam et dolorem cordis nostri continuum[7] cogitationibus, quas in die[8] procedentibus negotiis sustinemus. In primis illud, quod dudum ante oculos fere omnium vertebatur[9], occurrit; cuiusnam rei causa videlicet intercessit, indica nobis, quod dilectio tua non modo tantis opportunitatibus indesinenter exortis, verum etiam saepe numero a decessoribus meis[10] litteris invitata,[11] velut obstinato silentio nunquam super hanc partem aut consulere quidquam voluerit, aut referre. Cumque nos aliquid temere sinistrum (quod absit) de tua mente conveniat opinari; tamen quia venerabilium virorum, qui Ecclesiam, cui praesides, ante rexerunt, morem formamque destituas, ullo modo possis non esse suspectus.

Eius superbiam carpit.

2. Certe si (quod non credimus[12]) dedignaris[13] B. apostoli vicariis reverentiam tuis deferre fastuosis affectibus, memor saltem[14] officii pro fidei integritate catholicae, pro paternarum custodia sanctionum, pro synodi Chalcedonensis constitutione servanda, quae Nicaeni conventus penitus probat articulos, atque pro eis ubique hostibus comprimendis, sicut orthodoxorum urbis illius imitator antistitum, constanter exurgere debuisses; quoniam te aliter inter membra corporis Christi monstrare non possis, nisi nullatenus providere desisteres illis, quae per totum mundum dicuntur obrepsisse, contagiis.

Quid imperatori crebrius ingerendum.

3. Proinde adire debes saepius[15] christianae mentis Augustum, et causas eidem salutis suae atque etiam imperii redditurus, et conservandi eius auxilium

1 Cod. Vat. 1342 recte *inter*.

2 Cod. Vat. 1353 *Christi*.

3 Cod. Vat. 1342 *agebat*: Vat. autem 1353 *angebat*.

4 Scilicet *legatione*.

5 Cod. Vat. 1342 *ut aliquando tandem causis te Domini communis impendas*.

6 Duo cc. codd. hic punctorum loco legunt: *exequendum est*. Inepte, ut videtur. Potius ex contextu supplend. opinor: *patres nostri statuerunt*.

7 Rom. IX, v. 2, ubi apud Vulg. legitur: *Quoniam tristitia mihi magna est, et continuus dolor cordi meo*.

8 Al. *in dies propellentibus*. Recte quidem *in dies*.

9 Cod. Vat. 1342 *versabatur in dies*.

10 Id. cod. *decessoris mei*. Ad rem apte.

11 Nonnulli edit. *incitata*, quibus adhaerent cc. codd. 1342 et 1353. Sane melius.

12 Cod. Vat. 1342 *ut non credimus*.

13 Codd. Vatt. 1342, 1353 delent *dedignaris*, atque ita legunt: *Beati apostoli vicariis reverentiam tuis deferre fastidis affectibus*.

14 Iid. codd. addunt *sacerdotalis*. Rectius, ut opinor.

15 Cit. cod. 1342 *Proinde adire crebrius decuerat*. Rectius ad context., uti patet e seq. paragr.

frequenter ingerere; unde inimici illius corruerint, et qua via idem surrexerit[1], nihilominus intimare ei; scripta illa sensibus pietatis eius offerre, quibus decessorem meum eximia laude extulit[2], eo quod haereticam tyrannidem catholicae veritatis assertione confoderit. Item[3] illa quoque, quibus Petrum Alexandrinum ab Alexandrinae cervicibus excussit Ecclesiae, et[4] sanctae memoriae Timotheum revocavit orthodoxum; nec illa praeterire, quibus episcopis et clericis, laicisque per omnem Aegyptum constitutis, quod a divina christiana professione deviassent, sicut catholicus imperator obtestans, nisi intra duos menses ad communionem[5] Timothei redirent, honoribus, Ecclesiis, omnibusque in illa regione denuntiavit esse privandos; simul etiam quibus Petri, quem illicite se Alexandrinae Ecclesiae iniecisse perhibuit, ac Timothei haeretici iam defuncti ordinationes, vel ea, quae secreto per modos dicebant, ita recassavit; nec non etiam illud adnectere, quod cum Timotheus sanctae memoriae catholicus fungeretur extremis, divinae inspirationis instinctu, tam ad eius Pontificis consulta rescribens, quam ad urbis Alexandrinae clerum, omni providentia mandaverit[6] praecavendum, ut si praefatum Dominus sacerdotem[7] transire iusserit non nisi de catholicorum corpore clericorum, et qui orthodoxae fidei probaretur esse discipulus, omnibusque communicaret Ecclesiis, atque a catholicis ordinatus succederet defuncto Pontifici; nimirum sapienter intendens, Petrum, qui aut a nullis, aut ab haereticis falsi nominis huius honore iactaretur, super petram[8] catholicae Ecclesiae, e qua eius temeraria fuerat praesumptione depulsus, nunquam posse penitus praesidere.

4. Haec[9] huiusmodi quae gesta sunt, et dilectionis tuae conscientiam non latent, convenerat saepius impertiri[10]; praecipue cum in his christianissimo principi promulgandis, quando ad regiam potestatem Deo comitante remeavit, operam tuam missis huc litteris non tacueris vehementer impensam esse, dignam catholico Pontifice; gloriareris omnes qui contra sedem[11] vestram, contraque Chalcedonensem synodum, et contra praedicationem Sedis Apostolicae venire tentaverint, fuisse prostratos; quo magis te pro tua salute et professione ferventius apud clementiae eius aures oportuerat talia incessabiliter allegare, ac magnopere deprecari, quo nec suam, quam catholica mente deprompserat, violari[12] ullatenus pateretur cuiuslibet subreptione sententiam; nec adversus universalis Ecclesiae sanctionem per haereticorum furias, quas, Deo inspirante, pietas eius eliserat, sineret denuo pullulare, quam manifestissime pervideres; ac tua modis omnibus praedicatione rursum in ea, quae extiterant ei adversa, consurgeres, atque eadem sine dubitatione firmares; quando huic reluctantia, sicut dudum fuerant subversa, iacuissent; ne vel tuae (quod absit) fidei destitutor, vel perfidiae dicereris fautor alienae. Error enim, cui non resistitur, approbatur; et veritas, quae[13] minime

Acacii consensionem vehementer redarguit.

1 Cit. codd. *iidem surrexerint*. Perperam, ut liquet ex praecedent. epp.

2 «*Sustulit*». Iid. codd., qui mox delent *eo*.

3 Cod. Vat. 1342 delet *item*.

4 Iid. codd. 1342 et 1353 *ut... revocaret*. Ad rem aptius n. lectio.

5 Cod. Vat. 1342 addit *sancti*.

6 Al. rectius *mandavit*.

7 Duo nn. codd. 1342 et 1353 recte addunt *de terrena conversatione*.

8 Al. *unde Petrum*, ad quorum lect. accedunt et nn. codd., sed perperam.

9 Cod. Vat. 1342 *Haec et huiusmodi*. Forte melius.

10 Cit. cod. *imperari*. Inepte, ut videtur.

11 Al. forte melius *nostram*... cod. autem Vat. 1342 *fidem vestram*.

12 Cit. cod. 1342 *temerari*.

13 Cod. Vat. 1342 *quum*.

Veritas enim invindicata opprimitur.

defensatur, opprimitur. Deinde cum tibi, Domino praestante, apud dominum filium nostrum religiosum principem familiaritatem esse noverimus; nullus unquam potuit suaderi, dilectionem tuam nequivisse gerere, quin [1] potius noluisse: et ideo quia non impossibilitatis [2] esset, quod taceretur, ipse quoque non ambigis, quid hinc universalis iudicare possit Ecclesia.

5. Ubi est, frater Acaci, labor tuus, quo tyrannidis haereticae tempore desudasti? Patieris hoc damno conscientiae tuae eiusmodi perire mercedem? Respice apostoli verba, quae testantur [3]: *Currebatis bene; quis vos confascinavit* [4]? Cur eorum, frater, quaerere semitas veteres nunc relinquis? Cur irruentibus in ovile dominicum lupis nulla vigilantia ministerii pastoralis obsistis, sed aequanimiter atque securus commissum gregem aut laniari perspicis, aut necari? Non dicentem recolis Dominum, et animam suam quidem pro ovibus ponere pios pro devotione pastores; mercenarium autem de his curam penitus non habentem, mox ut bestiam forte conspexerit, sine ulla diffugere consideratione testantem? Verum cum tibi fugiendi nulla sit causa, (nam nulla formido est) metuo, ne septa dominica non tam pavore deserere, quam (quod est detestabilius) sponte videaris saevis dentibus obiecisse [5].

Pastoris est gregem suum tueri.

6. Ausculta vocem eiusdem Domini praemonentis: *Qui mecum non est, contra me est: et qui mecum non colligit, dispergit* [6]. Et diligenter attende, nihil aliud esse; non procurare quae Christi sunt, nisi se palam profiteri eius inimicum. Non desperemus facere, frater, veram Salvatoris nostri sententiam, qua se usque ad finem saeculi Ecclesiae suae non defuturum esse pollicitus est [7]; nec ab inferi portis eam dixit esse superandam; et quae omnia per apostolicae scita doctrinae ligarentur in terris, nec in coelestibus memoravit absolvi [8]. Neque putemus, quod quibuslibet sit vallata periculis, unquam pondus vigoris sui vel censura beatissimi Petri, vel auctoritas universalis amittat Ecclesiae; quae quanto magis cavet, ne mundi prosperitatibus intepescat, tanto non frangitur, sed potius erudita divinitus crescit adversis. Unde [9] perspiciendum est, ne eam, quae nullis potest obrui motibus [10] procellarum, quicumque eam submergere nititur in ipso saeculi pelago fluctuantis, ipse potius a gubernatione salutari in profunda deiectus, illa praevalente, mergatur.

Christi promissis fidendum

Non frangitur Eccles. auctoritas, sed augetur adversis.

7. Atque ideo, cum ita sit, moneo, hortor et suadeo, ut quae commissa sunt corrigas, et frequentibus studiis de te facias meliora sentiri: *Negligere quippe, cum possis deturbare perversos, nihil est aliud quam fovere. Non* [11] *caret scrupulo societatis occultae, qui evidenter facinori desinit obviare* [12]. Unde si contra synodi instituta Chalcedonensis tendere hostilia corda perspicis, et quiescis; mihi crede, nescio quemadmodum te Ecclesiae totius asseris esse participem. Ad te oculos praeterea non reducis, quia non solum in hac causa adversus omnem catholici dogmatis tendatur unitatem, sed etiam cunctis

Chalcedonensis synodus fortiter defendenda.

1 Cit. codd. recte *quam*.

2 Iid. codd. *non impossibilitatis fuit, sed voluntatis*. Forte melius.

3 Cit. codd. *Apostoli... testantis*.

4 Galat. v, v. 7, ubi Vulgat. legit: *quis vos impedivit veritati non obedire* ?

5 Al. forte *deiecisse*. Cur?

6 Luc. xi, v. 23, ubi Vulg. verba legit aliquantulum transposita.

7 Matth. xxviii, v. 20.

8 Id. xvi, v. 18 et 19.

9 Al. *ubi*.

10 Al. *molibus*.

11 Al. *Nec*. Melius ad orat. context.

12 Haec verba apud Gratianum Anastasio PP. tribuuntur. Ita Harduin. *Act. Concil.* tom. ii, p. 813.

haeresibus, quae vel se nobis melius sentire praetendunt, resumendi vires, atque inter usus pristinos resurgendi latus campus aperitur, si semel quod a nostris maioribus est dispositum, qualibet occasione pulsetur.

Idque ab Acacio enixius requirit.

8. Unde iterum atque iterum protestamur, ne in abruptum totius Ecclesiae status per audaciam contra synodum catholicam insurgere molientium sinatur abduci. In quo quidem certamine firmum fundamentum Deus statuet, sicut de eo nobis licet sperare: *Et novit Dominus, qui sunt eius*[1]. Verumtamen, salvo eo, quod in die iudicii talem a nobis Ecclesiam certum est, qualem a Patribus accipimus, exigendam; etiam in hac vita, se ad eam non pertinere cognoscat, qui non solum plenitudini eius noxia conatur inferre, sed etiam qui ea, quae eidem congruentia sunt, dissimulat providere. Absit ut de tua dilectione taliter nos credamus, quem et dudum pro catholica fide viriliter stetisse reminiscimur, et a totius Ecclesiae corpore nolumus discrepare. Quapropter instantius (qui te sincero diligimus charitatis intuitu) crebro repetitis hortationibus incitamus, ut ipse vicissim ea post haec devites, quae te ab omni domo Christi ostendant esse disiunctum; nec magis illa secteris, quae ab eadem te faciant esse divisum. Multa vero (quia non opus fuit litteris universa congerere), quaeque utilitas negotii praesentis efflagitat, fratribus et coepiscopis Apostolicae Sedis legatione fungentibus, vel cum domino filio nostro clementissimo principe, vel cum tua dilectione colloquenda mandavimus; quod[2] aequum est et pro catholicae fidei observatione prompta mente suscipere, et pro tuae aestimationis intuitu necessariam apud augustae mentis benevolentiam suggestionibus adiuvari[3].

Mandat, ut legatorum verbis obsequatur.

EPISTOLA III[4].

Acacium de silentio redarguens ei per legatos edicit, ut libello Ioannis episcopi Alexandrini quam citius respondeat.

Acacii silentium reprehendit.

Episcopali diligentia commonente, debuerat dilectio tua ecclesiasticum morem secuta quid responsio sanctae memoriae praedecessoris mei per virum devotum Uranium subdiaconum apud clementissimum principem, quid apud te quoque litterae ipsius in causa Alexandrinae Ecclesiae profecerint, indicare; et curam, cuius te non immerito voluit esse participem, cuncto studio prosperorum significatione moliri; ut catholica fides apud Chalcedonsem synodum roborata, et iterum firmata responsis omnium, qui in eadem resederant Domini sacerdotum, quam inopinato rursus haereticorum pravitas inquietat, communi opere inimicis propriis subiacere non permitteretur oppressa. Quod cum diu omittitur, superveniens[5] et coepiscopus noster Ioannes fugatus ab haereticis pervasoribus sedis Alexandrinae, libellum nobis, quem sanctae memoriae decessori meo paraverat porrigendum (quantum est ex subiectis agnosces[6]), ingessit; quem morem maio-

Ioannis libellum excipit.

1 II Timoth. II, v. 19, ubi Vulg. leg. *cognovit*.
2 Al. optime *quos*.
3 Dat. iuxta Baron., et Jaffè l. c. ann. 483.
4 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 1108.
5 Cod. Vat. 1353 addit *frater*. Quam vocem verborum dispositio requirere videtur.
6 Cit. cod. *ex subditis cognoscis*. Sane melius n. lectio.

ris sui beatae memoriae Athanasii exemplo, et priorum nostrorum non potuimus refutare [1].

Cur ab Acacio protinus respondendum.

Et ideo lectis subditis [2], frater carissime, ad haec quae proposita esse rognoscis, apud B. Petrum apostolum, cui preces in nobis oblatas pervides, et quem ligandi atque solvendi a Domino potestatem sumpsisse [3], non potes diffiteri, in conventu fratrum et coepiscoporum nostrorum respondere festina; ut in alterutram partem quod iustitia paraverit ordinantes, amotis scandalis Ecclesiarum, quas scindi videmus, reparata concordia et servata integritate fidei, puris mentibus acceptissimas [4] faciamus placationis hostias, quas pro omni populo christiano et salute gloriosissimi imperatoris offerimus. Ad quam rem de collegio nostro fratres et coepiscopos nostros Vitalem et Misenum, cum quibus illum a latere nostro fidelissimum nostrum Felicem defensorem sanctae Ecclesiae Romanae ordinatione direximus; quibus moram fieri non oportet, ne ad indignationem Domini provocandam, quae corrigenda sunt, procrastinationibus [5] convalescant [6].

Procrastinatione convalescit quod omittitur corrigendum.

EPISTOLA IV [7].

Zenoni conqueritur, quod Moggum ab Alexandrina Ecclesia olim ipsius opera iure deturbatum nunc eidem praeficiendum velit, eumque de legatis ad Acacium missis instruit.

Zeno imperio restitutus Moggum ab Alexan. Ecclesia detrusit.

Cum sibi [8] redditam pacem, compressis per vos haereticis, qui sentiebantur attolli, universalis gauderet Ecclesia, et vestrae pietatis imperium etiam [9] de inimicis suis victoriam reportasset, et per universum orbem pro salute vestrae serenitatis oratio cunctorum oraret [10] ad Dominum sacerdotum, et [11] vestra pietas fidei cultor et defensor orthodoxiae sub aeterni regis propitiatione regnaret; quando venerandi apices vestri, et Deo proxima currens de sacro pectore frequenter auctoritas inter gaudia recepti imperii Petrum conversatum cum haereticis et parricidae illi Timotheo cohaerentem a profanis (quia nec ab aliis fieri poterat) Alexandrinae Ecclesiae episcopum, quantum sibi existimaverat, ordinatum, acceptissima Deo praeceptione deiecerat: et tyranni litteras, quas in eversionem contra fas et sacrosancti Chalchedonsis Concilii definitiones mens insana dictaverat, pro regni sui commendatione, evacuavit. Ita deinde illicitas ordinationes eius, vel etiam Timothei, utpote haereticorum, irritas fecit; atque eos, quantum extra Ecclesiam fuerint, iudicavit [12].

Dolet quod hic in praesens eidem praeficiatur.

Sed nunc eum, mutatis omnium gaudiis in moerorem, Ecclesiae Alexandrinae cognovimus praesidere, quod si verum est (ut christianissimo principi coram Deo fiducialiter est faciendum) divino iudicio suggerimus, non leviter esse pensandum; nisi certis [13] remediis, quod in contumeliam Dei factum dicitur, fuerit

1 Id. cod. male *refraenare*
2 Al. *subiectis*.
3 Matth. XVI, v. 19.
4 Id. cod. hic addit *Deo*.
5 Id. cod. *frustrationibus*.
6 In cit. cod. chron. deest. Baronius vero, et Jaffè l. c. ep. referunt ad ann. 483.
7 Ex Baron. *Annal.* tom. VI, pag. 380.
8 *Sibi* deest in cod. Vat. 1353.
9 *Etiam* desid. in n. cod. 1342.
10 Duo nn. codd. legunt *cunctorum erat*. Porro rectius ad orat., dummodo *esset* legeretur.
11 Codd. 1342 et 1353 pro *et* habent *ut*. Apte quidem ad context.
12 Al. *indicavit*. Sane melius ad context.
13 Cit. cod. 1342 *celeribus*.

expiatum. Et quia (sicut scriptum est) unius membri totum corpus patitur passiones [1], in persona eius Orientis concutiuntur Ecclesiae. Quod fratrem et coepiscopum meum [2] Constantinopolitanum respicit sacerdotem, adversus quem in conventu mihi ab eo, cuius sedem praefatus fertur tenere, libellus oblatus est, quem deplorationibus meae humilitatis annexui; ut idem frater et coepiscopus meus Acacius (sicut ecclesiasticis necesse est, et vestris legibus fieri decet) ad haec quae de se pervidet intimari, apud beatissimum [3] Petrum apostolum diluere obedienter [4] procuret, nec ullo modo existimet differendum. Qui si (quemadmodum confidimus) bene conscius est, apostolicum non debet iudicium cum consacerdotibus suis et moderationem abiicere; ut sacerdotalibus actibus et comprobatione fideli [5] comprobatus primum Christi Domini nostri, atque omnium sacerdotum, ac deinde pietatis vestrae gratia gloriosus [6] perfruatur.

Ioannis obiecta ab Acacio diluenda.

Dat. ann. 483 [7].

EPISTOLA V [8].

Cuilibet cum Acacio a S. A. damnato communicaverit anathema indicit.

Acacius, qui secundo a nobis admonitus statutorum salubrium non destitit esse contemptor, meque in meis credidit carcerizandum [9], hunc Deus, coelitus prolata sententia [10], de sacerdotio fecit extorrem. Ergo si quis episcopus, clericus, monachus, laicus, post hanc denuntiationem eidem communicaverit, anathema sit, Sancto Spiritu exequente.

Acacii pertinacia.

Cum ipso nemini communicandum.

Dat. ann. 484.

EPISTOLA VI [11].

De violata legatione conquestus Zenoni suadet, ut Petri Alexandrini, et Acacii damnationi vir catholicus acquiescat.

Felix Zenoni Augusto.

Quoniam pietas tua licet profusiore pagina ad mea scripta responderit, suis auribus diligentius intimatam fastidio dignam credidit veritatem; curandum mihi fuit, ut breviter quae non vultis latius publicari definita concluderem. Itaque, officiositate praemissa, timere me fateor regno vestro pariter et saluti. Siquidem contra divinam reverentiam probabitur, ut beati apostoli Petri directa legatio, sicut eius confessio patefecit, tanquam in captivitate redacta teneretur, et chartis quas baiulabat violenter ablatis, ad communicandum haereticis, hoc est apocrisiariis Alexandrini Petri, adversum quem ierat, de custodia sit producta. Quapropter [12] Vitalem quidem et Misenum cur vel impulsi ad ista consenserint, honore simul et communione apostolica censura

Legatorum violationem deplorat.

Vitalis et Misenus honore et communione privati.

1 I Corinth. XII, v. 26, ubi Vulg. leg. *Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.*
2 Cod. Vat. 1342 addit *Acacium.*
3 Id. cod. *beatum.*
4 Id. cod. *obedientiae sedulitate.*
5 Id. cod. *praedicatione fidei.* Forte melius.
6 Id. cod. *gloriosius.*
7 Ita et Jaffé l. c.
8 E Sirmondi *Opp.* tom. I, pag. 435, qui et hoc documentum e cod. Virodonensi desumpsit.
9 V. ep. sequent. sub init.
10 Hanc sententiam Acacio missam lege, si lubet, in vol. I, n. op. pag. 91.
11 E Sirmondi *Opp.* tom. I, pag. 436.
12 Nonnulla ex his, quae sequuntur, leges et in ep. IX S. Nicolai I PP.

privavit[1]. Sed cum apud barbaras etiam nationes, atque ipsius Deitatis ignaras pro exequendis negotiis vel humanis iure gentium legationis cuiuslibet habeatur sacrosancta libertas; notum est omnibus quanto magis ab imperatore Romano, et christiano principe in rebus praesertim divinis oportuerit intemeratam servari. Deinde legatione submota, quae apud vos, ut dictum est, nec beati Petri apostoli inviolata esse iam potuit, tranquillitas tua litterarum saltem tenore cognoscat, sedem beati apostoli Petri Alexandrino Petro olim insteque damnato, ac nihilominus per sententiam synodalem nuper eliso communionis nunquam vel praebuisse, vel praebituram esse consensum, quia, ut caetera nunc omittam, ab haereticis institutus contra fas omne catholicae praesidere non possit Ecclesiae. Unde quoniam adhortationem meam duxistis onerosam, in vestro relinquo deliberationis arbitrio, utrum beati apostoli Petri, an Alexandrini Petri eniquam sit eligenda communio. Qualis autem Alexandrinus extiterit, vel quemadmodum falsi nominis sacerdotium per unum vix suae complicem pravitatis temerarius usurpavit, atque in damnatorum fuerit etiam apud vos dudum sorte numeratus, suffragatoris eius Acacii litteris ad sanctae memoriae decessorem meum datis, quarum exemplaria subdita cernitis, approbate. Utrum vel episcopus dici valeat, quod nomen, etiamsi a pluribus episcopis accepisset, habere non posset, vel orthodoxis plebibus contra Nicaenam synodum cogtra observantiam singularem mercatur imponi, prompta in Deum pietate perpendite. Ubi etiam apparet evidenter, Acacium, qui excessus suos sub vestro potius nomine celare voluit, quam vobis profutura suggerere, tam saluti vestrae devotionem deferre sinceram, quam fidelem conscientiam circa Patrum regulas, atque ipsum dogma gestare[2] catholicum. Propterea hunc eumdem, utpote qui multa contra scita veterum nefaria perpetravit, et eius laudator emerserit, quem asseruit et ipse damnatum, et ab Apostolica fecit Sede damnari, ac rursus aedificans quae ante destruxerat, praevaricatorem se ipse constituit[3] eorum, quos sequi maluit, portioni districtionis apostolicae per Tutum Romanae Ecclesiae defensorem iusta deputavit auctoritas, atque a communione et dignitate apostolica, qua se ipse eius externis sociando monstravit indignum, legitima serenitate discrevit. Puto autem quod pietas tua, quae etiam suis mavult vinci legibus, quam reniti, coelestibus debeat parere decretis; atque ita humanarum sibi rerum fastigium noverit esse commissum, ut tamen ea, quae divina sunt, per dispensatores divinitus attributos percipienda non ambigat. Puto quod vobis sine ulla dubitatione sit utile, si Ecclesiam catholicam vestri tempore principatus sinatis uti legibus suis; nec libertati eius quemquam permittatis obsistere, quae regni vobis restituit potestatem. Certum est enim hoc rebus

Haec Mongo nunquam praebenda.

Acac. eius laudator iure damnatus.

Sedis Apostolicae decretis acquiescendum.

1 Vitali, et Miseno haec erat legatio, ut Petrus ab Alexandrina pelleretur Ecclesia; ut libello S. Ioannis Episcopi Alexandrini Acacius responderet; ut ipsi demum Acacio denuntiaretur, quod Petro anathema diceret. Verum hi in carcerem detrusi haereticis accomodarunt, quae sola negari potuit, voluntatem. Cum ipsis itaque communicantes Petri episcopatum ratum habuere, et obsequentes Acacio contumelias in Ioannem episcopum converterunt, dum Felix fidei defensor nullo cruciatu deterritus sociorum scandalum constantia sua reparavit. Interim Pontifex tanto crimine permotus Vitalem, et Misenum honore et communione privavit. V. Migne *Patrol.* tom. LVIII, col. 933 sub finem.

2 Al. perperam *gestaret.*

3 Galat. II, v. 18.

In divinis regia potestas Ecclesiae subdenda. vestris esse salutare, ut eum de causis Dei agitur, et iuxta ipsius constitutum regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non praeferre; et sacrosancta per eorum praesules discere potius, quam docere; Ecclesiae formam sequi, non huic humanitus sequenda iura praefigere; neque eius sanctionibus velle dominari, cui Deus voluit clementiam tuam piae devotionis colla submittere; ne, dum mensura coelestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam disponentis. Et ex hoc quidem de his omnibus conscientiam meam ante tribunal Christi causam dicturus absolvo. Vestrae mentis intererit magis ac magis cogitare, et in rerum praesentium statu sub divina nos examinatione subsistere, ac post huius vitae cursum ad divinum consequenter venturos esse iudicium.

Data kalendis Augusti, Venantio V. C. consule[1]

Dat. die 1 Augusti, anno 484.

EPISTOLA VII [2].

Vitalem et Misenum digna factis recepisse demonstrat, et Acacii scelera attingens eum in Petri Eutychianistae sententiam incidisse demonstrat; tum monet, ut qui ab Acacio fuerint detrusi restaurentur, eiusque communionem praecipit effugiendam.

Felix claro et plebi orthodoxis Constantinopoli constitutis, dilectissimis filiis salutem.

Probatam cunctis vestrae fidei firmitatem Vitalis atque Miseni non irrationabiliter opinamur praevaricatione turbatam, qui universa, quae illis mandata sunt, non tantum negligendo, verum etiam impugnando fecerunt, ut Ecclesia Romana consentire damnatis haereticis crederetur; quando contra vetitum his, qui a Petro illo[3] haeretico parricidarum socio, olim iusteque deiecto, et toties anathematizato directi, atque ab Acacio suscepti sunt, nostrorum immemores mandatorum communicare convicti sunt, nulla contestatione praemissa, quam tamen, sicut his praeceptum fuerat, religio vestrae sanctitatis audiret; aetumque est ut, sicuti praediximus, excessus illorum noster crederetur assensus. Quos et ordinibus suis, et veneranda divini mysterii perceptione privavimus. Nullus ergo vestrum per tale commissum sit immemor sui, nec nos aestimet in apostolicae traditionis defensione deficere, quos videt fidei contumeliam in proditores, et perditos vindicasse. Scire vos quoque decuit, Acacii quondam episcopi[4] varietatem inconstantiamque detectam. Qui cum de Petro isto, sicut probatur adnexis, non ferenda retulerit, atque olim dixerit fuisse damnatum, per legatos nostros multis laudibus prosecutus, contra conscientiam fecit; utrum ei quidquam credendum sit, omnes qui timorem Dei ante oculos constituunt, iudicabunt. Alienarum quoque provinciarum sibi iura defendens sanctorum trecentorum decem, et octo Patrum canones illicitarum sibi ordinationum praesumptor est conatus evertere. Quorum etiam ob hoc subiacet ultioni; nec Romanae idest Apostolicae Sedis, qua se ipse privavit, communione iam gaudet, quando Petri Eutychianistae

Quae Vitalis et Miseni praevaricatio.

Ob hanc honore et communione privati.

Acacii perfidia.

1 Hanc notam chron. alia manu conspicies inscriptam in cod. Virodunensi, unde haec ep fuit excerpta. Jaffè l. c. eidem consentit.

2 E Sirmondi *Opp.* tom. 1, pag. 437.

3 Scilicet *Moggo*.

4 Sedis Apostolicae iudicio fuit episcopatu privatus die 28 Iulii ano. 484. V. Migne *Patrol.* tom. LVIII, col. 935.

socius et susceptor apparens damnationis eius se participem indicavit. Quem nostra quoque sententia ministerii episcopalis officio et sancta communione, vestroque numero, id est christiano, indicavit alienum, sicut reperitur in adnexis. Filio autem nostro Salomoni praesbytero, quem Acacius, ut placeret haereticis, suo privare putavit gradu, gradum proprium sententia vestra conservet, vel omnes, qui forte a memorato propulsi, in locis suis et in nostra communione manere pronuntiet. Quamvis autem zelum vestrae fidei noverimus, monemus tamen, ut omnes, qui catholicae fidei volunt esse participes, ab illius se communione abstineant, ne, quod absit, simili subiaceant ultioni[1].

Eius damnatio.

Ab ipso depulsi in pristinum gradum restituendi.

Eius communio penitus evitanda.

EPISTOLA VIII[2].

Docet, Tutum Ecclesiae defensorem ob pecuniam praevaricatum officio, et communione privari; deinde cum monachis, qui Acacio adhaeserint, agendi rationem praescribit.

Felix Rufino, Thalasio, presbiteris et archimandritis, et caeteris monachis circa Constantinopolim et Bithyniam constitutis.

Diabolicae artis astutias frequentius experimur, sed malignitati eius, Deo iuvante, non cedimus. Nam cum ea, quae toties pro constantia fidei disponuntur, fraus eius vacuare molitur, necesse est ut et viribus, quas divina gratia subministrat, conatus ipsius extirpemus. Acceptis itaque litteris dilectionis vestrae, quarum Basilius fuit lator, inter caetera Tutus, quem ob hoc feceramus defensorem Ecclesiae de provectioribus intra Ecclesiam clericis, ut quam dirigi non licebat, in Acacium sententiam ipse portaret, se quadam dementia, immo ardore pecuniae, postquam nostris satisfactum est constitutis, inimicis fidei vendidisse convictus est, atque confessus[3]. Lectae sunt enim litterae ipsius in conventu fratrum, qualiter[4] pacta interposita persona, Marone, condemnato ei, cui sententiam portarat, inhaesisse creditur; quas proprias esse cognoscens non potuit diffiteri. Unde eum fidei et Sedis Apostolicae proditorem, officio defensoris, quod ei ad tempus dederamus, exuimus, eumque sacrosancti mysterii communione privatum, praecipitarique cognitione praecepimus, monentes dilectionem vestram, ut sicut semper fecistis, pro custodia veritatis iugi observatione vigiletis. Et quia non est dubium, nonnullos ex monasteriis vestris esse deceptos, atque ad inimicos Dei seu sponte, seu necessitate transisse, observandum vobis de talibus hoc esse mandamus, ut quisquis cuiuslibet loci apud vos vel sponte se dedit, vel mercede corruptus collegii vestri sit prorsus alienus. Quia nisi a fidelibus perfidi sint remoti, rerum discretione sublata, laborabunt suspicionibus innocentes, ut ad vitia facilis hominibus est prolapsus. A probatorum consortio contagia repellenda sunt perditorum; quoniam *mores bonos colloquia*, sicut scri-

Diabolicis astutiis resistendum.

Tutus praevaricatur.

Ideo et officio, et communione privatus.

Monachi sponte in haeresim lapsi e monasteriis arcendi.

1 Jaffè l. c. et Pagius dat. referunt ann. 484.
2 E Sirmondi *Opp.* tom I, pag. 438.
3 Tuti autem defectio non impedivit, quominus Pontificis sententia publicaretur. Accidit enim, ut unus e monachis illam Patriarchae pallio suspenderit, dum hic ad sacra peragenda incederet. Quo facto Acacius eo insaniae prorupit, ut Dioscorum Alexandrinum imitatus nomen Felicis PP. e sacris diptychis abraderet atque catholicos episcopos sedibus suis exterminaret. V. Migne *Patrol.* tom. LVIII, col. 921 ad not. *b*.
4 Valesius apud Pagium ita recte corrigit: *pacto interposito per senem Maronem, condemnato ei*·

ptum est, *perversa corrumpunt* [1]. Illorum vero aliter causa tractanda est, quos constiterit poenis gravibus, ut traducerentur, afflictos. Circa quos humaniores vos esse convenit, ut ad cellulas sub districtione poenitentiae revertantur, et fidelioribus lacrymis eorum quod lapsi sunt expietur, donec exclusis inimicis, et perversoribus suis catholica purgetur Ecclesia [2].

Notanda quidem tormentis in eam facti traducti.

EPISTOLA IX [3].

Zenonis pietate commendata, de nova CP. episcopi electione gaudet, illumque vehementius urget, ut Alexandrino Petro reiecto, integra pax Ecclesiae restituatur.

Felix Zenoni imperatori.

Dignas referre Deo nostro gratias, fateor, mens humana non sufficit, quod tantam religionis curam in vestrae pietatis sensibus miseratio divina constituit, ut eam et universis negotiis anteponi, et soliditate reipublicae contineri quam veraciter christiano, tam augusto indicio conseretis, quia revera propitiatione coelesti rerum subsistit universitas. Ex qua mirabili devotione vestrae clementiae processisse cognosco quicquid pro divini cultus reverentia celebratus tranquillitatis vestrae sermo deprompsit, ut scilicet firmare catholicae fidei cupientes unitatem, Ecclesiarumque pacem magnopere roborari, talem studeretis praelici Constantinopolitanis antistitem [4], qui superno munere prosequente, et morum probitate fulgeret, et prae omnibus orthodoxae veritatis polleret affectu. Magnam igitur, egregie princeps, capio de utroque laetitiam; cum et in tuae serenitatis animo, sicut in saeculi fastigio constitutum, ita praecipuum Ecclesia filium, Deo factore, suscepit; et eum ipsum, de cuius pontificio gloriamini, dum ad beati Petri apostoli Sedem suae refert dignitatis exordium, iam suae dedisse gaudeo moderationis indicium. Ubi simul et magnanimitas vestra resplendet, quando Ecclesiae causam, sicut divinitus institutum est, Pontificum desiderat ordinatione componi, et qui in sacerdotii perhibetur provectus officium, optat inde fulciri, unde, Christo cupiente, profluit cunctorum gratia plena Pontificum. Cuius etiam litterarum me refovet intentio, qua sicut decet Christo placere nitentem, et summum apostolorum beatum Petrum, et petram fidei esse non tacuit, et eidem mysteriorum claves creditas fuisse coelestium [5] prudenter struxit, utque nobiscum circa orthodoxam fidem consentientem haberet assensum, quo amplius unanimis redderetur, expetiit. Gratissimis igitur professionibus huius et votis copiosa lectione patefactis, mox, ut etiam filios meos sancti propositi monachos pariter venisse conspexi, difficultates omnes, quae primitus obstrepebant, hac credidi dispositione submotas; atque ideo venientibus clericis eas praeter consuetudinem sociatas esse personas, quae Petro vel Acacio non communicasse viderentur, ut illorum nominibus sequestratis, per quos scandalum contigisset Ecclesiis, sincera deinceps charitas pro-

Zenonis spectata religio.

Inde profluxit episcopi electio.

Huius in S. A. reverentia.

De monach. legatione refert.

1 I Corinth. xv, v. 33, ubi Vulg. ait: *corrumpunt mores bonos colloquia mala.*

2 Iuxta Pagium ann. incerto; secundum autem Jaffé l. c. data fuit ann. 485.

3 E Sirmondi *Opp.* tom. I, pag. 439.

4 Hic nonnullis fuit Euphemius, aliis Flavita. Liberatus autem Breviarii cap. XVIII « *Moritur,* inquit, *Acacius, et ordinatur post eum Flavitas presbyter, qui fuit a sancta Thecla* ».

5 Matth. XVI, v. 18, 19.

veniret. Quibus rite perpensis, nihil aliud mihi supererat gratulanti, nisi ut his, qui fuerant destinati, Apostolicae Sedis communio traderetur. Sed cum pro catholica fide cautius admonerem, ut suscipientes eam se a consortio retraherent damnatorum, non sibi hoc mandatum omnino dixerunt. Qua rerum diversitate permotum anxium me haesisse profiteor, cum aliud litterae, et ipsa rerum ratio demonstraret, et aliud memoratorum contineret assertio. Puramque volens cum eo, qui pontifex creatus asseritur, inire concordiam, gloriae vestrae suggerere properavi, ut nihil residere patiamini, quo denuo quidquam valeat dissentionis oboriri. Quia dum per synodum Chalcedonensem, quam se dudum litteris designavit tua clementia venerari, Eutychem atque Dioscorum constet esse damnatos, et eorum sectatores plurimis illarum partium documentis Timotheus et Petrus extitisse monstrentur, atque eorum communionem, etiamsi prohibitam, secutus Acacius, quos ipse epistolis suis haereticos dixerat esse damnatos; sententia illius concilii convincuntur adstringi, et in ipsorum poenam merito recidisse, quorum elegere consortium; sicut in caeteris haeresibus facta semel synodus abiecti cuiuslibet erroris cunctos sequaces consequenter involvit. Quaeso igitur, gloriosissime, nec in successoribus refovere iudicemur, quod manifestum est in auctoribus fuisse damnatum; nec Petri putetur legitima provenisse purgatio, quem non secundum morem veterum Apostolica Sedes, quae ligavit, absolvit. Scit enim christiana mens tua, venerabilis imperator, quoniam delicta mortalium secundum conscientiam relaxandi non nisi Pontificibus suis ordine competenti superna dederit dispensatio facultatem; qui

Petrus, Timotheus, et Acacius non secus ac Eutyches, et Diosc. damnati.

Petrus nonnisi a S. A. absolvendus.

Petrus tamen, si vere receptus esset, veniam mereri debuit, non honorem, qui a damnatis atque haereticis falsum sacerdotii nomen accipiens catholicae non poterat Ecclesiae praesidere. Haec ego, reverentissime princeps, beati Petri qualiscumque vicarius non auctoritate velut apostolicae potestatis extorqueo, sed tanquam sollicitus Pater salutem prosperitatemque clementissimi Filii manere cupiens diuturnam, fideliter imploro. Ecce desideramus, optamus, ambimus Ecclesiam Constantinopolitanam, sicut semper, habere connexam. Exuantur, obsecro, ab his, qui nostri non sunt, et nos quoque volumus esse nobiscum. Postulationes certe gentium barbararum, venerabilis imperator, pro quiete mundani regni publice benignus exaudis. Quanto praestantius, quaeso te, preces Apostolicae Sedis pro sacrarum tranquillitate rerum placatus admittis? Hoc enim, hoc expedit, ut si utraque Roma pro mutuo pignore nuncupatur, fiat utraque una fides illa Romanorum, quam per universum mundum praedicari [1] beatus Paulus testatur apostolus, sicut apud nostros floruit indiscreta maiores; et quae genere concordat ac nomine non sit religione divisa, per quam etiam discrepantia copulantur. Putasne me, venerabilis imperator, non cum lacrymis ista profundere, et velut praesentem ad tuae pietatis vestigia? Nec enim piget in tali maxime causa imperialibus officiis inclinari, cum se apostolus omnium factum dicat esse peripsema [2]. Haec diutius tacui, ne aliis contraria suggerentibus irreverentiam meis potius litteris commoverem. Verum nunc facultate percepta, qualiter vigeat in meo corde vestrae pietatis affectus insinuo; quia successus traditae vobis divinitus potestatis cupio propitiatione constare. Neque, veneraude

Pro Romanae et Constantinop. Sedis concordia vehementer exorat.

1 Rom. I, v. 8.

2 I Corinth. IV, v. 13.

filii, respuas supplicantem, neve meam velis dissimulare personam. In me enim qualicumque vicario beatus Petrus apostolus, et haec in illo, qui Ecclesiam suam discerpi non patitur, ipse etiam Christus exposcit. Absit, ut huic quemquam christiana mens tua vel possit, vel debeat anteferre, quem pro te votis omnibus desideras exorari. Praesertim cum tanta sint illa vel talia, quae, tyrannide deleta, pro fide catholica gessisti et geris, ut plena a Deo vestrae conscientiae experimenta teneamus. De quibus etsi quid fortassis omissum est, non respicit nisi perfidi virus Acacii, qui dum inlicitis crescere tendit augmentis, ea quae rectae religioni congruerent, vobis inter curas publicas occupatis destitit intimare. Nam pietas tua quomodo non sequendum potius existimaret, quod fecisse conspiceret sacerdotem? Unde divino iudicio nullatenus potuit, etiam cum id mallemus, absolvi. Quapropter magis magisque supplicare non desino, ut cum suis nominibus atque personis feralis illa causa transierit; quo nos, annuente Domino nostro, certa perfectaque laetitia necti valeamus cum praesule nunc creato, beati apostoli voce dicentis: *Si qua igitur in Christo nova creatura vetera transierunt, omnia facta sunt nova* [1]. Litterae certe vestrae catholicae fidei praedicant unitatem pacemque Ecclesiarum regia pietate pronuntiant. Quae cum debito honore legerentur, qualiter mecum totus ordo Romani presbyterii vitam vobis prosperitatemque continuam promptus exorans, repetitis assidue vocibus acclamarit, et hi, qui directi sunt, audierunt, et ubique velox tam praeclari nuntii legatio putabatur obviare. Necessitati populi Alexandrinae civitatis magis in ea parte prospiciendum est, ut a pestiferi rectoris retrahatur insidiis. Concurrant omnia, rogamus omnes, ut quemadmodum docet apostolus, auferatur de medio, qui nos conturbat [2], et ea, quam augustae memoriae Leo pater eruditorque vester iugiter custodivit, vel vos magnanimiter servare decernitis, Ecclesiarum fida pax, vera sit unitas; quoniam cuicumque personae paterna fides, et beati Petri communio debet praeferri. Atque ad vestram gloriam sicut imperii vestri felicitas, ita post Deum pertinere doceatur regni coelestis integritas, ut de conservatis Ecclesiae suae legibus tranquillitatis tuae benevolentiam Christus adsumens, et temporalia tibi dona multiplicet et praestet aeterna [3].

Ecclesiae unitatem Christus ipse requirit.

Augusti negligentiam in Acacium reiicit.

Imperatoris litteris acclamatum.

Petri Alex. exitium exposcit.

EPISTOLA X [4].

Flavitae de eius electione summopere gratulatus causam exponit, cur cleri legatis S. A. communionem distulerit, illumque obsecrat, ut, haereticis depulsis, pro Ecclesiae unitate vehementer laboret.

Felix Flavitae
Episcopo Constantinopolitano [5].

Multa sunt, quae nobis praebeant de tuae dilectionis ordinatione laetitiam, et sperare divino beneficio cohortentur ec-

Flavitae electio cur sibi acceptissima.

1 II Corinth. v, v. 17, ubi Vulg. leg. *Si qua ergo... ecce facta sunt omnia nova.*
2 Galat. v, v. 12.
3 Iuxta Jaffè l. c. dat. ao. 489.
4 E Sirmondi *Opp.* tom I, pag. 442.
5 Codex Virodunensis hanc tribuit Gelasio; at Gelasius hoc tempore Pontifex non erat, sed Felix. Ita Nicephorus lib. XVI, cap. XIX. Liberatus vero Breviarii cap. XVIII ait « *Flavitas non consensit sine Romano Pontifice inthronizari, sed transmisit synodicam Pontifici Romano Felici. Qui* (scilicet Flavitas) *modico vivens tempore moritur non accipiens epistolam ipsius* » idest hoc Felicis responsum.

clesiasticae pacis effectum. Primum quidem, quod talem te gratia coelestis elegerit, cuius a puero vita probabilis adseratur, et catholicae fidei, quod ante omnia cupimus, praedicetur intentio. Deinde quia inter haec munera tuae Dominus charitati domini quoque filii nostri gloriosissimi principis votum contulit et favorem, quatenus potestatis fultus, Deo praestante, subsidio facilius valeas expetere, quae secundum veritatem sapienter intenderis. Postremo quod omnia propemodum, quae tui sequuntur honoris exordium, tam benevolentiam nobis clementiae principalis ostendunt, quam tuae produnt speciem voluntatis. Dum scilicet ad Apostolicam Sedem regulariter destinatur, per quam, largiente Christo, omnium solidatur dignitas sacerdotum. Quod ipsae dilectionis tuae litterae apostolorum summum petramque fidei et coelestis dispensatorem mysterii creditis sibi clavibus beatum Petrum apostolum confitentur. Quod denique, ut amplius esse unanimes valeamus, nobiscum dilectionem tuam orthodoxae fidei habere velle testantur assensum. Quae cum non mediocria videantur indicia, quibus de tua mente nobis procedere votiva credamus, ad testimonium maius accessit, ut filii nostri religiosi monachi rectae fidei confessione pollentes pariter huc venirent. Quibus utique visis, aestimamus non aliter destinatos, nisi nominibus damnatorum, a quorum isti communione distabant, de Constantinopolitana Ecclesia iam repulsis. Itaque nihil superesse perspeximus, nisi, ut hi, qui dilectionis tuae synodica baiulabant[1], communionis apostolicae participatione fruerentur. Sed dum cum ipsis sollicitius ageretur, ut, si mallent B. Petri apostoli communionem fideli corde suscipere, responderent vel se, vel dilectionem tuam ab Alexandrini Petri, Acaciique deinceps recitatione futuram modis omnibus alienam, illi nihil sibi tale mandatum fuisse perhibentes, oblatae salubriter gratiae nostrae consentire noluerunt. Qua eorum cunctatione permoti, cum litterae venientes, vel ipsa rerum dispositio aliud promittere videretur, et relatio praedictorum longe aliter, quam sperabatur, efferret, communionem quidem nostram contristati distulimus, quam, remotis dubietatibus, optabamus plenam catholicae fidei, et hoc[2], quod circa orthodoxam fidem consensum nobiscum se habere promisit, arbitramur esse venturam. Alioqui nihil nobis poterit imputari, si complectentibus foedera charitatis beati apostoli Petri consortio Alexandrini Petri societas praeferatur. Erit enim apud Deum hominesque manifestum, talia perpetrantes non nostro vitio, sed suo prorsus arbitrio separari, idemque ante tribunal Christi modis omnibus terribiliter iudicandum. Non sumus pertinaces, sed dogmata paterna defendimus, quemadmodum etiam tuae dilectionis pagina designavit, zelum pro orthodoxis ostendere nos debere. Chalcedonensi concilio, quod universalis sanxit et custodit Ecclesia, Entyches et Dioscorus non probantur esse damnati? An eorum complices Timotheus, atque Petrus instructionibus plurimis convenientibus non docentur, sicut hi quoque, quos misit tua dilectio, perviderunt? An eorum communionem, frequenter et regulariter interdicentibus nobis, non est secutus Acacius, quos ipse suis epistolis haereticos dixerat, olimque damnatos et male rur-

Per A. S. episcoporum dignitas solidatur.

Cleri legatis differtur Sedis Apost. communio.

Timotheus, Petrus et Acacius vel Chalc. synodo damnati

1 Ut sequentia magis sint perspecta iuvat animadvertere, Flavitam misisse synodicam suae electionis epistolam non tantum Sedi Apostolicae, sed etiam Petro Alexandrino ab Ecclesia damnato. V. Bercastel *Storia del Cristianesimo* tom. VII, pag. 52 ed. Ven.

2 Forte legend. *et ex hoc*.

sus aedificans, quod bene ante ipse destruxerat, secundum apostolum praevaricator apparuit [1]? Ideoque iuxta praefatae synodi tramitem merito illic damnatae perfidiae parem cuncti subiere vindictam, qui huius maluerunt esse participes; quemadmodum contra unamquamque haeresin synodus constituta cunctos etiam deiectae similes pravitatis adstringit, ne in successoribus omnino reparandum esset, quod in auctoribus iuste monstratur esse prostratum. Absolvi autem Petrus nulla ratione potuit sine Apostolicae Sedis assensu, qua fuerat mandante seclusus, sicut de recipiendis talibus forma veterum testatur antistitum. Qui etiam Petrus, si de legitima fuisset curatione sanatus, ad indulgentiam suscipi deberet, non ad sacerdotii dignitatem, qui a damnatis atque haereticis institutus catholicis plebibus nulla posset ratione praeponi. Perspexisti et ipse nobiscum salutaria esse quae dicimus. Unde etiam in tuis litteris, cum de beati Petri fide loqueris, quod cum tota gratulatione legimus, catholica mente posuisti: *Et qui cum eo, sicut vos credunt, consona voce gloriantes dispersa colligere valeamus.* Quaero igitur quaenam illa sint, vel qua rerum perturbatione dispersa. Nec alia nunc prorsus occurrunt, nisi quae per Entychianae pestis eiusdem sequacium sunt excogitata vesaniam. Dilectio vero tua operam det nobiscum, quatenus possis quae, te quoque fatente, dispersa sunt colligi. Voce utor apostoli: *Obsecro vos, nihil me laesistis* [2]. Non hoc velut imperiosus impono, sed ut conscientiam meam convenienter expediam, ne commissae vobis divinitus rationabiles oves non sine vestro discrimine, quod absit, perire sinantur, exhortor. Cogitate simul omnes, qui dignitati pastorali censemini, pro christiana fide, quae tunc est Christi, si vera est, et vivendum nobis, et, si oportuerit, sacrosanctae religionis amore moriendum. Perpendite igitur ipsius vitae semper tempus incertum, ne repente rapti ad cognitionis illius formidandae trahamur examen. Unde propensius tanquam praesentem dilectionem tuam iure charitatis vehementer adstringimus, ut sortem infelicis Acacii perhorrescens, qui sicut scriptum est, ut iret in locum suum [3], etiam nobis conantibus, non est permissus absolvi, quo vales tenore contendas, ut catholicorum illius urbis antistitum magis monstreris esse imitator, et dominum filium nostrum gloriosissimum principem coniugemque eius, adiuncta tecum mea prece, non desinas suppliciter exorare, ut sicut devoti Ecclesiae filii, et obsecrationes nostras clementer admittant, et pro sui regni salutisque perpetuae perfici consideratione decernant. Nec dilatae communionis apostolicae tua causetur dilectio tarditatem. Nollemus qualicumque difficultate suspendi, nisi respectus catholicae veritatis obsisteret, cui dilectionem quoque tuam summis viribus inhaerere vel opto, vel moneo. Nomen igitur Petri, et Acacii tollatur e medio; nec apocrisiariis damnati Petri misceamur, aut litteris, et sicut ait Apostolus: *Abscindantur qui nos conturbant* [4]. Iterumque ut ipse pronuntiat: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio* [5]; cum nominibus personisque suis praeterita causa deleatur. Nobis, Deo inspirante, provisuris rationabiliter, ut scripsimus, si cuncta convenerint, ut eorum quos ordinavit, vel baptizavit Acacius, salva confes-

Sine A. S. assensu non legitima Petri absolutio.

Flavitae pro fidei unitate laborandum.

Episcopis pro Christi fide et vivendum et moriendum est.

Principum auxilium pro Eccl. exorandum.

Petri et Acacii nomina e medio tollenda

1 Galat. II, v. 18.
2 Galat. IV, v. 12.
3 Act. I, v. 25.
4 Galat. V, v. 12, ubi Vulg. ait: *Utinam abscindantur qui vos conturbant.*
5 I Corinth. V, v. 7.

Quid de baptizatis, vel ordinatis ab Acacio.

sione catholica, pro charitatis Ecclesiae redintegratione nihil pereat; quatenus pax illa proveniat, quae fecit utraque unum [1], non illa quam propheta condemnat: *Pax, pax, et non erat pax*[2], et charitas, quam tua dilectio suis saepe litteris postulavit, pura succedat, de qua dicitur: *Charitas de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta*[3]. Nihil sit commune luci cum tenebris[4], quia non possumus, nec debemus *mensae Domini participare et mensae demoniorum*[5]; ut tibi creditis ovibus praeteritorum congregatione mundatis, fiat unus grex et unus pastor[6]. Scriptum esse meministi: *Si recte offeras et recte non dividas, peccasti*[7]; et Propheta clamat: *Inter mundum et immundum non discernebatis*[8]. Quae universa summatim illa circumspectione perstringimus, ut cordibus salubriter expiatis, tam firmam sine dubitatione, quam veram, tam perpetuam, quam unitam possimus tenere concordiam. Quantocius ergo super his tua nos reddat dilectio certiores, ut Deo nostro perficiente quod coepit, in compage corporis Christi plena valeamus reconciliatione consentire[9].

Catholicis cum haereticis commune nihil.

EPISTOLA XI [10].

Vetranionis pietatem laudans CP. Ecclesiae dissidium exponit, illumque obsecrat, ut in fidei unitatem pro viribus incumbat.

Felix Vetranioni Episcopo.

Quod unitatis Ecclesiae plena cupimus redintegratione firmari, multorum relatione comperimus dilectionem tuam et egregiis moribus divina gratia tribuente pollere, et domini filii nostri christianissimi principis familiaritate subnixam; paratamque fraternitatem tuam catholicae fidei causam, si manifestius ponderetur, libere et prudenter adstruere. Quibus de tua mente sumptis indiciis talem te veritatis auctorem [11] esse perpendimus, qualem illic desideravimus invenire. Gratamur igitur, quod haereditatem suam non usquequaque Dominus repulisset [12], sed in eorum cordibus flammam rectae confessionis servaret absconditam, qui sive se a communione confusa penitus abstinerent, sive in eam per ignorantiam recidissent, mallent tamen, et declarari, quae recta sunt, et secundum traditionem veterum comprobata servari. Atque ideo adloqui charitatem tuam nostro modis omnibus sermone curavimus, et de his, quae Ecclesiam Christi fecerint dissidere, competenter instruere. In Chalcedonensi itaque synodo, quae de Concilii Nicaeni tenore procedens pro christianae confessionis integritate servanda tam auctoritate Sedis Apostolicae, quam universalis Ecclesiae est celebrata consensu, Eutychem atque Dioscorum constat fuisse damnatos. Quorum Timotheus et Petrus extitisse docentur procul dubio sectatores, eorumque se communioni nefariae miscuisse, etiam cum a nobis prohibitus est Acacius, atque ob hoc ex forma synodi memoratae similem cunctos, quae praefixa fuerat pravitati, damnationis incidisse sententiam, cuius se elegerunt esse consortes. Unde merito praedictus

Vetranionis ergo Ecclesiam sollicitudo.

Dissidii causas refert.

1 Ephes. II, v. 14.
2 Ezech. XIII, v. 10, ubi Vulg. leg. *est* pro *erat*.
3 I Timoth. I, v. 5.
4 II Corinth. VI, v. 14.
5 I Corinth. X, v. 21, ubi Vulg. leg. *participes esse* pro *participare*.
6 Ioann. X, v. 16.
7 Gen. IV, v. 7. Vulgat. autem inquit: *Nonne si bene egeris, recipies; sin autem male, statim aderit in foribus peccatum?*
8 Ezech. XXII, v. 26, ubi apud Vulgat. legitur: *Inter mundum, et pollutum non intelligunt.*
9 Data iuxta Jaffé l. c. ann. 489.
10 E Sirmondi *Opp.* tom. I, pag. 445.
11 Al. *actorem*.
12 Psalm. XCIII, v. 14.

Acacius iterata excommunicatione depulsus.

Acacius Apostolicae Sedis, quae nunc exsecutrix utique saepedicti Chalcedonensis Concilii pro fide catholica tunc probati non defuit, iterata excommunicatione depulsus est, ne per eum, quod absit, nos quoque reddamur complices perditorum. Neque Petrum quisquam legitime credat esse purgatum, qui non a beati Petri apostoli sede receptus est, qua fuit mandante deiectus. Bene enim dilectionem tuam nosse non ambigo, quod personam huiusmodi, cum ita ratio postularet, non nisi ecclesiasticae legis[1] ordine competenti, sicut divinitus constitutum est, vel possint, vel debeant convenienter absolvere. Quod cum factum non sit, manifestum est Petrum in ea, qua pridem fuerat, perversitate ac damnatione detineri. Qui etiamsi legitime corrigi voluisset, indulgentiam consequi debuit, non ecclesiasticam dignitatem; quia ab haereticis damnatisque falsi sacerdotii nomen assumens Ecclesiae catholicae nullis regulis potuit praesidere. Haec autem, quae de praedictis gesta narravimus, documentis inde venientibus approbantur, sicut Constantinopolitani clerici, qui directi sunt, agnoverunt, palamque monstratum est, Acacium se eorum fecisse participem, quos suis litteris haereticos, et retulerat ipse damnatos. Perceptis ergo summatim dilectio tua, quae videntur Ecclesiarum fecisse dissidium, nosque perpendens non immerito pro fide catholica extitisse sollicitos, non solum deinceps se a communione damnatorum studeat custodire; sed Christi gregem, qua valet industria, retrahere non quiescat, et domino filio nostro christianae mentis Augusto incessabiliter suggerere non omittat, ut operis sui memor, quod fide catholica, inspirante Domino nostro, clementer dicitur exsecutus plenam temporibus suis pacem, et Christi veritatem sinceram ut praecipuus sacrae religionis filius, et pia devotione conspicuus tranquilla dispositione restauret, et de Ecclesia Constantinopolitana Petri Alexandrini nomine Acaciique sublato, pro quo tempestas omnis exorta est, intemeratam paternae traditionis fidei post Dominum benignus efficiat unitatem. Quae nunquam fuisset utique temerata, si hanc imperatori christianissimo fideliter Acacius insinuare voluisset. Sed dum Patrum terminos transferre molitur, et ambitionibus suis praevaricationis aditum impudenter exquirit, nec venerabilia dubitavit decreta calcare, et inter curas publicas occupato principi venerando dissimulavit, quae noverat vera, suggerere; talem se conscientiam circa salutem regiam potestatemque gestare demonstrans, qualem in negotio ipsius religionis exhibuit. Unde, quod non sine divini iudicii terrore dicendum est, etiam nobis si requisisset optantibus, non est permissus absolvi. Quomodo autem dominus filius noster venerabilis imperator non hoc sibi iudicare posset faciendum, quod cerneret sacerdotem vel facere, vel docere? Quapropter adiuncta secum mea prece, dilectio tua saepedictum dominum filium nostrum supplicatione qua potest, et lacrymarum professione deprecetur, ut patienter permittat abscidi, qui nos conturbant[2]; ne in successoribus haereticorum reparasse videamur, quod in auctoribus eorum certum est fuisse damnatum. Priorumque consimiles opprimere non sinat ecclesiasticam dignitatem, quatenus apostolica voce dicamus: *Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova*[3], Ecclesiam Constantinopolitanam nobis,

Petrus ab haeretic. electus catholic. Ecclesiae nunquam praefeciendus.

Vetranioni pro fidei unitate eniten; insistendum.

Quam Acacii perfidia violavit.

Huiusitaque, et Petri damnationi acquiescendum.

1 Forte legend. *leges*.
2 Galat. v, v. 12.
3 II Corinth. v, v. 17.

sicut semper, unitam sua post Deum placiditate concedat. Quoniam et hoc praesentis felicitatis eius incrementa desiderant, et consequendae fructus aeternitatis exposcit. Dilectionem vero tuam specialiter commoneo, atque contestor in illo nostri Salvatoris examine formidando rationem mihi modis omnibus reddituram; si quae pro integritate salutis humanae, pro orthodoxa atque regulari constitutione maiorum, et veraci atque sincera totius ecclesiae pace reparanda delegavi, quod de tua mente non credimus, segnius exequaris [1].

Vetranionem monet, ne commissa segnius exequatur.

EPISTOLA XII [2].

Significat cum novo episcopo Ecclesiae CP. non prius communicandum, quam a Sede Apostolica fuerit edictum.

Felix Thalasio [3].

Post factas litteras, quas per filios nostros religiosi propositi viros dilectioni tuae misimus contradendas, ne quid minus pro catholicae fidei custodia diligentior cura prospiceret, charitatem tuam duximus admonendam, ut etiamsi, praestante Deo nostro, nomina damnatorum, idest Alexandrini Petri, et infelicis Acacii [4] fuerint de ecclesiastica recitatione sublata, ut similes perditionis eorum sacerdotii non permittantur praesumere dignitatem, non prius tua dilectio, vel congregatio, quam gubernas Constantinopolitanae Ecclesiae, vel quicumque eius futurus est Pontifex, communicandum esse decernat, quam ad notitiam Sedis Apostolicae cuncta referantur vel ipsius litteris, qui fuerit creatus episcopus, vel tuae dilectionis alloquiis; quia sicut per professionem catholicam Sedis Apostolicae formam secutus es, ut te a damnata communione suspenderes; ita beati Petri sequi debetis exemplum, ut quando eius auctoritate fuerit relata communio, tunc eis etiam tuum noveris miscendum esse consortium. Nec quisquam dilectioni tuae omnino persuadeat, iam nostram communionem illis partibus fuisse commissam, cum videas adhuc res in dubio constitutas, et apud nos de illic creato pontifice omnia haberi prorsus incerta. Neque posset cum eo sociari communio, cuius adhuc a nobis nec honor probatur esse susceptus, nec fides atque intentio comprobata. Expectet ergo dilectio tua Sedis Apostolicae iussionem, et sic Ecclesiae Constantinopolitanae sacra se communione coniungat, si in participatione beati Petri, et catholicae veritatis desiderat permanere.

Cum Acacii successore communicare adhuc nefas esse.

Huius enim incerta fides.

Itaque S. Apost. iussus expectandus.

Data kalendas maias Probo et Fausto [5] VV. CC., Indictione XIII.

Dat. die 1 Maii, an. Domini 490.

1 Dat. iuxta Jaffè l. c. ann. 489.

2 E Sirmondi *Opp.* tom. I, pag. 445. In Virodun. cod. huiusmodi titulus ep. praefigitur « Exemplum epistolae, quam pertulerunt in legationem directi monachi ad Rufinum, Hilarum, et Thalasium Archimandritas Constantinopoli ». Id. Sirmondus. Haec autem e litteris Romanorum Pontificum prima est, quae indictionem praeseferat, unde colligitur hanc in illas fuisse inductam ann. 490. V. Jaffè *Regest. Rom. Pontif.* pag. 51.

3 Al. *Thalassio.*

4 Infelix quidem! homo enim ambitiosissimus, et scelere perditus extra catholicam communionem mortuus est anno Christi, ut videtur, 489.

5 *Longino et Fausto.* Harduinus aliique. Sed Jaffè l. c. nobis adhaeret.

EPISTOLA XIII [1].

Terentianum ex Italia redeuntem Zenoni episcopo commendat.

Dilectissimo fratri Zenoni Felix Episcopus.

Filius meus [2] vir clarissimus Terentianus ad Italiam dudum veniens dilectionis tuae singularis extitit praedicator, talemque te esse vulgavit, qui ita Christi gratia redundares, ut inter mundi turbines gubernator Ecclesiae praecipuus appareres. Quapropter [3], frater carissime, cum ad provinciam commearet, seduloque deposceret nostras ad dilectionem tuam litteras destinari, gratanter annuimus, qui et dignum Deo sermone complecti cuperemus antistitem, et per eum maxime vellemus id fieri, cuius nobis fuerat laudibus intimatus. Quamvis ergo sanctis operibus ex omni parte praedictam fraternitatem tuam vir praefatus adstruxerit, multumque fiduciae de tua benevolentia iam teneret, tamen aequum est, ut quod desiderabat [4] magnopere, consequatur; quatenus, qui tuis olim gratus est animis, contemplatione nostri reddatur acceptior, simulque materna et sacerdotali consolatione foveatur [5], peregrinationisque praesidium pastorali pietate reperiat, ut vestrae [6] dignitatis affectu appareat apud sinceritatem tuam, nostrum quoque non minimum [7] salutantis valuisse colloquium. Deus te incolumen custodiat, frater carissime.

Terentianus Zenonis laudator.

Ideo dignus qui ipsi commendetur.

Optat, ut eidem sui etiam ratione fiat acceptior.

Dat. ann. incerto.

EPISTOLA XIV [8].

Succonii virtute commemorata, maximopere dolet, quod ille cum haereticis communicando ab ipsa desciverit, eumdemque ad pristinam frugem retrahere contendit.

Felix Succonio Episcopo [9].

Cum tuae dilectionis in Christo constantiam ferventemque doctrinam celeberrima loqueretur opinio, dici non potest, quantis gaudiis exultavimus in Domino, quod vas egregium belli tempore maxime profuturum divina gratia praeparasset; teque votis omnibus ambientes et quasi cominus constitutum toto cordis affectu comitabamur absentem. Sed tristi subito rumore percussi consternata fatemur mente concidimus, haesimusque diu utrum ad charitatem tuam super his litteras mitteremus; nam loqui prohibebat dolor, tacere Christi affectio non sinebat. Inter ista fluctuantes vicit divina scientia, qua toto scripturarum corpore perdocemur, aliqua tentationum subreptione sic praeventos charitate libera

Succonii virtus.

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 1059.

2 Tres codd. Vat. *noster*.

3 Vat. codd. 1341 et 1344. *Quia*.

4 Cod. Vat. 1344 *desideravit*.

5 Vat. cod. 1341 legit *foveatur, ut vestrae dignitatis affectu*, omittens verba interiecta, refragante licet orat. contextu.

6 Urbin. 149 *nostrae*; sed perperam, ut videtur.

7 Vat. 1344 *non parvi*.

8 Hanc epistolam codes Virodunensis, unde fuit excerpta, Gelasio addicit. Jaffè dubius haerens utrum ad annum referat 492, sive potius ad an. 493 citata codici consentit. Maffeius autem cum aliis eam Felici vindicat. Inquit enim « Ex 484 Africanis episcopis tunc coactis, hunc (sc. Succonium) inter eos 28 fuisse, qui fuga se Arianorum persecutioni subduxerunt, nunc discimus. At cum anno 484 ea fuga evenerit, quumque non multo post scripta videatur epistola, Felici tribuendam existimo, qui sedit usque ad annum 492 ». Migne *Patrol.* tom. LVIII, col. 967. Quibus fortasse addenda est styli consonantia, qui Felicis epistolas plurimum sapit.

9 Al. legunt *Sacconio*.

Ea posthabita, cum haereticis communicat.

permonere. Communicare enim dilectionem tuam in partibus Orientis adversariis veritatis primum fama detulit, deinde plurimorum relatio non spernenda patefecit: quod ne temere credidisse nos arguas, si falsum est, quod optamus, da veniam de te sollicitae pietati; si verum est, accipe salubria, quaeso, patienter amicorum vulnera castigantium, qui perniciosa subisti amicorum oscula blandientium [1]. Ita ne tu, amantissime et dilectissime, adversaria catholicae regulae consortia suscipere potuisti, tantumque nefas in te invenit effectum, quod vel cogitationibus tuis obrepere potuisse non creditur? Itane tu delegisti praesentis temporis ferre iucunditatem, magis quam affligi cum populo Dei? Stupet animus, mens sauciata succumbit, moerentia corda deficiunt, nec tamen dolori tanto par lamentatio reperitur. Nonne tu ille es, qui spretis regum minis, et saevientium barbarorum feralia iura despiciens, simul patriam, facultates, et honoris sacerdotalis privilegia posuisti, ut ea perpetua recipere merearis in Christo? Quid igitur nunc agimus? Decolorasti gloriam, violasti confessionem, intercepisti victoriam, quantoque apud Apostolicam Sedem de tuo nomine fiducia, gratiaque crescebat, tanto nunc accedit miseranda confusio. Itane non senseras, quod duobus cornibus praeludendo, uno eodemque tempore non minus in Oriente, quam in Africa Iesum solvere niteretur Antichristus [2]? Cum et illi sic Deum fateantur, ut Deus non sit, et isti sic hominem praedicent, ut hominem vacuare contendant. Inter quae funesta pericula quid prodest evasisse praecipitium, si recedatur in barathrum? Ante oculos non redibat, quod non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, simili damnatione censentur? Vae si eruditionem tuam tantum latuit scelus! Vae amplius si non latebat, et gestum est! Nam si nihil aliud, hoc unum dilectioni tuae potuit ad haec praecavenda sufficere, ne te illorum communioni misceres, quibus communionem suam beatum Petrum noveras denegasse. Sed cum te scripturis refertum, et catholica institutione pollentem respicimus, tanto consolationis exitum non habemus, quanto te perpendimus scientem petiisse foedera perditorum. *Quis* itaque *dabit capiti nostro aquam et oculis nostris fontem lacrymarum* [3]? Nunc vere de patria conversatione discessum est; nunc verum sentitur exilium; nam illud salutis causa est, hoc ruinae. Nec nos inaniter in te uno perpeti cuncta iactamus; cum secundum apostolum et in cuiuslibet membri gloria cuncta membra congaudeant, et in quacumque parte corporis convulsa omnis compago vexetur [4]. Et nos quidem pro affectu, quem tibi debemus, prudentiae tuae cruciatum nostrorum viscerum duximus intimandum. Tuae conscientiae intererit, quemadmodum ab his laqueis expediri non renuas. Nobis enim in utroque fructus non vacuus erit, si vel quod desideriis omnibus imploramus, de tuae salutis et famae redintegratione gratulemur; vel si quod absit, nostra scripta contempseris, adiuvando fratri minime defuisse videamur.

Felicis ad eum vehementissima adhortatio.

Nestorii et Eutychis haereses innuit.

Facienti et consentienti eadem damnatio.

Ob Succonii defectionem summopere angitur.

1 Vid. Prov. xxvii, v. 6.
2 Vid. ii, Ioann. i, v. 7.
3 Ierem. ix, v. 1, ubi Vulg. pro *nostro*, et *nostris* leg. *meo*, et *meis*.
4 I Corinth. xii, v. 26.

S. FELICIS

EPISTOLARUM FRAGMENTA.

An. C. 484

I[1].

Scribit Petrum Alexandrinum in sua perversitate obstinatum ab Ecclesia catholica nunquam esse recipiendum.

Felix Episcopis per Aegyptum, Thebaidem, Lybiam, ac Pentapolim constitutis.

Petrus Ecclesiae persecutor.

Petrus vero, qui se ab Ecclesiae unitate sub beatae recordationis Proterio separavit, et in mortem ipsius parricidae Timotheo ad persequendos se iunxit orthodoxos, nulla tanti nominis, aut honoris permittimus societate laetari, quanto in creatoribus propriis non dissimilibus ipso sui exordio caducum, quod se aestimat, reperitur. Est ergo praefatus cunctis anathema, nec ab Ecclesia catholica credatur unquam recipi, qui post cohortationem saepissimam, et per tot annorum spatia in perversitate propria perseverans, locum satisfactionis amisit[2].

Est ergo ille cunctis anathema.

An. C. 584

II[3].

Andream episcopum Thessalonicensem in S. A. communionem admittit.

Felix Andreae Episcopo Thessalonicensi.

Andreae votum.

Quod plene catholicae fidei cupimus redintegratione firmari, sollicitudinem dilectionis tuae, qua ad Sedis beati Petri communionem venire desideras, libenter amplectimur; sed eam vellemus, sicut orthodoxae veritatis cautela deposcit, ex omni fieri parte constantem[4].

Annuens Pontifex eius constantiam desiderat.

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 1065.

2 Iuxta Jaffè l. c. dat. ann. 484.

3 E Sirmondi *Opp.* tom. I, pag. 447.

4 Placuit nonnullis fragmentum aliud referre, cui initium: *Certum est*. Verum quum id Gratiani opera desumptum e Felicis ep. ad Zenonem invenies sub fin. pag. 249 huius voluminis, libenter omittimus. Neque sane est cur a nobis exposcas vel Felicis epistolam ad Caesarium Arelatensem, vel potius illam, qua propugnatores Acacii refelluntur. Primam enim ipse Baronius, qui eam in suis *Annal.* prius retulit ad ann. Christi 488 num. VII, scriptam fuisse a Felice IV in appendice tom. X recognovit: altera vero, si forte Felici videatur tribuenda, tractatus speciem praesefert, quem edere instituti nostri non est, uti in praef. adnotavimus.

III[1].

Anathematis sententia si iusta per resipiscentiam dissolvitur, si iniusta gravat neminem.

Cui est illata sententia, deponat errorem, et vacua est; sed si iniusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum et Ecclesiam eius neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum[2].

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, p. 136, qui huiusmodi fragmento titulum praefigit *Gelasius episc. Orient. de damnatione Dioscori.* At perperam; haec enim leges sub finem tractatus Felicis III. Ideo ne Galasio tribuendum, quia forte Felicis verba in suam epistolam inseruit? Id saltem non infirme demonstretur. Nos Berardi sententiam sequentes, qui op. cit., pag. 331 loco *Dioscori* legendum docet *Acacii*, hunc canonem Felici III restituimus, licet Grat. cap. XI, q. 3, c. 46, et Ivo decret. XIV, cap. VIII aliud sentire videantur. Neve consequens est, ut qui Pontificum tractatus praetermittimus, et horum fragmenta omittamus, quum ad Ecclesiae canones referuntur.

2 Pith. dat. censet ann. 494: nec mirum, quum hoc fragm. Gelasio adscribat. Nobis potius dat. videtur sub dimid. ann. 484. Cons. Jaffè l. c.

S. GELASIUS I[1].

An. C. 493

EPISTOLA I[2].

Laurentii consiliis benigne annuens fidei formulam praescribit.

Ad Laurentium de Lignido episcopum Gelasius [3].

Thessalonicensis ecclesia Acacii damnationem confirmat.

In prolixitate epistolae dilectionis tuae magno nos gaudio replesti in ea parte, in qua dictum est, quod in Thessalonicensi ecclesia, vel in aliis similiter recitata epistola praedecessoris [4] nostri de excessibus Acacii, cuncti eidem anathema dixerint, nec quisquam communioni praevaricatoris se se miscuerit. Unde quia nos admones dilectione fraterna, ut velut medicinam quamdam fidei episcopis per Illiricum vel aliis ministrare debeamus: quamquam hoc copiosissime factum sit a beatae recordationis praedecessore nostro, et quia mos est Romanae Ecclesiae sacerdoti noviter constituto formam fidei suae ad sanctas ecclesias praerogare, haec eadem compendiosa nimis brevitate studui renovare, ut sub qua fide vivendum sit secundum statuta Patrum in hanc nostram epistolam [5] propter brevitatem sine fastidio lector agnoscat.

An. C. 493

Rom. Pontifici recens constituto mos est fidei suae formam praescribere.

Haec a Gelasio proponitur.

Confitemur ergo Dominum nostrum Iesum Christum Filium Dei unigenitum ante omnia quidem saecula sine princi-

1 Quas de Gelasio epistolas sumus daturi praesertim excerpsimus ex amplissima *Conciliorum Collectione* per Labbaei, aliorumve operam et studium edita Parisiis ann. 1671, tom. IV. E codicibus autem vaticanis attentissime perquisitis deprompsimus quidquid forte ineditum reperies.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1163.

3 Antiquissimus cod. Corbeiensis, Bellovacensis haud recentior, Remigianus aliique hanc epistolam Ursicino Episcopo scribunt, et ad Anastasium II referunt. Idcirco Cont. Const. horum auctoritate et argumentis forte maioris ponderis innixa eam Anastasio restituendam censet. Verum quum hactenus Gelasio adscripta sit, primumque locum inter eas obtinuerit, e veterum more recedere non existimamus. V. Cont. Const. l. c.

4 Cod. Vat. 8637 minus bene *decessoris*. Innuit autem ep. I, vol. I, nostri op., pag. 91 col. 1.

5 « Baron. rectissime *per hanc epistolam*.

pio ex Patre natum secundum deitatem; in novissimis autem diebus de sanctissima Virgine Maria eumdem incarnatum et perfectum hominem ex anima rationali, et corporis susceptione, homousion Patri secundum deitatem, et homousion nobis secundum humanitatem. Duarum enim

Quae Eutychetis haeresim evertit.

naturarum perfectarum unitas facta est ineffabiliter, propter quod unum Christum eumdem Filium Dei et hominis unigenitum a Patre, et primogenitum ex mortuis confitemur; scientes quod quidem coaeternus sit suo Patri secundum divinitatem, secundum quam opifex est omnium, et dignatus est post consensionem sanctissimae Virginis, cum dixit ad angelum: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [1]. Ineffabiliter sibi ex ipsa aedificavit templum, et sibi [2] univit quod non coaeternum de sua substantia e caelo detulit corpus: sed ex massa nostrae substantiae, hoc est ex virgine hoc accipiens, et sibi uniens, non

Dei Filius coaeternus Patri corpus e B. Virgine accipiens sibi univit.

Deus Verbum in carnem versus est; neque ut phantasma apparens, sed inconvertibiliter, et incommutabiliter suam conservavit essentiam; primitias naturae nostrae suscipiens sibi univit. Nam principium Deus Verbum has nostrae naturae primitias multa sibi bonitate unire dignatus est, qui non permixtus, sed in utriusque substantia [3] unus et ipse visus, secundum quod scriptum est: *Solvite templum istud, et in tribus diebus resuscitabo illud* [4]. Solvitur enim Christus Iesus secundum meram substantiam, quam suscepit, et solutum suscitat proprium templum: hoc ipse secundum divinam substantiam, secundum quam et omnium artifex est. Numquam autem post resurrectionem unitionis nostrae naturae discessit a proprio templo, nec discedere potest propter ineffabilem suam benignitatem, sed est ipse Dominus Iesus Christus et passibilis, et impassibilis: passibilis secundum humanitatem, impassibilis secundum divinitatem. Suscitavit igitur suum templum Deus Verbum, et in se naturae nostrae resurrectionem et renovationem operatus est, et hanc Dominus Christus noster Deus [5], postquam resurrexit a mortuis, discipulis suis ostendebat dicens: *Palpate me, et videte, quoniam spiritus carnem et ossa non habet, quemadmodum me videtis habere* [6]: non dixit, quemadmodum me dicitis esse, sed [7] habere, ut et qui habet, et qui habetur considerans, non permixtionem, non conversionem, non mutationem, sed unitatem factam respicias. Propterea et fixuras clavorum, et fixionem lanceae demonstravit, et cum discipulis manducavit, ut per omnia resurrectionem nostrae naturae in se renovatam doceret: et quia secundum beatam divinitatis substantiam inconvertibilis, incommutabilis, impassibilis, immortalis, nullius indigens, perficiens omnes passiones se permisit proprio inferri templo, quod virtute propria suscitavit, et per propriam perfectionem templi sui renovationem nostrae naturae operatus est. Qui autem dicunt subtilem hominem Christum, aut passibilem Deum, aut in carne versum, aut non cognitum [8] habuisse corpus, aut de coelo hoc detulisse, aut phantasma esse, aut mortalem dicentes Deum

Itaque non Deus Verbum versus in carnem,

Neque permixtus, sed incommutabilis, et unus in utriusque substantia.

Christus igitur passibilis secundum humanitatem, impassibilis vero secundum divinitat.

In ipso naturae nostrae resurrectio.

Eutychianistarum commenta damnantur.

1 Luc. I, 38.

2 Cont. Const. ad marg. add. *statim*.

3 Codd. Vatt. 3786 et 4961 *in utrisque substantiis*.

4 Ioann. II, 19, ubi Vulg. leg. *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud*.

5 Cit. cod. 3786 *noster Dominus Christus*.

6 Luc. XXIV, 39, ubi Vulg. delet *me*; mox autem leg. *quia* pro *quoniam*, et voci *quemadmodum* substituit *velut*.

7 Supple « *quemadmodum me videtis* ». Cont. Const.

8 Al. melius *counitum*. Quibus cit. cod. 4961 consentit.

Verbum induisse, ut a Patre suscitaretur, aut sine anima corpus, aut sine sensu hominem suscepisse, aut duas substantias Christi secundum permixtionem confusas unam factam fuisse substantiam, et non confitentes Dominum nostrum Iesum Christum duas esse naturas inconfusas, unam autem personam, secundum quod unus Christus, unus idem Filius, istos anathemizat catholica et apostolica ecclesia. Haec ergo sunt, frater dilectissime, quae pro antidoto nos debere mittere flagitasti, quod nullum amarum, neque dulce noxium videndum refugite[1]; nam et de nostro conventu disposueramus quosdam dirigere, si ratio id temporis fieri permisisset: quod facere credimus opportune, cum illarum partium correctio ad nos, iuvante Domino, legatione plenissima, sicut confidimus, fuerit nuntiata: sperantes etiam de Dei nostri misericordia, ut huic praedicationi nostrae clementissimus et christianissimus Imperator unanimitatem suam auxiliumque coniungat, quatenus pro fide qua pollet, in illis regionibus coerceat, quin suis quaestiunculis, et secundum elementa mundi, sicut vas electionis ante praedixit, superflua vanaque concinant, nolentes contineri salutaribus disciplinis[2]. Sed *vos*, sicut ait idem apostolus, *non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, et in illo docti estis, sicut est veritas in Iesu*[3], quam utique ille apprehendere poterit, qui orthodoxorum Patrum, sicut iam saepe dictum est, observaverit instituta. Deus te incolumem custodiat, frater carissime[4].

In imperatoris auxilio confidit.

Veritatem sequitur, qui sanctorum Patrum sequitur instituta.

EPISTOLA II[5].

Scribendi causas enumerans electionem suam per Ursicinum indicit, ac Eutychis haeresi refutata, Dardaniae episcopos hortatur, ne ullam cum Eutychianistis communionem instituant, et praesentes litteras finitimis enuncient.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius Episcopus.

Ubi primum respirare fas est a continuorum tempestate bellorum, quae in illis provinciis, vel in istis temporibus qualitas[6] incessanter exercuit, cunctos per Dardaniam Domini sacerdotes fraternae sollicitudinis charitate duximus alloquendos[7]. Primum quia regimen Apostolicae Sedis adepti, strepitu publico, sicut dictum est, retardante, commissum nobis sacrae dispensationis officium, propriis, ut mos erat, litteris nequimus[8] indicare, quo vestra fraternitas de communionis Domini nobiscum munere gratuletur; deinde, ut post tantas acerbitates incommoditatesque mundanas, qualiter

Cur tandem litteras mittat.

1 Baron. recte, ut opinor, legit: *Quod quum nullum amarum, neque dulce noxium habeat, bibere ne refugite.*

2 Ubi al. duo puncta, nos unum perspicuitatis ergo interiicimus.

3 Ephes. IV 20, 21. Passim edit. in *Iesum*, sed perperam.

4 Bin. apud Mansi hanc ep. ad ann. refert 492. Cont. Const. quas eam, ut innuimus, Anastasio vindicat, scriptam contendit ann. 497. Jaffè op. c. pag. 54 ann. adsignat 492.

5 Ex Labb. *Concil. Collect.*, tom. IV, col. 1166. De vitanda Eutychianorum communione duas epistolas ad Episcopos Dardaniae Gelasius misit: priorem per Triphonem, quae hodie desideratur, hanc per Ursicinum, prout ipsi petiverant. Encyclicam autem esse satis liquet e postremis verbis epistolae. Vid. Bin. apud Mansi ad hanc ep.

6 Al. sane recte *in illis provinciis temporum qualitas.*

7 Etiam hic perspicuitatis gratia pro duob. punctis unum affigimus.

8 Al. *nequivimus*. Optime ad sens., dummodo mox subsituatur *gratularetur*.

invicem valeremus, mutuus sermo depromeret; postremo si qua de ecclesiasticis referenda sunt causis, quae propter insidias perpetui hostis pastorali sunt iugiter circumspicienda vigilantia, significationibus panderemus alternis. His igitur incitati per fratrem et coepiscopum nostrum Ursicinum praesentia dirigere scripta curavimus, praeeunte gratia salutationis, orantes ut magnanimiter auxilio Domini tolerando rerum transeuntium vastitatem, magis esse debeamus attenti, ne, quod absit, perpetuae subeamus vitae dispendium. Proinde [1] quae catholicae veritatis poscit utilitas praecavenda, dilectio vestra paulisper advertat. Apud Graecos, quibus multas haereses abundare non dubium est, iam ante annos fere quadraginta et quinque de Domini nostri et Salvatoris incarnatione nata conquestio est; Eutyche quondam presbytero Constantinopolitano in blasphemias proruente, per quas diceret unam tantummodo, id est, solam divinitatis naturam, sive substantiam in Domino Iesu Christo credere nos debere, susceptae carnis veritate prorsus abolita: quod utique improbum commentum Marcionistis Manichaeisque coniunctum totum sine dubio salutis nostrae solveret sacramentum; siquidem quantum et scripturae venerabilis dicit auctoritas, et maiorum testatur doctrina nostrorum, Redemptorem mundi Deum, totum simul Deum totumque hominem ex Maria Virgine fuisse progenitum. Et huic mundo certum est extitisse conspicuum, sic passum, atque resurrexisse constat a mortuis. Itaque quadraginta diebus fuisse cum discipulis conversatum, in coelum ascendisse plena luce sit clarum, eoque modo dictum ad iudicium, angelo testante, venturum [2], et Filius hominis, quem beatus Stephanus Martyr a dextris virtutis Dei vidit adstantem, manifestus appareat, et quem compunxerunt persecutores eius, aspiciant; quod nimirum sine carnis humanae non potest constare materia, cuius assumptio glorificata est Deitate, non prorsus assumpta. Unde et beatus apostolus Ioannes dicit: *Qui negat Christum in carne venisse, hic est antichristus* [3]; et gloriosus apostolus Paulus qualem hodie credere debeamus Dominum nostrum Iesum Christum palam professus est, dicens: *In quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* [4], quod brevi capitulo simul Arianam pestem, et hanc, quam diximus Eutychianam, coelesti praedicatione subvertit, quia et homo nihilominus est, ubi omnis plenaque divinitas habitare perhibetur, et corporaliter exprimendo in veritate persistere nostri corporis approbatur.

Has Cistemo tradit.

Eutychianam haeresim exponit,

Quam atque Marcionistis, et Manichaeis coniunctam refellit.

In Xto carnis assumptio glorificata est Deitate.

Ergo corruit et Arius.

Super autem his [5] frequenter ab Apostolica Sede et per beatae memoriae sanctum Leonem, et per successores eius certum est, Graecos fuisse convictos, sicut ipsorum chartis, quas apud nos habemus, sine ambiguitate monstratur. Nunc vero quamvis ipsam pestilentiam non audeant profiteri, eos tamen, qui talibus communicaverint, meritoque secundum Chalcedonensis decreta concilii ab Apostolica Sede damnati sunt, obstinatique in eadem damnatione defuncti, pernicioso furore defendunt, et eorum recitationem Ecclesiae catholicae moliuntur ingerere. Quod utique, quod absit, receptis etiam contagium pravitatis, cui se communione sociarunt, consequenter incurritur, quemadmodum (quod Dominus avertat) si Arii

De his Graeci saepius convicti.

Nihilominus cum Eutychianistis communionem defendunt.

1 Al. *Proindeque*. Certe mendo typographico.
2 Act. I, 11.
3 II Ioan. I, 7, ubi Vulg. legit: *seductor et antichristus*.
4 Coloss. II, 9, ubi Vulg. leg. *In ipso inhabitat*.
5 Cod. Vat. 4961 melius *Super his autem*.

vel cuiuslibet haeretici ad ecclesiasticam recitationem nomen admittitur, simul et consortium detestabilis erroris assumitur. Unde quia errorem quidem fatentur, sed ea sibi putant communionem catholicam conditione laxandam, ut nomina eorum qui praevaricati sunt illis in Ecclesia recitare sit licitum, et non tam ipsi corrigere, quam sinceritatem catholicam inficere nitantur contagio perfidorum; dilectionem vestram fraternae charitatis affectu non destitimus admonere, ut si qui talia seminantes ad vestras regiones forte pervenerint, modis omnibus excludantur, vobisque cum sede beati apostoli Petri, sicut a patribus nostris est tradita, illibata communio, atque ex omni parte inconvulsa perduret. Certe si quis aures vestras de hac crediderit subreptione pulsandas, sollicitudine pastorali ad nos quam citius referre properetis, et [1] communi studio catholicoque tractatu pro domo unius Domini cuncti catholici conferant sacerdotes; ut et [2] quae orthodoxae definitioni competunt, intemerata serventur; et quatenus errantibus debeat subveniri, rationabili deliberatione noscatur. Haec autem vestra dilectio etiam ad contiguas sibi quasque provincias vicinosque Pontifices prudenter faciat pervenire, ut Ecclesiarum praesules, universae veritatis instructione percepta [3], mortiferam declinare valeant falsitatem. *Et subscriptio:* Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi [4].

Itaque penitus effugiendi.

Quique aliter doceat Romano Pontifici denunciandus.

Mandat, ut haec finitimis innotescant.

EPISTOLA III [5].

Natalis pro fide sollicitudinem laudans Orientalem Ecclesiam deplorat, eumque vehementer excitat, ut haereticorum saluti toto pectore studeat, ac de religionis profectu saepius referat.

Dilectissimo filio Natali abbati Gelasius Episcopus.

Quamvis pro beati Petri apostoli moderamine divinitus instituto, quo sedis eius Vicarii cunctis sunt Ecclesiis debitores, ad fratres et coepiscopos meos per Dardaniam constitutos competentia scripta dederimus [6] antiquae fidei communionisque tramitem subsequentes, ut cavere valeant contagia perfidorum, et nobiscum illibatum tenere consortium; tamen dilectionem quoque tuam non desistimus [7] desiderantes affari, cuius et sollicitudinem de noxiis quibusque vitandis, et in retinendis, quae ad utilitatem pertinent christianam, laudabilem perspeximus esse

Ad Natalem peculiares litterae.

1 Alii, quibus adhaeret n. cod. 3786, forte perperam legg. *ut.*

2 Cod. 4961 habet dumtaxat *et quae.*

3 Id. cod. forte melius *Ecclesiarum praesules universi, veritatis instructione percepta.*

4 Iuxta Binium dat. ann. 492, qui primus fuit Pontificatus Gelasii. Et sane non inepte: nam haeresim Eutychianam ortam scimus ann. 448; Gelasius autem sub init. huius epistolae annos ab illo numerat elapsos 45. Vid. Bin. l. c., cui Jaffè plene consentit.

5 Ex Mansi *Concil. Collect.* t. VII, col. 1096, primusque e vetustissimo codice hanc epistolam in lucem prodidit Iosephus Blanchinius, quin amanuensium errata emendaret. Cuinam vero Natali indicta sit haud patet. Blanchinius ad Natalem illum coniicit missam, cui fragmentum IX inscribitur, licet vaticana Anselmi collectio, et mss. Card. Deusdedit Natalem episcopum in titulo praeseferant. Verbum enim *episcopo*, inquit ille, forte pro arbitrio substitutum fuit *archimandritae*, quo munere Natalis noster in Dardania fungebatur, ni potius ob egregias virtutes Natalem episcopali dignitate in posterum dixeris insignitum.

6 Litteras innuit, de quibus in praeced. ep. ad not. 5.

7 « *Destitimus* » Vetustus codex Lateran., sed perperam, ut videtur.

fervorem. Ex litteris siquidem [1], quas ad fratrem et coepiscopum meum Serenum [2] tua charitas destinavit, collaborandum [3] sibi tua dilectio perpendit Evangelio Dei, et ob aeternae salutis intuitum etiam adversantia quacque tolerando constanter, ut nullum subeat, quod absit, coelestis regni dispendium, ad quod ulique, nisi legitime certaveris, non potes pervenire. Tanto enim praestante Domino nobis est instandum vigilandumque, quanto sub ipso fine iam mundi vehementior humani generis hostis insistere non quiescit. Nihil significamus omissum, quod aut correctioni rerum, quas in Ecclesiis Orientis seminavit inimicus, aut Patrum regulis congruentem possit adhibere medicinam. Sed quid facimus? Quia obduratis auribus vocem refugiunt veritatis audire, tantaque vis morbi saevientis incubuit, ut secum malint salvos quoque [4] lethaliter aegrotare, quam ipsi recipere sanitatem; nunc inficiantes universa, quae ipsorum cartis, ipsorum subscriptionibus approbamus; nunc, cum manifesta rerum fuerint luce convicti, palam aperteque fatentes errorem, nolle se tamen reverti ad viam purae confessionis communionisque testantes [5], sed nos potius expectantes [6] suis praevaricationibus [7] implicari. Quapropter, largiente Christi gratia, magnis studiis est agendum, ut quia de vita perpetna vel amittenda res agitur, vel tenenda, demus operam quidem, si aliquos ex illis, operante Domino, salvare possumus [8]; alioquin, sicut ait apostolus: *Te ipsum castum custodi* [9]. Perire volentium nitamur declinare perniciem; et quod solum facere debeamus, divinam pro illis exorare clementiam, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti detinentur ipsius voluntate [10]; ut ab obstinatione mortifera respirantes, pestem, quam se humanitus incidisse etiam ipsi sentiunt, inutilis verecundiae languore deposito, ad recuperanda remedia sempiterna libero corde resipiscant. His ergo cognitis, quae sicut diximus ad regionum vestrarum sunt directa Pontifices, et ipsi, protegente vos Domino, debetis esse convenienter instructi, et provinciis eadem quibusque [11] fiducialiter praedicare. Nihil est enim quod pavere debeamus, cum certum sit a coelesti praesule non derelinqui, quos suae veritatis praestitit arma tractare; nec quidquam videamus ei ullatenus praeferendum, cum ipsas animas nostras pro earum nos voluerit salute contemnere. Qualiter autem vel proficiat ibidem religionis integritas, vel quid forsitan adseratur, saepius nobis vestra dilectio non omittat ostendere, ut necessaria, Christo tribuente, subsidia responsis congruentibus ministremus. *Subscriptio Papae:* Deus te incolumem custodiat, fili dilectissime [12].

Eiusdem pro Ecclesia sollicitudo.

Orientalium pertinaciam deplorat.

In eorum salutem pro viribus incumbendum.

Crebriores litteras expectat.

EPISTOLA IV [13].

Euphemiano S. A. communionem subdolis litteris sollicitanti rescribit in illam non esse restituendum, qui cum

1 Id. cod. minus bene, ut opinor, *perspeximus esse fervorem; ex litteris scilicet.*

2 Hic iuxta Blanchinium Serenus Nolanus designatur, qui Thalassio in Ecc. Nolana gubernanda successit.

3 Id. cod. *proinde collaborandum*

4 Id. cod. forte perperam *quosque.*

5 Id. cod. *testantur,* sed minus recte videt. ad orat. contextum.

6 Id cod. ineptius, ut opinor, *expectant.*

7 Id. cod. perperam *praevaricatoribus.*

8 Id. cod. melius *possimus.*

9 1 Timoth. v, 22.

10 Id. cod. perperam *inutili voluntate.*

11 Id. cod. addit *contiguis.*

12 Jaffè l. c. datam autumat ann. 492.

13 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1157. Euphemianus statim ac Gelasium Felici subro-

haereticis communicat, eiusque obiecta diluens, ut redeat ad Ecclesiae unitatem hortatur; denique legatos mittere abnuens sese e pertinaciae nota liberat.

Dilectissimo fratri[1] Euphemieno[2] Gelasius.

Quod plene[3] cupimus, atque sincera fidei communionisque catholicae redintegratione firmari asserit tua dilectio, quod alteri solus non sufficiat auditus, nisi per litteras spectaverit[4] significantiam provocantem[5] de his quae circa nos dispensatio divina perfecit, ut sic in secundis vicem salutationis impenderem. Non arbitramur vel dilectionem tuam, vel aliquem sic hoc sperare potuisse, ut putaret nos, vel aliquempiam potiorem, quae sunt gesta referentes, debuisse[6] responsa promereri; quia nimis iudicaretur arrogans, si de prima sede taliter existimasset. Quod si, ut magis opinamur, quasi sociis, quibus praeesse Christi munere delegatum est, Apostolicam Sedem institutum sibi noviter sacerdotem praeeuntibus oportuisse dixisti litteris indicare[7]; fuit quondam ecclesiastica vetus haec regula apud Patres nostros, quibus una catholica apostolicaque communio ab omni praevaricatorum libera pollutione constabat. Nunc autem cum societatem praeferre malitis extraneam, quam ad beati Petri purum redire illibatumque consortium: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena*[8]? Quomodo dispositionis apostolicae antiqua foedera praebeamus hominibus communionis extraneae? Quemadmodum vobis ordinationem renuntiatura est, cui vestro etiam testimonio haereticos damnatos[9] praeponitis? Dicet forsitan tua dilectio, haereticos damnatos dici Acacium et Petrum. Cur[10], si fas non est, praesentibus saltem litteris colloquamur? Quia aliter appellamus dominicae mensae participes, aliter qui in eius nobiscum societate dissentiunt; quia ipse Dominus alio modo verba[11] faciebat a sua praedicatione discretis, alio discipulis regni coelestis secreta pandebat. Consequenter quoque apostoli non ita a suo collegio separatis, quemadmodum fidei domesticis, consortibusque loquebantur. Sed ait dilectio tua, tantum circa me sese charitatis habuisse, ut non solum ad scri-

Euphemiani arrogantiam carpit.

Rom. Pontificis electio praevaricatoribus non communicanda.

Iis tamen has litteras mittere non dilectum.

Frustra Euphemianus Sedis Ap. communionem subdole provocavit.

gatum accepit, fidei suae confessionem misit, ut communicatorias litteras impetraret. Pontifex autem respondit, nunquam illum in catholicam communionem receptum iri, nisi prius Acacii nomen e sacris diptychis expungeret. Quibus litteris quum Euphemianus quaedam reponeret, Gelasius haec rescripsit iuxta Binium anno Pontificatus sui primo.

1 Ne mireris Euphemianum catholice communione extorrem a Pontifice fratrem appellari, siquidem id ob humanae naturae, et christiani nominis identitatem vel Patribus aliquando usitatum. V. Sev. Bin. apud Mansi not. 6 ad hanc ep.

2 Ita cum edit. rom. plures editi. Cont. Const. iuxta codd. Corbeiensem, ac Remigianum, quibus et al. accedunt, *Euphemio*.

3 Baron *plane*.

4 « *Spectasset* ». Cod. Corb.

5 Baron. *significationem provocatam;* hoc est, inquit vir cl., reddendo certiorem eum, qui antea litteris responsionem provocavit. Cont. Const. locum sane implicatum ita feliciter expedit: «*Ait dilectio tua, quod alteri non sufficit auditus de his, quae circa nos dispensatio divina perfecit*, quae extulit nos ad apostolorum thronum, *nisi per litteras spectaverit* ea sibi significari, provocans me, *ut sic in secundis....* ».

6 Supple *talia*.

7 Hic al. contra sensum punctum appingunt.

8 Psalm. CXXXVI, 4.

9 Cod. Vat. 1340 *haereticos, damnatosque:* scilicet, notat Harduinus, *Petrum et Acacium*.

10 Al. male *Quod si...* Obiectionem autem Euphemiani facilius intelliges, si rem ita expedias: « *Cur, si fas non est cum haereticis communicare, me praesentibus saltem litteris alloqueris?* »

11 Cit cod. sane amanuens. vitio omittit *verba*.

bendum fueris contentus, sed affatus [1] audire. Legisti sententiam [2]: *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei* [3]; illud scilicet verbum, quod confessioni beati apostoli Petri portas inferni nunquam praevalituras esse promisit [4]. Atque ideo rationabiliter existimasti, quia fidelis Deus in verbis suis, nonnisi aliquid tale promisisset instituere [5], veram [6] sponsionis suae promissionem impleret.

Suis ipse verbis ad officium revocatur. Ait denique tua dilectio, nos divinae providentiae gratia [7], quod ille monstraverit, sanctarum Ecclesiarum [8] non deserere charitatem, quia me in pontificali sede locaverit non indigentem, sicut ait [9], doceri; sed intendentem omnia necessaria ad ecclesiastici corporis unitatem. Ego quidem sum omnium hominum minimus, satis immeritus ad tantae sedis officium, nisi quod superna gratia semper operatur magna de parvis.

Operari magna de parvis Dei est. Quid enim de me sentiam cum hoc ipse [10] de se magister gentium testetur, qui se ultimum et non dignum vocari apostolum [11] profitetur [12]? Verumtamen, ut ad dilectionis tuae verba redeamus, si veraciter assecutus es haec divinitus mihi fuisse collata, quae et profecto quaecumque sunt bona, dona sunt Dei; sequere ergo hortamenta non indigentis doceri, et secundum supernam dispositionem universa cunctaque inspicientis [13], quae ad ecclesiarum pertinent unitatem, et adversus diabolum conturbatorem verae pacis, atque compagis, ut asseris, fortiter resistentis [14]. Si ergo de me ista pronuntias, aut sectanda tibi sunt, quae a Christo, ut perhibes, constituta sunt; aut palam te, quod absit, Christi dispositionibus obviare depromis; aut ad veniam luxuriae [15] de me cognosceris ista iactare. Sed consequenter adnectis, condescendibilem me et optima dispositione [16] revocare posse concordiam. *Summus Pontifex in diversis condescendere nequit.* Proinde, quoniam isto verbo frequenter utimini, quid sibi velit, explorem. Optima enim illa est Ecclesiae catholicae atque apostolicae dispositio [17], ad meliora proficiendo condescendere, non ad inferiora descendendo deficere. Cum autem dicis, condescendere nos debere volniscum, interim iam vos aut descendere, aut descendisse monstratis. Unde, quaeso, vel quo ista descensio est? Utique ex superiori quodam loco ad inferiora quaeque deposito [18], a catholica apostolicaque communione ad haereticam *In ipsis enim condescendere est a fide descendere.*

1 Mss. Corb. et al. post illud *sed affectu audire*; quib. n. cod. 1340 adhaeret. Mss. Remigian. legit *sed audire*. Cont. Const. praefert cum Baron. nostram edit. An rectius quisque iudicet.

2 « Lege *sententiam* ». Baron.

3 Rom. x, 17.

4 Matth. xvi, 18.

5 « Sic Merlin. et mss. Remig. Alii vero *nonnisi quod tale promisisset instituere*. Cod. Corb. *nonnisi aliquid tale instituit* ». Cont. Const.

6 « Merlin. et mss. Corb. *unam* ». Cont. Const. Nos ex n. cod. 1340, cui mss. Remig. et Corb. consentiunt, restituimus *unde*.

7 « Planior esset hic locus ita ordinatus *non sine gratia providentiae Dei factum, quod ille monstraverit*... ». Cont. Const.

8 Harduin. et cit. cod. recte add. *se*.

9 Iid. *ais*.

10 « Ita cod. Corb. Sed Remig. *ipsum id*. Merlin. *ipse id*. Al. edit. *hoc ipse dictum de se* ». Cont. Const.

11 Cod. Vat. 1340 *non vocari dignum apostolum*.

12 I Corinth. xv, 9.

13 « Mss. sup. cit. *cunctaque circa inspicientis* ». Cont. Const. Cit. cod. Vat. *circumspicientis*.

14 Caraf. *fortiter resistentem*, quod Baron. aliisve minus arridet.

15 Cit. cod. *aut (da veniam) lusorie de me cognosceris ista iactare*. Al. cum cod. Corb. *aut ad venam*. Quae lectio nostrae videtur praeferenda.

16 Cont. Const. magis placeret *condescendibili me et optima dispositione*.

17 Sic edit. passim. Hard. vero ad marginem, et cod. Corb. addunt *quae docet*. Remig. cum n. Vat. 1340 optime quidem. *quae novit*.

18 « Merlin. et mss. Corb. *depositis*, ad cuius marg. *depromitis*. Baron. *depositos* ». Cont.

damnatamque prolapsos vos videtis, cognoscitis, non negatis; et non solum vos in infimis iacere delectat, sed etiam in superiore manentes sede vultis impelli. Condescendere nos vobiscum invitatis ad ima de summis, nos conscendere vos nobiscum rogamus ad summa de imis. Nunc igitur sub conspectu illius excelsae institiae iudicet genus humanum, quis nostrum debeat alteri obedire. An dicis [1], ut caetera nunc omittam [2], descendit Dominus ipse de coelo? Descendit plane, sed ut hominem ab errore liberaret, non ut eius misereretur errori. Nonne ipse praemonuit, ut qui in tecto consisterent, non descenderent nec ad ea, quae in domo videntur esse [3], tollenda [4]? Nonne pro omnibus apostolus clamat unus, qui plus omnibus laboravit [5], cum de custodia veritatis ageretur, *quibus nec ad horam cessimus subiectionis gratia, ut veritas Evangelii permaneret apud vos* [6]? Videtis coelestem magistrum condescendere noxiis recusantem? Postremo faciamus aliquem corruisse, ad quem benignissime sublevandum paululum quispiam velit inflecti. Ergo ut erigatur iacens, miserantem convenit inclinari, non ut cum eodem praecipitetur in foveam. Igitur per litteras, quas per Sinclitium [7] diaconum destinastis, de his quos baptizavit, quos ordinavit Acacius, maiorum traditione confectam et veram, praecipue religiosae sollicitudini congruam [8] praebemus sine difficultate medicinam [9]. Quo nos vultis ultra descendere [10]? Quid tacetis? Quid verecundamini verbis exprimere quod corde gestatis? Ipsa vos saltem verecundia, quod nonnunquam fit [11], debuit commonere. An forsitan, ut haereticorum damnatorumque et his vel eorum successoribus communicantium nomina consentiamus admitti? Hoc non est condescendere ad subveniendum, sed evidenter in inferna demergi. Parcite, quaeso, et nobis et vobis. Quod si curam vestri adeo non habetis, date veniam nobis. Dolere et flere possumus et debemus; in haec abrupta deduci nec possumus, nec debemus, qui, praestante Deo nostro, sinceram puramque paternae traditionis fidem communionemque retinere, et ab omni praevaricatorum contagione discretam, etiam intentato periculo mortis, optamus, eligentes (si velit Deus) quaelibet illa perpeti, quam causas incidere damnationis aeternae. Date, inquam, veniam, si tamen [12] cum vos propter amorem cuiuslibet hominis vel timorem haec libenter incurritis, nos propter amorem Dei, et timorem gehennae, talia refutamus. Nec vos credatis, dissimulando causas atque personas, cuiuslibet [13] amicitiis posse subrepere; quia neque vos ita sub-

Euphemiani obiecta diluit.

Ab Acacio baptizatis, ordinatisque benigne reparatum.

Nomina autem haereticorum in sacris diptychis non relinquenda.

Id enim permittere est incidere in aeternam damnationem.

Const. Al. vero et cod. 1340 *deponens*: quod perinde intelligendum esset ac si diceret: *Quae, vel quo ista descensio est? Ea utique, quae ad inferiora a superiori loco quaequae deponit.* Quidam edit. *depositio. A catholica....* Baronii editio superius enunciata videtur praeferenda.

1 « Forte rectius *At dicis* ». Hardnin.

2 Cit. cod. Vat. *omittamus*.

3 Id. expungit *esse*.

4 Matth. xxiv, 17, ubi Vulg. inquit: *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.*

5 I Corinth. xv, 10.

6 Galat. II, 5, ubi Vulg. legit *subiectione* loco *subiectionis gratia*, et *premaneat* loco *permaneret*.

7 Al. *Syncletium.*

8 Ita Baron. et al. recent. Cod. Vat. 1340 *praecipue regionum sollicitudini congruam.*

9 Hanc medicin. nullo negotio reperies in ep. x Fel. III pag. 256 h. vol. col. 2 sub fin. ubi ait: *Nobis, Deo inspirante, provisuris rationabiliter, ut scripsimus, si cuncta convenerint, ut eorum quos ordinavit, vel baptizavit Acacius, salva confessione catholica, pro charitatis redintegratione nihil pereat.*

10 Cit. cod. perperam *ultro.*

11 Codd. Corb. et Remig. rectius *quam iniquum sit.*

12 Cod. Vat. 1340 delet *tamen.*

13 Harduin. et cod. cit. *quibuslibet.*

tiles estis, qui non possitis intelligi; et nos, praestante Deo nostro, non reperitis incautos. Nonne missis huc saepe litteris indicastis, cum caeteris haereticis vos Eutychen quoque respuere? Hoc si verum est, aut eos, qui communicaverunt Eutychetis successoribus, pariter abdicate; aut aliorum quoque haereticorum successoribus communicantes admittite. Sed Acacius, inquis, nihil contra fidem, sicut Eutyches et successor eius, legitur ubicumque dixisse; quasi non sit deterius, et non ignorasse veritatem et tamen communicasse veritatis inimicis. Si enim, cum aliquis recte sapiens de fide catholica communicet illis haereticis, inter quos Eutychetem posuistis, vel successoribus eorum, non est fas eos inter catholicorum altaria nominare; ita ergo ne [1], illius Eutychetis successoribus communicando, simili sorte tenetur obnoxius? De talibus quippe convenienter dicitur: *Descendant in infernum viventes* [2]; qui dum illa vita, *qua iustus vivit* [3], vera atque catholica putantur vivere, repente aut in prona pravitatis, aut in haereticae communionis inferna vergunt [4]. Ecce quales Christo dicitis esse praeponendos, cum ille nec animas nostas sibimet praecipiat [5] anteponi. Imo et adhuc quaeritis, quando fuerit damnatus Acacius; quasi re vera, etiamsi eum nullus ante damnasset, non debuerit orthodoxae et apostolicae communionis, cuius praevaricator extitit et desertor, participatione secludi; sicut etiam quilibet, qui fuerit ante catholicus, cuicumque haeresi communicans merito iudicatur a nostra societate removendus; aut in tali sorte defunctus inter catholicorum nomina nullatenus computari. Miramur tamen, quomodo ista profertis, hoc est, ut et synodum Chalcedonensem vos suscipere pro fide catholica [6] profiteamini; et eos, quos damnavit, sectantium communicatores, non particulariter [7] generaliterque putetis fuisse damnatos. Ostendite ergo quae synodus in unaquaque haeresi cum erroribus successores eorum his communicantes simulque omnes non damnet et complices. Itaque ille vester Acacius, qui Eutychianis haereticis [8] detestabili communione factus est particeps, ab eadem synodo sine dubitatione damnatus est, quae et [9] Eutychen Dioscorumque cum successoribus eorum, hisque communicantes synodico tenore prostravit.

Eutychen non respuit, qui Eutychianos amplectitur.

Acacius cum Eutych. communicans ipso facto ab ecclesia separatus.

Etenim quaevis synodus cum haeresum successoribus communicantes condemnat.

Sic sequaces quoque eorum Timotheum Petrumque simili definitione deiecit. Proinde si ea, quae in synodo Chalcedonensi pro fide et communione catholica lege [10] apostolica definita sunt, vere certeque sectamini, sicut vestra professione multiplici continetur, aut successores ab illa synodo damnatorum, hisque communicantes abiicite, aut si istos admittitis, ea, quae in illa synodo pro fide et communione catholica et apostolica sunt peracta, non solum falso vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, et in Eutychianam haeresim sine retractatione reciditis, meritoque a catholicis probamini esse vitandi; quia ut talem pestilentiam perpetuo possemus evadere, ea, quae contra ipsam ab ea congregatione sanctorum Patrum salubriter decreta leguntur, nullatenus mutilanda non solum Sedis Apostolicae praesules,

Ideo Timotheus, et Petrus pariter damnati.

Chalc. Synod. non admittit, qui eius statuta non servat.

1 Al. inepte, ut videtur, ad orat. context. *ita ergo nec... simili sorte tenetur obnoxius.*
2 Psalm. LIV, 16.
3 Roman. I, 17.
4 Cit. cod. minus bene *merguntur*.
5 Cit. cod. *praecipit*.
6 In cit. cod. deest *pro fide catholica*.
7 Ed. rom. perperam *non pariter*.
8 Cit. cod. male *haeresibus*.
9 Ibid. *et* non legitur.
10 Cit. cod. *communione catholica, vel apostolica*.

sed etiam orientalium regionum catholici censuere pontifices. An Petrum dicitis fuisse purgatum, cui communicavit Acacius? Veris assertionibus [1] edocete,

Falso asseritur, Petrum Alexandrinum fuisse purgatum.

hoc ostendite, hoc probate, quibus ille modis, quibus ille regulis ab Eutychiana fuerit professione vel communione mundatus; ut cum id nihilominus evidenti rerum claruerit demonstratione convictum, palam aperteque possitis advertere, aut vos debere cedere veritati, aut adversus hanc manifesta dimicatione confligere. Nec vobis blandiamini, quia fidem catholicam profitemini vos tenere, quia [2] Eutychetis nomen ademistis [3], quia ea veluti praedicare videamini, quae orthodoxa praedicavit antiquitas. Clamat enim nobis [4] illa evangelica sententia: *Aut fa-*

De catholica communione sibi blanditur, qui cum damnatis societatem iniit.

cite arborem bonam, et fructus eius bonos; aut facite arborem malam, et fructus eius malos; a fructibus enim arbor cognoscitur [5]; idest, si voce, si fide, si professione catholica et apostolica fideliter veraciterque gloriamini, huius et [6] communionem recipite. Si vero haereticorum, scilicet damnatorum, vel his, aut successoribus eorum communicantium communio vobis placet, quid statis? Quid

Nil enim praestat dictis polliceri quod factis negatur.

circumspicitis? Simul et eorum aperte manifesteque, remotis obstaculis, dogma defendite. Quid enim iuvat? Imo et satis gravat dictis polliceri, quod factis negatur, ut non solum ipsa per se haeresis Eutychiana, quam sit funesta christiano sacramento, possitis agnoscere, sed quanta et quam gravia haeresis ista in sui definitione contineat. Ecce ad quae nos praecipitia condescendere provocatis, atque [7] ad quae nos vitae aeternae pericula cupitis inclinare. Hoc descensu salvare est aegrotantem, an cum languente consumi? Haec erit optima dispositio illius, quam

Euphemianum hortatur, ut in Ecclesiae unitatem revertat.

memoras, reparandae concordiae, an illa potius, ut reiectis contagiis perfidorum, integra fide, sincera sui communione potiatur communio catholica atque apostolica, ne [8] haereticorum tabe depulsa, intemeratam suae fidei confessionem nitatur adstruere, atque invicem sibimet congruentis orthodoxae professionis communionisque sit unitas? Hanc (sicut dilectionis tuae litterae cohortantur) meis quoque temporibus custodiri, qua valeo prece deposco, quae per tot annos ab illis Patribus gloriosis illibata intactaque [9] servata est. Haec enim est, sicut ipse dicis, quam Deus noster de omnibus bene futuram, et secundum suam veritatem et regulam gubernandam et praescius ante constituit, et singulis quibusque temporibus sua dispositione convenienter aptavit. Haec est voluntas Dei, cuius tu ingeris mentionem, quam ego

Haec Pontifici strenue custodienda.

quoque pro meo modulo, quem Dominus donare dignatur [10], cupio prorsus implere, ut non reus de huius talenti coelestis diminutione reperiar; sed in hoc talento (sicut ipse quoque nos admonet [11]) incrementum Christi gratia [12] postulo consequi, et nullum prorsus incidere detrimentum. Hinc est quod prioribus dilectionis tuae litteris, sicut tua quoque pagina designavit, pro vestra sumpsi salute tristitiam, ubi comperi quod erat vobis noxium, et quod [13] verae paci contrarium reperi. Contristatur enim apostolus de errore de-

1 Al., inter quos Harduin., *Hoc vestris assertionibus.*
2 Cit. cod. *qui.*
3 Al. *abnuistis.*
4 Al. cum cit. cod. aptius ad orat. context. *vobis.*
5 Matth. XII, 33, ubi Vulg. leg. *fructum eius bonum*: et mox *fructum eius malum; siquidem ex fructu.*
6 Cit. cod. forte rectius omittit *et.*
7 Cit. cod. omittit *atque.*
8 Edit. rom. recte *ac haereticorum tabe.*
9 In cit. cod. *intactaque* desideratur.
10 Baron forte mend. typograph. *dignetur.*
11 Cod. vat. 1340 forte rectius *admones.*
12 Id. perperam omittit *gratia.*
13 In cit. cod. *quod* deest.

viantium, et laetitiam recipit de eisdem sua praedicatione correctis [1]. Si autem tua charitas, ut dixit, nescio quorum necessitate constringitur, quod (pace tua dixerim) sacerdos pro veritate promenda nec facere deberet omnino nec dicere, ignoscat [2] nobis hominibus timidissimis, si coarctante nos terribili et divini iudicii grandi necessitate, constringimur, sicut qualescumque ministros Christi decet, nos [3] animas nostras ponere pro veritate salvandas, quam eas lucrari velle veritatis diminutione perdendas, ut non dicam, contra fidem libitis cuiuslibet abdicandas. Istae mihi sunt (quas dilectio tua commendat) certae fidei perpetuae cum eo, quicumque voluerit, in Christi visceribus amicitiae. Hic non tam optamus praeponi aliis, sicut praedicas, quam cum fidelibus cunctis sanctum et Deo placitum habere consortium. Haec mihi (quam mandat dilectio tua) pax solida, inconvulsa et perennis; hoc unum vinculum (sicut etiam ipse desideras) salutare, quo cuncta uniri possit Ecclesia. Hoc quibus est creditum (sicut et ipse deprecaris) protectio divina perficiat. Haec est, *quae Deus est, charitas* [4] quam poscis *de corde puro, et conscientia bona et fide non ficta* [5]. Quomodo ergo *de corde puro*, si haereticorum fuerit participatione polluta? Quomodo *conscientia bona*, si malorum fuerit confusione permixta? Quomodo *fide non ficta*, si fuerit mixta cum perfidis? Quae si prudentia tua (sicut eam precamur) diligenter advertat, perspicit Apostolicam Sedem non vitare pacem, sed haereticorum damnatorumque vitare vestigia [6]. Quae etiam vos rationabiliter intuentes [7], creditis commonendum populum Constantinopolitanum, non permittere submoveri nomine perfidorum. Quisnam hoc in Ecclesia Dei, quaeso te, possit audire, cum utique pastorem sequi grex debeat ad pascua salutaria revocantem, non per devia gregem pastor errantem? Dic mihi, rogo te, grex pro te, an tu pro grege redditurus es rationem? Certe si vobis hoc placet, multo magis causa est nobis iustior, qui populum Romanum a fide illa sua, laudabili maiorum traditione percepta, declinare non sinentem nos penitus libenter audivimus, si vos Constantinopolitanam plebem ab haeretica communione discedere recusantem non vultis offendere.

Sed nos dicitis debere dirigere, qui eam valeant mitigare. Quomodo me auditura est, quem videtur habere suspectum, si praesules suos despicit admonentes? Nonne ipsis apostolis est praeceptum, in aliquibus regionibus verbi praedicatione non uti, his quippe in quibus non fuerant audiendi? Veniemus, frater Euphemiane [8], sine dubitatione, veniemus ad illud pavendum tribunal Christi (ut taceam, quae ex hoc sit [9] metuenda vindicta) circumstantibus illis, a quibus fides ipsa est [10]. Non illic inficiationibus, non dilationibus [11], non inclusionibus [12] est agendum; sed manifestissime comprobandum, utrum beati Petri gloriosa confessio cuiquam eorum, quos regendos accepit, quidquam subtraxerit ad salu-

Euphemiani socordiam reprobat. — Eius consilia ipsi applicat. — Cum haereticis communicanti nulla charitas. — Euphem. conniventiam reprehendit. — S. Ap. legati non mittendi. — A se pertinaciae notam reiicit.

1 II Cor. VII 8, 9.
2 Id. cod. *ignoscite*.
3 Al. recte ad orat. context. *nos potius animas*.
4 I Ioann. IV, 8.
5 I Timoth. I, 5.
6 Al. cum cod. 1340 forte melius *contagia*.
7 Al. apte ad context. *metuentes*.
8 Al. cum cit. cod. *Euphemi*.
9 Cod. Veron. *quia et hic metuenda*; sed perperam, ut videtur.
10 Al. *fides ista defensa est*; quibus cit. cod. Veron. et Vat. 1340 probe adhaerent.
11 Cod. 1340 *delationibus*.
12 Cod. Veron. recte, ut videtur, *illusionibus*.

tem; an eam auscultare nolens [1] etiam cum suo periculo rebellis extiterit [2] obstinata pernicies. Ibi certe dilucidabitur, utrum ego (sicut putatis) acerbus, asper, et nimis durus, difficilisque sim vobis, qui cum ratione vestram salutem parturio, qui clamo « etiamsi austerum videtur antidotum, accipite; quaeso, bibite, vivite, nolo moriamini »: an vos, qui a noxiis prohibiti, medicos ducitis execrandos, imo qui vultis vobiscum medicos aegrotare, quam vos recipere sanitatem [3]. *Et alia manu:* Dominus [4] te incolumem custodiat [5].

EPISTOLA V [6].

Pro Christi ecclesia studium suum ostendens Dalmatiam Pelagiana haeresi rursus infectam dolet; huic toto pectore resistendum declarat; litteras quamprimum exoptat.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasius.

Gelasii erga Ecclesiam sollicitudo.

Licet inter varias temporum difficultates continuis occupationibus implicati vix respirare valeamus: pro Sedis tamen apostolicae moderamine totius ovilis dominici curam sine cessatione tractantes, quae [7] beato Petro Salvatoris ipsius nostri voce delegata est « *et tu conversus confirma fratres tuos* [8] » et item « *Petre, amas me? pasce oves meas* [9], » dissimulare nec possumus nec debemus quae nostram sollicitudinem forma perstringat, cum beato Paulo apostolo sentientes atque dicentes: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror* [10]*?* Ita quippe nos repente tristis, horrenda et vix credibilis confecit opinio, ut mentem nostram confunderet, sauciaret, affligeret. Nuntiatum nobis est enim in regionibus Dalmatiarum, quosdam recidiva Pelagianae pestis zizania seminasse; tantumque [11] illic eorum praevalere blasphemiam, ut simplices quosque mortiferi furoris insinuatione decipiant. Est quidem error ipse nefarius tanto perniciosior ad subripiendum, quanto ad fallendum verisimilitudinis colore versutior [12]: praestante Domino, adest fidei catholicae pura veritas, concordibus universorum Patrum deprompta sententiis [13], quae et subtile virus funestae pravitatis exponat, et humano generi salvando conferat de Scripturarum confectione medicinam. Nullatenus igitur discretionem rerum nondum abundantia corda conturbet, donec et occultum vulnus appareat, et salvatio singularis eluceat: quoniam quantalibet arte fallaciae spiritus perditionis armetur, sancto gladio spiritus principalis et detegitur et necatur. Quapropter per dilectionem tuam cunctos ibidem Domini sacerdotes fraterno commonemus affectu; ut qui eum, erudiente vos Domino, contra novitios pugnetis [14] errores, olim perversitatem toto orbe damnatam nec ipsos recipere debeatis, aut, quod temere putatur, esse faciendum, quae non haeresis maioribus nostris [15] convenienter extincta

Dalmatas Pelagiana haeresi iterum infecit.

Illius principis fortiter obstandum.

1 Al. inepte, ut videt. *nolenti.*

2 Cit. cod. Veron. *existerst.* Mox autem al. interrogandi punct. post vocem *pernicies* apponunt. Nos sensus ergo illud libentissimo expungimus.

3 Al. *salutem.*

4 Cod. Vat. 1340 *Deus.*

5 Iuxta Jaffè op. cit. pag. 54 dat. ano. 492.

6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1172.

7 Al. cum cod. vat. 4961 *quod... delegatum est.*

8 Luc. XXII, 32, ubi Vulg. legit *et tu aliquando conversus.*

9 Ioann. XXI, 17. Hic autem pro uno puncto coma appingimus, ut sensus restituatur.

10 II Cor. XI, 29.

11 Baron. forte mendo typograph. *tantamque.*

12 In Vat. cod. 5617 ad margin. legitur: « Puto deesse *sed* ».

13 Al. cum codd. Vatt. 5617 et 4961 *concordi universorum patrum deprompta sententia.*

14 Cit. cod. 5617 *pugnatis.*

15 Id. cod. cum cit. 4961 *a maioribus nostris.*

rursus provocare nos audeat, et palam novis resumptis viribus, aperteque confligat. Num quidnam licet nobis a venerandis Patribus damnata dissolvere, et ab illis excisa nefaria dogmata retractare?

A maioribus sudsrata non dissolvenda.

Quid est ergo quod magnopere praecavemus, ne cuiuslibet haeresis semel deiecta pernicies ad examen denuo venire contendat? Si quae antiquitus a nostris maioribus cognita, discussa, refutata sunt, restauranda nitamur[1]: nonne ipsi nos, quod absit, et quod numquam catholica patietur ecclesia, adversariis veritatis universis contra nos resurgendi proponimus exemplum? Ubi est quod scriptum est? *Terminos patrum tuorum non tsansgredieris*[2] *etc. Interroga patres tuos, et annuntiabunt tibi; et seniores tuos, et dicent tibi*[3]? Quid ergo tendimus ultra definita maiorum, aut cur nobis non sufficit? Si quid ignorantes discere cupiamus, qualiter ab orthodoxis patribus et senioribus singula quaeque vel vitanda praecepta sunt, vel aptanda catholicae veritati; cur non his probantur esse decreta? Numquid aut sapientiores illis sumus, aut poterimus firma stabilitate constare, si ea, quae ab illis constituta sunt, subruamus? An fortasse nescitis hanc haeresim, de qua loquimur, et ab apostolica dudum Sede per beatae memoriae Innocentium, ac deinde Zosimum, Bonifacium, Celestinum, Sixtum, Leonem continuis et incessabilibus sententiis fuisse prostratam; nec tantum ecclesiae catholicae legibus, sed principum quoque Romanorum eo tenore damnatam, ut nec usquam terrarum vivendi locum sectatores eius habere sinerentur? Quae omnia tam gestis ecclesiae per singulas quasque regiones de eorum pravitate confectis, quam censurae publicae sanctionibus edocentur.

Pelagiana haeresis a S. Ap. pluries damnata

Ecce quorumlibet aures catholicas audire doctrinam, quaestiones accipere, tractare tendiculas, et blasphemias patienter admittere. O si studerent adversus eos maiorum nostrorum libros responsaque cognoscere, illic modis omnibus cerneretur, nihil esse prorsus, quod non[4] et ab istis fuerit ventilatum, et ab illis magnifica veritate contritum. Sicque de cunctis eorum nequitiis refutandis fideles quique redderentur instructi, ut nihil amplius quaereretur. Sed si forsitan[5] ineruditos animos quaedam de eorum sensibus proposita commoverunt[6]; ita venerabilium Patrum doctrinis et omnis eorum publicatur insania, et quibus remediis curetur, ostenditur, ut ex his, Deo praestante, praevisis, cuncta, quae de eorum serie texuerunt, et periculosa sectantibus, et stulta deprehendentibus esse videantur: ita ut si quis existimet reluctandum, non tamen veterum sententiis contradictor existat, sed humanae saluti, catholicaeque doctrinae palam se aperteque profiteatur inimicum, quo magis attentius pervigil cura pastorum a sacris gregibus luporum debet arcere saevitiam. Num quidquid[7] ovibus sanctis acciderit detrimenti praesulum (quod absit) damnet incuriam, sicut a regeneratis agminibus nocentium depulsio bestiarum custodum praemiis perpetuum procuravit augmentum? Certe si, ut magis optamus, falsis haec rumoribus sint relata, quantocius desideramus

Pelagio blandientes valde reprobat.

Eiusdem lues Patrum doctrinis curanda.

1 Cit. cod. 5617 ad marg. habet *restaurare nitamur*.

2 Prov. XXII, 28, ubi apud Vulg. sic legitur: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui*.

3 Deuter. XXXII, 7, ubi Vulg. inquit: *Interroga patrem tuum, et annuntiabit tibi*.

4 Reg. Paris. cum n. cod. 4961 perperam omitt. *non*.

5 Cod. Vat. 5617 *forsan*.

6 Ita et cit. cod.; alii vero *commoverent*. Melius, ut arbitror, n. lectio.

7 Cit. cod. 5617 ad marg. perperam *Ne si quid*.

Ceteras litteras exoptat. agnoscere, ut qui [1] membrorum Christi vexatione trepidamus, multo magis de eorum stabilitate laetemur.

Data v kalendas Augusti. Fausto v. c. consule [2].

Dat. die 28 Iulii ann. 493.

EPISTOLA VI [3].

Honorio non esse mirandum, quod Sedes Apostolica in Pelagianam haeresim forte reviviscentem protinus inquirendum iubeat; eumque admonens, ut Romani Pontificis vigilantiae solertiam suam adiungat, fidei formulam mittit, deque ambiguis Sedem Apostolicam consulendam praecipit.

Dilectissimo fratri Honorio Gelasius.

De S. A. sollicitudine non mirandum. Miramur dilectionem tuam fuisse miratam, curam Sedis Apostolicae, quae more maiorum cunctis per mundum debetur ecclesiis, pro vestrae quoque regionis fide fuisse sollicitam. Cumque ad eam perlatum esset, quod quidam per Dalmatias integritatem catholicam vitiare niterentur et divinis humanisque legibus ante damnatum Pelagianae pestilentiae denuo virus inferre; non putaverimus nullatenus [4] differendum, quo minus haec diligentius inquirentes aut, si fortasse irrepserant [5], de proximo sanarentur, aut anxietatem nostram, si falso [6] probarentur iactata, relevarent; aestimantes melius nos videri impatientius talia investigare voluisse, quam crescere dissimulando perniciem. Siquidem satius est impatientes videri, quam dissimulando augere perniciem. Neque enim vel silentio premere causam huiusmodi [7], vel differendo fovere deberemus: quum, dicente magistro gentium, *sollicitudine non pigri* [8], atque iterum, *qui praeest in sollicitudine* [9], reos procul dubio nos, nisi continuo quaereremus, etiamsi inaniter essent vulgata, convincerent. Nec interest [10] per quos ad aures nostras eadem pervenissent, dum quomodolibet [11] ista referentibus, postquam nostram conscientiam penetrarent, in his veraciter indagandis pastorales excubias esse non oportuerit negligentes, qualenus vel e vestigio posset lupis inhiantibus obviari, vel nullis existentibus feris, ovium custodia secura persisteret. Itaque in haeres. Pelagii forte reviviscentem illico inquirendum. Ab his, qui essent Chloes, Corinthiorum se dissensiones agnovisse testatur apostolus, confestimque scribere non omittit; ut vel nascentibus iurgiis pius medicator occurreret, vel de eorum comperta mox incolumitate gauderet [12]; quod nos quoque litteris, quae super hac parte dictae sunt [13], indicasse reminiscimur, ut scilicet aut irrepentibus obsisteremus insaniis, aut, si nihil horum penitus accidisset, de catholicae veritatis integritate laetaremur. Quapropter non solum dilectio tua nostra non debet vigilantia permoveri, sed praesentis colloquii [14] salutatione percepta nobiscum po-

1 « *Quod membrorum* ». Cod. Vat. 4961, sed minus apte.
2 Bin. et Reg. Paris. ad marg. corrigunt *Albino*, siquidem nullus Fausti consulatus, Gelasio Pontifice, habetur. His accedit et Jaffé, qui l. c. de Fausti consulatu dubius haeret.
3 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1173.
4 Al. *ullatenus*.
5 « *Subrepserant* ». Cod. Vat. 4961.
6 « *Si falsa* ». Id. cod.
7 Edit. rom. *causas huiusmodi*.
8 Rom. XII, 11.
9 Rom. XII, 8.
10 Cod. Vat. 5617 *Nec interesset*. Ad orat. context. forte rectius.
11 Cit. cod. *quibuslibet*. Forte melius.
12 I Corinth. I, 11.
13 Reg. Paris., cui probe consentit n. cod. 5617, *directae sunt*.
14 Codd. Vatt. 4961 et 5617 *alloquii*.

S. A. vigilantiae Honorii industria socianda. tius industriam propriae sociare solertiae; quatenus vel sive tentata sint talia, protinus corrigantur, vel ne qualibet obreptione tententur attentius praecavendo, subintrare non valeant. De quibus autem ii, quos tua charitas destinavit, si [1] plenius instrui voluerint, sequentes tituli cum suis responsionibus intimabunt. Et quoniam se his acquiescere praefati eatenus sunt professi, ut eadem se et primitus tenuisse firmarent, sed ante ullius in quaestionem vocata vellent manifestius expediri, studuimus quantum inter occupationes fieri potuit, quae nos minime respirare patiuntur, largiente Domino, sequentes paterna vestigia, de talibus, quae coepimus, non silere; quam regulam sobrie sentiendi quisquis fideli corde sectatur inter orthodoxos merito debeat aestimari. Quisquis vero putaverit abnuenda, ab apostolicis sese non ambigat exulare doctrinis. Certe si quid est quod valeat animum permovere, fraternitas tua consulere fiducialiter omittat [2], ut Domini gratia ministrante, totius discutiat obscuritatis ambiguum fraterna collatio [3].

Fidei formulam mittit.

De ambiguis S. A. consulenda.

EPISTOLA VII [4].

In imperatorem silentii sui causam reiiciens ei benevolentiam suam profitetur; demonstrans autem cum damnatis nullum consortium S. Apostolicae esse ineundum, Augustum exorat ut, Acacii nomine damnato, Orientalem Ecclesiam in pristinam pacem restituat, seque arrogantiae nota liberat.

Gelasius Episcopus
ad Anasthasium Augustum [5].

Silentii causam affert. Famuli vestrae pietatis, Filii mei Faustus magister et Irenaeus viri illustres [6], atque eorum comites publica legatione fungentes ad urbem reversi clementiam vestram quaesisse dixerunt [7], cur ad vos meae salutationis scripta non miserim. Non meo, fateor, instituto; sed cum directi dudum de partibus Orientis vel videndi me licentiam sibi vestris praeceptionibus abnegatam tota urbe dispersérint, a litteris credidi temperandum, ne onerosus potius, quam officiosus existerem. Videtis igitur non mea dissimulatione provenisse, sed competentis fuisse cautelae, ne respuentibus animis molestias irrogarem. Sed ubi serenitatis tuae benevolentiam comperi, praefatis indicantibus, humilitatis meae clementer expetisse sermonem, iam revera perpendi, imputandum non immerito mihi [8], si tacerem; quia, gloriose fili, te [9] sicut Romanus [10] natus Romanum principem amo, colo, suscipio [11]; et sicut christianus, cum eo, qui zelum Dei habet, secundum scientiam veritatis [12] habere [13] desidero; et qualiscumque Apostolicae Sedis vicarius quodcumque [14] plenae fidei catholicae deesse comperero, pro meo modulo suggestionibus opportunis supplere contendo. Dispensatione etenim mihi divini sermonis

Eius in imperatorem benevolentia.

1 Cit. cod. 4961 perperam omittit *si*.
2 Cit. codd. optime *non omittat*.
3 Dat. ann. 493 iuxta Jaffè l. c.
4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1181.
5 Al. *Gloriosissimo imperatori Anastasio Gelasius episcopus*.
6 Cod. Vat. 1340 *viri consulares*.
7 Al. inepte *dicuntur*.
8 Cod. Vat. 1310 forte amanuens. vitio omittit *mihi*.
9 Id. cod. cum alio Veron. *et sicut*. Rectius videtur ad orat. context.
10 Cit. cod. 1340 *Romae*.
11 Cod. Veron., optime *suspicio*.
12 Cit. cod. 1340 *secundum Dei scientiam*.
13 Hard. « forte *pacem habere* ».
14 Al. forte melius *quod ubicumque*.

iniuncta, *vae mihi est, si non evangelizavero*[1]. Quod cum vas electionis beatus Paulus apostolus formidet et clamet, multo magis mihi exiguo metuendum est, si divinitus[2] inspiratum, et paterna devotione transmissum subtraxero ministerium praedicandi. Pietatem tuam precor, ne arrogantiam iudices divinae rationis officium. Absit, quaeso, a Romano principe, ut intimatam suis sensibus veritatem arbitretur iniuriam. Duo quippe sunt, imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra[3] pontificum, et regalis potestas[4]. In quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus[5] Domino in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti etenim, fili clementissime, quod licet praesideas humano generi dignitate, rerum tamen praesulibus divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuae salutis expetis[6], inque sumendis coelestibus sacramentis, eisque (ut competit) disponendis subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, quam praeesse. Nosti[7] itaque inter haec, ex[8] illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. Si enim, quantum ad ordinem pertinet publicae disciplinae, cognoscentes imperium tibi superna dispositione collatum legibus tuis ipsi quoque parent religionis antistites, ne vel in rebus mundanis exclusae videantur obviare sententiae; quo (rogo) te decet affectu eis obedire, qui pro erogandis venerabilibus sunt attributi mysteriis? Proinde sicut non leve discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro divinitatis cultu, quod congruit; ita his (quod absit) non mediocre periculum est[9], qui, cum parere debeant, despiciunt. Et si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium convenit corda submitti; quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit praeeminere, et subsequens Ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit? Ubi pietas tua evidenter advertit, nunquam quolibet penitus humano consilio elevare se quemquam posse illius privilegio, vel confessioni, quem Christi vox praetulit universis, quem Ecclesia veneranda confessa semper est, et habet devota primatem. Impeti possunt humanis praesumptionibus, quae divino sunt iudicio constituta, vinci autem quorumlibet potestate non possunt. Atque utinam sic contra nitentibus perniciosa non sit audacia, quemadmodum, quod ab ipso sacrae religionis auctore praefixum est, non potest ulla virtute convelli: *Firmamentum enim Dei stat*[10]. Num quidnam cum aliquibus infestata religio est, quantacumque[11] potuit novitate superari, et non magis hoc invicta permansit, quo aestimata est posse succumbere? Desinant ergo (quaeso te) temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticae praecipitanter ambire[12] quae non licet[13], ne et illa, quae male appetunt, nullatenus[14] apprehendant, et modum suum apud Deum et

Evangelizare Pontificis officium.

Episcoporum auctoritas regia potestate gravior.

Ipsis igitur, et praesertim R. Pontifici obtemperandam.

Religio nulla potestate convellitur.

1 I Cor. IX, 16.
2 Haec sententia habetur et in Grat. Decret., dist. 96. c. 10.
3 Al. *sacrata*.
4 Unde sententia « Religio, et humana lex societatis fundamentum ».
5 Cod. Vat. 1344 *regiminibus hominum*. Ad context. aptius videtur n. lectio.
6 Al. *exspectas*.
7 In codd. Vatt. 1340 et 1344 ex amanuens. vitio *nosti* desideratur.
8 Cit. cod. 1340 omitt. *ex*.
9 *Est* in n. cod. 1340 non legitur.
10 II Tim. II, 19, ubi Vulg. legit: *Firmum fundamentum*.
11 Cod. Veron. perperam *quantumque*; Quesnall. *quacumque*.
12 Cod. Vat. 1340 male, ut videtur, *per occasionem perturbationum ecclesiastica praecipitanter ambire*.
13 « *Quae non licent* ». Cod. Veron.
14 « *Ullatenus* ». Cit. cod. 1340.

homines non teneant. Quapropter sub conspectu Dei pure[1] ac sincere pietatem tuam deprecor, obtestor et exhortor, ut petitionem meam non indignanter accipias; rogo, inquam, ut me in hac vita potius audias deprecantem, quam (quod absit) in divino iudicio sentias accusantem. Nec me latet, imperator Auguste, quod pietatis tuae studium fuerit in privata vita. Optasti semper fieri particeps promissionis aeternae. Quapropter noli, precor[2], irasci mihi, si te tantum diligo, ut regnum, quod temporaliter assecutus es, velim te habere perpetuum, et qui imperas saeculo, possis regnare cum Christo. Tuis certe legibus, imperator, pateris nihil perire, Romano nomini nullum admittis ingeri[3] detrimentum. Itane verum est, princeps egregie, qui non solum praesentia Christi beneficia, sed desideras et futura, ut religioni, ut veritati, ut sinceritati catholicae communionis, et fidei temporibus tuis, patiaris quemquam inferre dispendium? Qua fiducia (rogo te) illic eius praemia petiturus es, cuius hic damna non prohibes? Non sint gravia, quaeso te, quae pro tuae salutis aeternitate dicuntur. Scriptum legisti: *Meliora sunt vulnera amici, quam oscula inimici*[4]. Quaeso pietatem tuam, ut quo affectu dicuntur a me, eo tuis sensibus intimentur. Nemo pietatem tuam fallat. Verum est, quod figuraliter[5] per prophetam scriptura testatur: *Una est columba mea, una est perfecta mea*, una est christiana fides, quae est catholica[6]. Catholica autem veraciter illa est, quae ab omnium perfidorum, atque ab eorum successoribus atque consortibus sincera, pura, immaculata communione divisa est[7]: alioquin non erit divinitus mandata discretio, sed miseranda confusio. Nec ulla causa iam superest, si hoc in quolibet contagio[8] voluerimus admittere, ne cunctis haeresibus aditum ianuamque pandamus. Qui enim in uno *offenderit, omnium reus est*[9]; *et qui minima spernit paulatim decidit*[10]. Hoc est quod Sedes Apostolica magnopere cavet[11], ut quia mundo radix est apostoli gloriosa confessio, nulla rima pravitatis, nulla prorsus contagione maculetur[12]. Nam si (quod Deus avertat quod fieri non posse confidimus) tale aliquid proveniret, unde[13] cuiquam resistere auderemus errori, vel unde correctionem errantibus posceremus? Proinde si pietas tua unius civitatis populum negat posse pace[14] componi, quid nos de totius orbis terrarum sumus universitate facturi, si (quod absit) nostra fuerit praevaricatione deceptus? Si totus correctus est mundus, profana Patrum suorum traditione despecta, quomodo non corrigatur unius civitatis populus, si praedicatio fida[15] succedat? Ergo, gloriose imperator, nolo[16] ego Ecclesiarum pacem, quam, etiamsi cum mei sanguinis impendio provenire posset, amplector[17]?

Obsecrat, ut Ecclesiae pax restituatur.

Catholica fides a perfidorum communione divisa est.

B. Petri confessio ab omni contagio vindicanda.

Ideo cum Eutychianistis numquam Sedi Ap. ineunda pax.

1 *Pure* in cod. cod. 1340 desideratur.
2 Id. *precor* omittit.
3 Id. perperam ad orat. *ingerere*.
4 Prov. xxvii, 6, ubi Vulg. legit: *Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.*
5 Codd. Vatt. 1340, 1344 *singulariter*.
6 Cod. Vat. 1340 *quam veneratur universa Ecclesia Catholica.*
7 Al. perperam *divulsa est*.
8 « *Si in hoc quolibet contagia* » Harduin; sed perperam, ut videtur, ad orat. contextum.
9 Iacob. ii, 10, ubi Vulg. inquit: *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.*
10 Eccl. xix, 1, ubi Vulg. habet *decidet*.
11 Codd. Vatt. 1340, 1344 *laxavit*; al. edit. *praelaxavit.*
12 « *Macularetur* ». Cit. cod. 1344.
13 « *Vel unde* ». Id. cod.
14 In cod. Veron. *pace* deest.
15 Al. cum cod. n. 1340 *praedicatio fidei*. Melius ad context. vidat. n. lectio.
16 Al. *non negligo*. Tunc autem, mutata interpunctione, legandum est *quam... amplector*: sed
17 Al. *amplectar*. Forte melius.

Sed (precor te) cuiusmodi debeat esse pax ipsa, non utcumque, sed veraciter christiana mente libremus. Quomodo enim potest esse pax vera, cui charitas intemerata defuerit? Charitas autem, qualiter esse debeat, nobis evidenter apostolus praedicat [1], qui ait: *Charitas de corde puro et conscientia bona, et fide non ficta* [2]. Quomodo (quaeso te) *de corde erit puro*, si contagio inficiatur externo? *Quomodo de conscientia bona*, si pravis fuerit malisque commixta? Quemadmodum *fide non ficta*, si maneat sociata cum perfidis? Quae cum a nobis saepe iam dicta sint, necesse est tamen incessabiliter iterari, et tamdiu non taceri, quamdiu nomen pacis obtenditur; ut nostrum non sit (ut invidiose iactatur) facere pacem, sed talem [3] velle doceamus, qualis et sola pax esse, et praeter quam nulla [4] esse monstratur. Eutychianum certe dogma, contra quod Apostolicae Sedis cautela pervigilat, si creditur salva fidei catholicae posse veritate constare, promatur, asseratur, et quantislibet viribus adstruatur, ut non solum per seipsum, quam inimicum sit fidei christianae possit ostendi, sed quantas et quam lethales haereses in sua contineat colluvione, monstrari. Si autem (ut magis confidimus) a catholicis iudicatis mentibus excludendum, quaeso te, cur, non et contagia simul eorum, qui hac probantur esse polluti, decernitis refutanda, cum dicat Apostolus: *Non solum qui non facienda faciunt, reos videri, sed etiam qui consentiunt facientibus* [5]? Proinde sicut non potest, perversitatis communicatore suscepto, non pariter perversitas approbari [6]; sic non potest refutari perversitas, complice sectatore perversitatis admisso. Legibus certe vestris criminum conscii, susceptoresque latrocinantium, pari iudiciorum poena constringuntur nec expers facinoris aestimatur, qui licet ipse non fecerit, facientis tamen familiaritatem foedusque receperit. Proinde cum Chalcedonense Concilium pro fidei catholicae atque apostolicae veritate communioneque celebratum damnaverit Eutychen detestandi furoris auctorem; non satis habuit, nisi ut pariter eius quoque consortem Dioscorum caeterosque percelleret. Hoc igitur modo, sicut in unaquaque haeresi vel factum semper, vel fieri non habetur ambiguum, successores eorum Timotheum, Petrum atque alterum Antiochenum Petrum [7], non viritim propter singulos quosque rursus facto concilio, sed synodi semel acta regula consequenter elisi. Quemadmodum ergo non evidenter apparet etiam cunctos simili tenore constringi, et qui eorum communicatores et complices extiterunt, atque omnes omnino a catholica atque apostolica merito communione discerni; hinc Acacium quoque iure dicimus a nostro consortio submovendum, qui maluit in sortem transire perfidiae, quam in catholicae atque apostolicae communionis sinceritate constare [8], cum fere per triennium, ne in id veniret, Apostolicae Sedis epistolis doceatur competen-

Haec enim sine vera charitate non datur

Inter Eutych. recenseri et qui ipsis consentiunt.

Eutyches, eiusque associae in Calch. Synodo damnati.

Proinde et Acacius a cath. societate submovendus.

1 «*Per Apostolum praedicatur*». Cod. Veron.

2 I Timoth. I, 5.

3 Al. perperam ad orat. context. *sed tamen*.

4 «*Pax nulla*». Cod. Veron.

5 Rom. I, 32, ubi Vulg. inquit: *digni sunt morte et non solum qui ea faciunt....*

6 Perperam cod. Vat. 1340 *non pariter perversus et approbari*. Cod. Vat. 1344 *non pariter perversitas et approbari*.

7 Cod. Veron. *Timotheus, Petrus, atque alter Antiochenus..... consequenter elisi*. Al. *Timotheum, Petrum, atque alterum Antiochenum... synodi semel acta regula consequenter elisit*. Lectio Veron. cod. sane praeferenda.

8 «Huius triennii initium referendum est ad ann. 15 Simplicii, quo Acacius delictum commisit». Sev. Binius.

ter instructus. Postquam vero communionis est factus alienae, non potuit nisi a catholicae et apostolicae[1] mox societate praecidi, ne per eum, si vel paululum cessaremus, nos quoque videremur subiisse contagia perfidorum. Sed revera vel tali perculsus poena resipuit, correctionem promisit, emendavit errorem? Aut ille tractatus lenius voluerat[2] coerceri, qui etiam verbera dura non sensit? Quo in sua perfidia et damnatione moriente[3], tam eius in ecclesiastica recitatione non potest nomen adscribi, quam externae contagium non debet communicationis admitti. Quapropter aut doceatur ab haeretica participatione sincerus, quorum se ille communioni permiscuit, aut cum eisdem non potest non repelli. Si autem[4], susurrant Orientis episcopi, quod ad eos Sedes Apostolica non ista conscripserit, quasi vel ipsi de recipiendo legitime Petro Sedem Apostolicam suis litteris fecerint certiorem, vel huius receptionis inconditae non iam pariter complices extitissent, quem sicut vere non possunt docere ab haeretica pravitate fuisse purgatum, ita se haereticorum nullatenus poterunt excusare consortes. Quod[5] si fortassis adstruxerint, quod ad Apostolicam Sedem de susceptione Petri per Acacium cuncti consona voce[6] retulerint, per eumdem sibimet omnes pari voce[7] sentiunt fuisse rescriptum. Apostolicae vero Sedis auctoritas, quod cunctis saeculis christianis[8] Ecclesiae praelata sit universae et canonum serie paternorum, et multiplici traditione firmatur. Sed vel hinc[9], utrum sibi quisquam contra Nicaenae synodi constituta quippiam valeat usurpare, collegio potest unius communionis ostendi, non mentibus externae societatis aperiri. Apud illos, si quis confidit, egrediatur in medium, et Apostolicam Sedem de utraque[10] parte revincat et instruat. Tollatur ergo nomen e medio, quod Ecclesiarum discretionem procul a catholica communione operatur, ut sincera pax fidei communionisque reparetur et unitas; et tunc quis nostrum contra venerandam vel insurrexerit, vel nitatur insurgere vetustatem competenter et legitime perquiratur. Et illic apparebit, quis modesto proposito custodiat formam traditionemque maiorum; quis[11] supra haec irreverenter insiliens rapina aequalem posse fieri arbitretur. Quod si mihi populi Constantinopolitani persona proponitur, per quam dicatur nomen scandali, id est Acacii, non posse removeri; taceo, quia et haeretico quondam Macedonio pulso, et Nestorio nuper eiecto, plebs Constantinopolitana[12] catholica permanere delegerit potius, quam maiorum praesulum damnatorum affectione retineri. Taceo, quod qui ab eisdem ipsis damnatis praesulibus baptizati fuerant, in fide catholica manentes, nulla sint exagitatione turbati. Taceo, quod pro rebus

Cur eius nomen e sacris diptychis expungendum.

Oriental. antistitum de Petro Alexandrino praetextus refellit.

Ap. Sedis auctoritas universae Ecclesiae semper praeposita.

Communio cum damnatis numquam permissa.

Falso obiicitur, Acacii nomen e Constantinop. non posse removeri.

1 In cod. 1344 *apostolicae* desideratur.

2 Al. recte, ut videtur, ad sens. *voluerit*.

3 Al. ed., et cod. Vat. 1344 *manente*, quibus autem n. cod. 1340 iure non suffragatur.

4 Cit. cod. 1340 forte aman. mendo omittit *autem*. Forte legend. *Susurrant autem Orientis episcopi, quod.... S. A. non ista conscripserit: quasi vel ipsi....., vel huius receptionis inconditae non iam pariter complices extitissent; quem*.

5 Codd. Vatt. 1340 et 1344 cum Veron. *Qui si fortassis*.

6 Harduin. sane mendo typograph. *consona vice*.

7 Cod. Vat. 1344. *pari vice*; al. *pari vice primatus Sedis Apostolicae sentiunt fuisse rescriptum*. Perperam ut videtur.

8 Cod. n. 1340 inepte quidem legit *et Ecclesiae*.

9 Cod. Veron. *Sed vel utrum*.

10 Cod. n. 1344 *de utroque*.

11 Cod. n. 1340 perperam *quamvis supra haec irreverenter insiliens quis rapina aequalem posse fieri arbitretur*.

12 Cit. cod. *nota plebs*.

iudicris populares tumultus nunc etiam vestrae pietatis auctoritas refrenarit; atque ideo multo magis pro salute animarum suarum necessario vobis Constantinopolitanae civitatis obtemperat multitudo, si eam ad catholicam et apostolicam communionem vos principes reducatis.

Salus ad hoc imperatoris voluntas.

Etenim, imperator Auguste, si contra leges publicas aliquid (quod absit) quispiam fortasse tentaret, nulla pati id ratione potuisses; ad Divinitatis[1] puram sinceramque devotionem, ut tibi plebs subdita redigatur, conscientiae tuae non putas interesse? Postremo, si unius civitatis populi animus non putatur offendi, ne divina (ut res postulat) corrigantur; quanto magis, ne divina offendantur, catholici nominis universis[2] piam fidem nec laedere debemus omnino, nec possumus? Et tamen iidem nostra se poscunt voluntate sanari. Competentibus ergo sinant

Quod nisi fiat, nulla salus.

curari se posse remediis; alioqui (quod absit) in eorum transeundo perniciem, cum illis perire possumus, ipsos vero salvare non possumus. Iam hic[3] quid sit magis sequendum, sub divino iudicio vestrae conscientiae dereclinquo; utrum, sicut nos optamus, simul omnes certam redeamus ad vitam, an, sicut illi poscunt, manifestam tendamus ad mortem. Sed

Arrogantiae nota sese purgat.

adhuc Apostolicam Sedem sibi medicinalia suggerentem superbam vocare arrogantemque contendunt. Habet hoc qualitas saepe languentium, ut accusent magis[4] medicos congruis observationibus ad salubria revocantes, quam ut ipsi suos noxios appetitus deponere vel reprobare consentiant. Si nos superbi sumus, quia[5] animarum remedia convenientia ministramus; quid vocandi sunt, qui resultant? Si nos superbi sumus, qui obediendum paternis dicimus institutis[6]; qui refragantur, quo appellandi sunt nomine? Si nos elati sumus, qui divinum cultum puro atque illibato cupimus tenore servari; qui contra Divinitatem quoque sentiunt, dicant, qualiter nuncupentur? Sic et nos caeteri, qui in errore sunt, aestimant, quod eorum non consentiamus insaniae. Ubi tamen spiritus superbiae veraciter consistat et pugnet, veritas ipsa indicat[7].

Dat. ann. Christi 493[8].

EPISTOLA VIII[9].

Constantia Dardaniae antistitum commendata, eos ad effugiendum Eutychianorum consortium magis incendit, monetque ut a Thessalonicensi episcopo in A. S. communionem non recepto diligenter caveant, neque existiment Acacium in sua pertinacia defunctum modo esse absolvendum, vel Sedem Apostolicam potius iniurias suas ulcisci, quam fidem vindicare.

Gelasius episcopus universis episcopis per Dardaniam[10] sive per Illiricum constitutis.

Laudat Dardaniae antistitum constantiam.

Audientes orthodoxam vestrae dilectionis in Christo constantiam, atque ita vos

1 Cit. cod. *unitatis*, sed perperam, ut videtur.

2 Hard. cum eod. cod. recte *universi*.

3 Cit. cod. erronee *Tam huic*.

4 Vat. cod. 1344 sane amanuens. mendo omitt. *magis*.

5 Cod. Vat. 1340 cum Veron. *qui animarum*.

6 Cit. cod. *constitutis*.

7 Al. perperam *iudicat*; o. cod. 1344 ad context. minus apte *dicat*.

8 Sev. Bin. hanc epist. adscribit ann. 494, asserens Anastasium nondum hoc tempore Eutychianum, et Acephalorum sectae signiferum sese declarasse, quum e contra liqueat anno 495 viros in pectore occultatum plano evomuisse. Quae ratio quanti habenda sit criticis iudicandum relinquimus.

9 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1196.

10 « In quibusd. codd. leg. *et Daciam* ». Id. ad marg.

antiquae fidei communionisque sincerae traditionibus inhaerentes, ut mentem christianae deditam veritati nullatenus infecerint[1] praevaricatorum vicina contagia, magnificavimus Dominum, charitatemque vestram missis litteris alloqui per religiosos viros filios nostros Cyprianum atque Macarium diaconos tota cordis aviditate curavimus: quoniam pro Sedis Apostolicae principatu, cuius sollicitudo delegata divinitus cunctis debetur ecclesiis, nos vivimus, si vos statis in Domino, magnisque gaudiis triumphamus. Cum ubique terrarum Dominum Sabaoth semen purae confessionis reliquisse cognoscimus, quod non in petrosa deveniens aestu tentationis exaruit, nec viae proximum cecidit vacantibus inimicis expositum, nec in spinis irruit suffocandum, sed in bonam terram piae devotionis vestrae caelesti factione[2] dispersum in trigesimum et sexagesimum fructum centenariumque profecit, profectionemque[3] scilicet frumenti dominici mystica locutione designans. Quapropter exultantibus animis confidentius incitamus, ut ab Eutychianae pestis incursu pectora vestra sapienter intemerata servetis: quoniam iam *qui perseverat*[4] *usque in finem, hic salvus erit. Dominus prope est, nihil sollicitis sitis*[5], si quidem maior est, quod[6] in nobis est, quam qui in hoc mundo, regnumque Domini intra nos[7] (etiam scriptura testante) sit certum. Ut autem ab eorum, qui in errore sunt positi, noxia societate caveatis, nullum talibus communicantem ad vestrum recipiatis qualibet subreptione consortium: quia sicut in unaquaque haeresi cum pravitatis auctore damnato successores eius et complices atque huiusmodi sectatoribus polluta communione permixtos catholica vitare debet integritas; ita cum Eutychete Dioscorus, simulque Timotheus, Aelurus, et Petrus Alexandrinus, eiusque communicator Acacius, nec non etiam Antiochenus Petrus cum suis sunt omnino participibus abdicandi. Nec quisquam, etiamsi pravitatem deponere se promittat, recitandis tamen nominibus consentiens perditorum, vel eadem recitantium minime communione discretus ad immaculata sacrilegii ovilia quibuscumque modis est permittendus intrare, ut ecclesia Dei nostri[8], *quae maculam, rugamque non sustinet*[9], inviolata permaneat. Absint ergo a fidelibus Christi viperae capitis dira commercia, et procul a caelestibus pascuis mortifera venena pellantur, ut salutaris alimonia panis illius, qui de coelo descendit, fideles hanc[10] sumentes ad vitam perducat aeternam[11].

Sedi Apostol. cura universae Ecclesiae divinitus commissa.

Dardanos episcopos ad Eutychianistas effugiendos confidentius incitat.

Itaque nullus, qui cum illis communicat, in cathol. consortium recipiendus,

Neve qui damnatorum nomina recitationi utrumque consentit.

Quae ut mutua valeamus exhortatione prospicere, det operam vestra dilectio, ut[12] sospitatem vestrae charitatis optatam, et fidei communis instantia nobis crebrius aperire non desinat, quatenus alternis nos instructionibus excitantes, legitimorum Domini sacerdotum possimus invenire mercedem. Per vicinas quoque pro-

Petit, ut episcopi crebrius scribant.

1 Codd. Vat. 4965 et 5617 *inficerent*.

2 At. et cod. 5617 *satione*. Ad orat. context. aptius videtur.

3 Cit. cod. *perfectionemque*; at cod. 4961 nobiscum legit, cui opinor non accedendum.

4 Cit. cod. cum Matth. x, v. 22 tegg. *perseveraverit*.

5 Philipp. iv, 6.

6 Cod. 5617 *qui*.

7 Luc. xvii, 21, ubi Vulg. leg. *regnum Dei intra vos est*.

8 In cit. cod. 5617 deest *nostri*.

9 Ephes. v, 27, ubi Vulg. inquit: *gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam*.

10 Cit. cod. *hunc*.

11 Ioann. vi, 33.

12 Cit. cod. *et sospitatem*. Rectius ad orat. context. videtur n. lectio.

Et haec fortimis commonicent.

vincias haec eadem patefacere vestra charitas vigilanter insistat; ut et qui catholicae communionis sinceritate subsistunt, competentibus roborentur alloquiis, et qui forsitan ab huius rectitudine deviarunt, ad integritatem dogmatis christiani salubribus monitis reducantur.

Cur Thessalonicensi episc. S. Ap. communio denegata.

Noverit autem vestra fraternitas, ecclesiae Thessalonicensis antistitem nostris adhortationibus saepius incitatum contagia communionis externae numquam declinare voluisse, nec apud nos nomen Acacii vel caeterorum similium perfidorum, hisque communicantium congrua professione damnasse. Quapropter eum communionem Sedis Apostolicae non recepisse manifestum est, quoniam nisi puris sensibus et ab omni nefanda societate, beati Petri apostoli nec possumus, nec debemus ecclesiae praebere commercia. Propterea cautius agendum est cum praefato, ne catholicis mentibus ut fiat [1] Apostolicae Sedis reconciliatione subrepat; quam sicut dolosis artibus fallere et circumvenire non praevalet, ita, sub cuius non potest obtinere, auctoritatem quoque nostram, quae ad Dalmatiarum est directa pontifices, etiam ad vos credimus dirigendum, quatenus in veritate catholica, secundam formam traditionis antiquae, tenere nos consonam noveritis ubique sententiam. Si quos vero novos diceritis motus exurgere, nobis fraterna debetis sollicitudine reserare, quo subinde, quae Patrum regulis congruant, praestante Domino, remedia procuremus.

Cum ipso caute agendum,

Et si quid noviter accidat S. A. denuntiandum.

Nec quisquam [2] omnino vobis persuadeat, Acacio praevaricationis suae crimen fuisse laxatum, quia qui postquam in collegium recidens [3] pravitatis, inreque meruit ab apostolica communione secludi, in hac eadem [4] persistens damnatione defunctus est. Absolutionem quam superstes nec quaesivit omnino, nec meruit, mortuus iam non potest impetrare, siquidem ipsis apostolis Christi voce delegatum est: *quae ligaveritis super terram, et quae solveritis super terram* [5]. Caeterum iam de eo qui in divino est iudicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere, praeter id, in quo eum dies supremus invenit: atque ideo nisi eius nomine refutato, caeterisque consortibus huius erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis [6] mensae dominicae puritatem, quam maiores nostri semper ab haeretica magnopere servaverunt pollutione discretam. Sed neque vos quisque circumvenire pertentet: quod dicat non de religione, sed de moribus esse certamen, vel Apostolicam Sedem non causam communionis catholicae fideique tractare, sed iniuriam dolere, cur videantur [7] ab Acacio fuisse contempta: quoniam haec et huiusmodi, quatenus simplices quoque [8] decipiant, hi qui in errore sunt positi spargere non quiescunt. Videtis enim, sicut supra iam dictum est, per nomina praevaricatorum, si, quod absit, in ecclesia recitanda credantur, simul et contagium praevaricationis induci. Sedes autem Apostolica in tantum non contumeliam dolet, sed fidem defendit, communionem sinceram, ut hodie cuncti, qui in eius visi sunt prorupisse despectum, si ad integritatem fidei, communionemque [9] catholicam revertantur: secundum regularum tramitem paterna-

Acacius mortuus extra Eccl. cath. modo absolvi nequit.

Eius nomen refutare mores non respicit, sed fidem.

Ab Ap. Sede vindictae notam removet.

1 Cit. cod. 5617 cum nonnull. edit. *ut fit.* Recte quidem.

2 Grat. decret. C. XXIV, q. 2, c. 1.

3 Cit. cod. melius ad orat. context. *recidit*

4 Cit. cod. *in hoc quidem persistens defunctus est.*

5 Matth. XVIII, 18.

6 Cit. cod. *debebitis.* Perperam, ut videtur.

7 Al. recte *quum videatur.*

8 Cit. cod. 4961, 5617 *quosque.*

9 Cit. cod. *communionisque catholicas;* sed ad rem inepte, ut videtur.

rum toto cordis affectu venientes, et plena charitate suscipiat.

Data III nonas Augusti, Asterio et Praesidio viris clarissimis consulibus[1].

Dat. die 3 Augusti ann. Christi 494.

EPISTOLA IX[2].

Rustico de misso subsidio gratias agit; tum innuens quanta ab Eutychianistis patiatur, animi sui constantiam profitetur, denique Epiphanium eius charitati commendans per eum litteras expectat.

Dilectissimo fratri Rustico Gelasius.

Rustici subsidium refertur.

Inter ingruentium malorum turbines, et variarum tentationum, quibus pene mergimur, afflictationes, tua nobis charitas, amantissime frater, grande solatium propinavit. Quid enim consolatius posset accidere, quam videre fratres carissimos invicem compatientes, et partem oneris ferentes, quibus non minima benedictionis portio collata est? Benedictus Deus qui tua erga nos taliter affecit praecordia, ut non tantum, quae patimur, animo sentias, sed ea monstres in sanctae tribulationis exhibendo misericordiam, qualem habeas in compassivo corde charitatem, et adiungas ad dulcissimae consolationis sermones, quae sunt praecipuae inter amicos, opitulationes. Verum dilectionem tuam non fatigabimus scribentes quam in arcto fuerimus. Scit frater noster et coepiscopus Aeonius[3] quam utile fuerit et quod misit, et quod ad nos misisti subsidium. Caeterum frater noster Epiphanius[4] qui ad gentis suae relevandos et redimendos captivos ad partes vestras destinatur[5], fraternitatem tuam certiorem faciet, quantam ob impiissimi Acacii causam persecutionem sustinemus. Sed non deficimus, et inter tot pressuras nec cedit animus, nec relaxatur zelus, nec subvertit metus. Sed licet aporiantes et angustiati confidimus in eum, qui *dabit cum tentatione proventum*[6]: et si ad tempus sinit deprimi, non patietur opprimi. Fac, carissime frater[7], ut tuus tuorumque[8] in nos, vel potius in Sedem Apostolicam non cesset affectus. Qui enim in petra solidabuntur cum petra exaltabuntur[9]. Adiuva fratrem nostrum Epiphanium, et sentiat quia me amas, et cum redierit ad propria, scribat dilectio tua[10] tam quae sibi quam quae fratribus nostris et coepiscopis per Gallias constitutis circa impiissimi Acacii causam videbuntur. Deus te praestet incolumem[11] frater carissime.

Sua constantia in adversis.

De Acacii causa litteras petit.

Datum VIII kalend. Februarias Asterio et Praesidio vv. cc. consulibus.

Dat. die 25 Ianuarii ann. Christi 494.

1 In cod. n. 5617 deest *v. c. consulibus*.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1259. Eadem epistola missa fuit ad Ivonem Pisae archipresbiterum, uti videre est apud Ioseph. Martinium in *Theatro Basilicae Pisanae* edit. Rom. ann. 1728. Itaque quum idem documentum bis referre prorsus inutile habeatur, satis erit, ei quid differant, suis locis adnotare.

3 « *Arelatensis archiepiscopus* ». Labb. l. c. ad marg.

4 « *Ticinensis episcopus, cuius vitam scripsit Ennodius* ». Id. l. c. ad margin.

5 Cit. ep. ad Ivon. addit *iter inde per mare suscepturus*.

6 I Corinth. x, 13, ubi Vulg. habet *faciet* pro *dabit*.

7 Cit. ep. *carissime fili*.

8 Cit. ep. *tuorumque confratrum*.

9 Psalm. XXVI, 6. In cit. autem epist. additur *Gratias age nomine nostro universitati confratrum tuorum, qui tam benigne, recepto a nobis per te subsidio cooperarunt*.

10 Cit. ep. sic legit: *scribat nobis dilectio tua, quando fuit idem iter aggressus, et quibus auxiliis; si quid autem novi de impiissimo Acacio e Gallia ad civitatem tuam pervenerit, de eo cito me certiorem facere digneris* ».

11 « *Et sua repleat coelesti benedictione, fili carissime* ». Ead. epist. quae data fuit die 13 febr. eiusd. ann.

EPISTOLA X [1].

Diuturni silentii causam enuncians admonet, mutuam charitatem esse fovendam.

Dilectissimo fratri Aeonio [2] Gelasius.

Cur litteras retardavit. Inter difficultates varias copiam nos reperisse gratulamur, qua per divinam gratiam Sedis Apostolicae regimen nos adisse pandentes, praetermissum diu cum tua misceremus fraternitate sermonem, et salutatione directa, mutua charitate solliciti dilectionis quoque tuae prospera quaereremus. *Sedis Ap. pro universa eccles. sollicitudo.* Quanto enim totius ovilis curam, Christo Domino delegante, susceptam beati Petri apostoli gubernatio principali universo gregi debet in orbe terrarum, tanto pietatis affectu cunctas ecclesias earumque rectores amplectitur, et inter diversos mundi turbines, si paterna fide vel traditione firmiter perseverant, ubi primum facultas arriserit, et quaerit anxia et gavisa cognoscit. Quapropter, frater carissime, instantius religiosis viris filiis nostris Euphronio praesbytero et Restituto viro religioso, qui ad Italiae partes ad providendam congregationi sanctae substantiam commearant, remeantibus ad propria, silere nequivimus: sed omni voto dilectionem *Mutua charitas fideliter servanda.* tuam duximus admonendam, quatenus et vigere apud nos alternae viscera gratiae fratres, et coepiscopi nostri per Gallias constituti, charitate tua vulgante, cognosceret [3]; et desiderantibus omnium, per quos tua charitas voluisset, referret mutuo sospitatem, constaretque nullatenus quantumlibet saeculo detrahente divelli, sed catholicam professionem manere semper ubique coniunctam. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime.

Data x kalendas Septembris, Asterio et Praesidio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 23 Augusti ann. 494.

EPISTOLA XI [4].

Communicantes cum Eutychianistis vehementi sermone perstringens evidenter ostendit in Acacii, aliorumque damnatione novam synodum non fuisse cogendam; Petrum Alexandrinum nullo iure absolutum; quemvis denique cum haeresum fautoribus participantem e communione catholica illico separatum.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis Orientalibus Gelasius.

. . . .

Communicantes cum Eutychianistis vehementius urget. Quid ergo isti prudentes viri, et arguti mentibus totius religionis interna rimantes, in Orientis partibus constituti si cognoverunt huiusmodi personam [5] in Antiochena Ecclesia constitutam, cur communicando [6] talibus praebuere consensum? Cur non illico reclamarunt, cur non se a tali contagio removerunt [7], cum

1 Ex Labb. *Concil Collect.* tom. IV, col. 1198.

2 Baron. ad marg. *Caesario.* Verum, inquit Sev. Binius ad calc. huius epist., quam epistolam Baronius a Felice III ad Caesarium scriptam superius recensuit, postea in tom. x *Annal.* a Felice IV datam esse recognovit. Ideoque illam relinquendam esse putavi epist. inscriptionem, quam vir cl. e priore editione tollendam esse iudicavit.

3 Baron. rectissime corrig. *cognoscerent.*

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1217; ep. autem exordium desideratur.

5 Petrum Fullonem designat.

6 Codd. 1344 et 3791 perperam *communicandum.*

7 Cit. codd. *submoverunt.*

tam[1] evidenter adverterent, ideo Calendionem depulsum[2], ut haereticis panderetur introitus? Quare hic nihil de re[3], nihil de fide christiana, nihil de personarum examinatione tractarunt? Si vero illi eorum se communioni voluntarie subdiderunt, ab Apostolica Sede certe separati sunt, cum talibus et apud tales, etiamsi esset necesse fieri, nulla posset omnino synodus provenire.

Frustra ab illis ignorantiae fucus praetenditur

Quod si ignorasse se dixerint qualis Antiochiae[4] post Calendionem successisset antistes, quid mirum, si qui in Oriente positi, quae in regione sua contigerint scire nequiverunt, ea, quae ad Apostolicam Sedem gesta fuerant, ignorarent? Cur tamen, posteaquam ad eorum notitiam pervenit qualis esset sacerdos apud Antiochiam constitutus, non eius consortia continuo respuerunt? Quid[5] excusationem de ignorantiae colore praetendunt, cum hodieque et manifestata contagia perfidorum, et a nobis saepius exprobrata sectentur?

Siquidem et modo exprobrata sectantur.

Quo satis apparet, quia ne tunc quidem etiamsi cognoscerent refutarent, quando nunc etiam publicata non renuunt. Prorsus in quamlibet se partem causationemque[6] convertant, manifestae veritatis ita laqueis suffocantur, ut suis ipsi verbis possint actibusque concludi, nec nisi solam perniciem obstinatae perfidiae residuam ventilare. Haec autem, quae de Calendione venerabili dicta sunt, et in Ioannis Alexandrini conveniunt certa ratione personam.

Non secus ac Calendio, Ioannes Alexandrinus ab haereticis eiicitur.

Immo, si causa eadem latius inquiratur, tantae illic tragoediae, tanti reperiuntur errores, ut si ipsi sint[7] iudices, qui eadem perpetrarunt, cum evidenter fuerint confutati, a sui damnatione non temperent. Palam enim illic[8], aperteque[9] monstratur[10], nihil aliud quam quaesitam causam, quemadmodum, catholico qualicumque depulso Pontifice, haeretico Petro reseraretur accessus. Tunc istud nemo discutiebat, synodum nemo poscebat, passim omnia licito fieri a quibuscumque videbantur; nullum discrimen rerum, nulla examinatio postulabatur Ecclesiae; sed prout de unoquoque venisset in mentem, de suis urbibus catholicus pellebatur episcopus non solum metropolitanus, sed etiam tertiae et secundae sedis antistes[11].

Neque ad hoc viri prudentissimi synodum exposcebant.

In his nulla rerum vestigatio quaerebatur, nulla facienda concilia iactabantur, subrogantur[12] haeretici, nemo resultabat; sed velut muta pecora in captionem ducta subditis voluntatibus perfidiam sectabantur. Non mirum quidem, si nunc eos defendere moliantur, quorum indiscussam[13] caecis mentibus secuti sunt utilitatem[14]. Sed miramur, cur eos non pudeat in istorum damnatione de synodo non facta causari, cum sciant tot tantosque Pontifices nulla synodo fuisse depulsos. Si[15] in istorum reiectione de non inito concilio conqueruntur, cognoscant se, cur non et hoc in aliorum reiectione quaesiverint, ac-

Igitur nihil est, cur eam in Acacii damnatione requirant.

1 Al. *iam*. Ad orat. vim minus apte.

2 « Id accidit ann. 483 ». Mansi.

3 Al. cum nn. codd. et cod. Veron. add. *nihil de synodo*.

4 Cod. Veron. *apud Antiochiam*.

5 Cod. Vat. 1344 *Cur*.

6 Cit. cod. cum aliis edit. *excusationemque*.

7 Cod. n. 3791 *sunt*. Forte aman. mendo.

8 In cit. cod. deest *illic*.

9 Cit. cod. *apteque*.

10 Cod. Vat. 1344 *aperteque moliuntur nihil aliud quam quaesitam causam*.

11 Scilicet « Calendio Antiochenus, et Ioannes Talaia Alexandrinus ». Mansi.

12 Al. cum cod. Veron., et Vat. 3791 *subrogabantur*. Sane aptius ad orat. context.

13 « Al. *schismaticis mentibus* ». Mansi ad marg.

14 Cod. Veron. *vilitatem*.

15 Codd. Vatt. 1344, 3791 ita legunt: « *In istorum reiectione de non inito concilio conqueruntur. Cognoscant...* ».

cusari. Si vero in caeterorum reiectione concilia necessaria non fuerunt, nec in istis necessaria fuisse cognoscant. An [1] in catholicorum deiectione non fuit opus, et fuit magnopere congreganda in praevaricatoris damnatione confessi? Quid igitur restat, nisi ut dicant haereticos non fuisse? Non ergo de synodo conquerantur, qui se palam communionis [2] externae perhibent sectatores. Cur [3] enim eis synodus necessaria fuisse videatur, qui se contra Chalcedonensem synodum venire cognoscunt, qua Eutychianus error cum auctoribus generali Ecclesiae voce [4] damnatus est? Nec dubium quod sicut in unaquaque haeresi, quod incessabiliter repetendum est, quia firmum esse nullus ambigit christianus, omnes complices, sectatores, communicatores damnatae semel pravitatis pari sorte censentur. Ideoque fit consequens, ut sicut Timotheus atque Petrus talium sectatores [5] secundum illius tenorem synodi, nulla recenti facta Pontificum congregatione, damnati sunt; sic et qui Petro communicavit Acacius, ut criminis particeps, ita consors sit factus et poenae. Quid igitur ambagibus et nebulis ista praetexunt, ut impudentiam suam mentemque vesanam inanibus [6] potius fabulis velare [7] lethaliter, quam prodendo [8] medicinaliter sanare contendant? Nihil enim nobis commune cum hominibus communionis externae. Ideo vocatur ad iudicium certe quaecumque persona, ut aut fateatur obiecta, aut convincatur obiectis. Post confessionem porro litterarum tenore deprompiam cur ad iudicium vocaretur Acacius, qui [9] se confessus est Petro, quem petita Sedis Apostolicae praeceptione damnarat, communione sociasse; nec ei credi iam externae communionis effecto, vel pro sua, vel pro illorum, vel pro Petri defensione iam posset, cui se prius miscuerat nefando consortio, feceratque se cum eius causa sine dubitatione communem? Cui, examinatione [10] praemissa, et legitima, si ita esset, purgatione suscepto [11], regulariter misceretur. Sed cum eodem nondum legitime discusso atque purgato communione sociatus, quam adhuc reo se miscuit, tam pro eodem non habuit loquendi fiduciam. Nam cum Acacius nullo privilegio fulciretur, ut de secunda sede [12] posset ferre iudicium, non potuit iure quemquam damnare. Simili modo, nisi primae sedis [13] auctoritate percepta, nec examinandi Petri ius habuit, nec recipiendi penitus potestatem. Quo [14] regulariter constituto, nec apud nos Petro ullatenus absoluto, quem damnasse nos novimus, examinasse vel absolvisse nescimus. Restat ut illud [15] demonstremus, eumdem Petrum, quem se purgatum communione recepisse praetendit Acacius, nunquam ab haereticae com-

Etenim iste vel Chalced. synodo damnatur;

Nec in iudicium appellandus.

Frustra obiicitur Petrum Alex. fuisse purgatum

Nam Sedes Ap. eum numquam absolvit.

1 Cod. Veron. cum Vat. 1344 *Ergo*.

2 « Al. *communionis haereticae* ». Mansi ad marg.

3 Cod. Vat. 3791 perperam *At enim*.

4 Cod. Veron. *eum suis auctoribus generalis Ecclesiae voce;* Vat. 1344 *cum auctoribus generalis Ecclesiae voce*.

5 Cod. Vat. 3791 *consectatores*.

6 Cod. n. 1344 *vanis*.

7 Cit. cod. Veron. cum nn. *celare*.

8 Id. *pandendo*.

9 Codd. Vatt. 1344, 3791 perperam legunt: *nisi quia confessus est Petro, quem petit a Sedis Apostolicae praeceptione damnari, se communione sociasse?*

10 Cod. Veron. cum nn. codd. *Qua examinatione*.

11 Cod. n. 1344 forte mel. *purgatione... suscepta*.

12 « Nempe Alexandrina ». Mansi ad marg.

13 Scilicet romanae.

14 Cod. Vat. 1344 forte ad sens. aptius *Quia*.

15 Cod. n. 3791 *ut illud etiam*. Unum autem punctum post verbum *nescimus*, et mox post vocem *perdurasse* duo appingimus, ut orat. perspicuitati magis inserviamus.

munionis contagio [1] cessasse; ac non solum ipso tempore, quo ei communicavit Acacius, sed etiam post communionem praevaricatoris Acacii semper Alexandrinum Petrum in haereticorum collegio perdurasse: atque ita et per hunc Acacium perfidae communionis suscepisse contagium, et per eamdem illis haereticis, quibus Petrus communicabat, eadem peste coniunctum. Qui praesumpsit non servato ordine Petrum suscipere, nec examinatum eum, nec cognoscitur recepisse purgatum, et ideo praeter Sedis Apostolicae notitiam, non legitimam sibi eius receptionem usurpare voluisse, ut examinationem eius et purgationem posset pro sua voluntate mentiri, atque eum nec examinatum, nec reciperet omnino purgatum. Quem si revera vellet examinatum purgatumque recipere, ordinem in eius examinatione et receptione potius custodisset, ne videretur magis, quam veraciter posset, iure purgare [2]. Sicut ergo ante non prius damnavit, quam et referret, et posceret ab [3] apostolica potestate damnandum; sic et in recipiendo modum servare debuisset, ut priusquam se ei communione misceret, per Sedem Apostolicam posceret examinari eum, et legitima ratione purgari; cum nec examinandi aut recipiendi eum haberet ipse pontificium, et nonnisi per illius Sedis auctoritatem consensumque hoc posset implere, sine cuius auctoritate eum non potuerat [4] ipse damnare, et cuius principali diligentia et discuti potuit et purgari, et ad communionem convenienter admitti. Cum enim constet, semper aut Sedis Apostolicae auctoritate huiusmodi personas aut discussas vel esse purgatas, aut sic ab aliis quibus competebat episcopis absolutas, ut tamen absolutio earum ex Sedis Apostolicae consensione penderet; ubi utrumque defuit, nec discussionem legitimam, nec purgationem firmam, ac per hoc receptionem fuisse constat indebitam. Si tu absque mea communione Petrum iudicasti esse catholicum, meque despecto, tuo eum iure recepisti, quid causaris, si illum ego a communione mea, quam tu voluisti contemptam, tanquam absque tua notitia vel consultatione repulerim? Vis adquiescere? Meus es. Non vis adquiescere? Non meus es: *Qui enim mecum non est, contra me est; et qui mecum non colligit, spargit* [5]. Quaero abs te, Petrum haereticum fuisse putas, an catholicum, an ab haeresi [6] postea esse correctum? Si haereticum, nullatenus eidem communicare debuisti, et eidem communicando haeretici te manifestum est factum fuisse participem, et eius consequenter ex synodi tenore veniente damnatione constringi. Si catholicum, palam totius dogmatis es defensor, quod catholicum esse pronuntias. Ac nihilominus illius errore censeris [7], si haereticum fuisse definias, sed postea correxisse praetendas, eique te purgato communicasse pronunties. Interim in cuius persona me negligendum esse credidisti, causari non potes, quod in hac eadem te eius persona neglexerim. Deinde cum sine me ius non habueris vel absolvendi, vel recipiendi huiusmodi rite personam, nec purgatum [8] legaliter, nec re-

Istius pertinacia.

Acacii perfidia.

Petrum Alex. iudicare S. Ap. reservatum.

Haereticorum absolutio solum e S. Ap. auctoritate.

Acacius suis verbis constringitur.

Purgatio Petri Alexandr. praetensa illegitima.

1 Codd. Vat. *contagione*.

2 Cod. Veron. ad sensum inepte *ut videretur magis, quam veraciter posset iure purgari*. Legend. tamen censeo *purgari*.

3 Al. cui consentit n. cod. 3791 *posceret apostolica auctoritate damnandum*.

4 Cod. Vat. 1344 *non poterat*.

5 Matth. XII, 30, ubi Vulg. inquit: *Qui non est mecum...*, et mox *qui non congregat mecum*.

6 Id. cod. *an haeresi*.

7 Al. perperam, ut videtur, *censeri*.

8 Codd. nn. cum Veron. *purgatam*.

gulariter constat esse. Quam regulariter non acceptam [1], tam legaliter non constat esse purgatam [2]; et ideo non iure purgatam, quia legaliter non receptam. Mea enim in illum manente sententia, te sine me pontificium, ut meam sententiam resolveres, non habente [3], qua potestate vel discussus est, vel qua auctoritate receptus asseritur? Ecce interim in his causa vestra nutat et labitur [4]; et si haec sola fuit [5], prorsus tota subruitur. Sed [6] est adhuc aliud, quod ad cumulum vestrae convictionis accedat. Quid enim si doceatur, non solum priusquam in eius communionem veniretis, neque tantummodo cum ad eius communionem venistis, sed etiam postea in haereticorum nihilominus cum communione durasse; nonne aut per illum apud vos communio perveniebat haeretica, aut in haereticam communionem vos eius commercio transibatis? Docete igitur, Petrum Alexandrinum ab Antiocheni Petri unquam communione desiisse, et non usque ad diem, cum Antiochenus Petrus in hac luce versatus est, individuum utrisque [7] fuisse consortium. An dicturi estis et Antiochenum Petrum fuisse correctum, cui [8] usque in finem se non communicasse gloriabatur Acacius? Sed quod [9] profuit, quod illi per seipsum communicare non voluit, cum eidem per Alexandrinum Petrum sine ulla se communicare putaret invidia? Quid facimus de tot tantisque civitatibus, ex quibus catholici Pontifices sunt repulsi? Si catholici subrogati sunt, cur catholici sunt reiecti? Sed evidenter apparet, quia cum catholici sunt reiecti, non catholici sunt subrogati [10]. Restat ut catholicis haeretici quicumque successerint [11]. Cur eis temere communicastis? Cur non, ut ista nova facies rerum, et tanta tragoedia de Pontificum successione viventium a synodo discuteretur, egistis? An de uno dolet Acacio, quod speciali synodo non fuerit confutatus, cum proprium crimen suis litteris ipse detexerit, nec audiri debuerit iam sponte confessus; et de tantis Pontificibus catholicis non dolet sine ulla discussione seclusis? Qui utique [12] si catholicos nossent eos, quorum communionem vitaverant, his potius communicare maluissent, quam non communicantes eis dura persecutione depelli. Ecce tanti catholici sacerdotes hoc ipso [13] se indicant quid Apostolica Sedes censuerit cognovisse, constanterque probasse retinendum [14], quod [15] communionem catholicam reservantes et eos qui Apostolicae Sedi communicarent elegere consortes, et illos, quibus Sedes Apostolica decreverat minime communicare, usque

Per eum Acacius cum Petro Antioch. communicavit.

Acacius suis factis haereticus evincitur.

Eiusdem in catholicos antistites persecutio.

1 Cod. Vat. 1344 mel., ut videtur, *receptam*, cui Veron. adhaeret.

2 Cod. n. 1344, ita hunc locum male expedit: *Quam regulariter non consentiunt esse purgatum.*

3 Al. *Sine meo pontificio, ut meam sententiam resolveres, ius non habente.* Cod. n. 1344, *sine meo pontificio..... ius non habebas, et qua.*

4 Hard. ad marg. «forte *et labitur auctoritas*».

5 Al. *sola sint.*

6 Cod. Veron. cum n. 3791 *sed adducitur adhuc.*

7 Cit. cod. 3791 *utriusque.*

8 Cit. cod. cum Veron. perperam *cur usque.*

9 Cod. Veron. cum nn. 1344, 3791 recte *quid.*

10 Cit. cod. 3791 *fuerunt subrogati.*

11 Cod. n. 1344. *Restat, ut catholici sint haeretici quicumque successerint. Cur eis temere communicastis?* Quae verba sic videntur intelligenda: «Dicetis, vos existimasse catholicos qui haeretici successerint».

12 Cit. codd. Vatt. delent *qui utique*, ita prosequentes «*Si catholicos nossent eos*».

13 Al. *in hoc ipso.*

14 Cod. n. 1344 *constanterque probant a se retinendum.* Melius ad context.

15 Cit. cod. cum 3791 *qui.* Aptius videtur n. lectio.

ad persecutionis incursus renuere consortes. Certe, quae Sedes Apostolica decreverat, orientalibus episcopis non innotuisse iactatur. Unde ergo tot tantique Pontifices unum idemque cum Sede Apostolica sentientes, eamque[1] probantes apta religioni sacrosantae, veraque sanxisse, quae non solum sequenda sibi iudicaverunt[2], sed etiam usque ad persecutionem viriliter exerenda[3]? Ecce habuistis qui apostolicae constitutionis et notitiam vobis ingererent, et retinendi constantiam ministrarent. Si[4] Apostolica Sedes misisset, vix duos aut tres dirigere potuerat: ecce tot Pontifices Apostolicae Sedis scita sectantes, ingerunt vobis notitiam et praebent servandae veritatis exempla. Qui contra tantos clausistis oculos ibidem constitutos, quomodo duos vel tres audire possetis? Hoc ipso[5] sine dubio cognovistis illos Apostolicae Sedi placere, quod vos displicere videbatis. Aut illos ergo sectamini, per quos intelligebatis Sedis Apostolicae voluntatem[6]; aut nihil est quod de ignorantia velitis obtendere, cum indiciis tantis et talibus abutentes, Sedis Apostolicae constituta, tantis testimoniis praedicantibus, respuere potius, quam recipere maluistis. Numquid omnes isti, quos memoravimus[7], episcopi imperatori mentiti sunt[8]? Numquid omnes imperatoris nomen ex diptichis abstulerunt? Cum igitur pellerentur, et vivis Pontificibus catholicis successores haeretici crearentur, et non de inferioribus quibusque[9] civitatibus, sed etiam metropolitani Pontifices in catholica iugiter communione durantes, cur[10] compassi non estis tantis fratribus vestris? Cur non adistis imperatorem? Cur non Ecclesiae causam, et sacerdotii miserabilem[11] decolorationem continuatis vocibus deflevistis? Allegantes[12] nunquam de Pontificibus nisi Ecclesiam iudicasse; non esse humanarum legum de talibus ferre sententiam absque Ecclesiae principaliter[13] constitutis Pontificibus; obsequi solere principes christianos decretis Ecclesiae, non suam praeponere potestatem; episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare. Quibus Ecclesiae conciliis, quia synodo pellerentur; quid denique commisissent, ut sine ulla discussione rerum, tot Ecclesiarum praesules pro humano libitu, et saecularis potestatis arbitrio pellerentur. Inauditos, indiscussos, convictos[14] non debere pelli. Maxime cum novae causae, et nova rerum facies appareret, ut rectores isti plebium repentinis incursionibus, pro mundanae potentiae voluntate, sacris dignitatibus privarentur. Ex nulla veteri causa, ex nullo collegio reatus, nec participio[15] cuiuslibet erroris iam ante damnati teneri eos convincique consortes, ut tamquam ex praeterita definitione iu-

Falso iactatur S. Ap. decreta non satis promulgata.

Quomodo nota haereseos fuisset evitanda.

Imperatori quae praecipue obiicienda.

1 Cit. cod. 1344 *eamdemque*.

2 Cit. cod. Veron. *iudicaverint*.

3 Al. male *execranda*.

4 Cit. codd. Vatt. ita hanc periodum inapte, ut opinor, concludunt: *si Apostolicae Sedis scita sectantes ingerunt vobis notitiam, et praebent servandae veritatis exemplum*. Hic autem al. ante particulam *si* coma interiiciunt, et mox post vocem *potuerat* punctum apponunt. At nos sensus ergo interpunctionem plane diversam duximus praeferendam.

5 Cod. Vat. 1344, perperam, ut videtur, *Hoc ipsum*.

6 « *Veritatem* ». Cod. o. 3791.

7 « *Memoramus* ». Cit. codd.

8 « Hoc praetextu Ioannes Alexandr. eiectus ann. 481 ». Mansi.

9 « *Quibuscumque* » Cod. o. 1344.

10 « *Cur igitur* ». Cod. Veron. cum nn. forte ad orat. context. minus apte.

11 « *Mirabilem decolorationem* ». Cod. nn., sed perperam, ut videtur.

12 Grat. decret. distinct. XCVI, c. 12.

13 Cod. Vat. 3883 *principalibus*.

14 Cod. Veron. corrigit *inconvictos*.

15 Cit. cod. 1344 recte *nec participatione*.

dicarentur obstricti. Et ideo, quia nullis ante praecedentibus causis retenti essent [1] cur eiicerentur, incursus qui illi essent, debere monstrari, et ecclesiasticis legibus, ut semper, oportere constare. Saltem vel pro vestro loco illorum duceretis miseriis consulendum, formidantes in vobis quod in aliis cerneretis [2] praeter ullum morem violenter admitti. Si crimine respersi erant aliquo, ecclesiastica debuit examinatione cognosci. Taceam [3] et ad Sedem Apostolicam ex more deferri, ne nostra privilegia curare videamur. Satis sit ostendere, quid secundum regulas et Patrum canones facere deberetis. Praecipue cum etiam ipsae leges publicae, ecclesiasticis regulis obsequentes, tales personas non nisi ab episcopis sanxerint iudicari [4]. Si vero de qualibet haeresi fuerant [5] impetiti, tanto magis eos decuit ista cognoscere, qui et secundum religionis tenorem [6] possent ista discutere, et haberent pristinum, ex quo est christiana religio, pontificium iudicandi. Aut catholici enim erant, aut haeretici, de quibus passim illa ludibria gerebantur, et latrocinia detestanda saeviebant. Si haeretici, prodi, discuti et legitime convinci modis omnibus debuerant, vel suis confessionibus vel aliorum vocibus confutari. Taceo quia ad nos paterna fuerat consuetudine referendum, tantumque communeo quid fieri ecclesiastico iure convenerat. Si vero catholici probabantur, vos, qui non solum in eorum depulsione cessistis, sed etiam subrogatis communicare delegistis, indubitanter haeretici. Qui depulsis catholicis secedentibus [7] non ignorastis causam fidei communionisque catholicae per tantos antistites toto orbe patefactam; sed plane scientes volentesque, sine ulla discussione rerum, sine ulla synodali examinatione, sine ulla Sedis Apostolicae reverentia, assensistis haereticis; libenter habentes, patienterque sinentes, catholicos antistites inaudita prius, et miserabili sorte detrudi. Quos si a fide integra communioneque catholica putaretis errare, ad Apostolicam Sedem, secundum scita maiorum [8], et sicut semper est factum, referre debuistis; sicut de Petro Alexandrino [9], vel de Antiocheno Petro [10], de Ioanne [11] et Paulo fecisse monstratur Acacius. Sed quoniam noveratis eos cum Apostolica Sede sentire, et quid Sedes Apostolica sua definitione censeret, per illos tantos ac tales episcopos constat Orientales antistites nullatenus ignorasse, et [12] vos catholicae atque apostolicae communioni prodidisse contrarios, et ab eadem defecisse, cum non illis estis passione coniuncti, sed potius persecutoribus eorum societate connexi. Hic vobis synodus nunquam venit in mentem; et certe de personis, ut dictum est, nulla veteri lege [13] constrictis. Hic nullo consilio, non unius urbis, vel unius episcopi, sed totius Orientis Ecclesias [14], subiit animum vestrum facto sacerdotali concilio debere

Episc. nonnisi crimine convicti e sedibus expellendi.

Idque agendum per Sedem Apostolicam.

Maxime si de haeresi fuerint impetiti.

Qui cum episcopis inique subrogatis communicavit indubie haereticus.

Eutychianistarum perfidiam carpit.

1 Id. cod. 1344 ad sens. perperam, ut videtur, *Et ideo, quia nullis praecedentibus causis, quasi recentes essent, eiicierentur, incursus qui illi essent...*

2 Cod. 3791 *cernitis.*

3 Cod. Veron. cum cit. 3791 *Taceo.*

4 Vid. cod. Theod. de Episcopis cap. XLI, et append. cap. XXV, itemque lib. XVI tit. II, c. 23.

5 « *Fuerint* ». Cod. 3791.

6 « *Secundum religionem* ». Cit. cod. 3791.

7 « *Succedentibus* ». Cod. Veron.

8 « *Secundum scientiam maiorum* ». Cit. cod. 3791.

9 Mongo.

10 Fullone.

11 Apameno.

12 « *Et per illos* ». Cod. Veron., cui n. 1344 adhaeret. Sed perperam, ut videtur.

13 « *Nulla vetustatis lege* ». Cod. 1344.

14 « *Ecclesiam* ». Cit. codd.

curari. Sed homines, qui in contrariam partem toto proposito, et toto recesseratis [1] affectu, concilia potius necessaria etiam studio declinastis, ne per eadem tale aliquid censeretur, quo volis, rebus evidenter ostensis et legitime confutatis, in haereticorum non liceret venire consortium. Quid igitur de ignorantia praetenditis, cum per totum Orientem catholicam fidem communionemque sinceram Sedi Apostolicae congruentem non solum cognovisse tot Pontifices videbatis, sed etiam usque ad extremum constantissime defendisse? Si nos non audieratis quid de fide et communione catholica atque apostolica censeremus, illos aspicere debuistis, et aut sequi, si credebatis esse catholicos, aut apud Apostolicam Sedem potius accusare, si credebatis errasse. Quid illos iuvat, vel suo proposito illam tenuisse sententiam, aut [2] cognoscendo quid Sedes Apostolica definiret? Aut igitur collegas et fratres de proximo in conspectu vestro vel catholicos sequi debuistis, vel impetere si credebatis errare; nec illis, a quibus nullo discrimine vexabantur, praebere consensum, donec veritas ex omnibus patefacta constaret, et regulariter de eis ecclesiastici iudicii forma procederet. Sin vero Sedis Apostolicae regulam subsequendo perspiciebatis, illos hanc tenere constantiam, consequenter per illos et quid nostra definitio contineret non habuistis incertum; et illorum persecutoribus annuendo, a Sedis Apostolicae non ignorantes eius sententiam consortio retrocessistis [3]. Et adhuc dicitis ignorasse [4] vos quid Sedes Apostolica censuisset, cum ab illis sacerdotibus catholica fide, et communione pollentibus non verbis, aut litteris, sed personis praesentibus didiceritis universa, et ab eadem vos proprio iudicio separasse videamini [5]. Dicitis etiam synodum in unius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quaesistis. Quibus autem vultis ut de talium causarum relatione credamus? Catholicis, an haereticis? Ab omni haereticorum contagione discretis, an haereticorum communione pollutis? Quis autem non videat illos esse catholicos, et ab omni haeretica peste prorsus alienos, qui propriis urbibus detrusi, et in exilium sunt redacti; et eos, qui superstitibus catholicis successores fieri ausi sunt, catholicos omnino non esse, sed aut Eutychianos manifestos, aut eorum sectatoribus communicantes [6]? Haec pestis apud eos hodieque perdurat. Siquidem et cum Petro Alexandrino, et cum Antiocheno Petro indifferenter ii qui catholici [7] successerant, communione permixti sunt, et successoribus utriusque Petri hodieque miscentur. His adde etiam illos, qui licet catholicis non successerint, sed dum catholici pontifices haberentur, talium se communione iunxerunt. Haec illa mixtura, haec est illa confusio, qua per Orientem totum inter catholicam haereticamque communionem nulla discretio est; imo qui discerni tentaverit, potius habetur haereticus [8], persecutione percellitur, exiliis et afflictione multatur.

Quibus nulla excusatio.

Eoque magis, quo nec in praesens a damnatorum societate desistunt.

1 Al. *recideratis.*

2 « *An* ». Cod. Veron.

3 Al. *vos retraxistis.* Item cod. n. 1344.

4 Id. Cod. *ignorare.*

5 Cod. Veron., et nn. codd. 1344, 3791 hic ea inserunt, quae in epistola v ad Dardaniae episcopos videre praestat paragr. 40 pag. 121 vol. I n. edit. usque od verbum *absolvi.* Postea ita sequuntur: *et adhuc dicitis synodum in unius hominis persona debuisse tractari, quam in damnandis tantis pontificibus catholicis non quaesistis?*

6 Al. *communicatores?*

7 Cit. codd. 1344 et 3791 recte, ut e sequentibus videtur, *qui catholicis.*

8 Cod. 3791 *potius ab haereticis persecutione percellitur.*

Ideo a catholica communione remoti.

Restat ergo, ut in hac colluvione cunctorum, sicut quisquis ab eadem separatus est, sincerae communionis et ideo catholicus comprobatur; ita quisquis illius detestandi commercii particeps invenietur, quantum a sincera communione, tantum a catholica atque apostolica sit remotus. Nec praetendat quisquam, quod alicui forsitan evidentiori non communicasset, vel communicare videatur haeretico. Quid enim iuvat, si illi non communicet, et his tamen communione iungitur[1], qui ab illius non sunt communione diversi? Quod si eorum nulli communicavit, vel non omnino communicat, hic erit ille sincerae, catholicae, apostolicaeque communionis et fidei, alioqui nullo modo poterit indiscretae illius mixtionis insincerum vitare contagium. Hoc modo etiam ille vir bonus Acacius Antiocheno Petro, cui se palam non communicare iactabat, per alios sine ambiguo communicasse detegitur. Neque enim ab omnium, qui Antiocheno Petro communicabant, semet Acacius communione suspendit. Ac per hoc quid profuit, quod videri volebat illi palam non communicare, cui per suos complices subsicivae[2] communionis nectebatur? Alexandrino Petro communicavit Acacius. Sed donec advixit Antiochenus Petrus, qui utique post Acacium cum Petro Alexandrino foedus initum defunctus ostenditur, nunquam Antiocheno Petro Alexandrinus Petrus communicare desiit. Quod catholicorum continet relatio sacerdotum caeterorumque in catholica[3] durantium, nec conscientiam latere potest totius Orientis. Et ut taceam, quod per ipsum Zenonem imperatorem[4], qui utique Antiocheno Petro, quem introduxerat, et cuius sacerdotium comprobaverat, sine dubio communione permixtus, communicabat Acacius; plurimos diversarum urbium praesules possumus demonstare, quibus cum Antiocheno Petro communicantibus nihilominus communicabat Acacius, et per illos Antiocheno communicabat consequenter et Petro. Sed haec apud Graecos facilis, et inculpabilis putatur esse permixtio, apud quos nulla est veri falsique discretio; et cum omnibus reprobis volunt esse communes, in nulla monstrantur probitate constare. Hic autem ille est Petrus Antiochenus, quem nec per poenitentiam ad communionem catholicam recipi etiam a Sede Apostolica poposcit Acacius. Ac per hoc queruntur[5] a nobis Acacium fuisse damnatum; cum hac professione praemissa, et per infectos[6] Antiocheni Petri recepta communione, se doceatur ipse damnasse. Ubi tamen non solum reus tenetur Acacius, sed omnes Pontifices orientales, qui pari modo in haec ceciderc contagia[7], meritoque simili damnatione tenentur obstricti[8], nec inde possint ullatenus expediri, nisi dum supersunt a talibus abstinendo. Nec nos oportet in talibus causis nisi illis credere, qui aut omnino se sciunt[9] ab huius perfidiae nexibus divino beneficio servare discretos, aut his qui a perfidorum contagio constitutis[10] quam fidem

Nec ipsos iuvat se ab haeresum auctoribus temperasse.

Id enim nec iuvit Acacium.

Ibi nulla probitas, cui omnis reprobus est communis.

Oriental. episc. cum praevaricatoribus communicantes non secus ot Acacius damnati.

1 Cod. Veron. cum nn. codd. rectius ad orat. *iungatur.*

2 Al. pro *subsicivae* male legg. *sub signo.*

3 Cod. Veron. cum nn. codd recte *in catholica fide.*

4 Cod. Vat. 3791 perperam ad context. *Et ut taceam de ipso Zenone imperatore, qui utique....*

5 Cod. Veron. forte melius *quid queruntur.*

6 Id. cod. cum n. 1344 forte perperam *per anfractus.*

7 Vatt. codd. *in hoc recidere contagium.*

8 Vat. codd. cum Veron. forte amanuens. vitio *teneantur obstricti.*

9 Cit. cod. Vat. *sciant.*

10 Harduin. cum nn. codd. hunc locum ita recte exhibent: *aut ab his qui a perfidorum consortio recesserunt. Nam in perfidorum contagio constitutis quam fidem pro sincerae communionis testificatione possumus adhibere qui in sincera communione non sunt positi?*

pro sincerae communionis testificatione possumus adhibere, qui in sincera communione sunt polluti[1]? Nec eorum testimoniis niti pro veritate poterimus, qui impugnare non verentur falsitatibus veritatem. Restat ut non nisi illis credere debeamus, qui ab omni contagione sunt liberi[2].

Cainam in fidei causis credendum.

EPISTOLA XII[3].

Ostendens in Romano Pontifice auctoritatem inesse a fide catholica deviantes, vel nulla interveniente synodo damnare, pluribus evicit, Acacium per Sedem Apostolicam iure, meritoque fuisse anathemate perculsum.

Dilectissimis fratribus, universis Episcopis per Dardaniam constitutis, Gelasius.

Miratur de episcoporum haesitatione.

Valde mirati sumus, quod vestra dilectio quasi novam et veluti difficilem quaestionem, et adhuc tamquam inauditum quippiam nosse desiderat, quod Eutychianae pestilentiae communicatores[4], non habentes quid pro suae perditionis obstinatione respondeant, frequenti iam ratione convicti sola contentione summurmurant; non quia sit alicuius momenti quod garriunt, nec inveniunt penitus quod loquantur. Ubi magis eos, qui catholicis sensibus instituti sunt, adhuc haerere miramur, quam illos, qui a veritate exciderunt, et ab antiqua Ecclesiae traditione sunt devii, profanas vocum novitates, et ineptias caducae perversitatis obtendere. Quibus eos vestra dilectio retulit iactitare, ideo Acacium non putare iure damnatum, quod non a speciali synodo videatur fuisse deiectus[5], et insuper dementiam suae vanitatis accumulare, pueriliter adiicientes: *Praecipuae Pontificem regiae civitatis.* Quapropter stultitiam respuentes inanium querelarum percurrere vos oportet ab ipsis beatis apostolis, et considerare prudenter, quoniam Patres nostri, catholici videlicet doctique Pontifices, in unaquaque haeresi quolibet tempore suscitata quidquid pro fide, pro veritate, pro communione catholica, atque apostolica secundum scripturarum tramitem praedicationemque maiorum, facta semel congregatione, sanxerunt, inconvulsum deinceps voluerint, firmumque constare, nec in eadem causa denuo. quae praefixa fuerant, retractari qualibet recenti praesumptione permiserint; sapientissime providentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret Ecclesiae constitutum, ac semper iisdem furoribus recidivis omnis integra definitio turbaretur. Nam si, limitibus etiam praefixis positarum semel synodalium regularum, non cessant elisae pestes, resumptis certaminibus, contra fundamentum sese veritatis attollere, et simplicia quaeque corda per-

Synodi decreta circa fidem non amplius discutienda.

1 Cod. Veron. *in insincera communione sunt positi?*

2 Iuxta Jaffè l. c. dat. infra ann. 492 et 496.

3 Ex Mansi *Concil. Collect.* edit. Florent. an. 1759 tom. VIII, col. 63. Huius epistolae extat forma duplex, quarum una brevior, diffusior altera. Quum vet. mss. utrique faveant, et fusiorem nostra editio referat vol. I h. op pag. 111, col. 2, non erit abs re aliam addere

4 Inter quos habendus Euphemius CP. episcopus, qui Acacio adhaerens orientalem Ecclesiam in praeceps trahere conatus est, cui tantopere periclitanti, ut Gelasius succurreret, hanc disertam epistolam scripsit. Vid. Sev. Bin. apud Mansi ad not. a huius epist.

5 Porro nominatim ab oecumenica synodo numquam fuit damnatus; non item a concilio provinciali, quod a Felice III in Italia habitum sententiam contra Acacium a S. A. prolatam penitus confirmavit, ut videre est pag. 91, col. 2, vol. I h. op.

cutere; quid fieret, si subinde fas esset perfidis inire concilium? cum qualibet illa manifesta sit veritas, nunquam desit quod perniciosa depromat falsitas, etsi ratione, vel auctoritate deficiens, sola tamen intentione non cedens. Quae maiores nostri divina inspiratione cernentes necessarie praecaverunt, ut quod contra unamquamque haeresim coacta synodus [1] pro fide, communione, veritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerent novis post haec retractationibus mutilari [2], ne pravis occasio praeberetur, quae medicinaliter fuerant statuta, pulsandi: sed auctore cuiuslibet insaniae, ac pariter errore damnato, sufficere iudicarunt, ut quisquis aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia damnationis eius esset obstrictus: quoniam manifeste quilibet vel professione sua, vel communione posset agnosci [3].

Haeresis auctore damnato, et quicumque adhaeret damnatus est.

Et ut brevitatis causa priora taceamus, quae diligens inquisitor [4] facile poterit vestigare; Sabellium damnavit synodus, nec fuit necesse, ut eius sectatores postea damnarentur, singulas viritim synodos celebrari; sed pro tenore constitutionis antiquae cunctos, qui vel pravitatis illius, vel communionis extitere participes [5], universalis Ecclesia duxit esse refutandos. Sic propter blasphemias Arii forma fidei communionisque catholicae Nicaeno prolata conventu Arianos omnes, vel quisquis in hanc pestem sive sensu sive communione deciderit, sine retractatione concludit. Sic Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans ulterius ad nova concilia venire non sivit; sed universos quocumque modo in has blasphemias recidentes, tradito sibi limite synodali, refutavit Ecclesia, nec unquam recte cessisse manifestum est, qualibet necessitate cogente, noviter [6], quae fuerant salubriter constituta, temerasse [7]. Non autem nos latet in tempestate persecutionis Arianae plurimos Pontifices de exiliis, pace reddita, respirantes per certas provincias, congregatis secum fratribus, Ecclesias composuisse turbatas: non tamen ut illius synodi Nicaenae quidquid de fide et communione catholica definiverat, immutarent, nec nova quemquam prolapsum damnatione percellerent, sed illius decreti tenore nisi resipuisset, iudicavere damnatum, essetque consequens, ut nisi corrigeret, damnationi procul dubio subiaceret. Quibus convenienter, ut dictum est, ex paterna traditione perpensis, confidimus quod nullus iam veraciter christianus ignoret uniuscuiusque synodi constitutum, quod universalis Ecclesiae probavit assensus, nullam magis exequi sedem oportere prae caeteris, quam primam, quae et unamquamque synodum sua auctoritate confirmat, et continuata moderatione custodit: pro suo scilicet principatu, quem beatus apostolus Petrus Domini voce perceptum, Ecclesia nihilominus subsequente, et tenuit semper, et retinet.

Ideo Sabellius cum suis asseclis condemnatus.

Idque dicendum de Ario,

Nec non de Eunomio, Macedonio et Nestorio.

Cur tunc temporis provinciales synodus coactae.

Haec dum Acacium certis comperisset indiciis a veritate deviasse, diutius ista non credens, quippe quem noverat executorem saepe necessariae dispositionis suae contra haereticos exstitisse, per triennium fere litteris destinatis eumdem monere non destitit, sicut per diversos

Sedis Apostol. erga Acacium sollicitudo.

1 Cod. Urbin. 143 forte ad rem aptius *coacta semel synodus*.

2 Id. aptius ad context. *ventilari*.

3 Id. *possit cognosci*. Aptius ad orat. context. n. lectio.

4 Id. *quaesitor*.

5 Id. *existerent*.

6 « *Nisi resipuisset, damnaretur* ». Perperam id. cod., qui amanuens. vitio, ut opinor, caetera omitt. usque ad verba *Quibus convenienter*.

7 Forte *temerari*.

missa familiariter scripta testantur. Quibus ille primum, tamquam dedito silentio, *Dolus perfidus.* nihil respondere proponens, tandem aliquando missis litteris profitetur, se Alexandrino Petro, quem expetita Apostolicae Sedis[1] executor ipse quoque damnaverat, absque Apostolicae Sedis notitia communione permixtum. Beati autem Petri Sedes, quae Alexandrinum Petrum se tantummodo damnasse, non etiam solvisse noverat, non recepit: atque ideo, ne per Acacium in Petri quoque consortium duceretur, ipsum quoque a sua communione submovit, et multis modis transgressorem a sua societate fecit alienum. Hic si examinatio quaeritur, iam iudicio non erat opus, postquam litteris suis ipse confessus est. *Contra quam nova synod. non convocanda.* Si auctoritatis pondus inquiritur, Chalcedonensis synodi tenore illius definitionis executio reperitur, quo damnati illic erroris communicator effectus praefixae nihilominus damnationis particeps existeret; quoniam idem ipse error, qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravae communionis effecto, et execrationem sui gestat, et poenam. Quo tenore Timotheus etiam, atque ipse Alexandrinus Petrus, *Hoc Timothei et Petri exemplis evincitur.* qui secundam certe sedem tenuisse videbantur, non repetita synodo, sed auctoritate tantummodo Sedis Apostolicae, ipso quoque Acacio postulante vel exequente, probantur esse damnati. Quod si, utrum errori vel praevaricationi communicarit Acacius, forsitan dicatur oportuisse constare, *Acacium cum haereticis communicasse satis liquet.* breviter praebemus ad ista responsum[2]. Aut enim ipsi doceant Petrum veraciter legitimeque purgatum, et ab omni haereticorum contagione rite discretum, cum ei communicavit Acacius, si eius communicatorem putant Acacium aliquatenus excusandum; aut si, quod magis est verum, convenienter atque legitime Petrum non probaverint expiatum, restat ut eius inexpiatione fuerit, et qui ei communicavit, infectus.

Nec plane tacemus, quod cuncta per mundum novit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum Sedes beati Petri apostoli ius habeat resolvendi; *Sedis Apost. suprema potestas.* utpote quae de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam liceat de eius iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus[3]. *Ideo ab eius iudicio non appellandum.* Quapropter constat satis, Acacium nullum habuisse pontificium sententiam Sedis Apostolicae sine ulla eius notione solvendi. Qua certe synodo hoc ille praesumpsit, quod nec sic absque Apostolica Sede fas quidem haberet efficere? *Neque Acacio ullum ius illius sententiam resolvendi.* Cuius sedis episcopus? Cuius metropolitanae civitatis antistes? Nonne parrochiae Heracleensis Ecclesiae? Si illi certe licuit sine synodo sententiam Apostolicae Sedis abrumpere, nulla eius consultatione quaesita; itane vero non licuit primae Sedi Chalcedonensis synodi constituta, sicut decuit, exequenti, huiusmodi praevaricatorem sua auctoritate detrudere? Sed nec illa praeterimus, quod Apostolica Sedes frequenter, ut dictum est, more maiorum, etiam sine ulla synodo praecedente, exsolvendi quos synodus iniqua damnaverat, et damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habuerit facultatem. *Sedes Apost. vel nulla praecedente synodo, iudicandi potestatem exercet.* Sanctae quippe memoriae Athanasium synodus Orientalis addixerat, quem tamen exceptum Sedes Apostolica, quia damnationi Graecorum non consensit, absolvit. *Itaque per eam Athanasius ab orientalis Concilii sententia absolutus.* Sanctae memoriae nihilominus Ioannem Constantino-

1 « *Quem, expetita Sedis Apostolicae auctoritate, ipse quoque* ». Id. cod. Urbin. 143 optime quidem.

2 Hic al. coma interiiciunt, nos autem perspicuitatis gratia punctum apponimus.

3 Vid. epist. III Sancti Gelasii vol. I h. op., pag. 109 col. 1.

politanum synodus etiam catholicorum praesulum certe damnaverat, quem simili modo Sedes Apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit. Itemque sanctum Flavianum Pontificem Graecorum congregatione damnatum pari tenore, quoniam sola Sedes Apostolica non consensit, absolvit; potiusque illic receptus fuerat, Dioscorum secundae sedis praesulem sua auctoritate damnavit, et impiam synodum non consentiendo sola summovit, et pro veritate ut Synodus Chalcedonensis fieret, sola decrevit. In qua ut ergo sola ius habuit absolvendi eos, quos synodica decreta perculerant, sic etiam sine synodo in hac eadem causa plurimos etiam metropolitanos damnasse cognoscitur.

Itemque Flavianus; Diosc. vero, et Ephesinum conciliabulum ab ipsa damnatum.

Quod si quis haec ab Apostolica Sede vel secundum synodum acta reprehendit, praeter quod prisca rerum probatione convincitur, interim multo magis Acacio non licuisse fatebitur. Dicat ergo qua ipse synodo secundae sedis antistitem qualemcumque, certe catholicum, et a catholicis ordinatum, nec de catholica fide et communione aliquatenus impetitum, duxerit excludendum; et haereticum manifestum Petrum, sua quoque executione damnatum, catholico Pontifici permiserit subrogari. Qua synodo tertiae sedis episcopum sanctum Calendionem fecit expelli, ac nihilominus eidem Petrum tam manifestum haereticum, ut eidem palam nec se communicare praetenderet, sua passus est dispositione substitui. Qua denique per totum Orientem synodo, eiectis orthodoxis nullo crimine maculatis, pravos quosque et criminibus involutos sua provisione supposuit. Qua synodo tot aliena privilegia nefandus populus [1] invasit? Sed libri non sufficient, si tragoedias eius, quas per Ecclesias totius Orientis exercuit, singillatim describere moliamur. An illud ipsius argumentum nobis aestimant opponendum, quo facinora sua in imperialem visus est [2] iactare personam? Cur igitur, quando voluit, obstitit Basilisco tyranno, certe et haeretico vehementer infesto? Cur ipsi imperatori Zenoni, quia palam Antiocheno Petro noluit communicare, suam non subdidit voluntatem? Ecce potuit in aliis resultare, si vellet. An non apostolus dicit: *Non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, reatu pariter sunt irretiti* [3]? Sed ut ea, quae latius explicanda sunt, omittamus, quidquod [4] ipse Zenon imperator suis litteris profitetur cuncta sese ex Acacii gessisse consilio, nec hoc eum fallere litteris suis ipse quoque testatur Acacius, qui et eum nihilominus universa recte gessisse conscripsit, et suo consilio haec eadem gesta non tacuit. Quasi vero tantum in Alexandrini Petri communione Acacius praevaricator extiterit, et non in omnibus, quos vel fecit, depulsis catholicis Pontificibus, tamquam tyrannus ecclesiis quibuscumque praeponi; vel taliter praepositis perversa communione permixtus est, qui hoc ipso secundum canones fuerant ab ecclesiastica communione pellendi, quo se passi sunt successores vivis sacerdotibus adhiberi. Quis autem non perspiciat christianus, quod, catholicis Pontificibus a propria sede deiectis, non nisi haeretici potuerunt introduci? Quibus tamen cunctis vel auctor fuit Acacius subrogandis, vel subrogatis communicator accessit, his

Catholici antistites per Acacium nullo iure depulsi.

Hic frustra sua scelera in imperatorem reiicit.

Aliud enim Zenonis, et Acacii litterae ostendunt,

Immo huius perversitatem confirmant.

1 « *Populator* ». Recte id. cod.

2 « *Ausus est* ». Rectius id. cod.

3 Rom. 1, 32, ubi ait: *Qui quum iustitiam Dei cognovissent non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte, et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.*

4 « *Quidquid ipse* ». Id. cod.

utique, qui a communione [1] nullatenus discrepabant. Cur ergo vel cum haec fieri

Acacio quam diversa agendi ratio erga Basiliscum.

videret, non, sicut sub Basilisco iam fecerat, ad Apostolicam Sedem referre curavit; ut si solus ipse non poterat, iunctis cum eadem consiliis atque tractatibus apud imperatorem, possent, quae religioni competerent, allegari? Nam si Basiliscus, ut dictum est, tyrannus haereticus scriptis Apostolicae Sedis vehementer infractus est et a plurimis revocatus excessibus; quanto magis legitimus imperator, qui se catholicum videri volebat, potuit cum Apostolica Sede cunctorum quoque Pontificum moderata suggestione mitigari, praecipue cum eiusdem Acacii esset specialis fautor et amator, et qui litteris suis tam ipsum Acacium, quam sanctum Papam Simplicium magnum [2] laudibus extulisset, quod haeretico [3] constantissime restitissent? Cur tanto tempore Acacius inter ista conticuit, nisi quia praepediri nolebat ullatenus, quae desiderabat expleri?

Prorsus impossibile de Acacio synodum inire.

Ponamus tamen, etiam si nulla synodus praecessisset, cuius Apostolica Sedes recte fieret executrix, cum quibus erat de Acacio synodus ineunda? Numquid cum his, qui iam participes tenebantur Acacio, et per Orientem totum catholicis sacerdotibus violenter exclusis, et per exilia diversa relegatis, socii evidenter existebant communionis externae, prius se ad haec consortia transferentes, quam Sedis Apostolicae scita consulerent? Cum quibus ergo synodus erat ineunda, catholici Pontifices fuerant undique iam depulsi, solique remanserant socii perfidorum, cum quibus iam nec licebat habere conventum, dicente Psalmo: *Non sedi cum concilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo* [4]. Nec ecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent communionem, permixtumque cum perfidis miscere concilium. Recte igitur

Siquidem cum perfidis nullum consortium immiscendum.

per Chalcedonensis synodi formam huiusmodi praevaricatio repulsa est, potius quam ad concilium, quod nec opus erat post primam synodum, nec cum talibus haberi licebat, adducta est. Nam et quid ageretur de fide catholica, intelligere si vellent, ignorare non poterant, cum viderent catholicos Pontifices nulla synodi discussione, nullo concilio, praecipue cum novas causas esse perpenderent, toto Oriente depelli; et caeteri quid caverent ex illorum qualitate discernere [5] potuissent. Restat igitur, ut illius partis eos fuisse sit clarum, cui se post tot experimenta dederunt, meritoque ab Apostolica Sede caeterisque catholicis non iam consulendi erant, sed potius notandi. Risimus autem quod praerogativam volunt Acacio comparari, quia episcopus fuerit regiae civitatis. Numquid apud Mediolanum, apud Ravennam, apud Sirmium, apud Treviros multis temporibus non constitit imperator? Num quidquam harum urbium sacerdotes ultra mensuram sibimet antiquitus deputatam quippiam suis dignitatibus usurparunt? Numquid Acacius ut Ioannem quemlibet hominem catholicum, tamen a catholicis ordinatum de Alexandria [6] excluderet, Petrumque in haeresi iam detectum atque damnatum absque Sedis Apostolicae consultatione reciperet, aliqua synodo saltem illic habita, hoc audacter arripuit, ut Calendionem de Antiochia depelleret, haereticumque Petrum, quem ipse damnaverat,

Nihilominus quid de fide ageretur unicuique clarum.

Neque Acacium iuvat regiae urbis episcopum praeesse.

Ex hoc enim episcopis nulla accedit iurisdictio.

1 Cit. cod. recte addit *haereticorum*.

2 « *Simplicium magnis laudibus* ». Recte id. cod.

3 « *Haereticis* ». Id. cod.

4 Psalm. xxv, 4.

5 « *Discere* ». Cit. cod..

6 « *De Alex. urbe* ». Cit. cod.

absque notitia Sedis Apostolicae rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse monstratur? Si certe de dignitate agitur civitatum, secundae sedis et tertiae maior est dignitas sacerdotum, quam eius civitatis, quae non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter metropolitanorum iura censetur. Nam quod dicitis *regiae civitatis*, alia potestas est regni saecularis, alia ecclesiasticarum distributio dignitatum. Sicut enim quamvis parva civitas praerogativam praesentis regni non minuit, sic imperialis praesentia mensuram dispensationis religiosae non mutat. Sit clara urbs illa potestate praesentis imperatoris [1], religio sub eodem tunc firma, tunc libera, tunc provecta consistit, si potius, hoc praesente, propriam teneat sine ulla perturbatione mensuram.

Revera ecclesiastica dignitas alia est a regni potestate.

Sed dicatur forsitan de Alexandrino et Antiocheno, certis ex causis principem magis illa quae gesta sunt, non Acacium praecepisse. Sed principi christiano decuerat suggerere sacerdotem, maxime cuius familiaritate, et favore fruebatur, salvam fore de eius iniuria contumeliaque vindictam tantum, ut Ecclesiae sineret christianus princeps regulas custodiri, quia et nova in utroque Pontifice causa esset exorta, et novam discussionem consequenter inquireret. Et si, sicut semper esset effectum, sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia provenirent, non a saeculari viderentur qualescumque Pontifices, etsi errore humanitus accedente, non tamen contra religionem ullatenus excedente potestate, percelli. An et haec iusta ratione principi suggerenda non erant? Regiae civitatis honore sublimis si factus erat illa regia civitate sublimior, tanto magis in his suggerendis debuit esse constantior. Si autem in his, quae pro religione fuerant exerenda [2], extitit contemptibilis atque despectus, et aut segnis, aut fiduciam non habens intimandi, in quo per regiam civitatem maior effectus est? Nathan propheta palam, publiceque in facie regi David et commissum pronuntiavit errorem, et ipsum commisisse non tacuit, et confessione correctum consequenter absolvit. Hic autem vir bonus et sacerdos egregius in tantum se et suggerere potuisse monstravit, et noluisse deprompsit, immo favisse patefecit, ut et imperator cuncta se ex eius gessisse consilio non taceret, et ipse imperatorem magnis praeconiis elevaret ista facientem, seseque proderet his agendis rebus fuisse participem.

Imperat consilio per Acacium fuisset resistendum.

Adhoc Nathan exemplum, unde Acacius prorsus desciscit.

Sed esto, Calendion nomen imperatoris abstulerit, Ioannes principi mentitus fuisse iactetur; quae tamen, cum novae essent causae, nova debuit ecclesiastica provenire discussio. An qui in hominem imperatorem peccasse dicebantur, nulla interveniente synodo, deiici debuerunt; et in Deum, qui summus et verus est imperator, Acacium delinquentem sinceramque communionem divini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundum synodum, qua haec est damnata perfidia, non oportebat excludi? Quid per totum Orientem de innumeris urbibus pulsi catholici sacerdotes, et haeretici subrogari [3]? Novae certe erant causae, et his consequenter nova synodus debebatur. Cur tunc non venit in mentem, ut in talibus causis pateretur [4] a principe saltem qualiscumque synodus celebranda, ut quocumque vel colorato iudicio traditionis ecclesiasticae passim Pontifices viderentur exclusi, non solum quarumcumque urbium sacerdotes, sed metropolitani

Nullus antistes, nisi interveniente synodo, eiiciendus.

1 « *Imperii* ». Cit. cod.
2 « *Exercenda* ». Id.
3 « *Subrogati?* » Id., et quidem recte.
4 « *Peteretur* » Id. recte.

incunctanter antistites? His omnibus cum non restitit suggestione, qua potuit, consensit Acacius communicando cunctis, qui in catholicorum locum haeretici fuerant subrogati. Apostolus autem dicit: *Non solum qui faciunt, sed et qui consentiunt facientibus*[1]; reos indubitanter adscribi. An haec[2] licuit saeculari potestati, et actis talibus Acacio consentienti absque ulla synodo, quam ipsa rerum novitas exigebat, absque Sedis Apostolicae consultatione perficere; et Sedi Apostolicae non licuit secundum tenorem synodi Chalcedonensis in veteri utique causa et veteri constituto iusta definitione damnatis, inimicis synodi Chalcedonensis Acacium communicantem a sua communione depellere? Sed Acacius, inquiunt, principibus obviare non potuit. Cur Basilisco, quia voluit, obviavit? Cur ipsi Zenoni, ne palam Petro Antiocheno, quamvis latenter hoc fecit, communicare videretur, non commodavit assensum? Ecce resultanti non restitit imperator; ecce vim nolenti non intulit; ecce refugienti contagia manifesta concessit[3]. Postremo cur tanto tempore cum ista gererentur vel gerenda cognosceret, non ad Sedem Apostolicam, a qua sibi curam illarum regionum noverat delegatam, deferre curavit? Sed prius laudator factus est ipse gestorum, quam vel praemoneret talia esse tentanda, vel ne tentarentur obsisteret, sicut sub Basilisco iam fecerat. Cur illis caeteris communicare consensit, qui, depulsis catholicis sacerdotibus, indubitanter haeretici singulis urbibus fuerant substituti? Postremo si ille defuit suis partibus, et quae sacerdoti catholico competerent agere non curavit; ideo Sedes Apostolica quod ad eam pertinebat vel potuit vel debuit praeterire? Quolibet

Acacius cum schismat. episcopis communicans absque synodo iure per S. A. damnatus.

Falso asseritur Acacium obviare Zenoni non potuisse.

modo haereticorum complicem refutavit, et consortem communionis externae a sua communione dimovit; nec opus fuit nova synodo, cum veteris constituti sufficienter hoc forma praescriberet; nec opus fuit ut haec facienda Orientis episcopis intimaret, quos et expulsione catholicorum quae agebantur in causa fidei non ignorasse manifestum sit, et communicando haereticis subrogatis, facto tali consensisse. Non dubium est etiam externae communionis effectus, atque ideo cum eis iam nec potuisse, nec debuisse Sedis Apostolicae scita tractari. Ecce agnoverunt in eorum professione qui constantissime perdurarunt, quid fidei communionique catholicae deberetur.

Per Orientis episcopis nova synod. non intimanda.

Ecce agnoverunt quemadmodum a talibus recedendo, immo talibus contraria moliendo, a fide et communione catholica deviarit Acacius, seque pariter cum eodem errori subdiderit. Ecce agnoverunt quam iustis ex causis pro fide et communione catholica atque apostolica, cui et illi qui in ea persliterant, congruebant, et illi qui perstantibus obviabant, ab eadem docebantur alieni, Sedis Apostolicae auctoritate sit remotus Acacius, eiusque pariter quicumque complices extiterunt; atque ab illa merito communione cum his discretus, a qua se ipse primum cum suis consortibus, a pontificibus catholicis discrepando, cognoscitur separasse, iureque sententiam ille damnationis excepit, caeteris consortibus promulgandam, qui solus pro omnibus suis consortibus in communionem se recidisse perfidiae ad Apostolicam Sedem missis litteris est professus. Cui si communicaverant Orientales episcopi, antequam huc referret, pari utique sine dubio reatu probantur involvi, iureque per eum

Siquidem omnibus Acacium e fide deviasse aperte liquet.

Ideoque cum ipso communicantes pari anathemate percelluntur

1 Rom. I, 32.
2 « *Haec ne licuit* ». Id.

3 Ubi al. punctum, et coma apponunt, nos punctum perspicuitatis ergo interiicimus.

sententiam transgressionis susceperunt, tamquam facti cum eodem communionis externae. Qui utique non consuli, tamquam nostrae communionis homines, iam deberent; sed tamquam in contrario positi consortio refutari. Si vero non communicaverant, antequam Acacius huc referret, et communicantem notare debuerant, et ipsi potius de eodem huc referre, atque Apostolicae Sedis vigore perculsum merito comprobare, cumque ea Sede Apostolica tantisque illis catholicis Pontificibus magis tenere concordiam. Sed quia ab illorum societate desciverant, et eorum successoribus communicare delegerant, ideo cum Sede Apostolica minime congruebant, quia in sortem reciderant praevaricatoris Acacii, et illius se sine dubio pervidebant sententia consequenter astringi. Ob hoc enim videri nolebant esse damnatum, quia se cognoscebant in eadem praevaricatione damnatos, in qua hodieque [1] manere persistunt. Sed sicut hi simili conditione constricti complicem suum non possunt iudicare non iure damnatum, neque rei reum possunt competenter absolvere; sic illo praevaricatore iuste damnato, isti quoque pari iacent damnatione prostrati: neque nisi resipiscentes inde poterunt prorsus absolvi, quia sicut per unum scribentem eorum omnium vulgata transgressio est, qui in eamdem perfidiae reciderant actionem; sic in uno eodemque, qui pro omnibus scripserat, vel scribendo omnium prodiderat voluntates, trasgressio est punita cunctorum.

Quae ad instructionem vestrae dilectionis satis abundeque sufficere iudicamus, quamvis eadem latius, si Dominus concesserit facultatem, studeamus exponere; quatenus et fidelium quisque cognoscat, nihil Apostolicam Sedem, quod absit, praepropere censuisse. Quae tamen sententia in Acacium destinata, etsi nomine tantummodo praesulis apostolici, cuius erat utique potestatis, legitime probatur esse deprompta, praesertim cum secretim dirigenda videretur ne, custodiis ubique praetentis, dispositio salutaris quibuslibet difficultatibus impedita necessarium habere non posset effectum: tamen quia, orthodoxis ubique deiectis, et haereticis tantummodo eorumque consortibus iam relictis in Oriente, catholici Pontifices aut residui omnino non essent, aut nullam gererent libertatem, plurimorum in Italia catholicorum congregatio sacerdotum rationabiliter cognovit sententiam in Acacium fuisse prolatam. Quae congregatio facta Pontificum non contra Chalcedonensem, non tamquam nova synodus contra veterem primamque convenit, sed potius secundum tenorem veteris constituti particeps apostolicae executionis effecta est; ut satis appareat, Ecclesiam catholicam Sedemque Apostolicam, quia alibi iam omnino non posset, ubi potuit, et cum quibus potuit, nihil penitus omisisse quod ad fraternum pertineret pro intemerata fide, et sincera communione tractatum. Sententia contra Acacium ab Italica synodo confirmatur.

Dat. kal. Februar., Flavio Viatore V. C. cons.

1 « *Hodie* ». Id. cod.

Dat. die 1 Febr., ann. 495.

S. GELASII[1]

EPISTOLARUM FRAGMENTA.

A. C. 492-96

I[2].

Ioanni rescribens eum hortatur, ut cum Eutychianistis nullum consortium immisceat.

Galasius PP. Ioanni illustri.

De sacra tibi communione rescripsimus, ut si tua sublimitas, sicut te facere pro tua id salute conveniens est, fidem catholicam desiderat custodire, eutychianae pestis, vel eidem communicantium, aut eorum, qui talium student nomina recitare, non ambigas foedera declinanda, sed ubicumque professionem communionemque repereris, ab his contagiis expeditus nullum cum perfidia eorumque complicibus velis miscere consortium.

Quod ad fidem catholicam servandam.

Eutychianistae penitus effugiendi.

Dat. ann. 492-496.

II[3].

A. C. 492-96

Refert, Felicem et Petrum clericos Ecclesiae Nolanae contumaces contra episcopum suum ad Theodoricum regem appellasse, qui, fraude cognita, eos ad S. A. remittit.

Gelasius Quinigosio at Conatantino Episcopis intar caatara.

Felix et Petrus Ecclesiae Nolanae clerici contumaciter, et contra constitutum rebelles ad comitatum filii mei regis putaverunt esse properandum, dicentes sibi vim fuisse generatam, tacito clericatus officio; et auctoritate promerita contra civilitatem redemptis sibi barbaris suprascriptum episcopum suum gravibus iniuriis et dispendiis affecerunt. Proinde

Cur Felix et Petrus ad regem appellarunt.

1 Haec epistolarum fragmenta potiasimum e *Concil. Collectione* desumpsimus per cl. Mansi Florentise edita ann. 1759, eaque minime curavimua, quaa in nostro opere Gelasii epistolia inserta reperies. Porro et alia sunt tum in editis, tum in vaticanis codicibus Gelasio adiudicata; ea vero, si luculenter falsa, reiecimus; si spuria, Jaffè sententiis adhaerentes suis Pontificibus sumus reddituri. Illud autem documentum ab omnibus fere *Concil. Collectoribus* relatum, per quod Gelasius triginta auri nummos ex locatione fundi *Claculas* recepisse fatetur, utpote ab ipso Bullarii nomine abhorrens, plana refutavimus. Ad notam vero chronicam quod attinet, eam ex Jaffè l. c. ut plurimum desumpsimus.

2 Ex disquis. crit. P. Theineri O. C. Romae edit. ann. 1836, pag. 201.

3 Ex Labb. *Concil. Collect.* t. IV, col. 1224.

Horum fraus regi detecta.

necessarium fuit, ut ad eumdem dominum filium meum supradictus frater noster Serenus episcopus convolaret, ostensaque fraude secundum beatitudinem temporum suorum, vir praecellentissimus filius meus Theodoricus rex ad nostrum contumaces clericos remisit examen [1].

Reos ad S. A. remisit.

Dat. ann. 492-496.

III [2].

Serenum episcopum saevis contumeliis affectum omni ope adiuvandum contendit.

Gerontio et Ioanni Episcopis.

Cur Serenus iniuriis fuerit lacessitus.

Frater et coepiscopus noster Serenus [3] tantis est contumeliis appetitus, ut non sine nostra fuerit lacessitus iniuria; quia ad comitatum domini filii nostri regis pro immanitate facti venire compulsus est. Hunc ergo omnibus decet a nobis solatiis adiuvari; quia cunctis crescit, quidquid in tali causa probatur impensum [4].

Ipsi strenue opitulandum.

IV [5].

Theodoricum perbelle incitat, ut ecclesiasticas leges servandas curet.

Gelasius Theodorico regi.

Principi praesertim canonum observatio custodienda.

Certum est magnificentiam vestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse praecepit, multo magis circa [6] reverentiam beati Petri apostoli pro suae felicitatis augmento velle servari.

Dat. ann. 492-496 [7].

V [8].

Helpidium episcopum Volaterranum obiurgat, quod, inconsulto Romano Pontifice, Ravennam contendere velit.

Gelasius Helpidio Episcopo Volaterrano inter caetera.

Episcopis Ravennam proficisci non licet.

Quo ausu, qua temeritate rescribis Ravennam te parare proficisci, cum canones evidenter praecipiant [9], nullum omnino Pontificem [10], nisi nobis [11] visis, atque consultis, ad comitatum [12] debere contendere [13]? Quod cum longaevi vel ae-

1 Cod. Vat. 3833 addit *et caetera*.

2 E Cont. Const. fasc. 2 ms., ubi asseveratur nunc primum erui e vet. can. collect. in Germanensi codice digesta lib. VI, c. 109.

3 «Is porro Serenus est, cuius patrocinium Gelasius ep. XXXII, n. 3 suscepit, quique in concil. ann. 449 et 402 Romae habitis Nolanus episcopus subscribitur ». Cont. Const.

4 E sup. fragm. facile inferri potest ad quem annum hoc sit referendum.

5 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 139. Grat. dist. 10, c. 12 Ivo p. IV, c. 180. Porro non deest qui hoc fragmentum spurium existimet; Berardi vero in op., cui titulus « Gratiani Canones genuini ab apocryphis discreti » edit. Venet. ann. 1783, part. II, pag. 363 id Gelasio fidenter adscribit.

6 Al. *propter*; male ut videtur.

7 Pithoeus *Corp. Iur. Can.* edit. Parisiis ano. 1687 dat. autumat ann. c. 494.

8 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VII, col. 127 Gratian. can. XXIII, q. 8, c. 26. Berard. vero op. cit., pag. 139 huiusmodi fragmentum Gelasio adscribendum satis ostendit.

9 « Vid. Concil. Antioch. can. XI, et Zosimum Pp. ep. 1, n. 4 ». Contin. Const.

10 « *Pontificum* ». Contin. Const.

11 « *Ante visis* ». Contin. Const.

12 « *Exarchi* ». Recte Pith.

13 Apud Cont. Const. hic fragmenti finis. Sequentia apud Mansi ansulis [conclusa supplent Rom. Correct. ex Polycarp. lib. I, tit. XVII. Hic autem, ubi sententia conficitur, pro commate ab aliis interposito interrogandi punctum interiicimus.

Helpidii audacia. tate vel honore Pontifices Pistoriensis, Lucensis et Fesulanus nuper monstrentur fecisse; tu, qui paucorum dierum fungi sacerdotio videris, quemadmodum tibi putas licere quod non licet, nisi quod hoc officio carere festinas, quod[1] his excessibus te ostendis indignum?

Dat. ann. 492-496[2].

VI[3].

Hereleuvae significans, se Petrum Ecclesiae defensorem ad regem misisse, eam deprecatur, ut pauperum causas iuvare velit.

Gelasius Hereleuvae[4] reginae.

Pontificis erga pauperes sollicitudo. Qui pro victu pauperum domino filio meo excellentissimo regi cum meis litteris supplicaret, Petrum Ecclesiae defensorem dirigere properavi. Quo veniente sublimitatem quoque tuam salutare non destiti, plurimum deprecans, ut pro vestrae salutis et prosperitatis augmentis egentium causas iuvare dignemini.

Data v kal. Martii.

Dat. 25 Feb., ann. 492-496.

VII[5].

Egenis sublevandis insufficiens Firminam rogat, ut praedia B. Petri bellorum clade devastata pauperum victui reddantur.

Gelasius Firminae illustri feminae post castera.

Praedia egentium victui restituenda. Ad cumulum vero mercedis vestrae pertinere certissimum est, si praedia quae vel a barbaris, vel a Romanis inconvenienter invasa sunt, vestris dispositionibus egentium victui reformentur. Cuius[6] tanta de provinciis diversis, quae bellorum clade vastatae sunt, Romam multitudo confluxit, ut vix ei, Deo teste, sufficere valeamus. *Ad quos sublevandos Pontifex sese imparem profitetur.* Conspicitis ergo quantum boni operis acquiratis, si B. Petro apostolo praedia, quae pro sua quisque anima contulit, vestro post Deum praesidio liberata reddantur. Cuius benedictionis eulogias, quas pro affectione direxi, peto ut grata suscipere mente digneris.

Dat. ann. 492-496.

VIII[7].

Meminit ad episcoporum sollicitudinem pertinere egenis adesse.

Gelasius Honorio Episcopo.

Egenis sollicitudo non deneganda. Divinae retributionis memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere egentium commodis piam sollicitudinem non negare.

Dat. ann. 492-496[8].

1 Grat. recte *quo*.
2 Pith. ad ann. refert. c. 497.
3 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 142.
4 « Anonymus de gestis Theodorici regis Hereleuvam eiusdem genitricem affirmans inquit: *Mater Hereleuva dicta Gothica, Catholica quidem erat, quae in baptismo Eusebia dicta* ». Mansi.
5 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 142.
6 Forte legend. *Quorum*.
7 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 133. Grat. distinct. LXXXVII, can. 4. Iuxta Berardi op. cit., pag. 353 genuin. est.
8 Pith. dat. existimat ann. c. 493.

IX [1].

Episcopi patrocinium implorantibus strenue, inquit, succurrendum.

Gelasius Leontio [2] et Petro Episcopis.

Quisque fidat episcopus viriliter tuendus.

Quisquis in negociis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, prona nos convenit animositate praestare.

Dat. ann. 492-496 [3].

X [4].

Anastasio praecipit, ut Maximum et Ianuarium parentibus destitutos ab adversariorum improbitate vindicet.

Gelasius Anastasio Episcopo.

Pupillis opem exorantibus per Pontificem e divino praecepto est subveniendum.

Defensionis propriae desolatis auxilio, et qui suis actibus adesse [5] pro aetatis infirmitate non possunt, exoratum Pontificem decet subvenire, quia pupillis [6] tuitionem etiam Divinitas iussit impendi [7]. Et ideo Maximo et Ianuario clericalis officii (qui se solatio parentum vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione praestabis, ut adversus improbitates adversariorum suorum

Itaque Maximus et Ianuarius protegendi.

protecti, tuae executionis adnisu, noxia commenta non sentiant.

Dat. ann. 492-496 [8].

XI [9].

Olympii diaconi perfidiam detestatur, qui tutelam nepotum exercens eos aere paterno prorsus expoliavit.

Gelasius Fortunato Episcopo.

Vel extraneos prodere execrandum est.

Irreligiosum prorsus et execrabile iudicamus, si quisquam [10] vel extraneos in sui tuitione susceptos non omni fide, et tota animi sui educaverit sanctitate. Ac [11] cum Olympius diaconus dilectionis tuae, Felicis et Olympii suggeratur avunculus, eosque parvulos tutelae vice susceperit nutriendos, ultra latrocinium esse iudicamus, quod eos bonisculis [12] parentum, sicut asserunt, reliquit extorres, alia retinendo, alia contra leges et iura vendendo.

Quanta Olympii perfidia.

Dat. ann. Christi 492-496 [13].

XII [14].

Viduarum et orphanorum causas ab episcopis praesertim curandas edicit.

Gelasius Gerontio [15] et Petro [16] Episcopis.

Licet [17] omnibus de nobis sperantibus

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 136. Grat. dist. LXXXVII, c. III.

2 Al. *Gerontii*. Berard. op. cit., pag. 342 hunc canonem Gelasio tribuens animadvertit, huiusmodi inscriptiones librariorum vitio forte fuisse corruptas.

3 Pith. c. ann. 493.

4 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom VIII, col. 134, de cuius documenti authentic. Berardus dubius non haeret. Grat. dist. LXXXVII, c. II.

5 « Al. *prodesse* ». Pith.

6 « Alii add. *et viduis:* vetustior. autem codd. rectius omittunt ». Corr. Rom. apud Pith.

7 Psalm. X, 18, ubi apud Vulg. legitur: *Iudicare pupillo, et humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.*

8 Iuxta Pith. ann. c. 493.

9 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 125, neque hoc Berardus Gelasio abiudicandum censet. Grat. dist. LXXXVII, c. V. Ivo VI, cap. CIX.

10 Al. add. *clericos*, sed perperam. Non enim hic clerici cum laicis, sed extranei cum sanguine iunctis comparantur. Corr. Rom. apud Pith.

11 Al. *At;* sane minus recte.

12 Al. *bonusculis*. Pith.

13 Ex Pith. dat. ann. c. 493.

14 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 136, Grat. distinct. LXXXVII, c. 1. Iuxta Berard. op. cit. pag. 342 genuin. est.

15 Al. *Leontio*, quibus Berard. op. cit. pag. 341 non adhaeret, putans hunc Gerontium esse illum episcopum Fidenatem, quem scimus interfuisse Romanis conciliis 3 et 4 sub Symmacho ann. 501 et 502.

16 Forte designatur Petrus Laureosis Episcopus, qui ann. 487 interfuit concilio Romano sub Felice III, ni potius Petrum Episcopum Ravennatem intelligas, qui, Symmacho Pontifice, adfuit Romanis conciliis tunc temporis habitis. V. Berard. l. c.

17 Al. forte perperam *in*.

Viduas et orphanos tueri cuicumque demandatum. non debeamus, in quantum possumus, nos negare; plus tamen viduarum et orphanorum causas [1], et impensius ducimus exequendas, quas tueri a nobis, vel ab omnibus divina manifestat assertio [2].

Dat. ann. 492-496 [3].

XIII [4].

Ianuario pauperam causas vehementer commendat.

Gelasius Ianuario post caetera.

Sed causas, quibus beneficia beati Petri apostoli continuata percupias [5], fidenter iniungo. Praestet igitur tua nobilitas, ut Res pauperum pro viribus defendendae. rebus pauperum eius auxilium, defensionemque concedat, et conductores earum pio favore tueatur, ut vicissitudinem praestitorum ab eodem percipiat [6] consequentem, cuius meritis et honori devotus ista dependit.

Dat. ann. 492-496.

XIV [7].

Ioanni episcopo Spoletano Olibulam aere paterno iniurie privatam vehementer commendat.

Gelasius Ioanni Spoletano Episcopo.

Olibula religiosa foemina flebili nobis Olibulae querelae. petitione suggessit, se a sororibus fuisse nudatam, quae parentum substantiam solae sibi, contempta eius solitudine, divisere, maritorum suorum suffultae praesidio; et quia interest officii tui, ut huiusmodi personas, quae in proposito devotae mentis integritate perdurant, congrua de- Piasfoeminas tueri episcoporum est. fensione tuearis, frater carissime, quidquid in supradictae foeminae negotio petatur impende, ne patiaris eam a suis sororibus, aut ab earum coniugibus aliqua oppressione laborare, ut recepta de parentum substantia portione debita, Deo possit quieta mente servire.

Dat. ann. 492-496.

XV [8].

Agilulphum hortatur, ut Honorii consiliis obsequens regulam B. Petri in Dalmatia constitutam pro viribus defendat.

Gelasius Agilulpho post caetera.

Precor autem, ut regulam beati Petri B. Petri regulae in Dalmatia fideliter servandae. apostoli inter Dalmatias constitutam defensare dignemini, et quae vobis, vel frater, et coepiscopus meus Honorius [9] pro eius utilitate suggesserit, vel conductores putaverint intimandum, quam fieri potest, praestare iubeatis.

Dat. ann. 492-496.

XVI [10].

Eorum ambitioni obsistens, quos vetusta Ecclesiarum privilegia pervadere non pudet, Natali significat, se Metropoli-

1 Vatt. codd. perperam omitt. *orphanorum causas.*

2 Isa. I, 17, ubi apud Vulg. legitur: *iudicate pupillum, defendite viduam.*

3 Iuxta Pith., ann. c. 493.

4 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 142.

5 « *Percipias* ». Recte cod. Vat. 3833.

6 « *Recipiat* ». Id. cod.

7 E Thein. disquis. crit. pag. 201.

8 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 141.

9 « Hic fuit Salonitanus episcopus, ad quem aliae duae Gelasii epistolae editae sunt. Baller. *Opp. S. Leonis* tom. III, pag. 304 ». Mansi.

10 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1226. Grat. distinct. LXIV, c. VI. Berardi vero op. cit., pag. 330 hunc canon. Gelasio abiudicat.

tis delegasse, ut quisque suae regionis episcopos consecrare, Metropolitam vero comprovinciales episcopi velint ordinare.

Gelasius Natali Episcopo.

Quorumdam ambitionem deplorat.

Quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam Ecclesiarum iura turbare, ac privilegia, quae metropolitanis vel provincialibus episcopis decrevit antiquitas, temeraria praesumptione pervadere; propter quod etiam communionis apostolicae desiderant tenere dissidium, quo scilicet ab eius auctoritate divisi velut impune proprias usurpationes exerceant; non respicientes quod [1] aeterno iudici rationem tam de catholicae sinceritatis iniuria, quam de traditionum praeiudicio [2] paternarum non sine perpetuae sint damnationis interitu reddituri [3]. Si in hac obstinatione permanserint, charitatem tuam duximus instruendam, nos pariter ad metropolitanos vestrae provinciae, sive cuiusquam contiguae, quae catholicam servant unitatem, magnopere delegasse, ut obeuntes episcopos in eadem regione metropolitanus suus debeat ordinare; cumdemque ipsum metropolitanum, si humana morte transierit, nonnisi comprovinciales episcopi iuxta formam veterem studeant ordinare; quatenus, quae veneranda decrevit antiquitas, nullus sibimet contra fas usurpare contendat.

Episcopi per suum metropolitam ordinandi;

Hic vero per comprovinciales episcopos

Dat. ann. 492-496 [4].

XVII [5].

Stomensi civitati annuens Iulianum sancti Eleutherii diaconum eiusdem Ecclesiae presbyterum decernit consecrandum, ac illius ministerio Felicissimum substituendum.

Gelasius Caelestino Episcopo.

Stomensis civitatis petitio.

Presbyteri, diaconi et universi clerici Stomensis [6] civitatis petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia beati martyris Eleutherii episcopi (quae in supradicta [7] civitatis parochia [8] probatur esse constructa) presbyterum, qui constitutus fuerat, defecisse; atque in eius locum Iulianum diaconum ipsius ecclesiae [9] pro celebritate ipsius loci quantocius debere [10] ordinari. Et ideo, frater carissime, si de eius vita, vel moribus nihil est, quod contra canonum veniat statuta [11], su-

Iulianus presbyter consecrandus.

1 Al. *quia*.

2 Al. *praeiudiciis*.

3 Hucusque et Gratianus qui hoc ep. fragmentum ad episc. Dardaniae refert ipsissimis verbis; postea sic locutionem prosequitur: *Si in hac obstinatione permanserint, charitatem vestram duximus instruendam, ut vos omnes in commune fratres sive per Dardaniam, sive per quamque contiguam provinciam constituti, qui vos sub metropolitanis vestris esse meministis, et ab eisdem substitui decernentes, sicut vetus consuetudo deposcit, unanimiter statuatis antistites; et vicissim si Metropolitanus humanae conditionis forte decesserit, a comprovincialibus episcopis, sicut forma transmisit, sacrari modis omnibus censeatis; nec quemquam sibi, quam vobis antiqua dispositione concessum est, patiamini vindicare; quatenus et inter ipsas adversantium voluntatum procellas, veterum regulas nullatenus custodire cessetis, sicut persecutionum tempore diversarum Patres nostros constanter fecisse non dubium est.*

4 Pith. op. cit. pag. 88 dat. censet ann. c. 495.

5 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 85 et 137. Grat. op. cit. dist. XXIV, c. III. De quo fragm. asserit Berard. *non esse a Gelas. temp. alienum.*

6 Al. *Histoniensis*, *Storiensis*, *Stromensis*. Cont. Const. *Histoniensium.*

7 Cont. Const. *supradictas civitatis.*

8 Edit. recent. *paroecia.*

9 Cont. Const. *basilicae.*

10 Cont. Const. perperam ommitt. *debere.*

11 Cont. Const. *constituta.*

prascriptum presbiterii honore decorabis, sciturus eum visitatoris te nomine non cardinalis creasse Pontificis [1]. Pariter etiam et [2] Felicissimum diaconum in eius ecclesiae ministerio, si conversatio eius patitur, subrogabis, ut locus processionis celeberrimus ad mysteriorum [3] consecrationem nec sacerdote indigeat nec ministro.

Eius officio Felicissimus sufficiendus.

Dat. ann. 492-496 [4].

XVIII [5].

Praecipit, ut Quartus defensor diaconus consecretur.

Gelasius Sabino Episcopo [6].

Grumeli votum.

Quartum defensorem diaconum sibimet consecrari populus Grumentinae [7] civitatis exposcit. Hunc ergo, si nil est quod eius personae possit opponi, diaconi [8] provectione decorabis, ut noverit tamen dilectio tua, hoc se delegantibus nobis exequi visitatoris officio, non potestate proprii sacerdotis [9].

Cuiusnam potestate Quartus sit consecrandus.

Dat. ann. 492-496 [10].

XIX [11].

Novam ecclesiam Iulii pietate erectam iubet consecrari, illumque admonet, ne ibidem quid iuris prae caeteris sibi vindicet.

Gelasius Papa Senecioni Episcopo.

Ecclesia in honorem S. Viti consecranda.

Piae mentis amplectenda devotio est, qua se Iulius U. H. in re Inviana [12] sui iuris fundasse perhibetur Ecclesiam, quam in honorem S. Viti confessoris eius nomine cupit consecrari. Hanc igitur, frater carissime (si ad tuam dioecesim pertinere non ambigis) ex more convenit dedicari, collata primitus donatione solemni, quam ministris Ecclesiae destinasse se praefati muneris testatur oblator [13], sciturus sine dubio praeter processionis [14] aditum, qui

Eius fundatori nullum ibi peculiare ius.

1 Haec habentur et in Collect. Canonum Card. Deusdedit hisce verbis: *In Ecclesia beati Martyris Eleutherii, quae in Histoniensium civitatis parochia probatur esse constructa, Iulianum diaconum, si nil in eo est, quod contra canonum veniat instituta, presbyterii honore decorabis: sciturus eum visitatoris te nomine, non Cardinalis creasse pontificis.*

2 In Cont. Const. omittitur *et*.

3 Al. *ministeriorum*.

4 Pith. ann. c. 494.

5 Ex Labbè *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1221. Grat. Caus. XI, q. I, can. 13. Berard. op. cit., pag. 337 hunc can. minime genuinum ostendit, et iungendum arbitratur can. 12 eiusd. caus. et qu., licet hic ex epist. ad Exech. comit. depromptus appareat.

6 Id. *Crispino et Sabino Episcopis.*

7 Cod. Vat. 3833 perperam, uti patet, *Crumentinae.*

8 Id. *diaconii.*

9 Apud vet. in usu erat, ut Eccl. vacantibus darentur visitatores, qui veluti Episcopi ea negotia gererent, quae gerenda necessario essent, nec differri possent. Quartus igitur a Sabino consecrandus tamquam a visitatore, non tamquam ab episcopo.

10 Pith. anno c. 494.

11 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 133. Grat. caus. XVI, qu. VII, c. XXVI. Berard. op. cit., pag. 358 de huius authentia dubitat.

12 Ita Baller. et cod. Vat. 3833. Pith. vero legit: *Iulius nobis in re Iuliana:* al. *in re Inviniana.*

13 *Oblator* deest apud *Mign. Patrol.* tom. LIX, col. 148.

14 « Processionis nomen pro pubblico conventu alias apud Gelasium. Vid. can. 3, dist. XXIV, necnon canon. 5 et 7 de Consecrat. distin. I ». Ita Berard. op. cit., pag. 359.

omni christiano debetur, nihil ibidem se proprii iuris habiturum.

Data XIII kal. Augusti[1].

Dat die 20 Iulii, ann. 492-496 [2].

XX [3].

Mandans, ut basilica in Sextiliano condita Ss. Michaeli Archangelo, et Martino Confessori dicetur, innuere non omittit, nihil ex ea illius fundatori esse pro suo vindicandum.

Gelasius Papa NN. Episcopo.

Frigentii petitio. Frigentius [4] vero petitoria nobis insinuatione suggessit, in re sua, quam [5] Sextilianum vocatur, basilicam se sanctorum Michaelis Archangeli et Martini confessoris pro sua defensione [6] fundasse. Et ideo, frater carissime, si ad tuam pertinet parochiam, benedictionem supra memoratae basilicae solemni veneratione depende. Basilicae fundatori ex ea nihil arrogandum. Nihil tamen sibi fundator ex hac basilica noverit vindicandum, nisi processionis aditum, qui christianis omnibus in commune debetur.

Dat. ann. 492-496 [7].

XXI [8].

CONSTITUTA GELASII PAPAE, QUAE EPISCOPI IN SUA ORDINATIONE ACCIPIUNT.

Episcopo recens consecrato quaedam de ordinationibus gravissima praecipit, eique prohibet, ne Afros in clerum de facili recipiat: significans autem uniuscuiusque ecclesiae patrimonium numquam esse diminuendum, rationem reditus dividendi praescribit: demum et ss. ordinibus et baptismati statutum tempus designans hortatur, ut haec omnia in Ecclesiae bonum fideliter serventur.

Papa ille Clero, ordini, et plebi consistentibus civitate illa, dilectissimis filiis in Domino salutem [9].

Civium desideriis imploratum episcopum concedit. Probabilibus desideriis [10] nihil attulimus tarditatis. Fratrem iam [11] et coepiscopum nostrum illum vobis ordinavimus sacerdotem. Cui dedimus in mandatis, ne unquam ordinationes praesumat illicitas; ne bigamum, aut qui virginem non est sortitus uxorem; qui [12] neque illiteratum, Quinam ab episcopis non sint ordinandi. vel in qualibet corporis parte vitiatum, aut expoenitentem [13], vel curiae [14], aut cui-

1 « Hanc temp. notam in vetust. edit. desideratam Ballarin. et cit. cod. supplent ». Mansi.
2 Pith. dat. autumat ann. c. 494.
3 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 134, cuius authentiam Berard. op. cit., pag. 358 in dubium revocat. Grat. can. XVI, q. 7, c. 27.
4 « *Frigetius* ». Pith.
5 « Al. *quod:* nonnull. recte *quaa* ». Pith.
6 Al. recta *devotione*.
7 Pith. ann. c. 494.
8 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 120. In diurn. autem Rom. Pontif., teste Harduino, haec ep. ita inscribitur: *Synodale quod accipit Episcopus*. at quarta est ex epist. Gregorii II. Apud Gratianum vero caus. 12, quaest. 2 inter Gelas. canon. recensetur, et huic Pontifici etiam adiudicatur in Lucensi cod. vestustissimo. Haec Mansi. - Gelasio quoque adscriptam invenimus in codd. Vatt. 1343 et 1353 cum quibus eam diligenter contulimus. Berard. autem op. cit., pag. 334 de eius authen. dubius haeret.
9 In Lucens. cod. *dilectissimis filiis* omittitur.
10 Id. add. *vestris*. Recte quidem, ut videtur.
11 Cod. Vat. 1353 *Iam fratrem*, *et coepiscopum:* perperam ad context. cit. cod. Lucens. *Fratrem etiam*.
12 Cit. codd. Vat. recte expungunt *qui*.
13 Cod. n. 1343 *poenitentem*.
14 Id. cod. vel *curialem*.

libet conditioni obnoxium, notatumque ad sacros ordines permittat accedere. Sed si quos huiusmodi forte repererit, non audeat promovere [1]. Afros passim ad ecclesiasticos ordines praetendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichaei, aliqui rebaptizati saepius sunt probati. Ministeria [2] atque ornatum ecclesiae, vel quidquid illud est in patrimonio eiusdem [3] non minuere studeat, sed augere. De reditu vero Ecclesiae, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones; quarum unam sibi ipsi retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat; tertiam pauperibus et peregrinis; quartam ecclesiasticis fabricis noverit reservandam [4]. De quibus divino erit redditurus iudicio rationem. Ordinationes vero presbyterorum, seu diaconorum non nisi quarti [5] septimi et decimi mensium ieiuniis; sed et ingressu quadragesimali atque medio [6], vespere sabbathi noverit celebrandas [7]. Sacrosancti autem baptismi sacramentum nonnisi in Paschali festivitate, et Pentecoste meminerit esse praebendum, exceptis his, qui mortis urgentur periculo, ne in aeternum pereant, talibus oportet [8] remediis subveniri [9]. Huic ergo sedis nostrae praecepta servanti devotis animis obsequi vos oportet, ut inreprehensibile, placitumque fiat corpus Ecclesiae, per Christum Dominum nostrum, qui vivit et regnat cum Deo Patre omnipotente, et Spiritu Sancto per omnia saecula saeculorum, amen. *Et subscriptio eius.* Deus vos incolumes custodiat, dilectissimi filii [10].

Ab Afris sedulo cavendum.

Ecclesiae reditus quomodo distribuendi.

Quando Ss. ordinationes habendae.

Et baptisma tradendum.

Haec ad Ecclesiae pacem servanda.

Dat. infra ann. 492-496 [11].

XXII [12].

Brundusinis annuens Iulianum eorum Ecclesiae restituit, quidve ipsi de ordinationibus, reditibus, et baptismate fuerit praeceptum, aperit.

Gelasius Clero, ordini, et plebi Brendesii (Brundusii).

Concesso vobis, quem petistis, antistite fratre iam et coepiscopo meo Iuliano, necessarium fuit, eodem ad ecclesiam suam mox remisso, ad vos nostra scripta pariter destinare, quibus agnosceretis, eidem fuisse praeceptum, ne unquam ordinationes praesumat illicitas [13]. Ne bigamum, et qui virginem non est sortitus uxorem, atque illiteratum, vel obnoxium in aliqua parte corporis debilem notatumque modis omnibus ad sacros ordines permittat accedere. Quod etiam de peregrinis, atque incognitis, vel expetentibus

Iulianum Brundosii votis restituit.

Quid ipsi in ordinationibus cavendum.

1 Vid. ep. II, vol. I, h. op. pag. 102, § 5.

2 Cod. Vat. 1353 *ministerium.*

3 Id. *eius.*

4 Vid. cit. ep. ibid. pag. 107, § 29.

5 Cit. codd. Vall. *primi.*

6 Cit. codd. cum Lucens. *mediana.*

7 Vid. cit. ep. ib. pag. 104, § 13.

8 Cit. codd. Vall. *debent.*

9 Recol. cit. ep. ib. pag. 104, § 12. Gratianus vero distinct. IV, cap. XVII, et Ivo cap. LXIII hunc canon. praebent hisce verbis: *Venerabilis (generalis) baptismi sacramentum nonnisi in festivitate Paschali, et Pentecostes tradere praesumat episcopus; exceptis aegritudine laborantibus, quibus, urgente mortis periculo, talibus oportet, ne in aeternum pereant, remediis subveniri.*

10 In nn. codd. huiusmodi subscriptio desideratur.

11 Pith. ann. c. 494.

12 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1226. Grat. caus. XII, q. 2, c. 26. Berard. l. c. autumat eamdem esse formulam ac superioris epistolae ab Anselmo specialibus nominibus pro lubitu accomodatam. Vid. et not. 1 epist. praeced.

13 In cit. can. Grat. cau. XII, q. 2, desunt quae sequuntur usque ad verb. *Reditus.*

cavere debebit, quia huiusmodi a venerabilibus prohibentur officiis; ac nihil ex ministeriis atque ornatu, postremo de quacumque re, quam constat ad Ecclesiam pertinere, audeat in alterum qualibet ratione transferre. Reditus et oblationes fidelium in quatuor partes dividat, quarum sibi unam ipse retineat, alteram clericis pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis tertiam [1], quarum rationem divino est redditurus examini [2]. Sacris quoque ordinibus applicandos, hac observatione promoveat, ut ieiunio quarti, septimi et decimi mensis vespere sabbathi presbyteros atque diaconos ordinandos esse cognoscat. Venerabilis etiam baptismi sacramentum non nisi in festivitate Paschali et Pentecoste tradere non praesumat exceptis aegritudine laborantibus.

Res unius Ecclesiae alteri non addicendae.

Quomodo reditus et oblationes dividendae.

Quando sacri ordines, et baptismum conferendi.

Dat. ann. 492-496 [3].

XXIII [4].

Rogat Dulcium defensorem, ut Luceriae primatibus enunciet, Anastasium diaconum huius civitatis antistitem a se statim esse creatum, et necessaria huic Ecclesiae solatia studeat impendi.

Gelasius in Decretis Dulcio defensori.

Experientia tua praesenti admonitione suscepta filiis nostris viris magnificis Aemiliano magistro militum, et Constantino iudici, et Ampelio ex nostra exhortatione dicere non omittat. « Ecce, sicut magnitudinis vestrae desiderium postulavit, sine mora aliqua et sine ullo dispendio [5], ita ut nec ipsas dare ecclesiasticis officiis consuetudines sineremus, Anastasium diaconum Lucerinae civitati ordinavimus sacerdotem. Propterea nunc magnificentia vestra eiusdem episcopi vel ecclesiae Lucerinae utilitatibus in universis, quae sunt necessaria, libenter impendat, et competentia vigilantiae suae tribuat christiana devotione solatia ».

Haec S. A. admonitio quibus communicanda.

Anastasius Lucerinae episcop. creatus.

Lucerina Ecclesia sedulo adiuvanda.

Dat. ann. 492-496.

XXIV [6].

Plebis Diotrensis petitioni favens mandat, ut illa comitiis convocatis, novum sibi episcopum eligat.

Gelasius Papa Philippo et Geruntino [7] Episcopis.

Plebs Diotrensis [8] data nobis petitione deflevit diu, se sine rectoris proprii gubernatione dispergi. Ac sicut asseritur, is, qui a vobis iam probatus dicitur, a paucis et tenuibus [9] putatur electus [10]; cum ad vos pertineat universos assidua admonitione compellere, ut omnes in unum quem dignum sacerdotio viderint, et

Plebs Diotrensis diu sine episcopo.

1 Forte legendum *tertiam pauperibus*, *et peregrinis*, *quartam fabricis*. Vid. fragm. XXI pag. 314 h. vol. col. 2 sub dimid.

2 Gratiano l. c. hic finis. Verum in distinct. IV, can. 17 vir cl. epistolam inscribens Clero, et Plebi Tarentinae refert ipsissima verba a *venerabilis baptismi* usque ad *laborantibus*, ubi addit: *Quibus, urgente mortis periculo, talibus oportet, ne in aeternum pereant, remediis subveniri.*

3 Iuxta Pith. ann. c. 494.

4 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 122.

5 Vid. Iust. Nov. 123, cap. III ad calcem, ubi ait: *Episcopum enim Ecclesiae minus duas libras habentem neque pro inthronisticis, neque pro alia qualibet consuetudine aliquid dare permittimus.* IIa Cont. Const.

6 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 138. Grat. distinct. LXIII, c. 11. Berard. autem op. cit. pag. 342 haec ep. suspecta est, e cuius sententia cl. Mansi prorsus abest. Vid. Mansi loc. cit. ad not. 4.

7 Al. cum Cont. Const. *Gerontio.*

8 « Praeferimus cum mss. German. *Cliensis.* In provinc. Corneola ab anonymo Ravenn. lib. IV, n. 21 recensetur *Cliena* ». Cont. Const.

9 « *Et tenuibus iam putatur* ». Mign. *Patrol.* t. LIX, col. 152. Perperam ad contextum videtur.

10 Cont. Const. *eligendus.* Forte rectius.

sine aliqua reprehensione consentiant. Et ideo [1], fratres carissimi, diversos ex omnibus saepe dicti loci parochiis presbiteros, diaconos et universam turbam vos oportet saepius convocare, quatenus non prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus, sibi quaerant sola Divinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas a constitutis possit revocare praescriptis.

Hic concordi suffragio nominandus.

Quid praesertim attendendum.

Dat. ann. 492-496 [2].

XXV [3].

Squillacii urbem manus suas in antistitum caede iterum scelerantem episcopi gubernatione privat; et decernit, ut Maioricus et Ioannes episcopi, visitatione illic statuta, divina ministeria celebrent.

Gelasius Maiorico et Ioanni Episcopis.

Ita nos quidem Latinorum [4] caedes geminata Pontificum horrendi sceleris atrocitate confudit, ut diu constitutio nostrae deliberationis haesitaret; dum et ingerere quemquam parricidalibus exemplis dubitaremus [5] antistitem [6]. Quapropter iam velut usum consuetudinemque sacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus consulendum, ut paroeciae vices [7] ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernentur, quia [8] ibidem commanentes ferro didicerunt necare pastores [9], inauditoque facinore (quod etiam nullis provinciis nusquam prorsus acciderit [10] quae bellorum continuis diversisque incursionibus affliguntur) haec reperta sit civitas, quae praesules ministrando [11] sibi fidem christianam sine persecutione prosternat [12]. Curandum est igitur, ut illic funesta pernicies cassatione [13] propriorum sanctur antistitum, atque ita saltem furoris tanti materies subtrahatur [14], eoque modo vel illa [15], dum in quos saeviat non habebit, ab huiusmodi cessatione [16] desistat, vel aliis imitantibus [17] dira contagia non praebeat. Egeat ergo episcopalibus subsidiis sibimet aliunde depensis, quae sacram in

De caede Pontificum horrescit.

Squillacium episcopis non amplius decorandum.

1 Ut sensus eluceat forte legendum: *Ac sicut asseritur, quod is, qui a vobis iam probatus dicitur, a paucis et tenuibus putatur eligendus: ita, cum ad vos pertineat universos assidua admonitione compellere, ut omnes in unum, quem dignum sacerdotio viderint, sine aliqua reprehensione consentiant; ideo.....*

2 Pith. adsignat ann. c. 493.

3 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 125. Grat. caus. XXV, q. 2, c. 25. Ivo. part. X, c. 18. Berard. op. cit., pag. 350 hunc can. Gelasio tribuit.

4 Al. *Squillatinorum*. Berard. l. c. *Scyllacinorum*, ubi ait: « Erat Scyllacinium, sive Squillacium urbs episcopalis in Calabria ulteriori, ac propterea in eadem provincia, in qua erat Ioannes Vibonensis episcopus ».

5 Grat. *detestaremur antistitem*.

6 Grat. addit: *Et Ecclesiam utcumque destitutam non usque adeo iudicaremus relinquendam*.

7 Al. perperam *parochiae vestrae*.

8 Al. *quae*.

9 Grat. hunc loc. ita expedit: *Ut parochiae vice ab extrinsecus positis sacerdotibus gubernetur, quae ibidem commanentes ferro didicit necare pastores*.

10 « *Legitur accidisse* ». Grat.

11 *Ministrandae sibi fidei christianae* Cod. Vat. 3933. Pith. forte aptius *praesules ministrantes sibi fidem christianam*.

12 Grat. hunc locum ita probe legit: *Ut aliqua sit reperta civitas, quae praesules ministrantes sibi fidei christianae sacramenta sine persecutore prosterneret*.

13 Grat. et Ivo cum cit. cod. *cessatione*.

14 Grat. add.: *Si in qua haec possit acerbitas perpetrari consistens ibidem persona defuerit*.

15 Al. add. *civitas*. Cit. cod. *illa civitas dum in quos saeviat*.

16 « *Temeritate* ». Grat. et Ivo.

17 « *Imitandi* » Cit. cod. Grat. recte *imitandi contagia dira exemplum non praebeat*.

suo gremio collatam [1] fuso crudeliter macularat sanguine dignitatem, quia [2] in utroque hac est ultione plectenda, sive scilicet instinctu domestico, seu furiis incitata nefas hoc committit exterius [3].

Divina mysteria per dioecesis episcopos ibidem celebranda.

Praebeat [4] ergo dilectio vestra in hoc statu positae ministerium visitationis Ecclesiae; et aut conveniendo pariter, aut vicissim, prout qualitas rerum causaque [5] poposcerit, divina ministeria [6] repraesentet ingratis; ne cum devitamus zizania [7], dominica videamur praeterire frumenta [8].

Dat. ann. 492-496 [9].

XXVI [10].

Significat sacram communionem Coelestino reddendam, qua per annum ex eo fuit interdictus, quod in caede sui episcopi conscius extiterit.

Gelasius Philippo, et Caesiodoro.

Coelestino sacra communio per annum interdicta.

Caelestini causa talis est, quam vos quoque non arbitror ignorare, siquidem hic conscius convictus in caede parentis, et episcopi, quemadmodum gestorum tenore monstratur, cunctorum iudicio nullatenus aestimatus est officio dignus altaris, eique pro tam detestando facinore unius anni interdicta communio est. Quatenus poenitudine competenti tanti facinoris curaret abruptum. Quod etiamsi a nobis

Hoc igitur elapso, ei restituenda.

iuberetur, ipse magis cogitans divini corporis sacramentum debuit ad hoc mente purgatiori remeare. Quod tempus tamen aut expletum, aut prope iam putamus exactum; post quod ei communionis facultatem patere non dubium est, ut et sententia synodalis possit abrumpi, et ut illi magis prosit, valeat maiori satisfactione mundari.

Dat. ann. 492-496.

XXVII [11].

Aselli diaconi ambitiosam perfidiam detestans eum ab officio submotum esse significat, et mandat, ut si quid ecclesiastici iuris in caede sui episcopi substulerit, omnimode restituere cogatur.

Gelasius Ioanni Episcopo.

Nos ausus impii commovere Aselli, qui archidiaconatus fungebatur officio: nam cum tam duro casu lethaliter sauciato Pontifice, prae caeteris Ecclesiam custodire debuerit, ac ne quid de episcopali domo subduceretur; et eum ipsum in tumultu praesenti permisit occidi, cum ad fatendum servari debuisset, utrum haec sua voluntate peregerit, an cuiusquam praecipitatus impulsu, et prius ab eo, quia idem creditarius praesulis fuisse dicitur interempti, ecclesiatica requiri substantia. Quis autem non evidenter intelligat propter hoc praecipue dictum citius fuisse sublatum, quatenus nec complices proderet, et ignorata facultas Ecclesiae facilius direptionibus subiaceret?

Aselli impietas.

1 « *Collocatam* ». Recte id. cod. cum aliis edit.

2 Al. *quae.*

3 Id. *committit externis.* Cit. cod. recte, ut videtur, *committat externis.*

4 « Quae sequuntur in Ivone desiderantur ». Mansi.

5 Id. cod. melius, ut videtur, *prout qualitas, rerumque causa.*

6 Al. cum n. cod. *mysteria.*

7 Grat. recte ad orat. *zizaniam.*

8 Cod. n. *dominica videamur frumenta praeteriisse.*

9 Iuxta Pith. dat. ann. c. 494.

10 Ex Mansi *Concil. Collect.* t. VIII, col. 131.

11 Ex Mansi *Concil. Collect.* t. VIII, col. 126. Refert autem et Ivo p. x, cap. XIII.

Nam et libellariis incisus episcopi perhibetur inventus, et vir bonus Asellus ac suo gradu dignus (quod numquam ante tentatum est) prius in se decretum, adactis Ecclesiae ministris, compulit celebrari, quam de excessu secundum tramitem vetustatis ad Sedis Apostolicae notitiam relatio mitteretur. Quam sit autem intolerabile malum quis christianus addubitet? Ut cum soleat, etiam communi sorte defuncto Pontifice, transitus eius ante omnia nuntiari, competens deputari visitatio, atque ita de subrogando sacerdote tractari, hic unus extiterit, qui, interfecto religionis antistite, de suo mox honore cogitaverit, quam studuerit deferre, quod gestum est. Ubi tametsi latet extrinsecus quid agatur; tamen affectatae potestatis abruptum, conscientiam suspicione non exuit, defuncti locum taliter[2] ambientis[1]. Interim ne quis hoc unquam audeat usurpare, quod ante istum nullus est ausus, ab officio quod gerebat, nostra sit auctoritate submotus, donec quid in perpetuum de tali ordinari censeamus, plenius retractetur. Si qua sane iuris ecclesiastici substulisse convincitur, modis omnibus reformare cogatur.

Cur iste episcopi interitum S. A. non retulerit.

Asellus suo officio submotus.

Dat. ann. 492-496.

XXVIII [3].

Punitionem semel remissam non amplius repetendam declarans iniuriae vindictam reprobat.

Gelasius Geruntio, Ioanni, Germano et Petro Episcopis.

Si illic, ubi haec acta sunt, praesentibus utrisque constiterit et satisfecisse Stephanum, et supplicatione suscepta, eum qui male tractatus est, ignovisse; semel in abolitione remissa punitio recidivo dolore[4] non debet iterari; divinae scilicet imitatione clementiae, quae dimissa peccata in ultionem redire non patitur[5]. Sin vero nihil vel de satisfactione probabitur, vel de remissione transacta dilectionis vestrae sermone monstretur, quatenus si vel nunc saltem poterit competens satisfactio provenire, illud potius exerceatur, ubi animum sanare possit afflicti. Si vero irremissibilis perstet acerbitas, ibidem nihilominus vindicetur, ubi plectibilis orta est praesumptio.

Semel remissa punitio non amplius repetenda.

Iniuriae poena ignoscenda.

Dat. ann. 492-496[6].

XXIX [7].

Rusticum, et Fortunatum inquirere iubet, utrum Foropopulensis episcopus caduco morbo laboret; qua in re negativis argumentis acquiescendum non esse declarat.

Gelasius Rustico et Fortunato Episcopis.

Nuper Foropopulensis[8] ecclesiae clerici una cum Sabino episcopo et Pelagio et laicis[9] propria suggestione reserarunt,

Episcopus Foropopulensis de comitiali morbo accusatus.

1 Mign., op. cit., col. 142 *pariter*.

2 « Forte *ambiens* ». Mansi.

3 E Grat. caus. XXIII, q. IV, c. 29. Berard. op. cit. pag. 343 in hoc fragm. nil invenit, *quod Gelasio Pontifice indignum esse videatur*. Al. *Gerontio*.

4 « *Redivivo dolore* ». Berard. l. c.

5 Hinc Grat. c. XXIV, distinct. IV. *Divina clementia dimissa peccata in ultionem ulterius redire non patitur*.

6 Pith. ann. c. 494.

7 Ex Mansi *Concil. collect.* tom. VIII, col. 140; quod sane fragmentum Berardus a Gelasio op. cit. pag. 357 abiudicandum censet. Grat. caus. VII, q. 2, c. 2.

8 « Al. *Foropopiliensis* ». Mansi.

9 « In Lucensi cod. *Sabino, et Pelagio laicis*, quas planior est lectio » Mansi. - Revera Pith. et Cout. Const. cum citato cod. cohaerent.

praesulem suum gravi quadam necessitate vexari, cuius eum dicerent incursione frequenter elisum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, et Ecclesiam Dei ubique positam hac offensione turbare [1], praecipue quum, eodem ipso volente, huc se perrexisse firmarent; ad dilectionem vestram scripta direximus, ut Ecclesiae, cuius rector tali casu tenetur [2] adstrictus, visitationem congruam reddatis [3]. Verum quia nunc ipse [4] venit huc Pontifex, falsaque omnia de se iactata disseminat; sub divini contemplatione iudicii, vestraeque conscientiae, existimationisque respectu rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet vel in domo, vel in processione, vel in alio quocumque loco probatur repente collapsus, vocesque dedisse confusas, et spumas ore iactasse quanta fieri potest examinatione quaeratur. Quod tamen sive non [5] possit aliquorum factum [6] testificatione firmari, sive nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse sufficere; sed [7] certum manifestumque documentum, quia de tanta re non segnius agendum est. Faciat rem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, et aptam magno Pontifici, ut eum triginta [8] diebus tecum esse constituas, eumque carnibus [9] indifferenter uti necessaria probatione compellas.

Hac in re inquirendum.

Negativis argumentis non standum.

Episcopus igitur quomodo explorandus.

Dat. ann. 492-496 [10].

XXX [11].

Ex eo quod sacerdoti dignitas ob corporis debilitatem amitti nequeat, Palladio praecipit, ut Stephanum fortuito invaletudine correptum suis ministeriis restituat.

Gelasius Papa Palladio Episcopo.

Praecepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore non patiuntur pervenire; ita et si quis in eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sanciatus [12], amittere non potest, quod tempore suae sinceritatis accepit. Stephanus siquidem presbyter petitorio nobis deflevit oblato, quod habetur in subditis, olim sibi ante annos plurimos collatam presbyterii dignitatem, quam revera immaculati corporis iudicio [13] suscepisset [14]; sed nuper propter provinciae vastitatem [15] (quam Thusciae prae omnibus barbarorum feritas diversa sectantium [16], et ambiguitas invexit animorum) dum imminentes gladios evadere fugae praesidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens inferiores partes corporis inseruisse suggessit, quae vix adhibita curatione biennio potuissent abstergi. Et ideo, frater carissime, supradicto locum suum, dignitatemque restitue, quatenus sacro-

Sacerdoti consecrato debilitate corporis non amittitur.

Stephanus itaque fortuito in aegritudinem collapsus suis ministeriis restituendus.

1 Cont. Const. recte *turbaret*.
2 « *Teneretur* ». Ibid.
3 « *Reddaretis* ». Ibid.
4 « *Idem ipse* ». Ibid.
5 « In Vatt. codd. deest *non* ». Pith. l. c.
6 In al. *factum* omittitur.
7 Suppla *oportere*.
8 « In duobus vetust. codd. *octuaginta* ». Correct. Rom. apud Pith.
9 « Ad oram Lucens. cod. additur *anellinis*, idest *agninis* ». Mansi.
10 Pith. dat. autumat ann. c. 495.

11 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 140: nec Berard. op. cit. pag. 353 de huius can. authentia vel minimum dubitat. Grat. dist. LV, c. 12. Ivo VI, c. 107.
12 Cont. Const. *in eo actu constitutus fuerit sauciatus*.
13 Al. *indicio*.
14 Al. *suscepit*.
15 Ivo *vastitatem Thusciae, quam*.
16 Haec in tempus apte conveniunt, quo Odoacer Herulorum rex, et Theodoricus dux Gothorum de Italiae regno digladiabantur. Cont. Const.

sancta mysteria sicut consuevit exerceat. Neque enim [1] convenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum in invaletudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

Dat. ann. 492-496 [2].

XXXI [3].

Victori rescribit, ut diaconis presbyterii gradum recusantibus, ad eum vel acolytos, vel subdiaconos aetate maturiores vitaeque integros promoveat.

Gelasius Victori [4] Episcopo.

Victoris diaconi presbyteratum recusant.

Consuluit [5] dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quod diaconi ad presbyterii gradum (quo Ecclesiam tuam memoras indigere) venire detrectant [6]. Quapropter quia invitos fieri ecclesiastica moderatio [7], gravitasque non patitur, ut ex nolentibus fiant [8] volentes, ordinatio illa potest perficere [9], si quos [10] habes vel in acolytis, vel subdiaconis maturiores aetate [11], et quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratum studeas promovere, ut, qui in suis ordinibus proficere noluerint [12], reddantur suis inferioribus post minores [13]; ipsaque commoda presbyteri propensius, quam diaconi consequantur, ut hac saltem ratione constricti, et honorem, quem refugerant, appetere nitantur, et quaestum.

Eorum loco vel acolyti, vel subdiaconi ordinandi.

Dat. ann. 492-496 [14].

XXXII [15].

Quaeritur, servos contra Ecclesiae statuta sacris ordinibus initiari, ac de iis rationem praescribit, qui in militiam Domini iam fuerint cooptati.

Gelasius Martyrio [16] et Iusto Episcopis.

Servi inter clericos non admittendi.

Ex antiquis regulis, et novella synodali [17] explanatione comprehensum est, personas obnoxias servituti, cingulo caelestis militiae non praecingi. Sed nescio utrum ignorantia, an voluntate rapiamini, ita ut ex hac causa [18] nullus pene episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, et plurimorum querela circumstrepit, ut ex hac parte nihil penitus putetur constitutum [19]. Actores siquidem illustris viri, filii nostri Amandiani [20] graviter

De admissis dominorum querelae.

1 Cont. Const. *Nec enim.*

2 Pith. dat. autumat ann. c. 494.

3 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 141. Grat. dist. 74, c. 9. Ivo, VI, c. 106. Hic canon. iuxta Berard. op. cit. pag. 363 *a Gelasii temporibus minime dissonat.*

4 « Al. *Alexandrinae* ». Pith.

5 « *Consulit* ». Cont. Const.

6 Iid. *detrectent.*

7 « *Ecclesiasticae moderationi accessit et imperialis auctoritas, quae sanxit, ne quis clericus invitus ordinaretur* ». Vid. Cont. Const. loc. cit.

8 Cont. Const. *sint.*

9 Al. *proficere.* Rectius ut videtur n. l.

10 « *Scilicet si quos* ». Recte Cont. Const. *Quia scilicet si quos.* Ivo; sed minus bene, ut videtur.

11 « *Maturioris aetatis* ». Cont. Const.

12 *Qui proficere noluerunt* Ibid. Ivo hanc secundam partem refert in part. VI, cap. XLIII.

13 « *Posteriores* ». Pith.

14 « Ann. c. 494 », Pith. ibid.

15 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 128. Berard. hunc can. genuinum existimat.

16 « *Martino et Iusto Episc.* » Ivo, cuius lect. praefert Berard. op. cit. pag. 348.

17 Epist. ad Lucan. cap. XVI, pag. 104, col. 2 vol. I h. operis.

18 « *Culpa* ». Pith. Certe melius.

19 « Hucusque tantum Gratianus dist. LIV, c. 9; caetera habet et Ivo' VI, c. 353 ». Mansi.

20 « *Amandii* ». Pith.

conqueruntur, homines suo iuri deditos, alios adhuc [1] clericos, alios iam diaconos ordinatos; cum non solum post modernum [2], quod tantorum pontificum collectione [3] sub omnium saluberrimae provisionis assensu constat esse perfectum, huiusmodi personas suscipi non deberent, verum etiam si qui forte in divinae cultum militiae ante fuerint, ignorantia faciente, suscepti, eliminare prorsus, et exutos religioso privilegio ad dominorum possessiones iusta debuerint [4] admonitione compelli. Et ideo, fratres carissimi, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstraverint attineri [5], discussos et obnoxios ac probatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite, ita ut si quis iam [6] presbyter reperitur, in eodem gradu peculii sola amissione [7] permaneat. Diaconus vero aut vicarium praestet, aut si non habuerit [8], reddatur. Residua officia [9] sciant neminem posse ab obnoxietate [10], si convincitur, vindicari, quatenus, ordine custodito [11], nec dominorum iura, nec privilegia ulla ratione turbentur.

Quid circa illos praescriptum.

Itaque presbyteris, et diaconis exceptis, reliqui absolute restituendi.

Dat. ann. 492-496 [12].

XXXIII [13].

Dolet quod servi, inscio domino, in clerum cooptentur, iubetque Leontium clericali officio tantummodo decoratum Placidiae restitui, non item Antiochum presbyterum, qui e sacerdotio recedere nequit.

Gelasius Herculentio, Stephano et Iusto Episcopis [14].

Frequens equidem, et assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus, qui neque antiquas regulas, nec decreta nostra noviter directa cogitantes obnoxias possessionibus [15] obligatasque personas venientes ad clericalis officii cingulum non refutant [16]. Nuper etenim actores illustris feminae Placidiae petitorii oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianensis sive Cusilinatis [17] urbis antistitem, Antiochum servum iuris patronae suae, absentis dominae occasione captata, ad presbyterii honorem usque perductum [18], eiusque fratrem Leontium clericalis officii privilegio decorasse. Et ideo, fratres carissimi, inter supradictos actores, et eos qui conditionis extremae repetuntur, obiectam [19] cognitionem vobis nostra aucto-

Servi contra fas clericali officio insigniti.

De hoc Placidiae querimonia.

1 « Al. *iam* ». Iv. cum Grat. Et quidem apte ad orat. context. Mox autem post vocem *diaconos* supple *fuisse*.

2 Pith. et Grat. recte supplent *concilium*.

3 Al. *collatione*

4 « *Eliminati prorsus, et exuti religioso privilegio ad dominorum suorum... debuerunt* ». Grat. Apte quidem ad orat. context.

5 « *Detineri* ». Recte Pith.

6 « *Ex his* ». Pith.

7 Al. *peculii sui sola amissione; vel peculii sui amissione*. Grat. *peculii sui omissione mulctatus maneat*.

8 Al. melius *ipse reddatur*.

9 Al. *Reliqua vero officia*.

10 « *Ab hac noxietate* ». Grat.

11 « *Hoc ordine custodito* ». Id.

12 Pith. ann. c. 494.

13 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 130.

14 Berardus, qui *op.* cit. pag. 343 hoc fragment. Gelasio adscribit, Iustum putat fuisse Episcopum Acufidensem in Mauritania, et Stephanum Episc. Sinitensem in Numidia.

15 Al. *possessoribus*. Pith.

16 Hucusque Gratianus dist. LIV, c. 10, qui reliqua communia habet cum Ivone VI, c. 354.

17 Al. *Clusitanae*, vel *Cusillinatis*, vel etiam *Casilinatis*

18 Al. rectius *perduxisse*.

19 Grat. *qui cognitionis extremae repetuntur obiecta, cognitionem*.

ritate deputamus, ut omni veritate discussa, si revera obiectam sibi maculam *iustitiae* [1] refragrationis non potuerit ratione diluere, Leontium clericum, quem gradus praefinitus legibus non defendit, ad sequendam cognitionis [2] suae necessitatem modis omnibus redhibete. Antiochum vero, quia per sacerdotium [3] non iam potest retolli, si in sua Ecclesia in hoc, in quo est honore desiderat collocare, non veluti reditum sibi [4], sed habeat pro ministeriorum celebratione susceptum.

Leontius clericus illi reddendus; Antiochus presbyter non item.

Dat. ann. 492-496 [5].

XXXIV [6].

Mandat, ut Silvester et Candidus Maximae servi per Lucerinum diaconi, invita domina, ordinati e sacris officiis protinus repellantur.

Gelasius Rufino et Aprili Episcopis.

Quis aut leges principum aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni, nisi qui impunitum sibi tantum aestimet transire commissum [7]? Actores siquidem filiae nostrae illustris et magnificae feminae Maximae petitorii nobis insinuatione conquesti sunt Silvestrum atque Candidum originarios suos contra constitutiones, quae supradictae sunt et, contradictione praeeunte, a Lucerino [8] Pontifice diaconos ordinatos. Ideo, fratres carissimi, tantae praevaricationis excessus noveritis sagacius inquirendos; et si constiterit querelam veritate fulciri, continuo qui, contradictione praeeunte, non legitime sunt creati [9] a sacris officiis repellantur.

Leges custodiendae.

Maximae servi iniurie diaconi e sacris officiis illico repellendi.

Dat. ann. 492-496 [10].

XXXV [11].

Ezechiae Silvestrum et Faustinianum commendat, qui olim a Domino manumissi, clericorumque ordini adscripti, nunc ab illius haerede Theodora repetiti regio iudicio contra leges permittuntur.

Gelasius Papa Ezechiae comiti.

Christianis gratum semper debet esse, quod ab eorum poscitur dignitate praestandum; quia Deo servientibus beneficium negare non convenit. Silvester itaque atque Faustinianus, qui se a cunalibus clericos confitentur, a Theodora se opprimi per violentiam conqueruntur, quia dicunt se ingenuos, atque Deo auctore pristinae conditionis nexibus absolutos, in sortem deterrimae iterum servitutis addici, et per auctoritatem regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo [12] te-

Deo servientibus beneficium non negandum.

Silvester et Iustinianus tantum ad forum ecclesiasticum appellandi.

1 Al. recte *iustae refragationis*.

2 Ita Mansi et Ivo. Al. autem *cognationis*; melius quidem Grat. et Pith. *conditionis*.

3 « *Propter sacerdotium reconciliari* ». Pith.

4 Id. ad context. aptissime *non veluti reditum sibi habeat, sed*.

5 Pith. ann. c. 494

6 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 139. Berard. op. cit. pag. 355 hunc can. Gelasio adscribendum luculenter probat.

7 Gratianus dist. X, can. 11, et Ivo p. IV, cap. 179 hanc primam partem e seq. distractam praebent.

8 Berardi potius *Nucerino*.

9 Al. *consecrati*.

10 Pith. ann. c. 494.

11 Ex Mansi tom. VIII, col. 137. Hunc vero canonem Berardus Gelasio abiudicat, et quidem non immerito, quum Archidiaconorum iurisdictio recentioris disciplinae extiterit. Apud Gratian. invenies can. XI, q. 1, c. 12.

12 « Vet. codd. addunt *olim* ». Pith.

nerentur adstricti, per archidiaconum urbis Grumentinae esse conventos, cum constet eum, qui coelestem militem pulsat, nonnisi eius forum debere sectari. Et ideo, dilecte fili, depenso salutationis affatu, supradictos clericos tibi commendo, ut si ad delegatorum iudicium eorum adversarii [1] venire contempserint, sublimitatis tuae tuitione vallentur; ne quid illis aut subreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis [2] imponat, quia qui iudicium refugit, apparet eum de iustitia diffisum.

Pro viribus defendendi.

Dat. ann. 492-496 [3].

XXXVI [4].

Silvestrum et Faustinianum Ecclesiae Grumentinae clericos contra fas in regium forum vocatos Episcopi iudicio remittit.

Gelasius Crispino [5] et Sabino Episcopis.

Silvestri et Faustiniani querelae.

Silvester et Faustinianus ecclesiae Grumentinae clerici lacrymosa nobis insinuatione conquesti sunt, libertatem sibi Domini sui benignitate concessam heredum eius oppressione pulsari, sibique in clericatus officio pene a cunalibus servientibus, etiam manumissore vivente, in eodem actu nihilominus constitutis, divinis mysteriis [6] impendere servitium non licere, cum (si petitionem veritas subsequatur) contra patris et auctoris sui factum venientibus, ut indignis, hereditas legibus auferatur, nec eis liceat haereditatem capientibus contra auctoris sui prosilire indicium. Et ideo, fratres carissimi, quoniam se etiam ab archidiacono dictae ecclesiae quaeruntur oppressos, qui per eorum absentiam moderatoris iudicium promisit eos esse secuturos, calcatis omnibus rationibus [7], et contra leges divinas et publicas pulsatis, forum suum putavit auferri, in vestro iudicio quisquis ille est [8], qui clericum lacessit, adveniat, ut Ecclesiae iura, quae vetusti principes assidua sanctione firmaverunt, impetitis clericis non negentur.

Contra ius ad laicum tribunal appellati.

Ad episcopi forum citandi.

Dat. ann. 492-496 [9].

XXXVII [10].

Theodori votis annuens praecipit, ut Rufinus monachus S. Laurentii presbyter consecretur.

Gelasius Bono Episcopo Sovinati [11].

S. Laurentii basilica presbytero decoranda.

In parochia tua basilica Sancti Laurentii, quae in possessione filii et consiliarii nostri viri magnifici Theodori fundata est, officium presbyteri deesse cognovi-

1 « Vet. codd. *adversaria advenire contempserit* ». Id. Sane rectius ad context.

2 Al. *violenta necessitas*.

3 Pith. ann. c. 494.

4 Ex Mansi *Collect. Concil.* tom. VIII, col. 138. Extat et apud Gratian. can. XI, q. 1, c. 13, et apud Ivon. VI, c. 108. Berard. op. cit. pag. 338 Gelasio perperam inscribi hunc can. existimat.

5 « Al. *Crispo* ». Pith.

6 « Al. *ministeriis* ». Pith.

7 In Ivon. aliisque non paucis omittitur *rationibus*. Recte na?

8 Al. perperam *in vestro iudicio quaeso ille est*. Lege potius *in vestrum iudicium*.

9 Pith. ann. c. 494.

10 Ex Gratian. can. XVI, q. 1, c. 31. Non desunt autem, qui hanc ep. Pelagio tribuant; nos *Reg. Rom. Pontif.* Philip. Jaffè sequuti sumus. Berard. op. cit. cap. LV sub dimid. e Gelas. et Pelag. I tempor. longe dissonum hunc can. ostendens, omnimode apocryphum arbitratur.

11 Al. forte *Sabinensi*.

mus; et quia praefatus filius noster nobis retulit se invenisse Rufinum quemdam monachum, olim sibi vita, religione et moribus comprobatum, et hunc postulat ibi presbyterum consecrari (quod subito fieri nos, prorogata observantia, non acquievimus), ideo dilectio tua his litteris acceptis, sabbatho veniente, faciat eum diaconum: et si Deus voluerit, et vixerimus, mediana hebdomada presbyterum faciemus; quatenus, superveniente Paschali festivitate, sacra ministeria in memorata basilica a persona competenti valeant adimpleri.

Ad hoc Rufinus consecrandus.

Dat. ann. 492-496 [1].

XXXVIII [2].

De monachi ordinatione, qui in Ecclesia ab episcopo praestituta divinis ministeriis fungi debet.

Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vitae merito, sacerdotio dignus videatur, et abbas, sub cuius imperio regi Christo militat, illum fieri presbyterum petierit, ab episcopo [3] debet eligi, et in loco, quo iudicaverit, ordinari, omnia quae ad sacerdotis officium pertinent, vel populi, vel episcopi electione provide ac iuste acturus.

Monachus in presbyterii officium a quo eligendus.

Dat. ann. 492-496 [4].

XXXIX [5].

Antistiam viduam de mutato castitatis proposito arguit, illi tamen nullam canonicam poenam irrogandam decernit.

Stephano Episcopo Gelasius.

Oportuerat Antistiam, quae direxit petitorium, in desiderata sibi pudicitia permanere, quia non facile contemnere debuit, quod facile prius credidit postulandum. Pertractato enim et maturato consilio iuventutem suam, vel ea quae petitorio debuit aestimare, nec contra electionem viduitatis indictae suffragia postmodum, et occasiones rumpendae quaerere castitatis [6]. Sed quia mutabilem mentis errorem ferendae culpae cupiditate temeravit, et maritum potius incontinentiae suae, quod nullis prohibetur legibus, exquisivit, supradictam processioni solitae noveris esse reddendam, et ut accessus Ecclesiae et ministeriorum sacra communione potiatur.

Antistiae inconstantia.

Nihilominus nullis canonicis poenis plectenda.

Dat. ann. 492-496.

1 Pith. qui hanc epist. Pelagio I adiudicat, dat. cens. « *forte ann.* c. 557 ».

2 Ex Grat. caus. XVI, q. 1, c. 28. Berard. op. cit. pag. 366 haec ficta existimat XI vel XII saeculo.

3 Gratiani editores admonent duobus in mss. legi *ab ipso*. Quod forte exactum videtur ad normam Constit. S. Benedicti, ubi cap. VI decretum est: *Si quis abbas sibi presbyterum, vel diaconum ordinari petierit, de suis eligat qui dignus est sacerdotio fungi.* Praestat autem animadvertere, ibi agi de monachis intra monist. officium exercentibus, non de illis, qui extra monist. in Eccl. ab episcopo praestituta ad sacra iotandant ministeria. V. Cont. Const. l. c.

4 Pith. forte ann. c. 494.

5 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 123.

6 Viduae solemne castitatis votum non emittebant, ideoque ad alias nuptias transire ob privatum castitatis votum non prohibebantur, de cuius violatione nulla coram hominibus erat reddenda ratio. Vid. Gel. epist. II ad Episc. Lucan. cap. XXIII pag. 105, vol. I b. operis.

XL [1].

Petro Potentino episcopo rescribit, diaconum quemdam incestu accusatum iuxta morem esse iudicandum, licet de occulto crimine inquiratur.

Gelasius Petro Episcopo Potentino.

Potentii libellus sibi traditus.

Secundum quod vestri portitoris significavit libellus, compertum habemus vos prae manibus habere negotium insolitum. Pertulit, diaconum quemdam commisisse incestum, multis indiciis in vicinia notum. Sed quia nemo potest canonice illud stuprum probare, memoratus diaconus omne meritum recusat inde subire iudicium. Ad quod ego multis inevitabilibus curis involutus, quanta possum brevitate, sic rationabiliter respondeo. Nulla quippe iudicia inter homines necessaria essent, si omnes veritates cunctis patuissent. Sequitur ergo perquiri a iudice debere probationem iudicii ordine, unde aliter non cognoscitur veritas culpae. Sed cum culpa non ignoratur, nec synodum ex hoc congregari oportere, nec iudicium agitari iubemus. Sed sola modulata sententia in concilio tractetur, quae meritum culpae excedere non videatur. Sicut dictum est antiquis, *oculum pro oculo, dentem pro dente*, et librata mensura ideo fuit iussa in lege, ut iuxta meritum culpae damnatio penderetur vindictae [2]. Si quidam fortasse minus capaces in his, quae praemisimus, propterea vacillant, quia scriptum habent in legibus nostris, « *De occultis nemo iudicetur, et iudicet* ». Sed hi tales vigili mente pertractent, quia quod de occultis negatur, sub tacito intellectu de manifestis conceditur. Constat ergo consequenter hoc dici de ipsis occultis, quae scandalum Ecclesiae nullum inducunt. Si postquam oriri scandalum contigerit pro crimine, nullo modo est praetereundum, quia Ecclesia et satisfactione pacata quiescat, et sedata remaneat culpa sic publiciter punita, ut etiam habeant timorem. Satisfactio namque illa est, qua innocens quisque manifestatur, a quibus reus credebatur.

In diaconi incestu inquirendum iuxta legem

Quamvis de occultis agatur.

Dat. ann. 492-496.

XLI [3].

Designat, cuinam novae basilicae sint tradendae, quibusve episcopis consecrandae.

Gelasius Papa.

Haec cuinam adiudicanda.

Quid novae aedificationi antiqua Ecclesiarum poterit praeiudicare divisio, cum in ea non futura, sed quae erant praesentia finirentur? Nunc autem ad hanc basilicam, quae dedicanda est, illud debet summa intentione disquiri, quis, id est, cuius civitatis ex eadem re, antequam basilica, quae fabricata est, fundaretur, baptizaverit incolas, aut ad cuius consignationem sub annua devotione convenerint. Non enim terminis aut locis aliquibus convenit definiri, sed illud facere dioecesim quod superius continetur, ut constet commanentes a quo fuerint lavacri regeneratione purgati. Et ideo, fratres carissimi, amotis ambagibus, et omni circuitione submota, hoc vos modis omnibus convenit investigare, ut ille maxime ad consecrationem vocetur, cui per hunc modum, quem praescripsimus, debere permitti noveritis. In caeteris etiam Ecclesiis, quas post constitutum, quod gestis sanctae memoriae Leonis Papae in synodo nuper relectis, in his locis, quae distincta

Per quem consecranda.

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 142.
2 Forte ita legend., ut sensus restituatur « *Sed si quidam fortasse . . . . .; hi tales* ».
3 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 121.

Praescripta in caeteris custodienda.

sunt, per subreptionem ab Virunnis [1] episcopo constiterit consecratas, haec eadem et requirenda, et sunt modis omnibus ordinanda; ita tamen ut documentum, quod superius diximus, in omni constitutione servetur; quia quicquid, supplosis petitionibus, claruerit postulatum, id in irritum merito tanti praesulis erit contemplatione deducendum.

Dat. ann. 492-496.

XLII [2].

Commemorans quae de dioecesibus in pristinum statum restituendis ipse decreverat, earum terminos nullo pacto immutandos indicit.

Gelasius Papa

Maximo et Eusebio Episcopis.

De dioecesibus quid statutum.

Licet [3] regulis contineatur antiquis, parochias unicuique Ecclesiae pristina dispositione deputatas nulla posse ratione convelli, ne, per consuetudinem pessimam exempli mali temeritate crescente, ubique [4] universalis confusio nasceretur [5], iam in decretis nostris ante non multum temporis destinatis omnia iussimus, quae taliter fuerant invasa, restitui. Sed quia temeritas pervadentium legem sibi putat posse generari, si sceleri suo pertinaciam retentionis adiungat, ea, quae inter fratrem et coepiscopum nostrum Constantinum Camiscanae ecclesiae [6] sacerdotem, et [7] directos ab Anconitano Pontifice decrevimus, per vos impleri cupimus. Tunc formam in caeteris cogitationibus [8] quae sit sequenda perscripsimus. Nulla igitur [9] praesumptione statum parochiarum [10], qui perpetuae aetatis firmitate duravit, patimur immutari, quia neque negligentia Pontificis, neque temporalis adiectio, quae per incuriam forte generatur, nec ignavia faciente, consensus [11], nec subripiente [12] supplicatione, praeceptio divellere potest semel dioecesim constitutam, ex qua semper ad regenerationem atque consignationem [13] plebs devota consistit [14].

Contra legem nil potest consuetudo.

Itaque in dioecesium terminis nihil immutandum.

Dat. ann. 492-496 [15].

XLIII [16].

Si nihil circa conterminos liqueat unquam definitum, statuit iuramentum de temporis praescriptione illi deferendum, qui in iudicium appellatur.

Gelasius Iusto Episcopo.

Contermini semel statuti non immutandi.

Dilectio tua studeat, quaesita omnium fideliter rerum veritate, ut si de spatiis,

1 « *Locus corruptus* ». Mansi.

2 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 127. Grat. can. XVI, q. 3, c. 5. Ivo. III, c. 97. Berard. op. cit. pag. 352 authenticum huiusmodi fragmentum demonstrat.

3 « *In regulis* ». Grat.

4 *Ubique* in Grat. deest.

5 « *Tamen etiam decretis* ». Optime quidem ad sens. Grat. et Ivo.

6 Grat. in textu *Anuscanae Ecclesiae*; ad marg. *Camisanae*: « in vetustis autem codd. *Canuscanae, Cumuscanae, Iamiscanae* ». Pith. l. c. Berard. l. c. *Asculanae* legend. censet.

7 « *Et inter nuntios directos* ». Id. apte.

8 « *Cognitionibus* ». Grat. et Ivo.

9 Ansel. lib. V, cap. XV.

10 Parochiae nomine intellige dioecesim. Vid. Berard. op. cit. pag. 352.

11 Grat. *consensus adhibitus*.

12 Ita et Ivo. Grat. leg. *subrepente*. Aptius, ut videtur.

13 Idem add. *Episcopi*.

14 *Convenit*. Grat. et Ivo « Addit ille, sed forte eius verba sunt, non autem Gelasii, *territorium enim non facere dioecesim olim noscitur ordinatum* ». Mansi l. c.

15 Pith. dat. *forte ann. c.* 494.

16 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 128. Hunc can., qui a Berardo op. cit. pag. 349 Gelasio nulla dubitatione tribuitur, apud Grat. invenire est caus. XVI, q. III, c. 7, et apud Ivon. III, c. 135; VI, c. 105.

de quibus memoratur orta contentio, definitio dudum certa processit [1], intemerata servetur. Alioquin si nihil unquam constiterit terminatum, tunc de praescriptione temporum, si qua pars diffidet [2], praebeat sacramentum; ut [3] tamen, quae hactenus possedisse perhibetur [4] iusiurandum sinatur offerre.

Temporis praescriptio per iuramentum probanda.

Dat. ann. 492-496 [5].

XLIV [6].

Significat, testatoris arbitrium esse servandum.

Gelasius Papa [7].

Consideratio ecclesiasticae utilitatis hoc postulat, ex iuxta dispositione [8] testatoris servandum arbitrium.

Quid prosit Ecclesiae in testamentis.

Dat. ann. 492-496 [9].

XLV [10].

Honorio graviter praecipit, ne testamentum, quod servus Ecclesiae Ampliatus condere nefarie molitus est, fieri permittat, et si quid humanitus eidem forte contigerit, illius substantiam fideliter inscriptam filiis locatoris tradat, donec dominicae partes reddantur indemnes.

Gelasius Honorio Episcopo.

Illud etiam sinceritatem tuam non latere volumus ad nos fuisse perlatum, quod Ampliatus conductor, quem non solum servum constat esse Ecclesiae, sed ita eius rationibus a multis temporibus implicatum, ut etiamsi esset ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur, ausu temerario molitus fuerit condere paginam testamenti, cuius omne peculium ecclesiastico iuri legibus non dubitetur obstrictum. Quapropter his praesumptionibus vice nostra tua fraternitas contradicat, nec fieri prorsus aliqua subreptione [11] permittat. Ac si eidem quidquam humanitatis [12] forte contigerit, quia grandaevus esse memoratur, mox eius sine dilatione substantiam unanimitas tua filiis eius dumtaxat, quibus patrimonium probatur commissum, sub fideli descriptione contradat [13], donec temporibus universis, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes dominicas cogatur [14] reddere indemnes.

Ampliatus Eccles. servus nefarie testamentum molitur.

Tantae temeritati resistendum

Eius substantia locatoris filiis ad tempus tradenda.

Dat. ann. 492-496 [15].

1 Grat. recte *praecesserit.*

2 Ivo cum Migne forte rectius *dissidet.* Grat. *confidit;* Ivo ad marg. *fidit.*

3 « *Ita ut* ». Grat.

4 « At. *probatur* ». Pith. Grat vero *probabitur.*

5 Pith. ann. c. 494.

6 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 141. Apud Grat. caus. XVI, q. I, c. 15. Adverte autem a Berard. op. cit. pag. 366 hunc canon. incertae fidei haberi.

7 « Vatt. codd. add. *Laurentio* ». Pith.

8 « In antiq. exempl. legitur *dispensatione* ». Correct. Rom. apud Pith.

9 « *Forte c. ann.* 494 ». Pith.

10 Ex Mansi *Concil. Collect.* t. VIII, col. 133. In Grat. caus. XIII, q. II, c. 5; in Ivon. XVI, c. III. Berard. op. cit. pag. 344 de huius authentia minime diffidit.

11 Grat. *surreptione.* Ita et Ivo.

12 Sic Ivo. Grat. vero *si quid humanitus.*

13 Grat. hunc loc. ita leg.: *praecipiat humanitas tua filiis eius dumtaxat, quibus patrimonium probatur esse commissum, sub fideli descriptione contradi.* Sic et Pith.

14 Grat. *cogantur.*

15 Pith. ann. c. 493.

XLVI[1].

Megetiae supplicationibus benigne annuens statuit, ut in eius aediculis tantummodo in suffragium defunctorum divina mysteria solemniter celebrentur.

Gelasius Ioanni Episcopo Sorano.

In Ecclesiis absque Sedis A. permissione dicatis divina officia pubblice non habenda.

Certum est quidem, et nostris praeceptionibus constitutum, ne quis in ecclesia aut in oratorio, quod Sedis nostrae non legitur permissione dedicatum, processionem publicam [2] putaret impendi; ne conditores furtivis subreptionibus contra regularum statuta prosilirent. Sed quia Megetia spectabilis femina petitorii nobis oblatione suggessit, in possessionibus propriis suorum corpuscula condidisse, frater carissime, humanitatis intuitu, quod priora statuta non maculent [3] funeribus et sepulcris tantum in comprehensis petitorio locis ministeria [4] noveris pro solemnitate praestanda, ut defunctorum nomine solummodo divina celebrentur officia, publica frequentatione, et processione cessante.

Megetiae privilegium.

Data idibus Aprilis.

Dat. die 13 Aprilis 492-496 [5].

XLVII[6].

Ecclesiam noviter conditam, nonnisi Sede Apostolica audita, consecrandam declarat, ad quod auctoritatem suam episcopo impertitur.

Nova Ecclesia sine auctoritate Summi Pontificis minime consecranda.

Praecepta synodalia, quae ante paucos menses de sede nostra ad provinciam sunt directa et antiquis canonibus consentiunt, et ea, quae minus probantur esse, addidimus; et in utraque parte constat sine Summi Pontificis auctoritate Ecclesiam noviter conditam non posse dedicari [7], teque ex hac basilica, quae aliter ad cultum fuerat processionis adducta, suspendisse missas probabiliter computamus. Sed quia devotus locus non debet a ministeriorum gratia divina vacuus permanere, frater carissime, eorum martyrum nomine, quos relatio continet auctoritatis nostrae, suscepta serie consecrabis; ut populorum frequentatio, quam illic avide convenire mandasti, servatis regulis ecclesiasticis et canonibus integrum habeat firmata religione conventum.

Ut huiusmodi basilica sanctis martyribus dicetur, benigne annuit.

Dat. ann. 492-496 [8].

XLVIII[9].

Praescribit, ut si Agnellus diaconus de gravibus contumeliis reus constiterit, e sacra communione arceatur.

Gelasius Rufino [10] et Iusto Episcopis.

Verulanae urbis in Agnellum querelae.

Honorati et primarii Varulanae [11] civitatis fusius nobis precibus supplicarunt,

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 138. Grat. d. 1, c. 7. *De consecr. Haeret.* Berard. op. cit. pag. 345 utrum hic can. Gelasio sit tribuendus.

2 Processionis nomine praesertim missarum celebrationem designari Cont. Const. advertit. Quid de hoc nomine sentiat Berard. vid. in fragm. XVIII. S. Gelas. h. vol. pag. 112 ad not. 14.

3 « *Maculet* ». Pith. certe rectius.

4 Al. *mysteria.*

5 Pith. ann. c. 494.

6 Ex Grat. dist. 1, c. 5. *De consecr.*, quem Berard. op. cit. pag. 360 apocryphum iudicat.

7 Vid. ep. II Gelas. tom. I, h. op., pag. 102, paragr. 6.

8 Pith. ann. c. 494.

9 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 129. Ivo XII, c. 27.

10 « In vet. cod. *Martino* ». Mansi ad marg.

11 « Forte *Verulanae* ». Id.

sicut habetur in subditis, quibus etiam subscriptionem propriam commodarunt, se ab Agnello diacono gravi contumeliarum genere fuisse maceratos, ut etiam res periurii (sicut ipsi dicunt) se asserant inclinatos; et ideo, fratres carissimi, secundum petitorii fidem supradicto diacono ad vestrum iudicium, imminente

Hic in iudicium appellandus.

Laurentio Romanae Ecclesiae defensore, mox deducto, veritatis assertione discussa, si constiterit integritas supplicantium, aut intenta doceat diaconus, aut de eius protervitate noveritis esse vindicandum, quatenus de tantis excessibus memoratae improbae temeritatis exclusus ultio digna

Si reus probatur, a sacra communione arcendus.

comitetur, et qui se conviciis trivialibus implicavit, sacrae communionis arceatur accessibus.

Dat. ann. 492-496.

XLIX [1].

Secundino Viginensi episcopo mandat, ut Paulum diaconum, qui honestam foeminam gravium criminum insimulaverit, digna correctione compescat.

Gelasius Secundino Visinensi [2].

Atroces iniuriae praesertim ab Eccl. ministris non proferendae.

Atroces iniurias indecorum prorsus ducimus ministrorum Ecclesiae vocibus irrogari, talia laicorum cum plerumque refugiant actiones. Tempus bonum [3], siquidem honesta femina didicerat a magistro Paulo diacono, quae non solum se suggerit criminibus appetitam, verum etiam in damnata arte magica execrationis conscientiam miscuisse. Et ideo, frater, inter supradictos te decrevimus cognito-

Paulus diaconus, si reus extiterit, iuxta merita damnandus.

rem, ut si praedictum diaconum protervitas ista convincit, postquam indecenter probatus fuerit mulierem inciviliter appetisse, aut eumdem ad adstruenda, quae iactavit adstringas, aut digna correctione compescas.

Dat. ann. 492-496.

L [4].

Felix convictus iniurie e domino aufugisse huius custodiae restituitur.

Gelasius Ioanni Episcopo Vivanensi [5].

Felix sua fuga purgandus.

Uxor Felicis et filia [6] Romam (quia sic oportuit) pervenerunt; siquidem hunc ipsum primum se ad barbarorum basilicam conferentem, seque bonas causas habere iactantem, egredi sub hac conditione praecepimus, ut si actus suos fideliter et rationabiliter allegaret, nihil contra eum prorsus asperum fieri, durumque pateremur. Alioquin si contra fidem, et utilitatem dominicam venisse probaretur, ipse sibimet imputaret, atque [7] ordinationi congruae subiaceret.

Perfidiae convictus domino restituitur.

Qui, superveniente filio nostro viro spectabili Orthasio, sic est ad singula quaeque convictus, ut os aperire non posset, et vera esse, quae huic obiicerentur, propria voce fateretur. Ideoque tenetur mancipatus custodiae.

Dat. ann. 492-496 [8].

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 131. In Ivon. XI, c. 25.

2 « Al. forte *Vulsiniensi* vel *Vulsinensi* ». Mansi ad marg.

3 « Locus depravatus ». Id.

4 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 132. In Grat. caus. XVII, q. IV, c. 33; in Ivon. XVI, c. 77. Berardus vero op. cit. pag. 346 hunc can. Gelasio minime tribuendum censet.

5 Al. *Viennensi*. Jaffè *Vibonensi*.

6 Grat. et Berard. *Uxor Felicis, et filiae.*

7 « *Domini* ». Pith.

8 Pith. ann. c. 494.

LI[1].

Episcopis indictum ab Ecclesiis arcendos, qui eas violarint.

Gelasius Epiphanio Episcopo [2].

Quinam accessu Ecclesiarum indigni. Ad episcopos caeteros[3] direximus iussionem, ut eos, qui ecclesias violasse perhibentur, accessu earum iudicent esse non dignos[4].

Dat. ann. 492-496[5].

LII[6].

Fide recepta, quod universa, quae in basilica S. Agathae fuerint per oblationem collata, eidem intacta relinquantur divina ministeria, ibidem dudum interrupta restauranda praecipit.

Gelasius Victori Episcopo.

Cur divina ministeria interrupta. Dudum de sanctae Agathae basilica, quae in Caelano fundo olim noscitur constituta, processionem[7] sub nostra consultatione suspenderas, asserens possessionis dominum omnia, quae illi conferebantur, accipere et suis usibus applicare, nec illic posse ministrorum Dei aliquos ad processionem venire, cum nulla illic alimenta susciperent[8]. Sed nuper vir spectabilis Petrus noster nobis rationabiliter intimavit[9], hoc quod in culpam venerat se taliter ordinasse, ut universa quae in ecclesia supradicta diversorum fuerint oblatione collata, ad episcopum, aut ad eum, cui basilicam deputaverit, universa pertineant; ita ut ex hoc compendio sarta tecta ecclesiae procurentur. Fundi dominus a iure sibi arrogato recedit. Et ideo, frater, saluberrimae dispositionis professione suscepta, processionem supradictae ecclesiae te convenit ordinare. Illa igitur restauranda.

Dat. ann. 492-496.

LIII[10].

Quum Ioannes Faleroniensis urbis archidiaconus Episcopum suum de bonorum Ecclesiae dissipatione accusaret, Pontifex Respecto et Leonino episcopis committit, ut rem sedulo discussam ad S. A. referant.

Gelasius Respecto, et Leonino Episcopis.

Ioannis querelae. Ioannes archidiaconus Falerionensis urbis eversionem ecclesiae ab eo, qui praesulis nomine censetur, effectam grandi nobis supplicatione conquestus est; ita ut se videlicet de loci sui administratione deiecto, iter sibi liberum ad depopulandas facultates aperiret ecclesiae. Nam ministeriis et ornatu pro sua voluntate distracto, praedium etiam paternum, quod

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 128. In Grat. caus. XVII, q. IV, c. 11; in Ivon. III, c. 119. Canon est genuinus iuxta Berard. op. cit. pag. 340.

2 Hic est Epiphanius ille, qui ad captivos gentis suae redimendos in Gallias profectus est ann. circiter 494, et a Gelasio, qui eum adamabat, Rustico et Acacio Episcopis fuit commendatus, uti videre est in ep. IX. S. Gel., pag. 288 h. vol., col. 1.

3 Grat. *cunctos.*

4 « *Indignos.* » Id.

5 Pith. forte ann. c. 494.

6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1224

7 De *processionis* nomine recole quae diximus fragm. XVIII et XLII S. Gel., pag. 312 h. vol., not. 14, col. 2, et pag. 328 not. 2, col. 1.

8 Hic al. comma; nos autem elocut. gratia punctum appingimus.

9 Forte legend. *enunciarit.*

10 Ex Labbè *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1225. Berard. op. cit. pag. 364 admonet, ep. hanc *universae antiquitati fortasse ignotam* in Collect. *Deusdedit* referri, quae Ivonem paulisper antecedit, neque de eius auth. ambigere videtur.

in alimoniam clericorum decessor eius reliquerat, velut proprium suis utilitatibus vindicavit; obviantemque supradictum archidiaconum caeterosque [1] complures, qui pariter reclamabant, ab ordinibus suis credidit excludendos. Et ideo, fratres carissimi, divinitatis intuitu ecclesiae causam summa attentione trutinantes, omni veritate discussa, de compertis cita nostris auribus relatione signate; ut, perspecta instructione diligentiae vestrae, quid fieri debeat censeamus.

Des per episcopus diligenter investigata ad S. A. referenda.

Dat. ann. 492-496.

LIV [2].

Ioanni praescribit, ut calicem, quem eius decessor in aliam Ecclesiam transtulit, pristinae, cuius fuerit, incunctanter restituat.

Gelasius Ioanni Episcopo Pisano.

Ecclesiastica ministeria, quae unicuique basilicae fidelium devotio deputavit, ad aliam ecclesiam nullo debent surripiente transferri. Et ideo, si huius iuris portitoris petitio veritate subsistit, calicem quem decessor tuus abstulit, ecclesiae, cuius fuit, restitue sine intermissione.

Quae unicuique basilicae fuerint addicta in aliam non transferenda.

Calix igitur restituendus.

Dat. ann. 492-496.

LV [3].

Dionysios iura Vibonensis Ecclesiae turbare audentes sacra communione privat, mandans ut contra eos et publicarum legum vindicta invocetur: Coelestinum vero presbyterum, qui sui episcopi, et S. A. mandata contemnens ipsis divinum munus participare praesumpsit, ab ecclesiastico officio repellendum iubet.

Gelasius Maiorico Sereno, et Ioanni Episcopis.

Qui [1] et humanis legibus incivili temeritate calcatis, et reverentia religionis abiecta, vel ecclesiastica privilegia calcare contendunt, vel ubilibet in pauperum prosilire dispendium, nec huiusmodi saltem commoniti, convictique nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sancire, merito divini muneris sunt participatione privandi [5]; ut huius perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui. Quapropter Dionysii, qui sicut vestrae textus relationis ostendit, non solum Vibonensis ecclesiae iura turbare, sed etiam repensare, quod nequiter admiserant, respuerunt, sacrae communionis arceantur accessu, donec quae honori divino competunt, discant devota mente deferre. Contra quos etiam quidquid publicis legibus agi poterit, minime negligatur. Ut qui utrumque contempserunt utrisque cohibiti, tam sibi, quam caeteris praebeant, quod necessaria disciplina poscit exemplum [6]. Coelestinus vero presbyter fratris et coepiscopi nostri Sereni, qui contra pontificale iudicium, contraque Apostolicae Sedis mandata pro-

Sacrilegio scelerатus sacra communione privandus.

Dionysii hac poena mulctandi.

Contra eos et publicae leges invocandae.

Coelestinus S. A. mandata violans ab officio repellendus.

1 *Aliosque* cod. Vat. 3833.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1225.

3 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1225. Apud Grat. caus. XII, q. II, c. 24. Berard. op. cit. pag. 349 hoc fragm. Gelasio addicere non *renuit.*

4 Grat. addit *et divinis;* quae verba Berard. l. c. Ivoni adhaerens expungenda arbitratur.

5 Quae sequuntur usque ad verb. *Quapropter* in cod. Vat. 3833 desiderantur.

6 Hucusque cit. cod. Hinc videat lector, quonam iure cl. Labbaeus asseveret totum hoc fragmentum e praedict. cod. fuisse desumptum. Porro in tanta rerum mole multa aliorum diligentiae committere necesse est, qui pactam fidem haud raro obliviscentes suo muneri deficiunt. Caeterum ea, quae subduntur, Ivo e reliquis distrahens in p. III c. 50 constringit.

rumpens supradictis communionem sacram ministrare praesumpsit, cum non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico pellatur[1], ut nullus Ecclesiae ministrorum contra pontificalia instituta venire contendat.

Dat. ann. 492-496.

LVI[2].

Iusto et Stephano mandat, ut Brumarium de iniusta caede in servum Ecclesiae, nec non de gravissimis in episcopum contumeliis accusatum ad iudicium suum appellent, et rem mature discussam S. A. renuntient: quod si ipse renuat, apud iudicem provinciae de atrocibus iniuriis est citandus.

Gelasius Iusto, et Stephano Episcopis.

In Brumarium accusatio.

Frater et coepiscopus noster Proficuus Salpinae sacerdos ecclesiae petitorii nobis insinuatione suggessit, Brumarium spectabilem virum, cum, nullis extantibus causis, servum ecclesiae gravissima caede mactasset, tunc etiam ad augendam violentiae suae pervicaciam supradictum antistitem gravissimis contumeliis affecisse.

Haec per Iustum et Stephanum discussa ad S. A. remittenda.

Et ideo, fratres carissimi, si a vobis admonitus ad iudicium vestrum inquisitionemque convenerit, veritate discussa, unde tantus superbiae spiritus, aut violentiae conceptio fluxerit, quidve fuerit quod Pontifex tanta laceretur insolentia, nostris auribus relatione signate. Aut si forte simili praesumptione contempserit[3], potestatem sibi supradictus Pontifex noverit esse concessam, quatenus apud iudicem provinciae atrocium iniuriarum quaerat propositione vindictam.

Si Brumarius ecclesiasticum iudicium recuset ad laicum appellandus.

Dat. ann. 492-496.

LVII[4]

Volaterranae Ecclesiae patrimonium praesertim ab Eucharisto pessumdatum Iustini et Fausti sollicitudini committit, quidve agendum de censu annuo eisdem indicit.

Gelasius Iustino Archidiacono, et Fausto defensori.

Volaterranae Eccl. patrimonium curatoribus delegatum.

Volaterranae[5] ecclesiae actus vel patrimonium, quod hactenus comperimus destitutum, vel[6] post damnationem Eucharisti, quo fuerat depravante dispersum, curae vestrae decrevimus esse delegandum, ut diligentia, qua vos pro ecclesiae utilitatibus existimamus esse vigilantes, praedia culturae restituatis antiquae, revocetis[7], si qua sunt vendita aut donata mancipia[8]. Possessiones etiam[9] ab Ennatio et Oppilione episcopis vel caeteris quovis iure videritis teneri (quia contra constituta synodi ab episcopo praedia alienari nullo potuerunt commento)

Municipia et possessiones iniurie vendita revocanda.

1 Ivo *repellatur*.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1225.

3 Porro actor rei forum sequi debet; laicus itaque ad forum ecclesiasticum appellari, iovitus autem compelli non poterat. Cont. Const. l. c.

4 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 130. Berard. op. cit. pag. 346-47 hunc can. Gelasio adscribit usque ad verba: *fieri debeat censeamus*; de postremis dubius haeret. Legitur autem in Grat. caus. XII, q. 2, c. 25.

5 Al. *Vulterranae*.

6 « *Et* ». Rectius Grat.; sed orat. contextus nec *et*, nec *vel* videtur requirere.

7 « *Et revocatis* ». Id.

8 Hic al. comma; nos autem, ut orat. minus implicata eluceat, punctum apponimus.

9 *Quas ab Eumancio*, alii *Eumacio*. Pith. Grat. *possessiones etiam quas ab Eumantio et Opilione*.

In quem emptoris actio convertenda.

nihilominus revocentur, sit emptoribus ad eum recursus, qui praesumpsit aliquid de ecclesiae rebus illicita venditione distrahere; ita ut pensiones annuas ad Pontificem deferatis, cui privilegia sua integra convenit omni ratione servari, ut eius dispensatione portiones proveniant consuetae, ita ut portionem quartam [1], quae ad eos pertinet, sua Pontifex ordinatione distribuat, prout cuiusque locum meritumque cognoscit.

Census annuus episcopo integre delatus quomodo per ipsum dividendus.

Pariter etiam ex fidelium oblatione faciendum [2], ut quartam clericis eroget pro consideratione suae electionis antistes. Fabricarum etiam portio, episcopo sciente et disponente, vestra erogatione pendatur, quatenus nihil penitus in detrimentum alicuius rei patiamini generari [3]. Si quid vero in ecclesiae vestrae damnum, aut in his quae sunt praeceptionis nostrae prohibita, Pontificem vestrum videretis admittere, mox nostris auribus relatione signate, ut quid fieri debeat censeamus.

Si quid in Ecclesiae damnum fuerit ab ipso patratum, S. A. denuntiandum.

Decimas iusto ordine non tantum nobis, sed maioribus visum est, plebibus tantum, ubi sacrosancta dantur baptismata, deberi.

Decimae ubi plebibus tradendae.

Dat. ann. 492-496 [4].

LVIII [5].

Iustino et Fausto mandat, ut omnes e rusticis, urbanisque praediis proventus ad antistitum deferant, eisque dividendi rationem praescribit.

Gelasius Iustino Archidiacono et Fausto.

Census omnis tradendus antistiti.

Vobis [6] et famae vestrae consultum duximus, ut Pontificis vestri loco vobiscum ab eodem aliquis subrogetur, qui eius nomine pariter universa disponat, quatenus omnia praedia ad vestrum revocetis studium, ne cuiquam clerico pro portione sua solum aliquod Ecclesiae putetis esse deputandum, ne per incuriam negligentiamque minuatur, sed omnem pensionis summam ex omnibus praediis rusticis urbanisque collectam ad antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quod ad causas vel expensas accedentium necessitatum opus esse perspicitur, ut de medio sequestretur, et quartae portiones vel fidelium oblationes de hac fiant modis omnibus pensione [7], ita ut unam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo iudicio et electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omnium [8] conscientia faciat erogari. Fabricis vero [9], quod competit ad ordinationem Pontificis, erogatione vestra decernimus pendendum.

Quomodo per ipsum dividendus.

Si quid forte ab annua remanebit expensa, electo idoneo ab utraque parte custode, condatur [10] in thecis, ut si maior emerserit fabrica, sint subsidio quae diversi temporis diligentia potuerint custodiri, aut certe ematur possessio, quae utilitates respiciat communes [11].

Si quid restet, ubi impendendum.

Dat. ann. 492-496 [12].

---

1 « *Quartae* ». Pith.

2 Pith. addit *est*; Grat. legit: *faciendum est, ut clericis quartam partem.*

3 Hucusque Grat.; caetera habet Ivo III, cap. 151.

4 Pith. ann. c. 494.

5 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 135. Gratian. caus. XII, q. II, c. 23; Ivo III, c. 151. Berardus op. cit. pag. 346 de huius authentia vehementer ambigit.

6 Al. *vobis enim.*

7 Grat. *et quatuor portiones vel de fidelium oblatione, vel de hac fiant modis omnibus pensione, ita ut unam.*

8 Al. *sub omni.*

7 Al. *Fabricis vero quartam, quae compelit ad ordinationem Pontificis, erogatione vestra decernimus esse pensandam.*

10 Ita Pith. et al.; nonnulli edit. *tradatur.*

11 « Vid. lib. VII cod. Theodos. *De bonorum praescript.* Cassian. lib. IV Instit. cap. XIV ». Pith.

12 Id. ann. c. 494.

LIX [1].

Benenati et Mauri sacrilegum furorem detestans, qui Ecclesiae immunitatem conculcarunt, eos ab omnibus Ecclesiis iubet prohibendos.

Gelasius Victori, Constantino Martyrio, Felicissimo, Sorano [2] et Timotheo Episcopis [3].

Ecclesiae immunitas impie violata.

Frater et coepiscopus noster Epiphanius [4] sua nobis relatione suggessit, Benenatum et Maurum Beneventanae municipes civitatis in contumeliam religionis acerba nimis et plectibili contumacia prosiluisse, qui confugientem ad ecclesiae septa curialem suum, nec illic quidem tutum, aut de iniuria securum esse siverunt, ausi temerariae mentis admittere [5] quod nec potestatibus quidem vel principibus unquam licuit perpetrare, ut hominem in sanctuariis constitutum, captata sacerdotis absentia, reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent, quos, quantum nobis sua suggestione patefecit, merito indignos esse sacra communione iudicavit. Et si revera tanti facinoris constat admissum, nostra etiam auctoritas in hac parte consentit. Nec enim ad supplicandum iure debet admitti [6], ubi admittere sacrilegium non dubitavit. Nullus enim intra limina tantae venerationi deputata utrumque sibi licere existimet pro suae voluntatis arbitrio, ut humilitatem sibi vindicet et furorem. Et ideo, fratres carissimi, supradictos, si manifesta reos facit conquestio, ab omnibus parochiarum vestrarum ecclesiis nostrae praeceptionis auctoritate prohibete; ut non solum hi, qui in iniuriam sanctorum locorum prosiluisse probabuntur [7], merito consequantur pro facti sui qualitate vindictam, verum etiam caeteri a tali praesumptione ultionis istius timore revocentur.

Sacrilegi ab Ecclesiis arcendi.

Maurus igitur et Benenatus ab iisdem propulsandi.

Dat. ann. 492-496 [8].

LX [9].

Praecipit, ut Bonifacius Petro spectabili viro servum eius in Ecclesia S. Clementis pertinacius immorantem curet omnimode restituendum, dummodo a domino de huius impunitate sacramentum habeat.

Gelasius [10] Bonifacio Episcopo.

Metuentes [11] famuli Dominos, si ad ecclesiae septa confugerint, intercessionem [12] debent quaerere, non latebras; ne haec ipsa praesumptio tarditatis temeritatem augeat renitendi. Filius enim noster vir spectabilis Petrus queritur, servum suum in ecclesia S. Clementis diutius commo-

Servis in Ecclesiis quaerenda intercessio, non latebrae.

Itaque Petro servus reddendus.

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 128. Gratian. caus XVII, q. IV, c. 10. Ivo. III c. 120. « De sinceritate huius epistolae, inquit Mansi l. c., in utramque partem fluctuat Berardus, et rem in medio relinquit; mihi vero nil suspiciosum occurrit ».

2 *Sereno.* Pith. et Ivo l. sup. cit.

3 Constantinus fuit Capuanus Episcopus, Martyrius Episcopus Terracinensis, Timotheus vero Episcopus Abellinas. V. Berard. op. cit. p. 362.

4 Epiphanius fuit Episcopus Beneventanus. Berard. op. cit. pag. 361.

5 *Ausi irruptione temerariae mentis admittere.* Grat., ubi ad not. legit. « Al. *irreptione* ».

6 « *Qui* ». Pith. Forte melius.

7 « Al. *probantur* ». Id.

8 Pith. forte ann. c. 494.

9 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 139. Grat. can. XVII, q. IV, c. 32. Ivo III, c. 115. Berard. op. cit. pag. 333, licet hunc can. Gelasii circiter tempora editum existimet, huic tamen abiudicat.

10 « Al. *Gregorius* » Pith.

11 « *Metuentes dominos famuli* ». Grat.

12 « *Intercessiones* ». Id.

rari [1], cui cum deputasset sacramenta praestari [2], illum egredi nulla ratione voluisse. Et ideo dilectos supradicti hominis de praesenti cum eo, quem elegerit esse mittendos, qui cum de impunitate eius sacramenta praebuerint, eum statim facies ad dominum suum modis omnibus remeare; aut si in hac pertinacia [3] forte perstiterit, post sacramentum sibi praestitum reddatur invitus.

Dat. ann. 492-496 [4].

LXI [5].

Praescribit, ut in Iudam inquiratur, qui Iudaeorum mancipium ad Ecclesiam Venefranam confugit, asserens sibi ab incunabulis christiano nuper circumcisionis signaculum a suo domino infixum.

Gelasius Siracusio [6], Constantio et Laurentio Episcopis.

Iudae ad S. A. petitio.

Iudas, qui Iudaicae professionis existit mancipium, iuris sui, quod ante paucos annos se asserit comparasse, nunc ad ecclesiam Venefranam [7] confugisse suggessit, sicut petitorii tenor adnexus ostendit, eo quod dicat sibi ab infantia christiano nuper a praefato domino signaculum circumcisionis infixum. Quapropter diligenter vestra inter utrumque sollicitudo [8] rerum fideliter examinet veritatem, quatenus nec religio temerata videatur, nec servus hac obiectione mentitus compretentis iura domini [9] declinare contendat.

Haec Siracusio, caeterisve remittitur discutienda

Dat. ann. 492-496 [10].

LXII [11].

Telesini precibus annuens eius fratrem Quinigesio episcopo commendat.

Gelasius Quinigesio Episcopo.

Telesini postulatio.

Vir clarissimus Telesinus, quamvis Iudaicae credulitatis esse videatur, talem se nobis approbare contendit, ut merito nostrum appellare debeamus, qui pro Antonio (Antio) parente suo specialiter postulavit, ut eum dilectioni tuae commendare debeamus: et ideo, frater, supradictum voluntatis nostrae mandatorumque respectu ita te habere convenit, ut non solum in nullo penitus opprimatur, verum etiam, in quo ei opus fuerit, tuae se gaudeat dilectionis adiutum.

Eius frater Quinigesio adiuvandus.

Dat. ann. 492-496.

LXIII [12].

Innuit nullum baptizandis numerum esse constituendum; cathedraticum praeter

1 « Al. *commoratum* ». Pith.

2 Hunc locum ita recte expedit Gratian.: *cui, dum deputasset sacramenta praestari, asserit illum*. Ivo *directos*. Apte ad sensum Grat.: *Et ideo directus supradictus homo de praesenti cum eo, quem elegeris esse mittendum, cum de impunitate eius sacramenta praebuerit, eum statim facias ad dominum suum modis omnibus remeare*.

3 Al. *pervicacia*.

4 Pith. ann. c. 494.

5 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 132. In Grat. cau. XVII, q. IV, c. 34: apud Ivon. p. XIII, cap. 113. Berardus autem op. cit. pag. 360 hunc can. Gelasio perperam addictum existimat.

6 « *Siracusano, et Constantino et Laurentio* ». Pith.

7 « *Venafranam* ». Grat.

8 « *Sollicita cura rerum* ». Pith.

9 Al. *dominii*.

10 Pith. ann. c. 494.

11 Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 131. Ivo III, c. 112.

12 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 138. Grat. cau. X, q. III, c. 5. Berard. op. cit. p. 340 Gelasio hunc can. abiudicat.

morem non exigendum; de oblationibus veterem consuetudinem servandam.

Gelasius Papa Fabiano[1] Episcopo.

Baptizandis numerus nunquam statuendus.

Nec numerus baptizandis iuste credi-tur imponendus, cum quanti petierint[2], vel ad regenerationem festinaverint, non sint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo, frater carissime, huiusmodi superfluam constitutionem modis omnibus removebis[3], ut unusquisque aut in vicina sibi ecclesia, aut in electa pro suae mentis baptizetur arbitrio.

Cathedraticum iuxta morem exigendum.

Cathedraticum etiam non amplius, quam vetusti moris esse constiterit, ab eius loci presbytero noveris exigendum; et de his, quae die dedicationis fuerint offerentium devotione collata,

De oblationibus consuetudo servanda.

consuetudinem, quae generaliter omnibus ecclesiis est praescripta, servabis.

Dat. ann. 492-496[4].

LXIV[5].

Corpus Domini sine calice non esse sumendum indicit.

Gelasius Maiorico et Iohanni Episcopis.

Quorumdam de sacra communione superstitio.

Comperimus autem, quod quidam in eadem regione[6], sumpta tantum corporis sacri portione, a calicis sacri[7] cruore abstineant. Qui procul dubio nescio qua[8] superstitione docentur obstringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia divisio unius eiusdem mysterii[9] sine grandi sacrilegio non potest provenire[10].

In his divisio unius eiusdemque mysterii ingens sacrilegium est.

Dat. ann. 492-496[11].

LXV[12].

Excommunicatis appellationis tempus praescribit, cum quibus, si in sua pervicacia perstiterint, nunquam ineundum consortium decernit.

Excommunicatis intra annum e sententia appellandum.

Quicumque intra anni spatium civiliter, sive publice causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi aditum audientiae clausisse videantur[13]. Quod si obstinato animo sine communione[14] defuncti fuerint, nos eorum causam iuxta B. Leonis praedecessoris nostri[15] sententiam divino iudicio reservantes quibus vivis non communi-

Cum ipsis sive vivis, sive mortuis non communicandum.

1 « Vat. cod. *Sabino* ». Pith.

2 « *Forte petierint* ». Ivo.

3 « *Et ideo superfluam constitutionem modis omnibus removentes volumus, ut* » Ivo.

4 Pith. ann. c. 494.

5 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 125. In Grat. dist. II, c. 12. *De Consecr.* in Ivon. II, c. 89. Berard. op. cit. pag. 351 huoc canonem Gelasio adscribendum contendit; Anselmus eum cooiungit cum alio, cui initium: *Ita nos quidem*, tamquam sit pars eiusdem epistolae.

6 « Scil. Calabria ulteriore. » Berard. op. cit. pag. 351.

7 Al. *sacrati*. Grat. *a calice sacri cruoris.*

8 «*Quia nescio qua*» Iv., Grat. *quoniam nescio qua.*

9 Al. rectius *unius, eiusdemque mysterii.*

10 Ex hoc Gelasii can. inferunt Novatores sacrae communionis sub utraque specie necessitatem. At frustra: hic enim illi notantur Manichaei, qui plaoe occulti una cuoi catholicis ad sacram synaxim accederent, ne detegarantur haeretici; verum ab haustu vini sese prohibebant, quippe quod ipsis vetabatur. Baron. Ann. tom. VIII, ann. 496.

11 Pith. dat. censet c. ann. 494.

12 Ex Grat. cau. XI, q. III, c. 37. Ivo XIV, c. III, 112. Berard. op. cit. pag. 365 huiusmodi fragm. spurium existimat, quippe quod e veteri Eccl. disciplina prorsus abhorret. Recentioribus enim saeculis id tantummodo praestitutum « ut si qui per annum a leviore excommunicatione solvendum se non curaverit, commuoione ecclesiastica penitus careret, non vero ita repelleretur, ut audiri, ac recipi poenitens noo amplius posset, quod e cit. can. deduci videtur ».

13 Ita et n. cod. 3833. Ivo. ad marg. *clausisse aditum iudicabantur.*

14 Cit. cod. *communicatione.*

15 Id. omittit *praedecessoris nostri*

cavimus, nec mortuis communicare debemus[1].

Dat. ann. 492-496[2].

LXVI[3].

Cum illis agendi modum praescribit, qui priusquam a indice audiventur, communionem inire tentaverint.

Si mors urgeat, nullus nisi purgatus in communionem restituendus.

Hi sane, qui[4] ante audientiam communicare tentaverint, donec per poenitentiam reatum suum defleant, ad communionem nullo modo[5] perducantur, excepto mortis interitu urgente[6].

Dat. ann. 492-496.

LXVII[7].

Qui cum excommunicato scienter consortium inierit, sacra synaxi privandum statuit.

Cum excommunicato vel orans a sacra synaxi arcendus.

Qui vero excommunicato scienter communicaverit[8], et amodo saltem in domo simul oraverit, atque latebras, quominus ad satisfactionem perducatur, praebuerit[9], donec ab episcopo[10] excommunicatore poenitentiam accipiat, corporis et sanguinis Domini communione privatum se esse cognoscat[11].

Dat. ann. 492-496[12].

LXVIII[13].

Iubet pensiones non tradendas, nisi de iis legitime constiterit.

Gelasius Papa Quinigesio Episcopo[14].

Donec res in litigio fuerit, in neminem transferenda.

Eadem de pensionibus servanda lex.

Quia res in litigio posita in nullam transferri potest omnino personam, donec legitimae cognitionis eventu, cui potius debeatur, iudiciaria disceptatione possit agnosci, ex eadem re quispiam non sinatur exigere pensiones, sed in eodem statu, re eadem posita, in quo videtur (sicut dictum est) ante constituta[15], quisquis sibi putat quidpiam posse competere, iuridico pulset examine, praeiudiciis omnibus inde submotis.

Dat. ann. 492-496[16].

1 Id., cui consentit et Ivo.: *mortuis communicare non possumus.*

2 Pith., ann. c. 494.

3 Ex Iv. XIV, c. 112. Berard. op. cit., pag. 365 hunc, et seq. can. existimat Gelasio tributum ob quamdam sententiarum similitudinem.

4 Cod. Vat. 3833 rectius *Si qui.*

5 « *Nullatenus* ». Id.

6 « *Excepto mortis intuitu* ». Id. recte.

7 Ex Grat. caus. XI, q. 3, c. 38. Quid de hoc censeat Berard. vid. in super. fragm.

8 Iv. ad marg. *se iunxerit.*

9 Id. *atque latebras defensionis, ne cominus ad satisfactionem perducatur, praebuerit.* Sed male, ut videtur.

10 Ibid. deest *Episcopo.*

11 Iv. add. *et delictum secundum canones poeniteat.*

12 Pith., ann. c. 494.

13 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 131. Grat. cau. XI, q. 1, c. 50. Berard. op. cit., pag. 354, hunc con. Gelasio abiudicat.

14 *Lucio* id. Berard., qui l. c. refert alias scriptum fuisse *Quinquagesimo* ob crassam amanuensis imperitiam. Hic enim litt. L, pro numero quinquagesimo interpretatus, quae Lucium iuxta ipsum Berardum significaret, non Lucium, sed Quinquagesimum episcopum nominavit. Correct. Rom. *Quingesio*, quibus Pith. adhaeret.

15 Al. *constitutam litem.* Pith.

16 Pith., ann. c. 494.

LXIX [1].

Admonet, non omnia decessorum statuta successoribus custodienda.

Gelasius Craconio, Ioanni et Masaalae [2] Episcopis.

Decessorum statuta, si iusta, servanda; secus corrigenda.

Decessorum statuta sicut legitima et iusta successores custodire convenit, ita etiam debent male facta corrigere.

Dat. ann. 492-496 [3].

LXX [4].

Opportunis exemplis declarat, illum non mentiri, qui fallendi animum non habet.

Non mentitur B. Paulus Apostolus haud implens quod promisit.

B. apostolus Paulus non ideo, quod absit, fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius, quoniam cum ad Hispanos se promisisset iturum, dispositione divina, maioribus occupatus ex causis, implere non potuit quod promisit [5]. Quantum enim ipsius voluntatis interfuit hoc pronuntiavit, quod revera voluisset efficere. Quantum enim ad divini secreta consilii (quae ut homo omnia non potuit licet spiritu Dei plenus agnoscere) superna praetermisit dispositione praeventus. Nec quia B. Petrus apostolus pro affectu divinae reverentiae ipsi Domino respondit: *Non lavabis mihi pedes in aeternum* [6] fefellisse, quod absit, aut in sua putabitur minime constitisse sententia; quia mox eidem divinae voluntati cesserit, et quod se dixerat non esse facturum, causis adstrictus humanae salutis passus est prona voluntate faciendum. [7]

Ait enim quod tunc voluit.

Nec B. Petrus pedes tandem abluitioni tradens.

LXXI [8]

Sacerdoti, qui scelere sit maculatus, divina mysteria non facienda perhibet.

Gelasius Elpidio Episcopo.

Religioni quae reverentia.

Sacrosancta religio, quae catholicam tenet [9] disciplinam [10], tantam sibi reverentiam vindicat, ut ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat pervenire. Nam quomodo ad divini mysterii consecrationem coelestis spiritus invocatus adveniet, si sacerdos [11], et qui eum adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus reprobetur ? [12].

Divina mysteria pura mente peragenda.

1 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 133. Grat. caus. XXV, q. II, c. 19. Berard. op. cit., pag. 337, hoc fragm. Gelasio minime tribuendum arbitratur, et recte animadvertit « huius. can. auctorem forte abusum esse Gelasii verbis, quae leguntur in cap. I ep. II ad episc. Lucan., pag. 101, col 2, vol I huius op. sive in can. 6, caus. I, q. VII, ubi decernitur, aliquando e veterum statutis recedendum fore » non quod male facta deprehendantur, sed dispensatione sic exigente, quum nimirum certis in casibus aliud exigere videatur vel necessitas, vel utilitas Ecclesiarum ».

2 Ita restituitur ex cod. Vat. 3833, quum in edit. legatur *Messaliae*.

3 Pith., ann. c. 494.

4 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 141. Grat. caus. XVII, q. II, c. 5. Berard. op. cit., pag. 368 vehementer ambigit utrum hoc fragm. Gelasio, sive potius Pelagio II sit tribuendum.

5 De hoc dubitavit quidem Hieronymus in ep. ad Helvidiam, et in cap. III ad Ephes.; verum in cap. XI Is. et in Amos cap. V contrarium affirmat: cui sententiae adhaeret Ioann. Chrysost. Hom. VII, nec non Greg. lib. XXXI Moralium cap. XXXVII. Vid. Pith.

6 Ioann. XIII, 8.

7 Pith., forte ann. c. 494.

8 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 127. Grat. caus. I, q. I, c. 92. Ivo II, cap. 90, et VI, cap. 110. Berardus censet can. hunc iungendum esse cum can. 26, c. XXXIII, q. VIII, neque de eius authentia dubitandum existimat. V. Berard, op. cit., pag. 340.

9 « *Continet* ». Pith.

10 « Hic supple *in celebratione divinorum mysteriorum* », Cont. Const.

11 « Al. *si sacerdos etiam, qui eum adesse deprecatur* ». Pith. Recte videtur.

12 « Hinc patres necessarism sacerdoti animi munditiem inferre solent, quum absonum sit Spi-

LXXII [1].

Felicis III verba in medium afferens Christi statuta nunquam peritura declarat, et Sedi Apostolicae supremam inesse tum solvendi tum ligandi potestatem evincit.

Beatus Gelasius PP. scribens Episcopis per Dardaniam constitutis inter coetera inquit.

Insanum est Christi statuta velle subvertere

Post quingentos annos constituta Christi quosdam [2] velle subvertere, quum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi. Sanctum Athanasium ideo non fuisse damnatum a synodo Orientis, quia sedes ista non consenserit, sanctum Ioannem Constantinopolitanum, sanctum Flavianum..... Si ergo, ea non consentiente sola, qui damnati sunt a synodo Orientis non potuerunt esse damnati, consequens est etiam sine synodo, qui, eadem sola damnante, damnatus fuerit, damnatus sit. *Et post pauca;* Quae vero statuta Christi dixerit, inferius explanavit, quum, Sede Apostolica non consentiente, neminem damnari, et, sola ea consentiente, qui damnatus fuerit, damnatus habeatur, exposuit [3]. Statuta itaque Christi eos post quingentos annos velle subvertere, quia iam quinquies centeni circiter anni praeterierant, quando hic venerabilis PP. dictus Sedem Apostolicam statuta Christi promeruisse fatetur. Privilegia enim sua a Christo Ecclesia Romana per Petrum consecuta est, et ipsa sunt statuta Christi [4].

Sedis Apostolicae suprema potestas.

Felicis verba Gelasius explanat.

LXXIII [5].

Ibi raptus admittitur, ubi puella abducitur, de cuius nuptiis antea nihil actum probatur.

Ubi raptus habeatur

Lex illa praeteritorum principum [6] ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella, de cuius nuptiis nihil actum fuerit, ante videatur abducta [7].

LXXIV [8].

Quid agendum cum iis, qui sponte recta facere contemnunt.

Gelasius in reg.

In obstinatos coactio adhibenda.

Convenit ut in alio aliquo cogatur impactus is, qui sponte facere, quae sunt recta contempsit.

ritum Sanctum invocari ab iis, qui eum pravis operibus reiiciunt. Non inficiantur autem Spiritum Sanctum invocatum adesse, quia ministri vitium supplet Christus, cuius nomine sive a bonis, sive a malis ministris sacra mysteria peraguntur ». Cont. Const. Dat. autem iuxta Pith. ann. c. 497.

1 Ex cod. Vat. 3833, Grat. cau. XVI, q. III, hoc fragmentum referunt usque ad verba, *possit abrumpi*, quin animadvertant haec dicta esse a Felice III in suo tractatu, ut videre praestat apud Migne *Patrol.*, tom. LVIII, col. 944. Cont. Const. illud eruens e Cassiniano cod. sistit ad verba *damnatus sit;* verum nec ipsa monet haec omnia ad eumdem tractatum pertinere. Igitur e Gelasii scriptis forte expungenda huiusmodi ep. videretur, ni cit. cod. caetera subdens, Gelasium Felicis verba in suam epistolam inseruisse clarius ostenderet.

2 Edit. ad sensum apte add. *audio*.

3 Eamdem doctrinam et Gelasius exposuit ep. V, vol. I, h. op., pag. 115, § 12, et seq.; nec non ep. XII h. vol., pag. 208.

4 Pith., qui hunc can. refert usque ad verba *non possit abrumpi*, dat. existimat ann. c. 494.

5 Ex Grat. caus. XXVII, q. II, c. 49. Berard. vero hunc can. omnino apocryphum existimat op. c. pag. 369.

6 « In cod. Theod. lib. IX, tit. XXIV *de raptu Virg. vel Vid.* l. 1 ». Cont. Const. Videat autem lector, utrum illa lex huic canoni conveniat. Forte melius designari potuisset l. 1, cod. Theod. *De Accusationibus et Inscriptionibus*, licet neque hic Gelasii sententia deprehenderetur.

7 Pith. ann. c. 494. — 8 Ex cod. Vat. 3833.

S. ANASTASIUS II[1].

An. C. 497

EPISTOLA I[2].

Gratulatur, quod Clodoveus Francorum rex nomen suum Christo recenter dederit, eumque obsecrat, ut Petri naviculae feris fluctibus agitatae enixe opituletur.

Clodovoo[3] Anastasius Episcopus.

De Clodovei baptismate laetatur.

Tuum, gloriose fili, in christiana fide triumphum cum exordio nostro in pontificatu contigisse gratulamur. Quippe Sedes Petri in tanta occasione non posset non laetari, cum plenitudinem gentium intuetur ad eam veloci gradu concurrere, et per temporum spatia repleri sagenam, quam in altum iussus est mittere idem piscator hominum, et coelestis Ierusalem beatus claviger. Quod serenitati tuae insinuare voluimus per Eumerium presbyterum, ut cum audiveris laetitiam Patris in bonis operibus, impleas gaudium nostrum, et sis corona nostra, gaudeatque mater Ecclesia de tanti regis, quem nuper Deo peperit[4], profectu. Lae-

An. C. 497

1 Licet nihil per nos fuerit omissum, ut Anastasii II, si quae supersint, hic omnia colligerentur documenta, tamen vix unum reperire occorrit apud Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 193, qui e Vignerii *Spicileg.* tom. V, pag. 582 illud excerptum testatur. Porro et quaedam Anastasii ad Ursicinum fragmenta vir clariss. refert, quae e duobus vet. codicibus desumpta asseverat, forte in tanta rerum mole oblitus, haec in ep. Gelasii ad Laurentium de Lignido contineri, quam nos damus pag. 265 h. vol., et aliis ab Anastasio ad Ursicinum missam contendentibus, ipse Gelasio restituit, ut videre est op. c. col. 10. Extat etiam apud Grat. *Decret.* caus. XXIII, q. III, c. 8 fragmentum aliud Gelasio adscriptum, cui initium *Qui potest obviare*. Sed hoc evidenter attinet ad Damasum I, ep. III Stephano et Concilio Africae, § IX sub finem, perperam Pithaeo asserente, illud legi in paragr. VIII eiusd. epistolae.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 110.

3 Al. *Cludoecho* vel *Chlodoveco*.

4 Clodovei regis baptismum ab Avito apud Migne op. c. tom. LIX ep. XLI graphice descriptum Francorum annales assignant ann. regni eius XV, post victoriam scilicet Alamannicam, quae ipsi christianae fidei amplectendae occasio fuit. Iam vero, inquit Sirmondus, is est iuxta aeram nostram annus Christi desinens 496; in natali enim Domini Clodoveum fuisse baptizatum Avitus in sua ep. testatur hisce verbis: *« qui celeber est natalis Domini sit et vestri; quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus et mundo »*. Falso igitur eius baptismum ad ann. refert 499 Sigebertus, qui omnia triennii fere spatio posterius, quam gesta sint, narrare solet: unde nec verum loquitur Hincmarus Remensis, aliique ab ipso decepti, qui eum baptizatum autumant in vigilia Paschatis anni 497. Vid. Sirmond. apud Labb. loc. cit.

tifica ergo, gloriose et illustris fili, matrem tuam, et esto illi in columnam ferream. Nam refrigescit charitas multorum, et malorum hominum versutia navicula nostra feris fluctibus agitatur, et despumantibus undis pertunditur. Sed speramus *in spem contra spem*[1] et Dominum collaudamus, qui eruit te de potestate tenebrarum et in tanto principe providit Ecclesiae, qui possit eam tueri, et contra occurrentes pestiferorum conatus galeam salutis induere. Perge igitur, dilecte et gloriose fili, ut Deus omnipotens serenitatem tuam et regnum coelesti protectione prosequatur, et angelis suis mandet ut custodiant te in omnibus viis suis et det tibi in circuitu de inimicis suis victoriam[2].

Eum orat, ut afflictis Ecclesiae rebus succurrat.

EPISTOLA II[3].

Ostendens humanas animas per parentes propagari non posse, universos Galliarum episcopos hortatur, ut huic errori, quem haeresim appellat, pro viribus obsistant.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis per Galliam constitutis Anastasius Papa.

Bonum atque iucundum Davidicus sermo designat *habitare fratres in unum*[4]. Nam nos licet terrae spatia longinqua discernant, spiritu tamen, qui unus esse debet in omnibus catholicis, oportet esse coniunctos. Laudavimus fratris coepiscopi nostri Arelatensis sollicitudinem, quia nobis, ut arbitramur, necessariam materiam praedicationis ingessit contra haeresim, quam inter Gallias affirmat exortam, quae putat rationabili se assertione suadere, quod humano generi parentes ut ex materiali faece tradunt corpora, ita etiam vitalem animae spiritum tribuant. Quos debet fraternitas vestra monitis, praedicationibusque suis a vana falsaque persuasione revocare. Nam in utroque, quod Deus bene faciendo usque ad praesens tempus operatur, Scripturae sanctae non ambigua testatur assertio; siquidem ipse, qui dixit: *Crescite, et multiplicamini, et replete terram*[5], in hac benedictione opus exercet. Et rursus si a mandatis suis et lege proposita exorbitaverint, quod eis pro malo usu, et temeritate arbitrii sui eveniret, certa praecepti auctoritate distinxit[6]. Quomodo ergo contra divinam sententiam carnali nimis intellectu, animam ad Dei imaginem factam putant horum permixtione diffundi atque insinuari, quum ab illo, qui ab initio hoc fecit, actio ipsa hodie quoque non desinat, sic ipse dicens: *Pater meus adhuc operatur, et ego operor*[7]? Non ergo ad illius temporis solius haec pertinet operatio, sed per omnia spatia, quae currunt per volumina saeculorum, quum et illud debeant intelligere, quod scriptum est: *Qui vivit*

R. Pontificis cum caeteris episcopis coniunctio.

Haeretice affirmatur, e parentibus humanas animas tradnci.

Nam Ss. Scripturae parentum operationem ad solum corpus circumscribunt.

Neque haec hodie cemendum immutata.

1 Rom. IV 48, ubi Vulg. legit: *qui contra spem in spem credidit.*

2 Ex dictis in praecedenti adnot. 4 facile colligitur, ep. hanc datam fuisse sub init. ann. 497, ut ipse asserit Jaffè op. cit., pag. 61.

3 Hanc de Traduceismo epistolam, quam alibi editam non legimus, a pag. 5 celeberrimi cod. Card. Deusdedit, qui in Vat. biblioth. asservatus numerum praefert 3833, diligenter excerpsimus, et amanuens. erroribus expurgatam damus, quin eius authentiam utcumque vindicemus. Praestat tamen animadvertere, Fausti Reiensis de animabus corporeis figmentum tunc temporis vigere, quae opinio quantum Traduceistis faveat, nemo non videt.

4 Ps. CXXXI, 1.

5 Gen. I, 28.

6 Ibid. II, 16, 17.

7 Ioann. V, 17, ubi apud Vulg. legitur *usque modo operatur*.

in aeternum, creavit omnia simul[1]. Si igitur antequam Scriptura per species singulas in singulis quibusque creaturis ordinem rationemque disponeret, potentialitas negari non potest, et causalitas in opere pertinente ad creanda omnia simul, a quibus consummatis in die septimo requievit; nunc autem visibiliter in opere pertinente ad temporum cursus usque nunc operatur: sanae doctrinae acquiescant, quia ille indit animas, *qui vocat ea, quae non sunt, tamquam sint*[2].

Ergo animae humanae a Deo creantur.

Nam dicant quis ad mundum miserit Iacob, vel Esau, sicut Malachias propheta testatur. Nonne ille qui antequam nasceretur unum odio habuit, alterum dilexit? Qui etiam intraturos homines hanc mortalitatem in utero matris agnoscit? Sic de Hieremia dicitur: *Priusquam te formarem in utero novi te, et priusquam exires de vulva sanctificari te, et prophetam in gentibus posui te*[3].

Idque pluribus Scripturae locis confirmatur.

Quamobrem quum illius operatio sit atque iudicium in electione bonorum, malorumque reprobatione, propterea scientia sua alios per gratiam deducit ad praemium, alios per iustum iudicium debitum permittit sustinere supplicium. Nisi forte ad Gentilium se conferant [4] suspiciones, qui dicunt unam animam vegetabilem, alteram rationalem, quum non quorumdam somnia incerta, sed divinae Scripturae debent exempla et veritatem respicere.

Frustra confugiunt Traduciani ad Ethnicorum de duabus animis commentum.

Nam quum quatuor menses in utero conceptum certissimum sit spiritum sortiri, ubi iam parentum desiit officium, a quo putent illum limum materialem fuisse animatum, quum, sicut dictum est, nulla hic delectatio, vel opus patris vel matris existat? Post quantum vero temporis dicatur ab ipsis mulieribus conceptus in utero vivificari, non credimus latere prudentiam vestram, quum satis in hoc certissimi fieri debeant, qui huiusmodi persuasionibus laborant. Itaque, dilectissimi, ego absens corpore, spiritu vero praesens vobiscum, ita redargui volo, qui in novam haeresim prorupisse dicuntur, ut a parentibus animas tradi generi humano asserant, quemadmodum ex faece materiali corpus infunditur, ut sciant secundum apostolicam praedicationem se quidem iam mortuos.

Qui Traducianum docet gratiae mortuus habetur.

Nam ita ab ea dicitur: *Qui secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapiunt, qui vero secundum spiritum sunt, quae spiritus sunt sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus vita et pax. Quoniam sapientia carnis inimica est ipsi*[5] *Deo. Legi enim Dei non subiicitur*[6], *nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt*[7]. Intelligant igitur cum tali prudentia sua, qua in carne, quae secundum condemnationem peccati in Adam primo semel mortua est, putant vitam hominum contineri, se non tanquam viventes hoc loqui. Nam quum ipse apostolus eos doceat, quod in praevaricatione, atque in delicto suo ab initio nonsolum ipse mortuus sit, sed omnis, quae ab eo descendit, futura progenies[8], quam putant isti vitam proli suae mini-

Per parentes solum mors, tamquam poena peccati potest propagari.

1 Eccli xviii, 1.

2 Rom. iv, ubi legit. *et vocat ea, quae non sunt, tamquam ea, quae sunt.*

3 Ierem. i, 5, ubi Vulg. ait *in gentibus dedi te.*

4 Haec periodus in cit. cod. mox legitur post verba « *qui huiusmodi persuasionibus laborant* ». Verum quum ita oratio suo nexu dissoluta procederet, nos forte amanuens. errorem castigantes huc referendam putavimus.

5 Vulg. omittit *ipsi*.

6 Ibid. *non est subiecta.*

7 Rom. viii, 5 et seqq.

8 Rom. v, 14, ubi Vulg. legit ...*regnavit mors ab Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae, qui est forma futuri.*

strare, ut quam ipsi in Adam perdiderunt vitam, possint propagare, quam non habent [1]? Audiant igitur hoc eumdem beatum Apostolum dicentem: *Sicut per unum hominem in hunc mundum peccatum intravit, et per peccatum mors, et ita in omnes mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt* [2]. Quid ad hoc mortui homines loqui possunt, ut rationabiliter dicere videantur [3] transiisse de parentibus vitam, quam magister gentium dicit amissam? Restat itaque, ut mortem solam proli ex se venienti, antequam renascatur in Christo, progenies omnis ministrare videatur, et idcirco Adam secundus a nobis in renascendo suscipitur, ut mors, quae per culpam in primo Adam suscepta fuerat, excludatur. Intelligant igitur mortui homines, si quis inest sensus vel modicus, oportere se renasci per baptisma, ut vitam, quam perdiderunt per Adam primum, recuperent per secundum. Nam ab initio ex Geneseos lectione cognoscant, quam bene et quam clementer Deus universa condidit, ut et de vivescente semper nascentibus vita donaretur; quo putant fortasse pie ac bene se dicere, ut animas manare dicant a parentibus, quum sint peccatis implicitae. At ab ipsis sapienti debent separatione discerni, quia ab illis nihil aliud potest tradi, quam quod ab ipsorum mala praesumptione commissum est, idest culpa poenaque peccati. Quapropter ducem secuta progenies evidenter ostendit, ut pravi homines distortique nascantur. In quo solo utique Deus nullam communionem habere perspicue cernitur, qui ne in hanc necessitatem calamitatis inciderent, geminato mortis terrore, prohibuit atque praedixit [4]. Itaque propter ducem quod a parentibus traditur, evidenter apparet, et quod ab initio usque in finem vel operatus sit Deus, vel operatur, ostenditur. Et ne parva nobis, quae strictim diximus, Scripturae documenta videantur, scriptum legimus: Nonne omnem flatum ego feci [5]? Quomodo ergo isti novi haeretici a parentibus dicunt foetum, et non a Deo, sicut ipse testatur? An sibi volunt potius credi, quam Deo omnipotenti? Et ipse Adam profitetur dicens, hominem fieri non a se, sed a Deo, dum dicit: *Posuit mihi Deus semen* [6], hoc est filium nomine Seth post Abel, quem occidit Cain. Non ergo dixit: *Posui mihi*, sed *Posuit mihi Deus*. Quomodo isti e contrario a parentibus dicunt factum, quod divina Scriptura confutat? An illic, fratres charissimi, aliquid dubitationis existit, in quo possint aliquem saltem colorem offerre perfidiae suae, quum dicit Deus ad Moysen: *Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum et surdum, videntem et coecum? Nonne ego* [7]? Innumera quidem sunt exempla divinae Scripturae, quae sive in prophetis, sive in diversis libris Iob, Ruth, aliisque auctoribus, qui in Ecclesia canonicam obtinent auctoritatem, invenire poteritis, quibus, his fortasse praedicationi vestrae reluctantibus, vincentes possitis adniti. Nos vero inter multas diversasque occupationes haec interim per indicem titulum

Cui tamen per sacrum baptisma reparatur.

Ideo homines nascuntur pravi, in quo tamen Deus nullam habet communionem.

Licet facti sint ab ipso.

Variae haereses strenue resistendum.

1 Forte ita legendum: *quam putant isti vitam proli suae ministrare? Num quum ipsi in Adam perdiderunt vitam, possunt propagare quam non habent?*

2 Rom. v, 12, ubi Vulg. ait: *in omnes homines mors pertransiit.*

3 Supple *in se.*

4 Scilicet in Gen. II, 16, 17, ubi ait: *Ex omni ligno paradisi comede. De ligno autem scientiae boni, et mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.*

5 Forte innuit illud Is. LVII, 16: *Spiritus a facie mea egreditur, et flatus ego faciam.*

6 Gen. IV, 25.

7 Exod. IV, 11.

significasse sufficiat, ut vos, velut conministri, ducem sequentes mecum in hoc pugnare debeatis, nequando catholicae Ecclesiae per miseras atque inventicias superstitiones reprehendendae maculae foeditas ulla nascatur, regali et davidica voce inclamantes: *Scitote quod Dominus ipse est Deus, quoniam ipse fecit nos, et non ipsi nos*[1]. Credimus quia in hac clarissima tuba omnis improbitas conquiescat. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

Data x kal. Septembris filio[2] Paulino V. C. Cons.

Dat. die 28 Augusti, an. 498.

1 Ps. xcix 3, ubi apud Vulg. ita legitur: *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse.*

2 Forte quis legeret *Decio Paulino*, non penitus absonum existimans, amanuensis alicuius imperitia antiquas litteras ΘΕ<ΙΘ fortassis ipsa vetustate abrasas facile in vocem *filio* fuisse conversas; ni potius velus monogramma F<. male interpretatum autumans, *Flavio* legendum putaret. Sane triginta circiter post annos et fasces rexit consulares Flavius Theodorus Paulinus Iunior, et apud veteres superior loquendi formula usitata non erat, qui patrem a filio per vocem *senior*, *et iunior* distinguere consueverant; vel si quando *filii* voce ad hoc uterentur, eam postremo nominum loco ponebant.

S. SYMMACHUS[1].

An. C. 499

EPISTOLA I[2].

Episcopi Aquileiensis electionem commendans, huic libentissime assentitur, illique omnia fausta adprecatur.

Symmachus Episcopus Ecclesiae catholicae urbis Romae Liberio patricio[3] salutem.

Litteris de Aquilei antistitis electione nil obiiciendum.

Cum[4] pro veneranda[5] religione conscientiae verba dirigitis in Aquileiensis electione Pontificis, et divinis initiata lingua cultibus militat consecrando, in ignoti nos diligentia sermonum vincula tenuerunt; quia nihil superat iudiciis, quoties aliquid probatus extulerit. Quid enim sententiae sequacium derelinquat, quando iustitiae obsequitur, cuius in examen definitio non vocatur? Agitis bono conscientiae quod vestro vix negaretur imperio. Exhibuit inter arbitros[6] Marcellini venerabilis collegam maximus hominum[7] humilitate sublimior, et ne po-

Haec enim religiosissime peracta.

1 Novem huius Pontificis epistolas, et sex earum fragmenta cum probat. editis et vat. codd., ubi par fuit, accuratissime collatas sumus edituri, ea omnia omittentes, quae critici tanquam indubie spuria reiiciunt. Inter quae profecto vel illa ad Laurentium Mediolanensem ep. recensenda est o cl. Mansi in *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 210 rursus edita: nec enim Symmacho congruit, nec ad Laurentium referri patitur allusio ad *Maximi* vocabulum, quae in ea continetur, multoque minus orationis stylus, quem praefert. Revera dictio est Ennod. tertia data Steph. V. S. vicario dicenda Maximo Episcopo, quam facile invenies apud Mign. op. c. tom. LXIII col. 641. Unde merito Bolland. tom. IV ad diem Iul. 12 utpote pseudigrapham respuit.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1292, ubi ad margin. ita legitur: « *Est Ennodii prima, libr.* V ». Et re quidem vera ibi reperitur, omnesque *Concil. Collect.* tamquam Symmachi nomine ab Ennodio scriptam inter epistolas h. Pontif. retulerunt. Porro ipse Jaffè op. c., pag. 62, hanc inter genuinas recenset, cui tamen sententiae Cont. Const. non accedit. Vid. Migne *Patrol. Curs. complet.* tom. LXIII, col. 85 ad not. 1.

3 Hic in Synodo Arausicana II omnibus suis nominibus ita subscribit: « *Petrus Marcellus Felix Liberius V. C. et inl. Praefectus Praetorio Galliarum, atque Patricius consentiens subscripsi* ».

4 Al. cum cod. Vat. 1340 *Dum.*

5 Hard. perperam *venerandae.*

6 Honoratos videlicet, quorum arbitrium, ac testimonium in antiquissimis episcoporum electionibus requirebatur, ut videre est in ep. V S. Leonis § VI, pag. 12 h. vol., col. 2.

7 Haud mirum, quod Liberius maximus hominum praedicetur, nil enim habuit aetas illa Liberii nomine illustrius; quippe qui diversis muniis primum sub Odoacre, et Theodorico regibus, mox sub Theodato, et Iustiniano imperatore summa cum laude perfunctus est. Unde Procopius de ipso inquit: ανηρ καλος τε και αγαθος διαφεροντως, λογου τε του αληθους επιμελεισθαι εξεπισταμενος.

testati favor per obliquos adscriberetur[1] interpretes, quod de proprio descripsit ingenio[2], laudati innxit ad pretium. Egistis mediocrem, ne praecelsi esset suspecta praedicatio; clarissimorum testimonia, ut vires accipiant culmina, castigantur. Felix sacerdotium, cui facem[3] praetulit plena mens luminis. Beata conversatio, quae idcirco in discussionem deducta est, ut, tanto viro adstipulante[4], superaret; quae[5] non didicisset saporem victoriae, nisi subiacuisset incertis. Semper innocentibus gloriam adversa pepererunt; providet defensores fortissimos mediocris impugnatio. Sed quid epistolae terminos loquacitate produxi, coactas lege paginas[6] in humana concinnatione transgressus? Iungo et ego amplissimis patribus vestris[7], pro modulo exiguitatis propriae, vobis, coelo obsequente, consensum; et quod mirabile inter homines habetur, consideratione vestri attrahor ad amorem. Inspirata mihi per alterum placet affectio, dum manet charitas[8] imis inserta visceribus. Peregrinante persona, comitem se tamen coelestis gratia desideriis iungat, et dum cupitis datur effectus[9], aut inveniat bonum pontificatus, aut faciat[10].

Adversa in gloriam cedunt innocentium.

Aquileiensis episcopi electioni consentit.

Eique bonum pontificatum exoptat.

Data XVIII kalendarum Novembrium, indictione octava.

Dat. die 15 Octobris, an. 499.

EPISTOLA II [11].

Aeonii relatione accepta, praecipit, ut ipse, et Viennensis episcopus singuli clericum suum de tota causa probe instructum Romam mittant, ne de eorum controversia quid temere decernatur.

Dilectissimo fratri Aeonio Symmachus.

Movit equidem nos, quod dilectionis tuae relatio declaravit, namque[12] contra regulas ecclesiastici constituti, et adversum reverentiam canonum tractum[13] per subreptionem Viennensis Ecclesiae Pon-

Aeonii ad Sedem A. relatio

1 Cod. Vat. 1344 erronee *ascribentur*.

2 Cod. Vat. 1340 et 1344 cum Sirmondo forte melius *decerpsit ingenio*. Cont. Const. *decerpsit genio*.

3 Al. cum cod. Vat. 1340 perperam *faciem*.

4 Cod. Colb. *Adfabulante*: Navarr. et Pith. *affabulante*. Cod. autem Vat. 1344, forte melius *affabulantes*.

5 Cit. cod. 1340 inepte, ut videtur, ad context. *qui*.

6 Cit. cod. 1344 sane aman. vitio *coacto lege paginas*.

7 Ita et Sirmondus. Cod. tantum Colb. perperam legit *amplissimis patribus nostris*. Al. cum codd. Vat 1340, et 1344 *amplissimis partibus vestris*, vel *amplissime partibus vestris*.

8 Hard. male, ut videtur, *caritatis*.

9 Cod. Vat. 1340 sane perperam *affectus*.

10 Hic apud Eonod. intra parenth. legitur: « *Valete, mi domine, et amantem vestri crebris relevate colloquiis: ut si non exigat negotiosas frequentia paginae, praestentur affectui.* » Quae sane verba omnes Simmachi codices reiiciunt. E scribarum tamen more non abest, ut aliquando huiusmodi dicta ad ep. calc. suo nomine adiiciant.

11 Ex Baron. ann. 499, § XXXVII, qui cum aliis *Concil. Collect.* hanc ep. sequenti perperam postponit. Et re quidem vara primam collocari debuisse probat tum rectus ordo, qui priusquam auditae sint partes, iudicium ferri non patitur; tum ipsae notae consulares, ipsis adsignatae. De qua re vid. Maur. *Conc. Gall.* tom. 1, pag. 681. Putavit insuper vir cl., hanc et alteram epistolam post Paulini consulatum datas scriptas fuisse ad Caesarium, non vero ad Aeonium Arelatensem Episcopum. Quod sane falsum omnino est; siquidem S. Caesarius initio tantum sequentis saeculi Arelatensis Episcopus renunciatus est. Vid. Pag. apud Baron. loc. cit.

12 Al. recte ad sensum *nempe*.

13 Al. apte ad sensum *adversus reverendorum canonum tractatum Vienn. Eccl. Pontificem de Apostolica, praesidente praedecessore nostro, sede culpabiliter meruisse*.

tificis, Sedi Apostolicae dudum [1] praesidente praedecessore nostro [2], se inculpabiliter aliqua meruisse; quum, si sit vera conquisitio [3], effectum non possint impetrata frivole possidere, nec a nobis aliquid novi poterit ordinari, nisi quae a Patribus praedecessoribusque nostris in [4] hac causa statuta claruerint. Tamen ne facile alterius partis absentia praeiudicabiliter videremur aliqua decrevisse, id magis duximus ordinandum, ut fraternitas tua competenti tempore de ecclesiastico ordine instructum non moretur et [5] omni causa dirigere, qui apud nos veritatem causae competenter alleget; quatenus, pertractatis omnibus, quod statuendum est, sub deliberationis robore sentiatur [6]. Illud etiam dilectionem tuam facere debere praecipimus, ut fratrem et coepiscopum nostrum Viennensis urbis antistitem, misso nuntio et scriptura, commoneat, ut constitutis diebus is quoque hominem proprium dirigat, qui partis eius allegatione competenter insinuet, ut de promotis [7] ab utraque parte [8] suggestionibus, securius quae in perpetuo [9] servanda sint, disponantur. Quia semper suspectus indicat qui sub unius quod videtur eligit deploratione sancire. Dominus te incolumem custodiat, frater carissime.

Clericus de tota causa instructus Romam ab ipso mittendus.

Itemque alter ab Episcopo Viennensi.

Etenim sub unius partis deploratione nil sanciendum.

Data sub die III [10] kalend. Novembr. P. C. Paulini V. C.

Dat. die 30 [11] Octobris, an. 499.

EPISTOLA III [12].

Rescissis quae Anastasius in Viennensi controversia adversus veterum statuta decreverat, antiquas Sedis Apostolicae constitutiones iubet custodiendas.

Dilectissimo fratri Aeonio [13] Symmachus.

Dilectionis tuae litteras, mandataque, filio nostro Crescentio presbytero internuntio [14] deferente, suscepimus, quibus constat inter [15] Arelatensem et Viennensem Ecclesiam aliquod de ordinandis episcopis in vicinis civitatibus oriri luctamen; illa re videlicet faciente, quod decessor noster sanctae recordationis Anastasius, tractans confusionem provinciae, aliqua contra veterem [16] consuetudinem insserit observari, decessorum suorum videlicet ordinationem, quod [17] non oportebat sub qualibet necessitate, transgrediens [18]. Nam dum ad Trinitatis instar, cuius una est atque individua potestas, unum sit per diversos Antistitis sacerdotium; quem-

De episcoporum ordinatione nil ab Anastasio fuisset sine gravi necessitate innovandum.

Nam, ut una Trinitas, ita unum per diversos antistit. sacerdotium.

1 Sirmond. partic. *dudum* omittit; nec ad rem inepte, ut videtur.

2 « Scilicet Anastasio ». Cout. Const.

3 Al. *conquestio*. Rectius, ut videtur.

4 Al. forte mendo typograph. omitt. *in*.

5 Al. add. *de*. Quaedam autem mss. legg. *ex omni causa*. Forte legend. *instructum non moretur omni causa*.

6 Al. forte rectius *sanciatur*.

7 Al. aptius ad context., ut videtur, *depromptis*.

8 Al. forte mendo typograph. omitt. *parte*.

9 Al. *in perpetuum*.

10 « Codex unus sub die VI: alii cum editis sub die III ». Contin. Const.

11 Jaffè l. c. dubius haeret utrum dota fuerit die 21, an potius 30 Octobris.

12 Ex Baron. ann. Christi 499, § XXXVI.

13 Ita et Maur. *Concil. Gall.* tom. I, pag. 683, quibus consentit Labb. *Concil. Collect.*, tom. IV, col. 1291, ubi ad marg. sic legitur: *Caesarii nomen irrepserat, qq. errore gravissimo*; ut nos in super. ep. ad not. 11 satis demonstravimus.

14 Al. *internuncio*.

15 « Cod. reg. *in Arelatensem* ». Maur. ibid. Sed perperam.

16 « Arel. mss. *veterum* ». Maur. ibid.

17 « Cod. reg. *quam* » Maur. ibid. Sed ad orat. inepte.

18 Innuit Ss. Leonis, et Hilari de hac re constitutiones, quas videre praestat pag. 9 h. vol. et pag. 85 vol. 1 h. op.

admodum priorum statuta a sequentibus convenit violari? Huc accedit, quod [1] haec sit sententiarum varietas ad ipsam sacrosanctam catholicam religionem credimus pertinere, cuius omnis potestas infringitur, nisi universa, quae ad invicem sacerdotibus [2] semel statuuntur, perpetua sint. Quod alias [3] contingere poterit, si successor decessoris actibus non tribuerit firmitatem, et roborando quae gesta sunt, faciat rata esse, quae gesserit. Quanta enim vicariis beatissimi Petri Apostoli iudicabitur esse reverentia, si quae in sacerdotibus praecipiat [4], eisdem transeuntibus, dissolvantur? Relegentes ergo veterum antistitum super hac causa ordinationes, quibus ecclesiasticum gravatur scrinium, dilectionem tuam enixissime commonemus, ut in ordinandis per singulas urbes sacerdotibus cana [5] ac reverenda servetur antiquitas, nec novella constitutio vetustae sanctionis robur imminuat; quia non aliter inter vos poterit servari concordia, nisi novis cupiditatibus antiquitatis reverentia modus prudentiori adhibeatur consilio. Dominus te incolumem custodiat, fili et frater carissime.

Itaque decessorum statuta non infringenda

Aeonio igitur in sacrandis episcopis antiquitati standum

Data III kalendas Octobris, iterum P. C. Paulini Iunioris V. C.

Dat. die 29 Septembr. ann. 500 [6].

EPISTOLA IV [7].

E data ad Aeonium responsione nil Aviti iuri praeiudicatum ostendit, et hunc hortatur, ut quidquid in sui defensionem allegandum existimet, fidenter proponat.

Dilectissimo fratri Avito Symmachus.

Non debuit charitatem tuam offendere, quod ad fratrem et coepiscopum nostrum Aeonium nuper rescripsimus. Non enim iuri tuo, dilectissime frater, praeiudicatum fuit, cum nos, inaudita parte et absque competenti instructione, non posse iudicare respondimus. Unde fraternitati tuae salvum est allegare quod putaverit allegandum, et proponere quod viderit proponendum. Nam licet confusionem provinciae a praedecessore nostro

Aviti ius per S. A. non imminutum.

1 « Cod. reg. *quod haec si eveniat*; cod. Colb. *quod haec si valeat*; Sirmond. *quod ne sit* ». Maur. ibid., quarum lectionum Cont. Const. primam adprobat; nos cum Labb. l. c. postremae accedimus, quippe quae orat. context. magis consona videtur.

2 Al. optime *a Domini sacerdotibus.*

3 Cod. Arel. perperam *Quod aliis;* sed Cont. Const. ad sensum apte *Quod ita.*

4 Al. ad sens. inepte *praecipiant*. B. enim Petrus per suos vicarios praecipit quae, eisdem transeuntibus, dissolvi non debent.

5 « Cod. reg. *canonum*. Sed est vox interpolata partim recenti manu ». Maur. ibid.

6 Hic al. add. « *Dominicum Pascha* VIII, et al. IX *kal. Aprilis*, quae formula Pasch. diem seq. ann. indicabat. At vel minus consideranti patet, Paulinum consulatum egisse ann. 498, ideoque si haec ep. vere data fuit *iterum* P. C. Paulini, non ambigendum scriptam fuisse ann. 500, non quidem 499, ut clariss. Baron. falso arbitratur. Iam vero ann. 501 Dominicum Pascha in Aprilis diem vigesimum secundum incidebat; igitur pro VIII kal. Aprilis scribendum fuit X kal. Maias. E nota autem consulari, inquit Pagius, expungendum est epitetum illud *Iunioris* Paulino tributum; ab hoc enim nullus eiusdem nominis consul intercesserat, ac proinde vox illa per aliquem sciolum intrusa est retinenda. Vid. Maur. et Pag. apud Baron ll. cc.

7 Ex Labb. *Concil. Collect.*, tom. IV, col. 1311. Porro nota chronica requirit, ut hanc epistolam hic collocemus. Videat autem lector, utrum antecedenti sit praeponenda. Certe post emissum illud S. A. iudicium nullus locus huic epistolae videtur relinquendus. At vero tempus superiori adscriptum offert ne indubiam notam certitudinis? Nonne advertimus vocem *Iunioris* ibi fuisse adiectam? Nonne Paschatis dies ibi indictus cum insequenti anno minime congruit?.... Quin immo ipsa not. chron. h. ep. IV est ne certissima? Vid. not. 1 pag. seq.

sanctae memoriae Anastasio episcopo praeter Ecclesiae consuetudinem, et antiqua praedecessorum nostrorum statuta factam esse diximus, et non esse tolerandam, attamen si ea quae fecit, rationabiliter fecisse fraternitas tua docuerit, gaudebimus nihil esse ab eo contra canones attentatum, quia quod sit praeter regulam, modo sit ex iusta causa, non infringit regulam, quam sola pervicacia et antiquitatis contemptus laedit. Nam quamvis a Patribus statuta diligenti observatione, et observanti diligentia sint custodienda, nihilominus propter aliquod bonum de rigore legis aliquid relaxatur, quod et ipsa lex cavisset, si praevidisset. Et saepe crudele esset insistere legi, cum observantia eius praeiudicabilis Ecclesiae videtur; quoniam leges ea intentione latae sunt, ut proficiant, non ut noceant. Quamobrem pergat dilectio tua rationes, quae praedecessorem nostrum ad tractandam praedictam confusionem impulerunt, ad nos dirigere, ut et sciamus quid fuerit statuendum, et in Domino laetemur, beatae memoriae Anastasium nihil fecisse retractandum. Deus te incolumem servet, frater dilectissime.

Anastasium Patrum statuta imre fuisse praetergressum ab Avito demonstrandum.

Ea enim non infringit qui ex iusta causa agit.

Siquidem leges latae ad bonum, non vero ad malum.

Avitum urget, ut rationes suas exponat.

Data III idus Octobres, Avieno et Pompeio [1] consulibus.

Dat. die 13 Octobris, ann. 501.

1 Nec voler. inscriptiones, nec publica Rom. synodd. acta, nec ipsa, quod magis est, Theodorici regis edicta, sive Probum, sivo Pompeium duorum Avienorum collegas nomioant: « unde fit, ait clariss. De Rossi *Inscript. Christ.* vol. I pag. 413 col. 2 sub med., ut valde mirum mihi videatur, Symmachi Pontificis ep. dat. III id. Octobr. hac consignatam formula esse *Avieno, et Pomp. conss.*, et de Pompei nomine per aliquem can. collectorem adiecto, atque interpolato valde suspicer. ». Quum autem ep. textus hanc superiori praecessisse innuat, perpendat vir sane egregius, oumerisque omnib. absolutus, utrum quid certius de hac oota chron. sit asserendum.

EPISTOLA V[2].

Afrorum Antistitum constantia laudata, eos in adversis solatur, ac martyrum reliquias mittens in proposito confirmat.

Dilectissimis fratribus Episcopis Afris [3] Symmachus.

Lucrum forsitan pularet inimicus, si inter pericula, quae christianis indixit, credentium animos subegisset, et, per diversa Domini grege disperso, non superesset [4] vel inter paucos, a quibus possit fide perseverante calcari. Regnat adhuc ille in numero vestro, qui sibi non tam in multitudine, quam in devotione complacuit. Scriptum est enim datam Satanae potestatem, ut servos Christi cribraret [5], ut quod de tritico inveniri posset, horreis iungeretur; quod de paleis, ad ignium alimenta transiret. Ad vos specialiter dictum est: *Nolite timere pusillus grex; complacuit Patri vestro dare vobis regnum* [6]. Venit inter vos gladius perfidorum, qui marcida Ecclesiae membra resecaret, et ad coelestem gloriam sana perduceret. Quos [7] habeat Christus milites, certamen ostendit; qui triumphum mereatur, per bella cognoscitur. Nolite metuere, quod pontificalis a vobis apicis infulas abstulerunt. Vobiscum est sacerdos ille vel hostia, qui non tam

Episcoporum constantia.

Hostium praesentia non timenda.

2 Ex Mansi *Concil. Collect.*, tom. VIII, col. 217. Nemo autem dubitat, hanc epistolam ab Eonodio fuisse scriptam Symmachi nomine, quippe quae est 14 lib. II opp. h. auctoris.

3 Hi sunt exules Africae episcopi ducenti viginti, quos Trasamundus Vandalorum rex ob catholicam fidem streoue, et constanter adsertam in Sardiniam relegarat. Vid. Migne op. c. tom. LXIII, col 45.

4 Lege potius *non superessent.*

5 Luc. XXII, 31, ubi apud Vulg. legitur: *Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum.*

6 Luc. XII, 32, ubi Vulg. ait: *quia complacuit.*

7 Sirmond. forte minus apte ad context. *Quot.*

honoribus consuevit gaudere, quam mentibus[1]. Maiora sunt confessionis praemia, quam nominatae munera dignitatis. Ad illa plerumque etiam minoris meriti personas favor humanus adducit; ista nisi gratia superna non tribuit. Ipse enim in vobis et pugnavit et vicit, quem fides meretur et inter hominum tormenta sociari.

Christus enim in suis pugnat, et vincit.

Prolixis non est opus ad fervorem in vobis coelestem animare colloquiis. Habet incrementa sua divinae virtutis incendium. Non est opus, eos in trophaeo iam positos attolli laudibus, qui sine monitore vicerunt; gravant[2] conscientiam christiani quidquid afferunt blandimenta praeconii. Res quidem virtutis est quam fecistis, sed summi praemii restitutione superanda. Quod tamen, directis ad filium nostrum N. Ennodium[3] diaconum litteris, sperastis, beatorum Nazarii et Romani benedictionem poscentes, fidelibus non negamus. Accipite veneranda patrocinia invictorum militum, quia et iam[4] vestram piam fidem in praeliis imperator agnovit. Feliciter confessionis munera consummare[5] dabit Deus, cum ipsi placuerit reducere Ecclesiis quietem: ut et moerorem, quem induxit[6] adversitas, pacis dulcedine consoletur[7].

Episcopos in bono proposito confirmat.

Easque Nazarii, et Romani reliquias mittit.

Spem futurae quietis praebet, illos consolatur.

EPISTOLA VI[8].

APOLOGETICA ADVERSUS ANASTASII IMPERATORIS LIBELLUM FAMOSUM[9].

Calumnias refellens ab Anastasio sibi obiectas, earum causam aperit, ipsumque a catholica veritate abhorrentem cuiusvis haeresis patronum ostendit.

Ad augustae maiestatis[10] Gratiani imperatoris epistolam octo libris beatus respondit Ambrosius[11]; quia pro fide catholica et illum non piguit prolixius

Pontificis est imperatorem libere alloqui, huius patienter eum audire.

1 Forte legend. *contemptibus*.

2 Sirmond. *gravant*, et mox *affert*. Forte mel.

3 Ennodii nomen deest in ms., et in cit. textu Enn., ubi non *N*, sed *H* legitur, quae littera, plane consonat nomini Hormisdae hoc temporis in Ecclesia diaconi. Porro qui de Ennodio eam interpretantur, ut caetera omittam, a monogrammo discedunt, nobisque convenit et Sirmondus l. c.

4 Sirmond. expungit *iam*.

5 Mans. et Labb. ad marg. *consummate. Dabit*. Cit. vero text. ita hunc locum expedit: *Accipite veneranda patrocinia invictorum militum; et quia vestram iam fidem in praeliis imperator agnovit, feliciter confessionis munera consummate. Dabit Deus, cum ipsi placuerit, reducem Ecclesiis quietem; ut moerorem* ».

6 Al. *indixit*, sed recte minus, ut videtur.

7 Iuxta Iaffè op. c., pag. 63. dat. c. ann. 508.

8 Ex Caraf. *Epp. Rom. Pontif.* pag. 426. Paragraphos vero nimia inconcinne dispositos aequa ratione dividere existimavimus.

9 Baron. sic legit: *Symmachi Episcopi Romani apologetica adversus Anastasium imperatorem*. In cod. autem Griman. hic titulus epistolae praefigitur: *Epistola beatae memoriae Symmachi Papae Romanae Ecclesiae ad Anastasium imperatorem Eutichianae haeresis defensorem*. Quod vero Symmachus post mortem *beatae memoriae* nuncupetur, evincit, crimina quibus hunc pontificem insimulare nisi sunt eius adversarii, nequaquam obstitisse, quominus vir sanctus et haberetur, et appellaretur. Agobardus quoque in Tractatu *De Dogmate Felicis*, et Cyprianus in *Vita S. Caesarii*, lib. I, n. 22 Symmachum appellant beatum. Bolland. vero, t. IV, ad diem Iulii 19, pag. 642 de Symmacho ita loquitur: « Mihi quidem mirum plane visum est, Tillemontium in Commentariis suis Ecclesiasticis tom. XVI materiam sibi studiose sumpsisse, ut ita optimi Pontificis gesta potius vellicaret, quam laudaret ».

10 Cont. Const. cum cod. Grim. *memoriae*. Ad rem forte melius.

11 Notantur Ambrosii libri quinque *De Fide*, et tres *De Spiritu S.*, quos S. Doctor Gratiani rogatu, vel hortatu elucubravit. Et quidem in

praedicare, et hic non fastidivit gratanter accipere. Haec dixerim, ut si modum libelli promendo collegerim [1], non existimer quae non oportuit locutus. Si mihi, imperator, apud exteros reges, eosque totius divinitatis ignaros pro fide catholica dicendum foret, quidquid eius veritati rationique congrueret, etiam praetenta morte, perorarem. *Vae mihi erit si non evangelizavero* [2], meliusque est [3] iacturam vitae praesentis incidere, quam sempiterna damnatione puniri. Verum tu si Romanus imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere. Si christianus princeps es, qualiscumque praesulis apostolici debes vocem patienter audire.

Anastasii contumeliae non dissimulandae.

Contumelias tuas, imperator, quas sub divino iudicio ipse perpendis, utrumne in me religiosa mente profuderis, fateor vel mei causa, vel tui dissimulare me non posse. Mei causa, promissionem Domini recolendo, dicentis: *Cum vos persecuti fuerint et dixerint omne malum adversum vos, propter iustitiam gaudete* [4]: tui autem, quia nollem sic meam gloriam provenire, ut te possit non mediocriter onerare. Et ego quidem dominicis et apostolocis eruditionibus institutus [5] benedictionem studeo tuis, imperator, referre maledictis, contumeliis honorificentiam reddere, et odiis redhibere charitatem. Sed vide, quaeso, ne ab eo qui ait: *Mihi vindicta, et ego retribuam* [6], quantum a me remittitur, tantum a te cumulatius exigatur.

Quid ex his Anastasio pertimendum.

Quid enim Christus dicat de his, qui vel nimirum [7] in eum [8] credentem scandalizaverint, Evangelium referat [9], non mea voce promatur. Sed fortasse dicis [10], imperator, potius te esse minimum, qui credas in Christo, et de te hoc rectius accipi, et me esse scandalizantem tuam fidem. Christus itaque Deus veraciter totus, et totus homo est sic conceptus, sic editus [11], sic conversatus in saeculo, sic passus, sic apud inferos, sic resuscitatus, sic cum discipulis apparens, sic elevatus in coelum, sic exinde dictus est esse venturus, sic hodieque in coeli regione persistit, dicente apostolo: *In quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* [12], et certe de eo dicit, quod nunc est ipse. Ergo ille est minimus [13], qui sic credit in Christum [14]. Sed huiusmodi in Christum

Quomodo credendum in Christum.

prologo lib. v *De Fide* n. 7 libros *De Sp. S.* pollicetur hisce verbis: « *Quinto igitur libro de Patris, et Filii, et Sp. S. inseparabili divinitate digerimus, sequestrata interim pleniore disputatione de Sp. Sancto* » quam scilicet postmodum tribus libris absolvit.

1 Recte cod. Grim. *ne si in modum libelli promenda* (ex imperatoris scripto) *collegerim, existimer quae non oportuit locutus*: quia nimirum libello potius, quam epistolari brevitate respondisse videretur.

2 Forte legend. *meliusque est in iacturam.*

3 I Cor. ix, 16, ubi apud Vulgat. legitur: *Vae enim mihi est, si non evangelizavero.*

4 Math. v, v. 19, 12, ubi iuxta Vulg. habetur: *Beati estis cum maledixerint vobis, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me: gaudete et exultate.* Hic autem nobis visum est locutionis gratia potius duo, quam unum punctum ab aliis interiectum apponere.

5 Innuit Luc. vi, v. 28 at seqq. et Rom. xii, 14 at seqq.

6 Rom. xii, v. 19, ubi Vulg. axpungit *et.*

7 Baron., at Cont. Const. aptius ad orat., et Evangel. textum *vel minimum.*

8 Baron. *in Christum.*

9 Scilicet Math. xviii, 6; Marc. ix, 41.

10 Cont. Const. *dices.*

11 Apud Labb. *sic editus* deest.

12 Coloss. ii, 9, ubi apud Vulg. voci *in quo* substituitur *in ipso.*

13 « Forte legend.: *Ille ergo est ille minimus....* » Cont. Const.

14 Cod. Griman., et Agobard. cum Cont. Const. forte rectius *in Christum, qui in huiusmodi Christum credit, non in Semichristum.*

credit, qui in integrum Christum credit, non in semichristum, et ideo non Christum, quia Christus non nisi integer, integer autem non nisi huiusmodi. De tali ergo in se credente dixit: ipse[1] etenim minimus eius, et parvus est, pro quo scandalizato quid promiserit[2], ipsius, ut dictum est, melius verbis ostenditur. Fortasse dicas, imperator: sed ego quoque talem Christum credo, et ideo inter eius minimos iure connumeror. Hoc gravius, si et talem credis, et talem non credentibus communione misceris: *Non solum*[3], inquit apostolus, *qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus*[4]. An communicare non est consentire cum talibus? Proinde aut doce alios[5] non esse, aut longe gravius, ut dictum est, contra notam sibi erit tendere veritatem. Contumelias[6] igitur, imperator, quas in meam proferendas putas esse personam, utinam quam mihi gloriosae sunt, ita te gravare non possent! Domino meo dictum est a quibusdam: *Daemonium habes, Vorator; de fornicatione natus*[7]; et putas quia ego debeam mihi dolere? Quam talia proferenti cautum est et divinis legibus et humanis? *In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum*[8]. Quid quum et humano et cum humano[9], te examinante[10], iudicio falsa fuerint approbata? Quid facies[11], imperator, in divino iudicio[12]? An quia imperator es, nullum Dei putas esse iudicium? Taceo quod imperatorem accusatorem esse non conveniat[13]. Postremo iisdem divinis humanisque legibus nemo possit esse accusator et iudex. Num quidnam[14] sub alieno iudicio dicturus es causam vel accusator adstabis?

In ipsum autem non credit qui sese cum haereticis immiscet.

Anastasii iniuriae divino, et humano iudicio reprobandae.

Dicis esse me Manichaeum. Numquid ego Eutychianus sum, vel Eutychianos defendo, quorum furor maxime Manichaeorum suffragatur errori[15]? Roma mihi testis est, et scrinia testimonium perhibent, utrum a fide catholica, quam

Manichaei notam a se reiicit.

1 Forte melius Cont. Const. *Ipse est ergo minimus eius, et parvus.*

2 « Porro superius dicta *Evangelium referat, non mea voce promatur*, insinuant, potiusquam *promiserit* legendum esse *prompserit* ». Cont. Const. Sed perperam; superius enim dictis sequentia verba respondent.

3 Recte ad context. Cont. Const. *Non solum enim.*

4 Rom. I, 32, ubi Vulg. legit: *qui ea faciunt.*

5 Baron. perperam *alienos*: sed optime ad sens. Cont. Const. *tales non esse*; cui consentit cod. Grimanicus. Scilicet: « doce eos Christum integrum, non semichristum credere ».

6 Lege *contumeliae.*

7 Ioann. VIII, 48, ubi Vulg. inquit: *Samaritanus es tu, et daemonium habes.* Matth. XI, 19, ubi apud Vulg. legitur: *Ecce homo vorax, et potator vini publicanorum, et peccatorum amicus.*

8 Baron. melius *stat.* Matth. XVIII, 16, ubi Vulg. legit: *Si autem te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.*

9 Baron. delet *et cum humano*, sed ad rem perperam, ut videtur.

10 Cod. Grim. recte *examinata*. Innuitur autem hic, ab Anastasio obiecta Symmacho fuisse crimina, de quibus eum adversarii apud Theodoricum accusantes dein convictum divulgarunt. Verum, Synodus Theodorici iussu congregata *hoc falsum esse*, ipso rege declarante, pronuntiavit. Quocirca et Avitus Viennensis *ep.* 31 scribit, eamdem synodum, *prout breviter* potuit, testificari, nihil vel sibi, vel gloriosissimo viro regi de his, quae Papae dicebantur obiecta, patuisse.

11 Al. perperam ad sens. *facis.*

12 Hunc locum, qui praesertim minus apta interpunctione corruptus videtur, ita restituerem: « *Domino meo dictum est....., et putas quia ego debeam mihi dolere, quum talia proferenti cautum est divinis legibus et humanis: in ore duorum..... stabit omne verbum? Quid quum et humano et cum humano examinata iudicio falsa fuerint approbata, quid facies, imperator, in divino iudicio?*

13 Forte legend. *non conveniat: postremo quod.*

14 Forte legend. *quandonam.*

15 Quatenus scilicet Eutychiani carnis a Verbo susceptae veritatem negare audebant.

in Sede beati apostoli Petri veniens ex paganitate suscepi, aliqua ex parte deviaverim. Procedat aliquis, et qualibet ratione convincat; alioqui [1] convicia sunt ista, non criminum probamenta [2]. Nescio utrum quibus obiicitur falsum, an falsis obiectoribus inimica [3] dicentibus, me non ordine consecratum: inter imbres lapidum totus [4] evasi; indicavit Deus [5]. An quia imperator es [6], divinum putas contemnendum esse iudicium? Sed fortasse dices, etiam indignantem Deum noxia quaeque plerumque permittere. Scriptum est. *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* [7]. Ostende ergo quid existimes arguendum, ut iratum maxime Deum, quae non conveneramt, permisisse demonstres. An quia Eutychianis nullatenus acquiesco? Me quidem ista non sauciant, sed te palam aperteque demonstrant [8], meum cogitasse honorem repellere, quem interventu suo beatus Petrus imposuit. An quia imperator es, contra Petri niteris potestatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, beatum Petrum apostolum in suo qualicumque vicario calcare contendis? An bene factus essem [9], si Eutychianis faverem, si Acacii nomini communicarem [10]? Latere non potest, cur ista praetendas. Conferamus autem honorem imperatoris cum honore pontificis; inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste divinarum. Tu, imperator, a Pontifice baptismum accipis, sacramenta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, poenitentiam rogas; postremo tu humana administras, ille tibi divina dispensat. Itaque ut non dicam superior, certe aequalis honor est. Nec te putes mundi pompa praecellere: *Quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus* [11]. Itaque videris, quid te deceat. Tamen cum in accusationem prorumperis, tam in [12] divinis legibus, quam humanis pari mecum sorte consistis [13]; in qua cariturus honore summo

Sese legitime consecratum ostendit.

Eius in Eutychianos constantia Anastasii calumniis occasio.

Inter Pontificis et imperatoris dignitatem discrimen.

Utrique tamen in iudicio par sors impendit.

1 Cont. Const. *olioquin*.

2 Al. inepte ad orat. *criminum comprobata*. Melius Cont. Const. *non crimina*. Symmachus autem sic fuit expers Manichaeismi per calumniam illi imputati, ut Manichaeorum codices et simulacra ante fores Basilicae Constantinianae eius iussu fuerint concremata, ipsique Manichaei in exilium pulsi. Vid. Sommier apud Anastas. Bibliothec., tom. III, pag. 218.

3 Cont. Const. *Nescio utrum quibus obiicitur falsum, an falsis obiectoribus inimica. Dicitis, me non ordinem*. Forte rectius.

4 Sensus requirit *tutus*, ut in mss. legitur.

5 Baron., et Pagius hic inniti putant quod ann. 501 ad synodum procedenti Symmacho accidisse testatur Ennod. in libello apolog. apud Migne, tom. LXIII, col. 192 sub fin.: sed eorum opinio admitti prorsus nequit. Inde enim planum est et imperatorem obiicere Symmacho consecrationem praeter ordinem, ac receptas leges factam, et a Symmacho rem enarrari, quae consecrationis suae tempore contigit, et qua Deus consecrationem eius probatam esse declaravit. Revera Symmachus progrediens ann. 501 ad synodum, quae in basilicam Sessorianam convenerat, non inter imbres lapidum tutus evasit, sed, ut Ennodius cit. loc. inquit, *iaculis*, ac telis, et *armorum ultricium assumptione* repulsus, eo, unde processerat, regredi coactus est. Si quis vero populi furorem miretur, quo Symmachus lapidum imbre confici voluit, tum reos lapidandi morem nedum antiquatum esse recolat. Quippe non longe post Theodorici iussu perfidus Symmachi accusator fuit lapidatus. E Cont. Const. op. cit. pag. 57. Vid. et Bercast. *Hist. Eccl.* pag. 77, et seq. edit. Ven.

6 Cont. Const. rectius *et divinum*.

7 Matth. VII, 16, ubi Vulg. inquit: *A fructibus*.

8 Cont. Const. cum mss. *demonstrant. Meum cogitasti honorem repellere*.

9 Supple *Episcopus*.

10 Vid. Gelas. ep. VII. pag. 285 h. vol., col. 1 sub fin.

11 1 Cor. v. 25.

12 Baron. et Cont. Const. expung. in.

13 Lege scilicet talionis, quae in S. Scripturis, et iuribus etiam humanis statuitur. Porro *quum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii*, inquit Honorius cod. Theod. lib. IX, tit. I, l. 19. Ex Cont. Const.

si fuero, quia id mavis, te accusante convictus, amissurus pari ratione, si non conviceris, dignitatem. Sit istud in mundo iudicium, spectante Deo[1] et angelis eius, spectaculum omni saeculo simus, quo aut sacerdos bonae vitae, aut imperator religiosae modestiae consequatur exemplum. Quia bis praecipue duobus officiis regitur humanum genus, ut non debeat[2] aliquid eorum existere, quo valeat offendi divinitas, maxime cum uterque honor videatur esse perpetuus, atque ita humano generi ex alterutro consulatur. Precor, imperator, pace tua dixerim, memento te hominem, ut possis uti concessa tibi divinitus potestate; quia etiamsi haec sub humano praeveniro iudicio, sub divino necesse est ut discutiantur examine. Fortassis dicturus es, scriptum esse: *Omni potestati nos subditos esse debere*[3]. Nos quidem potestates humanas suo loco suscipimus, donec contra Deum suas non[4] erigunt voluntates. Ceterum si *omnis potestas a Deo est*, magis ergo quae rebus est praestituta divinis. Defer Deo in nobis, et nos deferemus[5] Deo in te. Ceterum si tu Deo non deferas[6], non potes eius uti privilegio, cuius iura contemnis.

Sacerdotali, et regia potestate fulcitur humana societas.

Imperatori Pontifex honorandus.

Dicis, quod mecum, conspirante senatu[7], excommunicaverim te. Ista quidem ego, sed rationabiliter factum a decessoribus meis sine dubio subsequor[8]. Dicis, quod male te Romanus tractet senatus. Si nos te male tractamus, suadentes ut discedas ab haereticis; tu nos bene tractas, quos vis sociare praecipitanter haereticis? Quid ad me, inquies, quod egit Acacius? Recede ergo, et nihil ad te. Nam si non recedis ab eo, pertinet et[9] ad te. Relinquamus uterque[10] mortuum. Et nos hoc petimus, ut nihil ad te pertineat quod egit Acacius. Tu nos facis obiicere tibi[11], qui vis ad te pertinere, quod egit Acacius. Nos vitamus, quod egit Acacius; vita et tu, et ad utrosque non pertinet, quod egit Acacius, ut possis sine iis, quae egit Acacius, cum ea, quae ad nos pertinet causa, coniungi, ut possis sine Acacio nostrae communioni sociari. Nos non te excommunicavimus, imperator, sed Acacium; tu recede[12] ab Acacio, et ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli miscere excommunicationi eius, et non es excommunicatus a nobis. Si te misces, non a nobis, sed a teipso excommunicatus es. Ita fit, ut in utroque, sive discedas, non sis excommunicatus a nobis, sive non discedas, non sis excommunicatus a nobis[13]. Catholici principes quidem semper apostolicos praesules institutos suis litteris praevenerunt, et illam confessionem fidemque[14] praecipuam tamquam boni filii quaesierunt debitae pietatis affectu,

Anastasius ipse suae excommunicationis auctor demonstratur.

1 Perperam nonnull. codd. *expectante*.

2 Perperam codd. *et non*.

3 Rom. XIII, 1, ubi Vulg. legit: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a Deo.*

4 Particula negans in aliis praetermissa ex Baron. et mss. optime restituitur.

5 Cont. Const. forte minus recte *deferimus*.

6 Baron. non *defers*.

7 Baron. interiicit *et Collegio clericorum Romae*. Cont. autem Const. ita corrigit, forte non satis bene: *Dicis, quod mecum conspirans senatus excommunicaverit te. Istud quidem ego non feci, sed rationabiliter.*

8 Ex hoc loco inferendum est, a Symmacho minime lata sententia Anastasium fuisse excommunicatum, siquidem id decessorum illius nullus praestiterat. E Cont. Const.

9 Cont. Const. forte minus bene expungit *et*.

10 Cont. Const. *utrique*.

11 Contin. Const. rectius *Tu nos facis obiicere tibi Acacium, qui*.

12 Cont. Const. *discede*.

13 Vid. Gelas. epp. XI et XII, pag. 289 col. 2, et 298 col. 1.

14 Recte ad context. Cont. Const. *sedemque*

cui noscis ipsius Domini Salvatoris ore curam totius Ecclesiae delegatam[1]. Quod quia per occasiones[2] fortasse publicas tua creditur praeteriisse tranquillitas, ne magis honorem meum, quam sollicitudinem dominici gregis appetere indicarer, appellare non destiti meis te sponte colloquiis[3]. Vulgatum fuisse designas, quod tua serenitas, directa militari manu compelleret eos, qui se a contagione perfidorum multis temporibus abstinere delegerint, vi et armis in praevaricatae communionis consortia detestanda. Ubi te, rerum humanarum princeps, qualiscumque Sedis Apostolicae vicarius contestari mea voce non desino, ut te memineris hominem, quantalibet sis mundi potestate subnixus, circumspiciasque cunctos, qui ab initio dogmatis christiani catholicam fidem diverso proposito persequi, vel affligere sunt conati, quemadmodum (vastitatis insectatione, cuius placuit contritionis illatae) ipsi qui intulerint, ista, praevalendo defecerint, et orthodoxa veritas hoc praevaluerit magis, quo putaretur oppressa; quae sicut sub insectatoribus suis crevisse monstratur, sic obtrivisse cognoscitur insequentes. Miror, si non humanus sensus intendit praecipue qui se christiano vult vocabulo nuncupari, inter illos sine dubio deputandum, qui rectam confessionem communionemque christianam variis superstitionibus impugnare sunt nisi, dum hanc et ipsi quocumque modo percellere moliuntur. Quid interest enim, utrum paganus, an quod est deterius, sub nomine christiano veram sinceramque traditionem apostolicae regulae[4] conetur infringere, atque in hanc prorumpere caecitatem, ut quum in illis regionibus cunctae prorsus haereses opiniones suas habeant publice licentiam profitendi, sola catholicae communionis libertas putetur ab iis, qui se religiosos existimant, subruenda? Quae si putatur error (quod non licet[5]) cum caeteris, quibus illic facultas est agere, sinatur erroribus. Sin integritas aestimatur, sequenda potius fuerat, quam violenta persecutione vastanda. Nec eam probantur insequi potuisse, nisi prava sectantes. At ne ipsi convincerentur errare, repellere cogitarunt, quo nutabantur[6] errantes, malentes non assectari quod iustum est, sed potius submovere, quo docerentur iniusti.

Symmachi erga ipsum sollicitudo. — *Fidei persecutoribus quis finis.* — *Inter hos et Anastasius recensendus.* — *Per ipsum enim haereticis quaevis libertas, Catholicis non item.*

Sic[7] recessit ab humanis mentibus Deus, ut obstinatae contra eius voluntatem[8] non aspiciant et in isto saeculo divinum non deesse posse iudicium, et post huius vitae cursum illi sit tremendo non defuturus examini[9], sub quo perniciosarum studia modis omnibus actionum discussa patefiant, et patefacta puniantur, nisi qui[10] haec omnino non credunt quive illa se perpetrasse impune confidunt. Nos autem humani generis conscientiam contestari, qua possumus voce, nullatenus cessamus, omnipotentem Deum suis minime defuturum, et quantaecumque sit humana praesumptio, quantacumque potentia, sub divino nutu huius

Divini iudicii terror incutitur. — *Deus suis non deest.*

1 Ioann. xxi, 15 et seqq.
2 Cont. Const. recte *occupationes*.
3 Cont. Const. recte sens. restituens *vos sponte colloquiis, vulgatum fuisse designans.*
4 Cont. Const. *veram, sinceramque traditionis apostolicae regulam*.
5 Cont. Const. *cur non licite*, sed perperam.
6 Baron. *notabantur*.
7 Cont. Const. *Sic inde*.
8 Baron. *ut obstinatae contra eius ordinis voluntatem*. Cont. Const. *ut obstinatae contra eius ordinem voluntates non aspiciant*. Sed perperam, siquidem aspicere intellectus est, non voluntatis.
9 Baron. cum Cont. Const. recte ad context. *illi tremendo se non defuturos examini*.
10 Cont. Const. rectius ad sens., ut videtur, *nisi quia haec omnino non credunt quive illa*.

atrocitatis censuram sine dubitatione vindicandam. Nam talem ausum, neque hic confidimus evasurum, et in illo magno Dei indicio recepturum, quod iis temeritatibus divina retributione debetur. Haec nos nequaquam tacuisse sufficiat, ut eum superna fuerit ultio subsecuta, et vera nos protulisse consideratio humana cognoscat, et poenam non inaniter pronunciasse venturam, et proposuisse [1] praemonitionis formam, qua huiusmodi praecipitiis de caetero temperetur. Certe si huiusmodi propterea relinquendos proprio definitis arbitrio, quia nec a christianis vexari deceat Christum quocumque titulo confitentes, nec viventes in iure Romano lacerari conveniat a Romanis; consequenter ostenditur, Romanos homines, et qualiscumque [2] christianae professionis impetere, nec christianum dici posse modis omnibus, nec Romanum. Proinde aut repellendi [3] fuerant, aut nullus penitus impetendus, et quod in uno genere iudicas amovendum, in omnibus repelle, si praevales. Si omnia sunt sinenda, nullus penitus excludendus. Alioqui dum parendo [4] cunctis erroribus sis amicus, non nisi solum tibi probatur displicuisse quod verum est. Omnes catholici principes, sive cum imperii gubernacula susceperunt, sive cum Apostolicae Sedi novos agnoverunt praesules institutos, ad eam sua protinus scripta miserunt, ut se docerent eius esse consortes. Itaque qui hoc non fecerunt, ab eadem seipsos profitentur alienos, quod chartis quoque tuis apud te etiam possumus adstruere [5], nisi te aemulum, et reum, et inimicum vitaremus, et iudicem [6]. Non mirum si catholicos persequantur [7] Manichaeorum patroni, cum falsitas non possit non persequi veritatem. Non mirum si in orthodoxos saeviant, quibus potest cum cunctis haeresibus convenire, et universis erroribus amici non possint, nisi solis esse non errantibus inimici [8]. Si error est, convincendus est [9]; verum si error non est, tibi verum deesse cognosce, qui persequeris quo proliteris errare [10]. Sed pravitatis complex non potest nisi eum persequi, qui est pravitatis inimicus [11].

Nullo iure, omni haeresi permissa, solum repellitur catholica fides.

Quam Anastasius Manichaeorum patronus persequitur.

EPISTOLA VII [12].

Constantinopolitanae et Antiochenae Ecclesiae praeterita mala commemorans, Patrum statuta toto pectore custodienda indicit, suadetque, ut damnatorum communione repulsa, quaevis gravia pro Christi fide tolerentur.

Dilectissimis fratribus universis Episcopis, presbyteris, diaconis, archimandritis, et

1 Labbé cum Mansi *praeposuisse*.

2 Cont. Const. *qualescumque*. Ad context. forte aptius.

3 Cont. Const. *aut tibi repellendi omnes*.

4 Al. rectius ad context. *parcendo*.

5 Cont. Const. *chartis quoque vestris apud vos etiam possemus adstruere*, ubi verbum *possemus* melius sequentibus respondet.

6 Cont. Const. *nisi vos aemulos, et nos inimicos vitaremus, et indices*.

7 Cont. Const. *persequantur*.

8 Forte legend.: *Non mirum si in orthodoxos saeviant, qui possunt cum cunctis haeresibus convenire, quum universis erroribus amici non possint, nisi solis esse non errantibus inimici*.

9 Contin. Const. *convincendus ero*. Sane rectius ad contextum.

10 Mansi forte melius *quo convinceris errore*.

11 Cont. Const. *immunis*. Data vero iuxta Jaffé ann. 499-512; iuxta Baron. ann. 503.

12 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 431.

cuncto ordini vel plebi per Illiricum, Dardaniam et utramque Thraciam [1] consistentibus,

Symmachus Episcopus.

Quod fieri plane [2] cupimus, si [3] quae scribimus, impleantur. Nullus stupeat servatum hactenus nos nunc solvisse silentium, cum prudentissimi Salomonis ista vox personet: *Tempus loquendi et tempus tacendi* [4]. Quia taciturnitatem praesens tempus expugnat; nam inter caetera [5] quae accidunt, nunc silere, nec fidei stimulis excitari, magni constat esse fastidii. Quippe ubi religionis reverentia, et summa concutitur, aptum iuxta divinam Scripturam dicere, eos qui sunt mites, debere esse pugnaces [6]. Siquidem et spiritualis [7] quaedam Deo accepta congressio inde et laudabiliter universa tolerat, ne quisquam a divina charitate separetur; et vos quidem docere quod doceatis, grave onus pudoris, sed necessarium et utile [8] tales admonere; nec enim congruum illis religiosae afferre [9] dogmata disciplinae, a quibus institutionis ipsius expectatur plena perfectio.

Epistolae quae causa

Sed breviter clara perstringemus. Cui incognitum, Constantinopolitana Ecclesia qua Nestorii contagione laboravit [10]? Nestorii, inquam, qui quasi putre corporis membrum a societate catholicae communionis excisus est [11]. Ubi terrarum non praedicatur congregatio Chalcedonensis sancti concilii, quae Entychetem et Dioscorum, duo nomina famosa et magnae perfidiae, unius sententiae integritate damnavit, iniquitatis complices [12] uno spiritu divinis dogmatibus adversa sectantes? Quis [13] Petrum et Timotheum praefatorum vernulas ignoravit, propugnatores [14] intentionis addictae [15], auctores ac magistros suos scaevo [16] errore vincentes?

Cf. Eccl. ab haereticis vexatam commemorat

Illum Timotheum loquimur parricidam, qui, sanctae recordationis Proterio superstite, non solum Ecclesiam non religiosis auctoribus occupavit, verum etiam effusionem pii sanguinis ad crimen pervasionis adiecit. Ipsius [17] nempe damnationem universalis est Ecclesiae vox locuta, dum eum [18] nomine quoque christiani honoris exueret. Eius Petrum sequacem notum fecerunt orthodoxorum plurimae passiones, in quibus ille virtutem animi sui exultavit ostendere. Novit hunc [19] Ephesus cum tota societate Dioscori, ubi cum praedicto [20] auctore peccati finem sancti Flaviani operatus innotuit. Tacenda sunt Antiochiae mala, ubi

1 Al. cum cod. Vat. 3787 *Daciam*.

2 Cod. Vat. 5617 perperam *ut*.

3 Cod. Vat 3787 *plene*. Caraf. vero primam huius ep. periodum omittens a verbis exorditur *Nullus stupeat*.

4 Eccle. III, 7.

5 Citt. codd. cum Carafa *inter ea*. Forte aptius ad context.

6 Innuit Luc. XXII, 56, ubi Vulg. inquit: *Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram: et qui non habet, vendat tunicam suam, et emat gladium*.

7 Cont. Const. recte sane *Siquidem est spiritalis quaedam Deo accepta congressio, unde et laudabiliter universa tolerantur*.

8 Al. *necessarium de utilitatibus*; sed perperam.

9 Al. *offerre*.

10 Baron. et Cont. Const. *laboraverit*?

11 Al. aptius, ut videtur, ad contextum *excisus est*?

12 Al. *et uno*.

13 Cont. Const. *Et quis*.

14 Cit. cod. 3787 *luctantes*.

15 Caraf. cum cit. cod. *et auctores*.

16 Al. *saevo*. Cit. cod. perperam *crebro*.

17 Contin. Const. melius *Cuius*.

18 Lege *eum*.

19 Caraf. perperam ad orat. context. *hinc*.

20 Caraf. cum cit. cod. inepte ad context. *proprii auctore peccati*.

Itemque innuit Antiochenae mala.

per alterius Petri nefanda ludibria reverendum [1] sacerdotii nomen irrisum est. Quis Apamiae [2], vel Tyri gemitus, tragicis criminibus comparandos, vel si solis vacet, digna possit lamentatione deflere? Quid Acacium [3]? Qui quasi boni sui fascino gravatus [4] quae, Basilisco imperante, praemiserat, novo exemplo pene deprehensus est adversus se ipsum dicens sententiam, illos, mutata voluntate, defendens, quos prius gloriosum putavit addicere [5], et laborans sociare fidelibus, quos dudum haereticos manifestae praevaricationis ostenderat; propter quod [6] maxime fugiendus, et designato superius damnatorum agmini coaequandus, illa, propter quae fidelis probatus est, dissolvens, permixtus his, per quos laesio Ecclesiae generalis evenit.

Quae ne instaurentur, Patrum statuta enixe servanda.

Adversus hos si Patrum dogmata ratio suadet esse servanda, cogitate, si possunt ea maiori transgressione calcari, quam nunc per eos, qui in partibus vestris Eutychetis dogmata rediviva resuscitant. Si vero tamquam infirme constituta sententia [7] sine piaculo [8] negliguntur, citra ullum robur credulitatis nostrae [9] summa subsistit, semper succedentibus novis, vetera constituta solventibus. Quando enim paternarum regularum despiciuntur inventa, nec eorum, quae bene instituta sunt, firmitas vindicatur, huiusmodi impietate [10] necesse est fidei supervenire.

Ibi enim sanctitatis forma corrumpitur, ubi facilis vel legum dissolutio

Nam ubi facilis dissolutio est rationabilis constituti, ibi omnis sanctitatis forma corrumpitur. Christus impetitur, et quis hoc fidelium patienter accipiat? Instituta Patrum reverenda calcantur, et quis non vitae mortem iusta electione praeponat? Ubi catholicae fidei adoranda reverentia? Ubi multo cruore Sanctorum dogmata constituta? Ubi doctorum veterum fidelis auctoritas? Ubi illa religiosarum mentium stupenda patientia, propriis bonis contenta nudari, ne de spe aeternae haereditatis excideret, quasvis ambiens passiones, ne incorruptibilis illius boni indicaretur indigna? Nam nulla [11] maiora documenta sunt fidei, quam ubi temporis ratio suadet vitam subdere passioni; et ideo qui pro ea periculum persecutionis subire meruerit, dignum se coelestis ostendit esse militiae. Christus nos pio sanguinis pretio comparavit, gratiae libertate concessa, nihil invenientibus humanis operibus, quod dignum tanta mercede tribuerent. Atque ideo ubi religionis iniuria est, amorem fidei omnem transcendere oportet affectum.

Quaevis gratia pro Christi fide toleranda

Unusquisque ergo exilia, et peregrinationes tamquam domum patriamque respiciat; ne desideriis retentus humanis Christi societate privetur. Ecce tempus, quo repetit fides milites suos, et inclamat ad defensionem sui fervorem gratiae consecutos, fidem ipsam dicere iudicemus.

1 Caraf. cum cit. cod. ad rem perperam *perferendum sacerdotum nomen.*

2 Cont. Const. et Baron. *Apameae.*

3 Ad orat. context. forte legend. *Quis Acacium?*

4 Pessime quidem ad orat. context. Caraf. cum cit. cod. *fascino quodam gravatis,* et mox *mutua voluntate.* Recte vero ad sens. Cont. Const. *qui quasi bonis suis gravatus, quae, Basilico imperante, praemiserat.*

5 Al. recte ad sens. *obiicere.*

6 Cont. Const. minus recte, ut videtur, *propter quos.* Caraf. inepte, ut videtur, ad context. *propter quos maxime fugiendos, et.... coaequandos.* Cit. cod. *et designotorum superiorum damnato agmini coaequandus.*

7 Caraf. *constitutae sententiae.* Forte melius.

8 Caraf. cum cit. cod. perperam ad sens. *sine periculo.*

9 Caraf. cum cit. cod. perperam *vestrae.*

10 Cont. Const. recte ad orat. *impietatem.*

11 Caraf. cum cit. cod. perperam ad context. *Iom nulla.*

Ecce tempus optabile, ecce fructum; congregatio desiderata fidelium parvis passionibus munera magna compenset.

Pluribus charitatem vestram pro dispensatione nobis credita cuperemus hortari; sed quid opus est vocis [1] stimulis, ubi ad tolerandas pro Christo magnanimiter passiones apostolicis et Patrum docemur exemplis, qui per damna humanarum rerum coelestium nobis ostenderunt argumenta [2] virtutum? Ergo pronunciemus intrepidi claras Ecclesiae cum magna fiducia disciplinas. Longe sit a nobis Prophetae sermo dicentis: *Et sacerdotes vera celaverunt* [3]. Quem enim latet, discipulorum scientiam a doctoribus exigendam? Et quod non pronunciatum laedit sequaces, hoc constat periculosum esse tacentibus. Necesse est enim apud eos laborare veritatem, apud quos non manifestatum latet sub veritatis colore mendacium, magnum robur ad impugnantium fidem, quamdiu adversus eos prolatae sententiae non viriliter asseruntur. Sed de vobis dicere opto meliora; et ea quae per improbos confusa sunt, per vos correctionis [4] remedium consequantur. Non est tam durum decipi quemquam, quam deceptum in errore persistere. Malum hoc, et malis omnibus gravius, cum a corpore suo membra dissentiunt. Nam etsi non sigillatim occupet omnia lineamenta debilitas, necesse est tamen iuxta apostolicam vocem, totum corpus ex parte praegravari [5]. Unde addictorum [6] fugienda communio iuxta beatum apostolum: *Pronunciationem fidei nullus erubescat; virtus est enim omni credenti* [7]. Declinemus sacrilegum Eutychetis errorem cum manichaea militia congruentem; communionem quoque eorum, qui sunt a talibus educati, pari intentione vitemus, qui nunc quasi morbum et contagium Ecclesiis partium vestrarum tentant irrepere. Nemo se separet cum praedictis, et ferre tempestatem dissimulet, donec portum verae fidei ab eorum communione separatus introeat. Quae quidem amans moneo, non odio persequens [8] accuso. Nam qui culpanda vituperat, nec utilia subministrat, exprobantis habet potius studium, quam amantis affectum; et qui cohortatur ad futura, vehementius boni propositi designat imaginem, ut ferventius utilia expetantur [9], invitans.

Huius confessio intrepide proferenda.

Ab haereticorum consortio abhorrendum.

Ac servanda unitas.

Propter quod, fratres, illius bonae [10] Ecclesiae desiderantes unitatem, et beatum decorem sanctae concordiae praesumentes dicamus cum S. David: *Quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum* [11]; et ut de vobis Apostolus Paulus dixerit [12]: *vos autem omnes fratres in Christo uno estis* [13]. Donec enim

1 Caraf. *nostrae vocis.*

2 Al. *augmenta.*

3 Thren. II, v. 14, ubi apud Vulg. legitur: *Prophetae tui viderunt tibi falsa, et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam provocarent.*

4 Caraf. *correptionis.*

5 I Corinth. XII, 26, ubi Vulg. inquit: *Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.*

6 Caraf. forte melius ad context. *dictorum.*

7 Rom. I, 16, ubi Vulg. inquit. *Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est omni credenti.*

8 Caraf. minus recte ad locut. context. *odio persequentis.*

9 Caraf. forte minus recte *expectentur.*

10 Cont. Const. forte melius *bonam.*

11 Ps. CXXXII, 1.

12 Lege potius *dixit.* Caraf. vero mendo quidem typograph. *ut et bonis.*

13 Galat. III, 28, ubi Vulg. legit: *Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu.*

unitas non redeat, nullus ambigat, tandem[1] nihilominus esse ventura, quae in Constantinopolitana nuper Ecclesia contigerunt; de quibus mihi pariter ingemiscere necesse est, et tacere. Nam qui Apostolicae Sedis admonitionem negligendam esse crediderunt, merito inciderunt in ea, quae evenire solent solatio destitutis. Si quis ergo salutem propriam cogitans servare cupit apostolica iudicia, cum a praefatorum se labe seiunxerit, nostrae communionis se noverit sine dubitatione participem. Quia si ab eorum, quos Apostolica Sedes damnavit, non se societate removerit, sciat nullo colore, nullo figmento, nullaque calliditate ecclesiasticae se custodiae posse subrepere[2]; quia sicut illos, qui se a suprascriptorum, hoc est, Eutychetis, Dioscori, Timothei, Petri et Acacii venenis dissociant, libenter amplectimur; ita circa istorum sectatores cura, et sollicitudo nostra, ne subrepere possint, semper invigilat. *Et alia manu.* Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

Secus nulli S. A. speranda communio.

Dat. octavo idus Octobris post consulatum Felicis V. C.

Dat. die 21 octobris, an. 512.

EPISTOLA VIII[3].

Caesarii pietate laudata, Arelatensis Ecclesiae privilegia absque ullius iniuria servanda edocet, eaque confirmat.

Dilectissimo fratri Caesario Symmachus[4].

Arelatensis Ecclesiae privilegia sine caeterarum iniuria servanda.

Qui veneranda Patrum statuta custodit amicum se absolutae religionis ostendit, et qui providet, ut locum excessibus non relinquat, demonstrat se de bono gratiae cogitare. Rationabile est, ut sancta Arelatensis ecclesia propriis privilegiis perfruatur[5]; et quod vetustas praestitit, et Patrum auctoritas roboravit, nova non debet violare praesumptio. Sic tamen, ut caeterarum ecclesiarum privilegia temporibus acquisita non titubent; quia nec potest ex parte firmum esse, quod generalitatis tangit iniuriam. Manentibus siquidem his, quae Patrum constituta singulis ecclesiis concesserunt, decernimus, ut circa ea, quae tam in Galliae, quam in Hispaniae provinciis[6] de causa religionis emerserint, solertia tuae fraternitatis invigilet; et si ratio poposcerit praesentiam sacerdotum, servata consuetudine, unusquisque tuae dilectionis admonitus auctoritate conveniat; et si Dei adiutorio controversia incidens amputari potuerit, ipsius hoc meritis applicemus; alioquin existentis negotii qualitas ad Sedem Apostolicam te referente perveniat; ut cunctis ordine suo peractis, unde inimicus bonitatis sibi blandiatur, locum invenire non possit. Igitur, quemadmodum supra diximus, per singulas ecclesias beneficia, quae sunt diu custodita, serventur. Et si tam ecclesiae Aquensis antistes, vel alius quilibet metropolitano pontifici iuxta canonum definitionem vocatus obtemperare noluerit,

Incidente controversia, iurisdictionis gradus servandi.

Qui vis episcopus Metropolitae non obtemperet canonica poena mulctandus.

---

1 Al. cum cit. cod. recte add. *eadem*.

2 Caraf. cum cit. cod. recte ad locut. context. *subripere*.

3 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, pag. 227.

4 Maur. *Concil. Gall.* tom. I, pag. 861, *Symmachi Pp*.

5 Libellus de privilegiis Arelat. Ecclesiae, qui incipit «*Quantum in omnibus Ecclesiarum Pontificibus*». Symmacho oblatus fuit ab Aegidio Abbate, et Messiano Notario, eumque leges apud Mansi l. c.

6 Mss. *Iam in Gallia, quam in Hispania provinciis*. Baron. *quae in Galliae provinciis*, nec de Hispania verbum facit. Quod sane et mss. et historiae non consentit; siquidem tunc temporis vicaria Episcopi Arelatensis potestas per Hispaniam extendebatur, nec omnes, ut antea, Gallias comprehendebat. Vid. Maur. l. c.

noverit subdendum se, quod non optamus, ecclesiasticae disciplinae. Et in hac parte magnopere te volumus esse sollicitum, ut si quis[1] de Gallicana vel Hispana regionibus[2] ecclesiastici ordinis atque officii ad nos venire compulsus fuerit, cum fraternitatis tuae notitia iter peregrinationis arripiat; ut nec honor eius per ignorantiam aliquam contumeliam patiatur, et, ambiguitate depulsa, a nobis animo securo in communionis gratiam possit admitti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Inscio Metropolitano, Romam properare clericorum fas nemini.

Data III idus Iunias, Flavio senatore[3], viro clarissimo consule.

Dat. die 11 iunii, an. 514.

EPISTOLA IX[4].

Theodoro Laureacensi pallium concedit, huiusque significationem atque usum edocens, Theodorum vehementer hortatur, ut a terrenis studiis abhorrens adeptae dignitati sese parem profiteatur.

Symmachus S. Apostolicae Sedis Dei gratia Episcopus, reverendissimo et sanctissimo fratri Theodoro sanctae Laureacensis ecclesiae archiepiscopo.

Diebus vitae tuae pallii usum, quem ad sacerdotalis officii decorem, et ad ostendendam unanimitatem, quam cum B. Petro apostolo universus grex dominicarum ovium, quae ei commissae sunt, habere non dubium est, ab Apostolica Sede, sicut decuit, poposcisti; quod[5] utpote ab eisdem apostolis fundatae ecclesiae maiorum more libenter indulsimus, ad ostendendum te magistrum et archiepiscopum, tuamque sanctam Laureacensem ecclesiam provinciae Pannoniarum sedem fore metropolitanam. Idcirco pallium, quod ex apostolica charitate tibi destinavimus, quo uti debeas secundum morem ecclesiae tuae, solerter admonemus, pariterque volumus, ut intelligas quia ipse vestitus, quo ad missarum solemnia ornaris, signum praetendit crucis, per quod scito te et fratribus debere compati, ac mundialibus illecebris in effectum crucifigi; unde rogo, ut, cum deforis huiusmodi

Pallii concessioni quae significatio.

1 « Cod. reg. *si quem*, et infra *compulerit* pro *compulsus fuerit* ». Maur. ibid. Sed perperam ad contextum.

2 Apud Baron. tantum legitur *de Gallicana regione*. Ad rem quidem inepte. Vid. not. 6. sup. ep.

3 « Senatoris nomine designatur Cassiodorus ». Maur. ibid.

4 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII col. 228. Cum aliis et Jaffé op. c. hanc epistolam in spurias reiicit. Hansizius vero *Germ. Sacr.* tom. I, pag. 7 August. Vindelic. 1727 eam Symmacho restituere contendit. Nobis illud dumtaxat notare iuvat, scil. pallii dignitatem Lauriacensi Eccl. esse antiquissimam. Agapetus enim II, ep. VII, pag. 405 I vol. h op. inquit: « *Lauriacensem autem urbem antiquitus metropolitanam fore, et archiepiscopi sedem.... sicut in privilegiis authenticis ad nos usque ad te directis legimus; ita quoque, inventis quibusdam exemplaribus chartae ex vetustate admodum attritis, in archivio S. Petri reperimus* ». Cui aperte consentit Benedictus VII, op. c. ep. II, pag. 441, col. 2, hisce verbis: « *Quapropter dignum aestimavimus assensum praebere... quatenus... pallium, et metropolitanum honorem cathedrae sanctae Lauriacensis Ecclesiae restitueremus....; quod omnino nos eidem Ecclesiae debere testantur antiquissima.... privilegiorum testimonia, in quibus continebatur, quod aetate Pontificatus beati Symmachi, huius almae Sedis Apostolicae praesulis, praefata sancta Lauriacensis haberetur Ecclesia metropolis.* » Eodem sensu loquitur etiam Eugen. II ep. I, pag. 273, col. 1, vol. I h. op.

5 Forte *quod* expungendum, ita ut legatur. *Diebus vitae tuae pallii usum, quem ... ab Apostolica Sede, sicut decuit, poposcisti ... libenter indulsimus.*

In Metropolita summa virtus requirenda

insigni indueris, intus in animo considera [1], quod hoc est magis oneris, quam honoris; atque cor tuum, Deo regente, ab appetitu istius saeculi sic tempera, ut et commissam exequi gubernationem sic studeas, ut adeptae dignitati, cuius sublimaris officio, et probitate morum et vivacitate sollicitudinis ac custodia integerrimae fidei congruas; quatenus tu ipse a remuneratore omnium bonorum Deo et benedictionis gratiam, vitamque aeternam consequi merearis [2].

1 Ad orat. context. legend. *consideres*.

2 Dat. iuxta Iaffè op. c. p. 934 ann. 498-514.

S. SYMMACHI[1]

EPISTOLARUM FRAGMENTA.

An. C. 503

I[2].

Contenditur, Summi Pontificis dignitatem peccandi licentiam adimere.

Beato Petro regni coelorum claves accipienti adempta peccandi licentia.

Non nos beatum Petrum, sicut dicitis, a Domino cum Sedis privilegiis, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille[3] perennem meritorum dotem cum haereditate innocentiae misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conversationis splendor illuminat. Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantae dignitatis attollit?[4] In quo, si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quae a loci decessore praestantur. Aut enim claros ad haec fastigia erigit; aut qui eriguntur, illustrat[5].

An. C. 503

1 Quae sumus daturi fragmenta ad libellum apologeticum fere omnia pertinent, quem pro Symmacho Ennodius Diaconus scripsit, quique iure Symmachi nomine citatur: Symmachus enim et quinta synodus universa sic eum approbarunt, ut parem illi cum conciliis, et apostolicis decretis auctoritatem tribuerint. De qua re consule correct. rom. apud Pith., ut not. 1 ad Ennod. text. apud Migne op. c. tom. LXIII, col. 183. Documentum autem illud Caesario inscriptum, quod incipit « *Possessiones, quas unusquisque* » quum habeantur in op. I Symmachi, § I, pag. 130 col. 1, vol. I huius operis, nulla ratio est cur hic rursum edamus.

2 Ex Grat. distinct. XL, c. 1.

3 Quae de Sedis auctoritate pronuntiavit Synodus Palmaris X kal. Novembr. Rufio Magno Fausto Avieno v. c. consule Romae peracta, ab Ennodio, qui eam a Symmachi adversariis defendit, ad sanctimoniam quoque transferuntur. Porro Ioann. VIII in ep. ad Berearium abbatem, et Gregorius VII in Dictatu Ennodii sententiam laudant. Vid. autem Bercast. *Hist. Eccl.* tom. VII, pag. 81, sub fin.

4 In Ennod. textu apud Mign. l. c. col. 188 rectius, ut videtur, ad orat. habentur duo puncta, et mox post vocem *praestantur* interrogandi punctum apponitur.

5 Iuxta Pith. dat. Romae anno 503.

II[1].

Decreta memorantur, quibus vetitum clericis e suis episcopis ante sententiae tempus discedere, et Pontificem adhuc indamnatum relinqui.

Clericis ab Episcopo suo ante sententiam non discedendum.

Pontifex, nisi damnatus sit, non relinquendus.

Nonne[2] directa sunt verba canonum[3]? Quicumque clericorum ab episcopo suo ante sententiae tempus pro dubia suspicione discesserit, manifestam eum manere censuram? *Et infra.* Lex ecclesiastica Pontificem ab aliis accusatum, prius quam sub luce obiecta constiterit, exigit non relinqui[4].

III[5].

Ostenditur, neque concilia provincialia sine Apostolicae Sedis sanctione quidpiam valitura.

Unde conciliorum provincialium validitas.

« Concilia[6] sacerdotum ecclesiasticis legibus quotannis decreta per provincias, quia praesentiam Papae non habent, valitudinem perdiderunt[7] ». Legistis, insanissimi, aliquando in illis praeter apostolici apicis sanctionem aliquid constitutum; et non de maioribus negotiis ad consultationem[8], si quid occurrerit, praefatae Sedis arbitrio fuisse servatum[9]?

IV[10].

Symmachi adversariis, qui eum dictitabant regis iussu propemodum fuisse sua dignitate suspensum, demonstratur Pontificem humano iudicio non subdi.

Summi Pontificis iudicium divino arbitrio reservatum.

Neque ideo licentia in Pontifice pertimenda.

Aliorum[11] hominum causas Deus voluit homines terminare, sed Sedis istius praesulis[12] suo sine quaestione reservavit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores Coelo tantum debere innocentiam, et subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscientiam. Nolite aestimare, eas animas inquisitionis[13] non habere formidinem, quas Deus prae caeteris suo reservavit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipsorum factorum utitur eo teste, quo iudice. Dicas forsi-

1 Ex Grat. caus. VIII, q. 4, c. 1.

2 Iv. p. VI, cap. 340, et 341.

3 Ennod. canones innuit ante Symmachum hac de re editos, ut videre est apud Concil. Carthaginense in cod. canon. insertum.

4 Iuxta Pith. dat. Romae ann. 503.

5 Ex Grat. can. VI dist. XVII.

6 Ivo p. IV, cap. 242. Ansel. lib. II, cap. LVI. Polycarp lib. I, tit. XVII iuxta Ennod. textum *Ergo concilia*.

7 Hic in libello Ennod. apud Migne op. cit. tom. LXIII, col. 198 interrogandi punctum appingitur. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tamquam absurdum quidpiam obiicientium, quibus Ennodius respondit: « *Legite, insanissimi* ». Haec autem lectio, ut e seqq. infertur, ad sensum videtur minus apta.

8 Al. *collationem*, sed perperam, ut videtur.

9 Hic, ubi ab aliis affirmandi punctum apponitur, Berard. op. cit. sequentia subdit, quae Ennodius e Concil. Sardic. cap. III deprompsit. Sic enim habet: *Si quis Episcoporum iudicio provinciali depositus fuerit, Romanum Papam, si placet, rursus appellet, et ipse, si videtur, reparet iudicia in opitulatione damnati.* Dat. autem iuxta Pith. Romae ann. 503.

10 E Grat. caus. IX, q. 3, c. 14, qui eum ex Ennod. libello decerpsit, ut videre est apud Migne op. cit. tom. LXIII, col. 200. Porro ideo novum contra Symmachum suffragium eius inimici quaerebant, quod, dato per Theodoricum Altino episcopo Romanae Eccl. visitatore, illum iam sua auctoritate propemodum suspensum dictitabant. Sed Ennod. hoc canone, qui Summi Pontificis primatum, et S. A. praerogativam illustrat, irritam esse visitatoria huius institutionem ostendit.

11 Ivo p. V, c. 10. Polyc. lib. I tit. XVI. Ansel. lib. I, c. XXIV. Trove Pannormia lib. IV, c. V.

12 Al. cum Ennod. textu *praesulem*.

13 « Al. *de inquisitoribus* ». Pith.

tan, omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio. Replicabo, uni dictum: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam; et quaecumque solveris super terram, erunt soluta in coelis*[1]. Et rursus sanctorum

Summus Pontifex a Christo omnium iudex constitutus.

voce patet Pontificum, dignitatem Sedis eius factam toto orbe venerabilem; dum illi, quidquid fidelium est, ubique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur. De hac mihi videtur dictum per prophetam: si haec humiliatur, *ad cuius confugietis auxilium? Et ubi relinquetis gloriam vestram*[2]?

V[3].

Quid requirendum, ut quis recte monitoris personam suscipiat.

Innocentia demonstrata persona monitoris agenda.

Nemo[4] recte monitoris personam suscipit, nisi qui actibus suis errata condemnat, et amorem innocentiae conversatione demonstrat[5].

VI[6].

Sacerdotem, qui cum sua poenitente fornicationis scelus perpetraverit, in perpetuum honoris dignitate privandum, et usque ad vitae exitum iugi poenitentiae subdendum decernit.

Poenitentes sacerdotis spirituales filii.

Omnes, quos in poenitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filii, ut et ipsi, quos vel nobis suscipientibus, vel trinae mersionis vocabulo mergentibus, unda sacri baptismatis regeneravit. Silvester quoque docens admonet unumquemque sacerdotem, ut nullus causa fornicationis ad suam poenitentialem accedat; quia scriptum est: Omnes, quos in poenitentia accipimus, ita filii nostri sunt, ut in baptismate suscepti. Quapropter hoc scelus, si quis perpetraverit, non solum dignitatis honorem amittat, verum etiam usque ad exitum vitae suae iugi poenitentiae se subdat[7].

Ideo cum ipsis fornicari horrendum scelus.

Et saevissima poena mulctandum.

1 Matth. xvi, 18, 19, ubi apud Vulg. legitur: *Et quodcumque ligaveris super terram erit ligatum et in coelis; et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis.*

2 Is. x, 3, ubi Vulg. ait: *ubi derelinquetis.* Data vero iuxta Pith. ann. 503.

3 E Grat. c. 2, dist. LXXXI. Berardus autem op. c. pag. 381 hunc canonem duplici de causa a Gratiano fuisse Symmacho tributum existimat: tum quod habeatur in libello Ennod., apologetico per eumdem Symmachum, ut superius notavimus, approbato; tum quod similia quaedam legantur in ep. Symmachi ad Laurentium Mediolanensem, quam videre potes pag. 363 h. vol.

4 Pith. op. cit. pag. 99.

5 Dat. iuxta Pith. Romae ann. 503, siquidem in edit. Paris. sane mendo typographic. perperam notatur ann. 403. Huiusmodi errores in ead. editione haud raro occurrunt.

6 Ex Grat. caus. xxx, q. 1, can. 8. Berard. autem op. c. pag. 381 contendit, hunc canonem falso esse Symmacho adscriptum, quia disciplina ibid. memorata et Symmacho, et Silvestro recentior est: additque, mendum profluisse ex auctoribus Poenitentialium, qui hoc fragmentum in Poenitentiali Rom. tit. viii, cap. iii Symmacho tribuunt. Quae rationes quanti sint criticis expendendum relinquimus. Porro cl. Jaffè op. c. pag. 63 hunc can. inter genuinos recenset.

7 Iuxta Pith. dat. Romae ann. 505.

S. HORMISDA I.

An. C. 515

EPISTOLA I[2].

De litteris Anastasii sibi traditis summopere gaudens, in ipso pacis studium commendat; eumque admonet, tum se plenum responsum daturum, quum synodi convocandae causam evidenter agnoverit.

Hormisda episcopus Anastasio Augustó.

Gratias supernae virtuti, quae per vestrae pietatis affatus diuturnum dignata est terminare silentium, tale praestans collocutionis exordium, ut et[3] de vestrae clementiae prosperitate laetemur, et ad imitatem, Deo donante, reverti posse sanctam confidamus Ecclesiam. Hoc eius supernae clementiae, haec et decessorum nostrorum[4] fuit semper oratio; quos etiam rerum actus paternae traditionis ministros, et rectae fidei declarant[5] fuisse custodes. Pax est enim totius bonitatis initium, qua nihil, quantum ad catholicae fidei cultum, validius, nihil aestimari oportet excelsius; pro hac scilicet facere, et cuncta sustinere convenit, qui Sanctarum Scripturarum probabilis cupit esse discipulus. Hanc omnium bonorum matrem et nutricem Christum Dominum nostrum suis constat praedicasse discipulis, dicentem: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis*[6]. Quam vos religiosi cura propositi, Domino aspirante, providentes, de orthodoxae concordia cogitatis Ecclesiae in beati apostoli Petri reverentia, divina specialiter praecepta servantes. Quae res maiorem superni favoris defensionem vestro procurat imperio. Recte enim oblata Deo veneratio inexpugnabilem devotis mentibus murum defensionis indulget. Proinde Omnipotentem

De Anastasii litteris laetatur.

An. C. 515

Pax totius bonitatis initium.

Ideo a Christo discipulis commendata.

Eius studium in imperatore fovet.

1 Quae huius Pontificis sumus relaturi e *Labbaeana Concil. Collectione Venetiis edita ann.* 1728 desumpsimus, eaque mendis typographicis, quae inibi haud raro incidunt, expurgata praeferimus. Omnia autem praesertim cum cod. vat. 4961 saec. circ. XI diligenter contulimus, cuius collectio adeo in pretio est, ut Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom. III, pag. 158 asserere non dubitarint, eius collectorem praecipue Hormisdae epistolas e romanis scriniis hausisse.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 562.

3 Baron. contra vet. cod. auctorit. omittit *et*.

4 Ita et n. cod. 4961; Baron. *praedecessorum nostrorum*

5 Codd. Vat. 4961, 5617 forte ex vitio amanuens. *rerum actus..... declarat.*

6 Ioann. XIV, 27, ubi apud Vulg. legitur: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.*

Deum fusis precibus exoramus, ut qui vobis studium quaerendae ecclesiarum pacis indulsit, ipse quoque sub conservatione [1] catholicae fidei desiderio vestro super hac parte praestet effectum. Praeterea, directis ad nos sacris affatibus, commemorationem sancti concilii facere pietas vestra dignata est. De qua re tunc plenissimum poterimus praebere responsum, cum causam congregationis nos voluerit [2] evidenter agnoscere. Nunc vero quia, praestante Domino nostro, data est facultas alloquio, congrua veneratione debiti praebebimus sermonis officia.

De synodi convocatione nullum iudicium in praesens proferendum.

Litteras pollicetur.

Data pridie nonas Aprilis, Florentio viro clarissimo consule [3].

Data die 4 Aprilis ann. 515.

EPISTOLA II [4].

Dorotheo rescribens eius animum in catholica fide fluctuantem redarguit, hortaturque, ut omni metu ac vano studio depulso, avitam religionem integram servare nitatur.

Dilectissimo fratri Dorotheo Episcopo Hormisda Episcopus.

Ubi charitatis interest servare praecepta, etiamsi aliquid tale eveniat [5] quod cuiuslibet possit animos commovere, tamen, ut ea, quae concordiae conversatione [6] praediximus, debeant custodiri, oportet aequanimiter praetermitti, quia utique si quid ignorantia tale proveniat, excusationem potest de ipsa simplicitate recipere. Suam Deus noster Ecclesiam propria ordinatione constituit, ut quod [7] divinis praeceptis noscitur esse dispositum, nullatenus poterit praeteriri, cuius notitiam vel scientiam te non convenit ignorare. In faciendo namque bona laudamur, et tunc verborum cultus ornatur, quando sibi convenientia rite coniungit. Litteras siquidem per Patricium filium nostrum spectabilem virum tuae suscepimus charitatis, in quibus speramus [8] opus plenum et probabile reperire, ut nihil esset quod ab integritate unitatis secerneret. Sed quia in his ipsis hunc promittis affectum, qui nos ad hoc, quod praediximus, possit specialiter provocare, Domino nostro preces effundimus, ut ipse, cuius et causa tractatur, abstersis vel amputatis universis scandalis, et [9] Ecclesia sua sub uno consensu et parili faciat fide connexos; nec in sacerdotibus suis quidquam reperiri patiatur, quod cuiuslibet aut odiis propriis, aut inanibus intentionibus, aut hominibus in iniuriam Dei, quod [10] nefas est velle placere, et non magis, universa secundum beatum apostolum saecularia contemnentem, a spe non possit exorbitare futura [11]. Hortor propter commune remedium, invito

Quidquid pro pacis custodia tollerandum.

Dorothei sensus innuit.

Sollicitudinem suam pro Eccl. unitate ostendit

1 Caraf. cum cit. codd. *consecratione*; perperam, uti videtur.

2 Iid. codd. *volueritis*. Certe clarius.

3 Cod. n. 4961 ad marg. ead. manu *Per Patricium.*

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 564.

5 Cod. n. 5617 *evenerit.*

6 Cont. Const. potius « *ut ea, quae de concordiae conversatione* ». Ita etiam recte corrig. cit. cod.

7 Cont. Const., *et quod*, ubi notatur *ut* pro *et* frequent. in mss. irrepere. Cod. autem Vat. 4961 nobiscum legit; alter 5617 recent. not. correctum habet *et quod*. Sane orat. contextui utrumque convenit.

8 Cont. Const. « Certe legend. *sperabamus*; aliud enim ac Dorothei litt. innuunt, Pontifex desiderabat ».

9 Cont. Const. recte, ut videtur, *scandalis ex Ecclesia sua, sub uno....*

10 Forte legend. *quibus.*

11 Tit. II, 12, ubi Vulg. ait: « *Erudiens nos, ut abnegantes.... saecularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc saeculo* ».

Ad hanc unitatem vehementius hortatur.

pro salute fidelium, propter generalem suadeo medicinam. Quis namque contentus est hos videre divisos, quorum potest unitate gloriari? Unde opus est labore communi, ut hoc, quod a Patribus nostris accepimus, conservantes secunde, nisi in illo[1] possimus divino astare iudicio[2].

EPISTOLA III[3].

Anastasii pro cath. Eccl. sollicitudinem laudat, quidve de synodo congreganda sit agendum, per legatos se indicaturum innuit.

Hormisda Anastasio Augusto per Severianum.

Anastasium laudat.

Bene clementia vestra confidit, sicut datis ad me gloriosis designavit affatibus, quod reipublicae vestrae specialiter proficiat, si negotiis omnibus orthodoxae fidei causa praeponatur. Haec est enim, venerabilis imperator, de suscepto moderamine rectoris cura salubrior, ut eius sibi favorem per opera bona conciliet, qui universum et tribuit, et regit imperium[4]. Proinde me quoque et Domino nostro Iesu Christo convenit supplicare, ut qui de Ecclesiae suae concordia vestram pietatem cogitare voluit, hunc super hac parte concedere dignetur effectum; quatenus temporibus vestris orthodoxa fide praeditus universus terrarum orbis exultet. De his vero, quae pro synodali congregatione praecepistis, quid fieri oporteat, per fratres et coepiscopos meos, qui propere subsequentur, gloriae vestrae insinuanda mandavi[5], quorum suggestione, si divinus favor mea vota prosequitur, competentius poteritis universa cognoscere.

De synodo per legatos respondet.

Data VIII idus Iulii, Florentio consule.

Dat die 8 Iulii, an. 515.

EPISTOLA IV[6].

Anastasium ad Ecclesiae unitatem redintegrandam magis incitat, synodique convocationem laudans huic contra veterum consuetudinem se adfuturum promittit, dummodo concilii statuta integra serventur.

Hormisda Episcopus[7] Anastasio Augusto.

Fovet Anastasii pro Eccl. sollicitudinem.

Bene atque utiliter serenitas vestra curam principalis acuminis, non tantum in administrando reipublicae exercet officio, sed melioribus eam nobilitat[8] institutis, et per curam redintegrandae unitatis auctorem venerandi placat imperii. Certi sunt enim de tutela regnante[8], si nulla, iisdem praesidentibus, Ecclesiae castitas

---

1 Cont. Const. « Forte *secum in illo* ».
2 Iuxta Jaffè op. c. pag. 65 dat. ann. 515.
2 Ex Labb. *Concil. Collect.*, tom. v, col. 565.
3 « *Tribuet, et reget imperium* ». Vat. cod. 5617.
4 Ne vaferrimus imperator ad regnum confirmandum pontificia auctoritate abuteretur, Hormisda quatuor legatos misit, qui de synodi convocatione eius voluntatem explorarent. Vid. Labb. loc. cit.

5 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 570.
6 *Episcopus* expungi potest vat. codicis 4961 auctoritate, ad cuius marg. etiam inscribitur: « *Per Ennodium, et Fortunatum Episcopos, Venantium presbyterum, Vitalem diaconum, et Hilarium notarium* ».
7 Codd. ou. 4961, et 5617 perperam ad locut. context. *eam nobilitans institutis, et.*
8 Baron., et Caraf. probe *regnantes*.

importuna diaboli commixtione maculetur. Unde enim potest fieri, ut nitidas pro principibus ad Deum nostrum preces dirigat, si sit lethaliter populus perfidia corruptus? Nam sicut ante bona omnia est perfecta iuxta Deum in imperatoribus sapientia, ita de sacrario mundorum pectorum pro his supplicatio debet et fideli animarum ubertate procedere. Nulla vobis, sublimissime Domine, triumphorum materia poterit esse iucundior, quam de subiugatione perfidiae.

De indicto concilio gaudet.

Hoc etiam fiducialiter, et pro commissi nobis officii praerogativa suggerimus, quia prope est, ut suum splendorem aliena patiatur nube fuscari, qui cum, Deo triumente, amovere possit, in subditis tenebras manere permittit errorum. Ergo quia mansuetudo vestra futuram synodum scriptis sacratissimis indixit [1], cui nos interesse debere iisdem paginis, Deo, ut credimus, sibi imperante, commonuit, gaudemus, scientes quoniam directarum mentium est venerabilis Ecclesiae magistros expetere. Soli enim declinant examen conscientiae, qui vitae sunt non continentis [2]. Nam et feriato ore splendorem bonae voluntatis enuntiat, qui per apostolicam, immaculatamque fidem, et per competentes praedicatores aut confirmari se optat, aut corrigi.

Eisque contra velt. morem se adfuturum promittit.

Verumtamen licet in his nullum saeculi praecedentis existat exemplum, neque senioris facti qualitas aut commissa libris, aut memoriis inserta teneatur [3]; nihil ad nos, quibus dulce est beneficio Dei, pietate vestra invitante, inchoare meliora, et hoc, quod non accepimus a parentibus, tam clari operis institutum nobis ipsis imponere; quia totum [4] pro redintegratione fidei et ecclesiarum pace facere libenter amplectimur; si tamen maiorum nostrorum diffinitio, et sanctorum Patrum in suis radicibus inconcussa permaneat; si anathematizetur Nestorius cum participibus suis, qui evacuans divinae sacramenta naturae, beatam Virginem Mariam nudi hominis mentitur esse genetricem; oblitus angelicae annuntiationis, per quam mundo innotuit, quia quod ex ea nasceretur vocandum esset sanctum Filius Dei [5].

Dummodo iamdiu definita non retractentur.

Facessat impiorum tam contumeliosa in Deo honorificentia; quoniam sic est in utero Virginis operata divinitas, ut ex ea unitas ibi procederet carnis animaeque humanae; increata [6] quidem, sed non confusa connexione substantiae; et sic in utrisque naturis pro nostrae redemptionis dilectione Christi Iesu Domini nostri persona una est, aedificante mysterio..... restitutione mortem subire potuisset naturae ..... [7] fragilitatem coelestis imperii valuerit virtute reparare, vel ita pro unitate personae et Dominus maiestatis crucifixus, et Filius hominis credatur descendisse de coelo. Eutychetis quoque ignorantia [8] divinorum bonorum omnium,

Ideoque anathematizetur Nestorius divinam negans maternitatem.

1 Ita et Baron., contra mss. auctoritatem. Caraf., et nn. codd. forte melius ad rem *indicavit.*

2 Caraf. et Baron. *non continentes.* At Cont. Const. ex cod. Vat. 4961, ubi legitur «*qui vita sunt non tenentes*» non inepto, ut videtur, restituendum censet «*quae recta sunt non tenentes*».

3 Et re quidem vera Silvester a Constantino invitatus ad Arelatense concil., et Leo ad Ephes. a Theodosio legatos suos mittere satis habuerunt. E Cont. Const.

4 «Supple *quod fieri potest*». Cont. Const.

5 Luc. I, 35, ubi Vulg. loquit: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*

6 Melius *indiscreta* h. e. *indivisa*, cui oppoitur *sed non confusa.* E Cont. Const.

7 Quae desunt verba supplendi nobis copia defuit. Tantummodo animadvertere iuvat cum Cont. Const., haec ad imitationem dicta esse S. Leonis ep. XIII ad Flavianum pag. 31 h. vol. col. 2, cap. V.

8 Ita et Baron; at Caraf. cum n. cod. 4961 hic vacuum spatium relinquit: Cont. Const. *expers* supplendum autumat.

Denique Eutychetes Christum hominem figuratam confingens;

et ipso cum sociis detestando iam nomine abdicetur hebetudo, qui Deum et Dominum nostrum Iesum Christum figuram tantum carnis habuisse testatus est, et nostrae veritatem non habuisse substantiae, nesciens de quo promissum sit; quia videbunt persecutores eius in quem pugnaverunt[1]. Ita enim in una eademque persona persistit utraque natura, ut Deus atque homo unus Dei Filius Iesus Christus fidelium cordibus appareat. Quid enim quadraginta dierum post resurrectionem Domini cum hominibus conviventis et convescentis egit praesentia[2]? Nisi in istis negotiis illorum, qui veritatem carnis negaturi erant, seniorem faceret aetatem[3] curationis esse, quam vulneris. Sic enim dixit ad discipulos: *Quid cogitatis in cordibus vestris? Palpate et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere*[4]? Neque fuisset mysterium, quod ostiis ad eos clausis ingressus est, si integritatem humani corporis non habebat. Possumus ex hoc dono Verbi praecedentem longius proferre sermonem; sed satis esse credimus per Dominum nostrum eruditae clementiae vestrae strictis supplicare suggestionibus, sperantes, ut laborem curamque pastoralis officii venerabilium praedecessorum vestrorum Marciani et Leonis formam secuti etiam principali potentiae[5] participatione fulciatis. Habebitis, Deo propitio, spem de victoriis non iacentem[6], si pontificali contra diaboli subreptiones congressione pacifica ad decertandum instructionem[7] muniatis. Nunquam in sanctarum ecclesiarum memoria Dioscori participis Eutychetis, Timothei et Petri, parricidarum commemoratio reviviscat; servetur ab omnibus[8] suspiciendae Chalcedonensis synodi, Deo per vos operante, definitio; Acacius Petri tenebrarum filii[9] communione pollutus habeat participes, quos delegit; qui etiam inter suos excessus nec de Petro Antiocheno, et complicibus eius nitidum se esse perpessus est. Cessent maledicta piis sanctae recordationis Papae Leonis ingesta dogmatibus, quae solos quidem illo in suis manente puniunt irrogantes. In his, quae praefati sumus, sollicitudinem vestri advocamus imperii; poterit enim pietas vestra hoc custodiens[10] apices, et sceptra sua post multos annos ad aliud saeculum possidere translata. Suscipite preces nostras per Ennodium atque Fortunatum fratres et coepiscopos nostros, nec non Venantium presbyterum atque Vitalem diaconum, vel Hilarum notarium filios nostros, quorum apud nos fides in Dei timore, studiumque perclaruit, pro vestro amore transmissas, et placidam vice nostra supplicationibus conscientiam

Neque damnatorum commemoratio in Ecclesiis reviviscat.

Et S. Leonis doctrina asseratur.

Anastasium hortatur, ut legatis annuat.

1 Ioann. XIX, 37, ubi legitur *in quem transfixerunt*.

2 Ex Act. Apost. I, 3 et 4.

3 « Suppl. *potius*, quae partic. apud antiq. patres haud raro reticetur. Textum autem sic intellige, ac si diceret : « nisi in his negotiis effecisset, ut senior aetas Apostolorum, qui de resurrectione illius dubitarunt, iis qui deinceps veritatem carnis eius erant negaturi curationis esset potius causa, quam vulneris ». Cont. Const.

4 Luc. XXIV, 38, 39, ubi Vulg. inquit: *Quid turbati estis, et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas, et pedes, quia ego ipse sum: palpate....*

5 Baron. et Caraf. *principalis potentiae*.

6 Baron. inepte, ut videtur, *non latentem*.

7 Caraf. cum nn. codd. perperam ad orat. context. *instructione*. Cont. Const. recte, ut opinor, *si pontificalem..... congressionem pacifica ad decertandum instructione muniatis*.

8 Cod. Vat. 4903, ad rem aptius, ut videtur, *in omnibus*.

9 « Alludit Hormisda ipsius Acacii verbis, quibus in ep. ad Simplicium Petrus *noctis filius appellatur* ». Cont. Const. Acacii autem verb vid. apud Migu. tom. LVIII, col. 47.

10 Cont. Const. forte perperam ad locut. context. *hos custodiens apices*.

accomodate. Speramus enim, et de Deo habentes fiduciam pollicemur, studia, quae a vobis verae religioni impensa fuerint, sine retributione et praemio non futura.

Data III idus Augusti, Florentio V. C. consule.

Dat. die 11 Augusti, an. 515.

EPISTOLA V [1].

Legatis, quae in itinere erga episcopos agenda sint, quaeque Constantinopoli erga imperatorem singillatim praescribit.

Ennodio et Fortunato Episcopis, Venantio presbytero, Vitali diacono et Hilaro notario Sedis Apostolicae legatis,

Hormisda Papa.

Quid erga episcopos in itinere praestandum

Cum Dei adiutorio et orationibus apostolorum venientes in partes Graeciarum, si episcopi voluerint occurrere, in qua decet eos veneratione suscipite. Et si voluerint secessionem [2] parare, nolite spernere, ne iudicetur a laicis nullam vos cum illis velle habere concordiam. Si vero vos ad convivium rogare voluerint, blanda excusatione eos declinate, dicentes: Orate, ut primum mysticam illam mensam mereamur habere communem, et tunc erit nobis ista iucundior. Victualia vero, et quae alia [3] offerre voluerint, excepta tamen subvectione, si causa poposcit, nolite suscipere; sed taliter excusate, nihil deesse dicentes, sperantes etiam ut animos suos vobis accommodent, ubi sunt dona et divitiae, et charitas et unitas, et quidquid ad gaudium religiosum certum est pertinere.

Quid in urbe CP. erga imperatorem.

Cum ista ordinatione, Deo propitio, Constantinopolim pervenientes, ibi seccedite [4], ubi ordinaverit clementissimus imperator; et antequam ipsum videatis, nulli detis ad vos veniendi licentiam, praeter quos pietas eius miserit. Postea tamen quam principem videritis, si qui orthodoxi et nostrae communionis, aut zelum habentes unitatis vos videre voluerint, eos sub omni cautela suscipite; per quos forte et quid agitur deprehendere poteritis. Praesentati itaque imperatori litteras porrigite cum tali allocutione: Salutat vos [5] Pater vester, Deum quotidie rogans, et intercessionibus [6] sanctorum apostolorum Petri et Pauli vestrum regnum commendans, ut Deus, qui vobis tale desiderium dedit, ut pro causa Ecclesiae mitti et consulere beatitudinem ipsius eligeretis, ipse et perfectionem tribuat voluntatis [7]. Et si voluerit, antequam chartas suscipiat, ordinem legationis agnoscere, his verbis utimini. Iubete scripta suscipere. Si dixerit: Quid habent chartae? Respondete [8]: Salutes ad pietatem

Quae ad eum allocutio.

1 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 565. Hic indiculus, qui et Commonitorium appellari solet in vet. edit., epistolae ad Avitum datae mense Febr. ann. 517 subiiciebatur, sed Jaffè, quem nos, ut plurimum, sequimur, cum una cum superiori ep. legatis traditum existimat ann. 515.

2 Ita Concil. Collect. post Baronium. Al. cum codd. Vat. 1961, 5617 *successionem* idest *hospitalitatem*. Baluzius ex coniect. *susceptionem* vel *subreptionem*.

3 Caraf. *et si quae alia*.

4 Cit. codd. *succedite*.

5 In iisd. omittitur *vos*

6 «*Confessionibus*» Codd. cit.; sed cod. 5617 recentioris not. ad marg. corrig. *intercessionibus*. Cont. Const. *confessionibus* restituit, advertens per hanc vocem designari preces ad Apostolorum tumulos.

7 Caraf. cum m. codd. *bonae retribuat voluntatis*. Forte melius, quasi perfectio bonae voluntatis illi detur in praemium.

8 «*Respondetis*». Codd. cit., qui subinde huiusmodi verba pro arbitrio commutant. Baron. vero nobiscum legit.; Caraf. cit. codices sequitur.

vestram continent [1], et Deo gratias agunt, quod vos sollicitos de unitate cognoscunt Ecclesiae; legite et agnoscetis. Et nullius causae mentionem penitus faciatis, nisi prius acceptae litterae relegantur. Et post susceptas litteras et relectas, adiicite: Nam et ad Vitalianum famulum vestrum misit litteras, qui [2], accepta a pietate vestra (sicut ipse scripsit) licentia [3], suos ad Patrem vestrum sanctum Papam homines destinavit. Sed quia iustum erat, ut prius ad clementiam vestram dirigeret, hoc fecit, ut, vobis iubentibus atque ordinantibus, ad eum scripta, quae detulimus, Deo propitio, perferamus. Si imperator petierit epistolas a nobis [4] ad Vitalianum directas, sic respondendum est: Non hoc nobis Pater vester sanctus Papa praecepit; nec sine iussione illius aliquid possumus facere. Tamen ut sciatis simplicitatem litterarum, quia nihil aliud habent, nisi preces ad pietatem vestram directas, ut accomodetis animum vestrum pro unitate Ecclesiae, iungite nobiscum personam, qua praesente, traditae a nobis litterae relegantur. Si vero dixerit imperator, eas se debere legere, respondebitis: Iam vos suggessisse, iussum non fuisse a sancto Papa [5]. Si dixerit: Hoc tantum est quod in litteris continetur? [6] Possunt enim

Ad Vitalianum litterae in manus Anastasii nullo pacto tradendae;

Hinc tamen ore tenus communicandae.

et mandatis alia nuntiari. Tunc respondebitis: Absit a conscientia nostra. Nobis non est consuetudo [7]; nos pro Dei causa venimus, et in Deum commissuri sumus? Simplex est sancti Papae legatio, et omnibus nota ipsa eius petitio, ipsae preces, ut constituta Patrum non corrumpantur; ut haeretici de Ecclesiis removeantur; praeter ista, legatio nostra nihil continet.

Legationis causa iterum.

Si dixerit: Inde et ad synodum invitavi sanctum Papam, ut, si quid est ambiguum, tollatur de medio [8]. Respondendum est: Agimus Deo gratias, et petitioni vestrae [9], quia hunc vos affectum et animum habere cognoscimus, ut ea quae a Patribus constituta sunt generalitas servet; quia tunc vera et sancta unitas potest esse inter Ecclesias Christi, si, Deo adiuvante [10], hoc, quod praedecessores vestri Marcianus et Leo custodierunt, elegeritis [11] esse servandum. Si ille dixerit: Quae [12] sunt ista, quae dicitis? Respondete: Ut synodus Chalcedonensis et epistolae sancti Leonis Papae, quae scriptae sunt contra haereticos Nestorium et Eutychetem et Dioscorum, nullatenus corrumpantur. Si dixerit: Nos synodum Chalcedonensem et epistolas Papae Leonis et recepimus [13] et tenemus. Vos mox gratias agite, et pectus eius osculamini [14],

De convocanda synodo quid declarandum.

1 Subaudiendum *nomine Papae*, siquidem mox de ipso nondum nominato enarratur, et Caraf. subdit, *quia vos solicitos de unitate cognoscit Ecclesiae*. E Cont. Const.

2 « Al. *quia* ». Cont. Const. Forte rectius.

3 « *Anastasius*, inquit Cedrenus ad ann. 23 Anastasii, *rebus suis deploratis, pacem per legatos a Vitaliano petit, iurans una cum Senatu se, quos relegaverat, revocaturum, Macedonio, et Flaviano suos episcopatus redditurum, ad concilium Heracleae evocato etiam PP. romano*. Hinc secutae Anastasii litterae dat. ann. 515 prid. id. Ianuarii; neque ambigendum, quominus eodem tempore a Vitaliano scriptae sint etiam quae hic innuuntur ». E Cont. Const.

4 Caraf. forte perperam *a vobis*.

5 Caraf. cum nn. codd. *respondes: te suggessisse iussum tibi a sancto Papa non fuisse*. Melius quidem ad context. n. lectio.

6 Hic, ubi al. duo puncta interiiciunt, nobis visus est orat. contextus interrogandi punctum requirere.

7 Caraf. cum cit. codd. sane rectius *talis consuetudo*.

8 Id. cum nn. codd. minus recte ad locut. *ut si est aliquid ambiguum tolleretur e medio*.

9 Iid. *pietati vestrae*.

10 Cit. codd. *si, vos Deo iuvante*.

11 Iid. *eligitis*. Ad sens. rectius n. lectio.

12 Caraf. cum nn. codd. *Et quae*.

13 Iid. *recipimus*. Ad rem f. aptius n. lectio.

14 Caraf. cum cit. codd. hic addunt *clementiae*.

dicentes: Modo cognovimus, Deum esse vobis propitium [1], quando facere talia festinatis; quia ista est fides catholica; ista est quam praedicaverunt apostoli, sine qua nullus potest esse orthodoxus; istam debet sacerdotum generalitas tenere, et praedicando servare.

De Orientalis Eccl. dissensione quod efflagitandum.

Si dixerit: Orthodoxi sunt episcopi; de constitutis Patrum non recedunt. Respondebitis: Ergo si constituta Patrum servantur, et in nullo corrumpitur quod in sancta Chalcedonensi synodo [2] firmatum est; quae causa est, tantum inter Ecclesias partium istarum esse discordiae? Vel quae causa facit, in uno [3] Orientis episcopos non consentire [4]? Si dixerit: Quieti erant episcopi, nulla inter ipsos discordia versabatur: praedecessor sancti Papae animos eorum missis litteris excitavit, et ad confusionem excitandam perduxit [5]. Respondendum: Litteras, quas sanctae memoriae Symmachus [6] destinavit, prae manibus habemus. Si extra haec, quae pietas vestra dixit, hoc est «Chalcedonense concilium sequor, epistolas Papae Leonis admitto» aliud nequidquam [7] continent nisi exhortationem, ut ista serventur; quomodo [8] verum est quod per ipsum est generata confusio? At si hoc continetur in litteris, quod et Pater vester sperat, et pietas vestra consentit; quid ille fecit? Quid enim in eo videatur esse culpabile [9]? His adiicite preces et lacrymas, rogantes: Domine imperator, considerate Deum; ponite ante oculos vestros futurum eius iudicium. Sancti Patres, qui ista constituerunt, beati Petri apostoli fidem secuti sunt, per quam aedificata est Ecclesia Christi.

Haec Symmachi litteris non tribuenda.

Quid ab imperatore vel maxime requirendum

Si imperator dixerit: Quod me vultis per locutionem facere habete [10]; ecce mihi communicate, qui synodum Chalcedonensem recipio, et epistolas Papae Leonis amplector; nunc communicate mihi. Respondendum est: quo ordine pietas vestra communicari sibi desiderat? Nec nos praedicantem [11] ista pietatem vestram [12] vitamus, quod scimus Deum timere, et gaudemus, quia gratum vobis [13] est Patrum constituta servare. Fiducialiter ergo rogamus, ut per vos in unitatem revertatur Ecclesia. Sciant omnes episcopi voluntatem vestram, et quia synodum Chalcedonensem et epistolas Papae Leonis servatis, vel apostolica constituta [14]. Si dixerit: Quo ordine facienda sunt haec ostendere oportere [15]. Iterum preces adhibete cum humilitate, dicentes: Pater vester scripsit episcopis generaliter. Iungite his litteris sacras vestras, significantes

1 Perperam Caraf. *nobis esse propitium*, et mox peius *ista debet*.

2 Caraf. *in sancto Calch. concilio*.

3 Cont. Const. potius *in unum*.

4 Ita et Baron. At. cum nn. codd. minus apte *non sentire?*

5 Caraf. cum nn. codd. perperam *ad confusionem solicitando perduxit*.

6 Caraf. *Papa Symmachus*.

7 Caraf. perperam ad context. *aliud quidquam*.

8 *Quomodo* perperam omittitur in Caraf. et in n. cod. 4961.

9 Sane rectius al. *quid ille fecit, quod in eo videatur esse culpabile?* Scil. «quid Symmachus fecit unde reprehendi possit?». E Cont. Const.

10 Al. mendose quidem *Quid me vultis persecutionem facere ab eo*. Perperam et al. *Quod me vultis prosecutionem*, vel *per solutionem facere, habete*. Sane recte n. edit., quasi imperator diceret: «Quod per locutionem vestram vultis ut ego faciam, aggredior: Ecce mihi».

11 Cit. codd. ineple quidem ad context. *praedicantes*.

12 Perperam Caraf. *istam pietatem*.

13 Id. mal. *nobis*.

14 Baron. et Caraf. cum codd. cit. *Sedis Apostolicae constituta*.

15 Iid. *Quo ordine facienda sint haec, se debere cognoscere*.

hoc vos vindicare [1], quod Sedes Apostolica [2] praedicat; et tunc [3] qui sunt orthodoxi, de unitate Sedis Apostolicae minime separentur, et qui his sunt contrarii cognoscantur. Quibus ordinatis, paratus est Pater vester etiam [4], si opus fuerit, suam accommodare praesentiam, et quidquid expedit, servatis Patrum constitutis, pro integritate Ecclesiae non negare.

Timotheus in CP. episcopum non suscipiendus.

Si dixerit imperator: Bene ista; suscipite interim nostrae civitatis episcopum [5]. Iterum preces iungite, humiliter dicentes: Domine imperator, pacem venimus cum Dei adiutorio, vobis adnitentibus et praestantibus, facere, et contentionem [6] sopire in civitate vestra. De duabus est personis intentio; ista causa proprium cursum habet; generalitas episcoporum prius ordinetur; fiat una communio catholica; et sequenti loco de istis, vel si qui sunt alii extra Ecclesias suas, tunc diligentius potest causa cognosci.

Macedonii causa prius examinanda.

Si dixerit imperator: De Macedonio dicitis; intelligo subtilitatem vestram, haereticus est; nulla ratione revocari potest. Respondetis: Nos, domine imperator, nullum personaliter indicamus [7]. Et si pietas vestra consideret, magis pro anima vestra et opinione loquimur, ut sit discussio, et si haereticus est, iudicio cognoscatur, ut [8] non sub opinione orthodoxi iniuste dicatur oppressus.

Si dixerit imperator: Quid vultis? Modo dicite de synodo Chalcedonensi; dicetis et de epistolis Papae Leonis: Ecce qui est istius civitatis episcopus ad ista consentit [9]. Respondendum est: Si ita [10] custodit, in examinatione causae cum iuvare plus poterunt; et quia servo vestro Vitaliano magistro militum talem dedistis licentiam, ut si speraret a beatissimo papa, ut pro causis talibus apud eum discussione causae his personis, quibus de loco potest esse intentio, integra universa serventur [11]. Si imperator dixerit: Sine episcopo debet esse civitas mea? Hoc vobis placet, ut ubi ego maneo, episcopus non sit? Respondendum: Praediximus duarum personarum intentionem esse in ista civitate. Quod ad canones pertinet, iam ante suggessimus; canones solvere, in religionem committere est. Multa sunt remedia, multa inventa, per quae pietas vestra sine communione esse non possit,

1 Ita et Baron., cuius lection. libentius sequitur Cont. Const. Al. *indicare*, vel *iudicare*; sed perperam.

2 « *Quod et Sed. Apostolica* ». Cit. codd.

3 « *Ut tunc* ». Cont. Const. forte aptius ad contextum.

4 *Etiam* omittitur in Caraf., et in nn. codd.

5 Iid. codd. ad rem perperam *suscipite iterum nostrae civitatis episcopum*.

6 Nempe de causis Macedonii CP Episcopi in exilium eiecti, et Timothei Eutychianistae in eius locum suffecti. Al. perperam *intentionem*; Baron. vero, et Cont. Const. recte nobiscum legunt.

7 Cit. Codd. *vindicamus*. Forte ad seqq. melius.

8 Ita et Baron. Al. cum Cont. Const. et nn. codd. forte minus bene *et non sub opinione orthodoxi*. Macedonio autem haec, ut videtur, fuit exulandi causa. Imperatore in trisagio adiicere volente « *qui crucifixus est pro nobis* » gravissima fuit orta seditio, cuius auctor ac princeps Macedonius habebatur. Vid. Anast. Biblioth. *Hist. Eccl.* Inter script. Bizant. edit. Venet 1729, pag. 28, et Evagrium lib. IV, cap. XLIV. E Cont. Const.

9 Scil. « Timotheus, qui, Theodoro lectore teste, fidem suam in horas mutabat ». E Cont. Const.

10 Caraf. cum nn. codd. recte ad context. *Si ista*.

11 Cont. Const. hunc locum satis implicatum sic expedit: « *et quia Vitaliano magistro militum talem dedistis licentiam, ut si speraret a beatissimo PP., ut* (sicut) *pro causis talibus per canones fieri debet, apud eum discussionem causae, et de his personis, quibus de loco* (nempe CP. Sedis) *potest esse intentio* (contentio), *integra universa serventur*. Vid. Concil Sardicense can. 4 ».

et integra iudiciorum forma servetur. Si dixerit: Quae sunt ista remedia? Respondetis: Non a nobis noviter inventa [1]. Suspensa causa de aliis episcopis, persona, quae consentit confessioni pietatis vestrae, et constitutis Sedis Apostolicae, interim usque ad eventum cognitionis teneat locum Constantinopolitani sacerdotis [2], si cum Dei adiutorio episcopi voluerint, se accommodare Sedi Apostolicae. Habetis textum libelli in scriniis Ecclesiae editum [3], iuxta quem debeant profiteri.

Interim Timothei loco catholicus Episc. sufficiendus.

Si tamen contra alios episcopos catholicos [4] fuerint datae petitiones, magnopere contra illos, qui sine verecundia Chalcedonensem synodum anathematizant, et epistolas non recipiunt sancti Leonis Papae, petitiones suscipite, causam tamen in Sedis Apostolicae reservate iudicio [5]; ut et spem de audientia detis, et tamen nobis [6] debita reservetur auctoritas. Si tamen imperator serenissimus totum se promiserit esse facturum, tantum ut nostram praesentiam accommodemus, modis omnibus prius sacram ipsius per episcopos et per epistolam vestram, uno de vestris perferente per provincias una cum personis, quas imperator deputaverit, destinate; ut sic eum servare Chalcedonense concilium, et epistolas S. Leonis Papae omnibus innotescat. Quibus ita procedentibus, ad nos in Christi signo, ut adventum procuremus, scripta dirigite.

Episcopi haeresum fautores S. Ap. iudicio reservandi.

Anastasii resipiscentia publicanda.

Praeterea est consuetudo per episcopum Constantinopolitanum omnes imperatori episcopos praesentari [7]; si hoc illorum callidus tractatus invenerit volentium formam legationis agnoscere, ut cum Timotheo, qui modo videtur Constantinopolitanam gubernare Ecclesiam, imperatorem videatis, sic facite, ut si ante agnoveritis, quam ad imperatorem ingrediamini, ista disponi per aliquos, necdum praesentati dicite [8]: Mandata talia nobis dedit et praecepta Pater pietatis vestrae, ut sine aliquo episcoporum vestram clementiam videamus. Ergo agite, donec se ab hac consuetudine ipse removerit.

Timotheo adstante, nil ad imperatorem loquendum.

Quod si omnino noluerit, aut si captiose contigerit, ut ante imperatorem inopinate Timotheum videatis, ita suggerite: praecipiat pietas vestra nobis dare secretum, ut causas, pro quibus missi sumus, exponamus. Si dixerit: Dicite ecce ante ipsum; respondetis: Non iniuriam facimus; sed quod ad causas pertinet [9], etiam ipsius continet legatio nostra personam, et suggestionibus nostris praesens esse non potest. Et nulla ratione, eo praesente, aliquid allegetis, sed egresso, delegationis textum exerite [10].

1 Caraf. et nn. codd. ad rem perperam *inchoata*.

2 Insigne quidem, et recens hac de re erat visitatoris exemplum in Urbem missi, donec Symmachi, et Laurentii controversiae de Romana Sede contendentium finis fuit impositus. Antiquius si desideres, vid. apud Augustin. ep. XLIV, n. 8. E Cont. Const.

3 Caraf. et codd. nn. recte quidem *textum libelli e scrinio Ecclesiae editum*.

4 Cont. Const. « potius *contra aliquos episcopos a catholicis fuerint datae petitiones;* quod magis consonare videtur subnexis causarum capitulis, ubi legitur *adversus eos episcopos, qui persecuti sunt catholicos* ».

5 Caraf. cum nn. codd. *causa tamen in S. A. reservata iudicio*.

6 Iid. sane perperam ad context. *vobis*.

7 Consuetudinem hanc Iustinianus confirmavit novel. 123, c. 9, praecipiens: « *Episcopos in regiam civitatem, sicut dictum est, venientes, cuiuslibet fuerint dioecesos, prae omnibus ad beatissimum Archiep. Constant. et ita per eum ad nostram introire tranquillitatem* ». Vid. et novell. 6, c. 3.

8 Cont. Const. *dicetis*.

9 Caraf. cum cit. codd. *Non iniuriam facimus, sed quod ad causas pertinet, intimamus: etiam*. Ad locution. forte aptius.

10 Id. *sed egresso, ordinem delegationis exerite*.

ALLOCUTIONIS AD LEGATOS HABITAE PRAECIPUA CAPITA.

Ut synodus[1] Chalcedonensis et epistolae S. Leonis papae serventur[2]. Utque clementissimus imperator consentiens debeat pietatis suae sacra generalia ad universos episcopos destinare, in quibus significet, praedicta se et credere et vindicare.

Cathol. fidei professio ab imperatore palam emittenda.

Consentientes etiam episcopi in Ecclesia, praesente plebe christiana, haec praedicare debeant[3]; amplecti se sanctam fidem[4] Chalcedonensem, et epistolas S. Leonis papae, quas scripsit contra haereticos Nestorium et Eutychetem et Dioscorum, sed et contra sequaces eorum Timotheum Aelurum, Petrum, vel contra eos, qui in ipsa causa tenentur obnoxii, simul etiam et Acacium, qui quondam Constantinopolitanae ecclesiae fuit episcopus, sed et Petrum etiam Antiochenum anathematizantes cum sociis eorum. Haec manu propria, praesentibus electis venerabilibus viris, scribentes, faciant secundum textum libelli, quem per notarium nostrum[5] edidimus. In exilium deportatos pro causa ecclesiastica ad audientiam Sedis apostolicae revocandos, ut iudicium et vera examinatio de his possit haberi: ita ut causa eorum inquisitioni integre reservetur.

Item ab episcopis.

Antistites regio iudicio damnati in S. A. examen revocandi.

Si qui vero sacrae Sedi apostolicae communicantes, catholicam fidem praedicantes, atque sequentes fugati sunt, vel in exilio detinentur, hos iustum est ante omnia revocari.

Depulsi autem ob cath. fidem in suas sedes restituendi.

Praeterea quae legatis inter reliqua iniunximus, ut si contigerit libellos porrigi adversus episcopos[6], qui persecuti sunt catholicos, de his iudicium Sedi apostolicae reservetur, ut circa eos venerandorum Patrum possint constituta servari, per quae aedificatio generalitati proveniat[7].

Episcopi catholicorum persecutores S. A. iudicio reservandi.

1 Al. *ut sancta synodus.*

2 « *Serventur, atque clementissimus* ». Id. cum nn. codd.

3 Caraf. minus apte ad orat. context. *debent.*

4 Al. *synodum.* Superior. verbis aptius.

5 Al. *per notarios nostros.*

6 Cit codd. *adversus eos episcopos.*

7 Iuxta Jaffè l. c. dat. ann. 515, die incerto: iuxta vero Cont. Const dat. 11 Augusti eiusd. anni.

EPISTOLA VI[8].

Eutychianae haeresis pertinaciam innuens Dardanos, et Illyricos episcopos, quorum fidei professionem indicat, ab ea resipuisse gaudet: Caesarium hortatur, ut orientalem S. A. legationem Deo commendet, eiusque litteras per Urbanum expectat.

Dilectissimo fratri Caesario, vel his qui sub dilectionis tuae ordinatione consistunt, Hormisda.

Iustum est, ut qui catholica communione laetamini, nobiscum de ecclesiae, si qua provenit concordia, gaudeatis: ut quemadmodum unus nobis consensus est fidei, ita sit individua gratulatio prosperorum. Nostis qualiter detestabilis Eutychiana[9] haeresis per orientales serpat ecclesias, et quoties praefatae superstitionis virus synodus generalis extinxerit, vel quoties eius sequaces salubria monita apostolicae Sedis spreverint, et quasi erubescentes manus dare veritati, aut apostolicae Sedis praedicationibus obedire, in hac tamen[10] obstinatione perstiterunt. Elatio enim semper affert saluti periculum, per quam

De Eccl. prosperitate gaudendum.

Eutychianae haeresis pertinaciam commemorat.

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 610.

9 « Cod. Reg. et Colb. hic, et deinceps Eutyciana ». Maurin. *Concil. Gall.* tom. I, pag. 868 edit. Paris. 1789.

10 Optime ad sens. Baron. *in hac tanta.*

ipsius inventor diabolus angelica potestate privatus est. Pro his nobiscum saepissime [1] fraternitas vestra condoluit, apostolicae non immemor lectionis, qua monstratur: *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra* [2]. Sed Dominus, qui vult omnes homines salvos fieri, et ad cognitionem veritatis venire, nunc multorum sensus illuminans, eis desiderium apostolicae communionis infudit, ut quod dudum intentione praedicabant, hoc nunc correctionis professione condemnent. Quorum reditum ideo absque suspicionis morsu recipimus, quia dum peccatum [3] sine aliquo excusationis velamine confitentur, manifestum desiderium correctionis ostendunt. Ergo episcopi tam Dardani, quam Illyrici pene omnes, ne sint errore condemnandi praeterito [4], petentes beati Petri apostolorum principis communionem, et scriptis et legationibus destinatis, se apostolicae Sedis regulis obedire confirmant. Pro quibus quantum nos oporteat gratulari, soli, quorum fides fervet, intelligunt. Sciendum vobis est igitur anathematizari nunc ab ipsis quoque Nestorium, qui dividit incarnationem Domini nostri Jesu Christi, et per hoc duos filios conatur asserere [5]. Eutyches carnis negans veritatem, et duas naturas in una persona non praedicans, ut Manichaeam phantasiam ecclesiis Christi, quemadmodum putavit, insereret, simili ratione damnatur. His adiungitur Dioscorus Alexandrinus, qui malitiae praefatae consentiens, in sancto Chalcedonensi concilio particeps damnationis effectus, et malorum seminum aequales fructus inveniens, in eam cecidit foveam, quam fidelibus parabat. Facti sunt istorum successores Timotheus Aelurus, et Petrus: quorum sibi ubique consensit iniquitas, et mentientes magistros in nullo deserunt, sed in omnibus pravitatibus antecedunt. Hi approbati sunt generalis materia laesionis [6], quorum et manus sacerdotalis sanguinis maculavit effusio, et vitam innocentium peremit interitus. Habent per universum mundum a catholicis infixa aeternae damnationis stigmata, quos orthodoxi non solum fecerunt communionis expertes, verum etiam eos Christianorum spoliavere vocabulo. Petrum Antiochenum cum suis, sicuti ab his, de quibus [7], ne sermonum pro-

Ab ea multos indubie resipuisse edocet.

Dardaniae et Illyr. antistitum novam fidei professionem innuit

1 Scilicet eo etiam tempore, quod Hormisdae Pontificatum antecessit. E Cont. Const.

2 I Corinth. XII, 26, ubi Vulg. legit *Si quid patitur*.

3 « *Quia qui peccatum* ». Maurin. loc. cit. Ad orat. forte melius.

4 « *Nec non Scytae errorem damnando praeteritum* ». Maur. ib., et cod. Reg., iuxta quem Baluzius ad lib. IV de Concord. Sacerdot., et Imp. cap. XXXIV, n. 13 iam monuerat, locum hunc esse emendandum, tum quia clarior evadit, tum etiam quia Aviti Viennensis epistolae suffragatur, ubi ille *Dardaniae, Illyrici, vel Scythiae* conversionem memorat. Intelliget autem Scythiam Ponticam, quae provincia erat orientalis Illyrici, quaeque Thracibus finitima interdum Thraciae nomine appellabatur, uti videre est in Evagr. lib. III, c. 44, qui Vitalianum alibi a Marcellino comite Scytham vocatum, modo Thracem dicit, et in ep. ipsius Hormisae ad Avitum, ubi legitur: *a conterminis suis Thracibus, Dardanis, et Illyricis.* E quibus sane verbis liquet, per eum Thraces appellari, quos in ep. ad Caesarium Scythas nominat. E Maurin. et e Cont. Const. ll. cc.

5 « *Conatur afferre* ». Maurin. loc. cit.

6 « Scilicet schismatis: quia nimirum hi ab Acacio primum damnati, ut haeresis Eutychianae cultores, ab eodem in sedes suas, pulsis orthodoxis, restituti fuerant, ut postea declaratur. In mss. *laesionis* loco (male) legitur *lectionis* ». Maurin. ib.

7 Baron. ad sensum aptissime *Petrum Antiochenum cum suis (sicuti ab his, de quibus loquimur, factum est) praefatis adiungite. De quibus ne prolixitas*.... Maurin. ibid. *Petrum*

lixitas nasceretur [1], hoc tantum dixisse sufficiat, Petrum et eius socios in nullo ab eorum, qui damnati sunt, dogmate discrepare. Quos Acacius aliquando condemnans in laudes suas omnium Christianorum ora converterat, et eos impugnans, qui Eutychianam haeresim vindicabant, fidem colentibus gratissimus apparuerat. Sed huic solitis insidiator fraudibus quod fraudabatur invidit. Nam postea hos suos complices habere desiderans, et in catholicos arma convertens, cum ipsis invenit sortem, quos optavit habere participes. Longum est epistolae brevitate per universa discurrere. Unde ex totius summa negotii partem aliquam pro instructione direximus, iudicantes quod tanta res vestram non possit latere notitiam; praecipue cum hoc per praedecessorum nostrorum literas [2] vestris fuerit regionibus nunciatum. Quod et nos pro his, quae nuper acciderunt, fraternitatem vestram curavimus instruendam, ne alicubi per ignorantiam fidelium locum invenire possit subreptio praedictorum [3], sed qui nituntur talia vindicare sacrae consortio communionis arcendi evidentius innotescant.

Cur eum indicaverit.

Igitur ubi interest fidei, quidquid ad gratiam huius pertinet saeculi, respuatur; cum nec naturalis affectio rebus debeat caelestibus anteponi, ut illud praeceptum domini compleatur: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus* [4]. De caeteris, quae in religionis causa confidentes divinis beneficiis praesenti tempore iterum de Orientis partibus speramus, et legatos direximus, Domino Jesu Christo supplicate, ut ipse, qui pro pietate sua prosperum donavit initium, similem concedere dignetur effectum. Urbanum Sedis apostolicae defensorem, etiam huic aptum negotio, ad caritatem tuam direximus, per quem de universarum effectu causarum responso congruo cupimus, quae sunt votiva cognoscere. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

Pro Christi fide terrena omnia respuenda.

Orientalem S. S. legationem eius precibus commendat.

Per Urbanum literas expectat.

Data VI Idus Septembris, Florentio viro clarissimo consule [5].

Dat die 8 Septembris, an. 515.

EPISTOLA VII [6].

Anastasium, qui se de Ecclesiae pace sollicitum praetendit, pro viribus hortatur, ut tandem verborum fidem factis confirmans orientalibus discordiis finem imponat.

Hormisda Anastasio Augusto per Theopompum at Severianum.

Solicitari animum tuum, clementissime imperator, ambitiosa aviditate comme-

Anastasio votum ecclesiast.

Antiochenum cum suis, sicut ab his, de quibus loquimur, factum est, adiungite. De quibus ne prolixitas.

1 Forte ad orat. context. potius legendum *nascatur.*

2 Baron. *hoc praedecessorum nostrorum litteris.*

3 Maur. ib. *perditorum*, quibus adhaeret Sirmond. cum mss.

4 Matth. x, 37.

5 Sic edit.. Cod. autem Colb. IV *id.*; cod. Reg. III *id.* E Cont. Const. et Maurin. Baronius vero hanc ep. refert ad ann. 518, licet et ipse datam censeat IV id. sept., Flor. Cons. Forte Fasti Onophriani, in quibus Magnus, et Florentius hoc ann. consules proponuntur, eum decepere. Vid. Pag. ad hanc ep. ann. 518. Jaffé dat. autumat die 8 vel 14 Sept. ann. Christi 515.

6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 574. Baronius ad ann. 516 § XVII existimat, hanc epistolam ei respondere, quam Anastasius Hormisdae misit hisce verbis exordiens «*Gratias Omnipotenti*», eamque reperies apud Migne, *Patrolog.* tom. LXIII, col. 381. Verum Cont. Const. hanc opinionem respuit, siquidem Hormisda per epist. v. pag 374 h. vol. illi videtur respondisse, nec modo novi aliquid fuit addendum. Multoque minus per ipsam Cont. Const. adprobatur quod

unitatis quamprimum expetendum.

moras, donec speratae unitatis redintegratio optata contingat. Bona sunt desideria salutis, et [1] laudabilis, quae se huiusmodi Deo commendat, intentio. Prudentiae siquidem speciale documentum est, cum id, quod sibi utile credit, impatienter inquirit. Nam si in corporum morbis noxia est tarda curatio, quanto magis in salute animae gravius est ferendus remediorum fidelium serior appetitus? Cum moneamur [2] spiritualibus institutis, ne quae prodesse possunt in diem posterum differantur, clamante sapientissimo Salomone: *Ne tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem* [3]: quia sicut in incerto vitae tempore [4], ita in tuto animae convenit esse remedia [5], *ut intret in gaudium Domini sui* [6], quem veniens Dominus ea, quae sibi placent, invenerit operari. Unde et fateor, me fuisse miratum, cur tamdiu legatio promissa tardaverit, cum facienda ista sint [7], ut regna coelestia rapiantur [8]. Veruntamen instinctus ipse, quem mansuetudinis vestrae declarat alloquium, spem supernae misericordiae pollicetur. Desuper est enim et ipsum velle quod bonum est. Confido autem, quoniam *qui coepit in vobis opus bonum, perficiet usque in finem* [9]. Ergo viae, cui coepistis insistite, et spretis errantium lubricis, nobiscum supra petram solidam tenete vestigia. Tali crevit ecclesia sancta consensu, quod his verbis apostolicorum actuum testatur historia: *Multitudinis credentium erat cor unum et anima una* [10]. Nam quemadmodum connecti poterunt gratiae vinculis, quorum distant corda sententiis? Fac, domine imperator, effectum rerum fidem probare verborum. Non enim sermonibus cognoscuntur hominum corda, sed effectibus [11]: cum et Abraham pater noster non nuda Deo fide, sed opere fidem commendante placuerit. Unde vel pro dispensatione mihi credita, vel pietatis vestrae circa me benignitate perpensa, domine fili, hortor et supplico, ut studium pacis, quod per scripta praefertis, ad componenda nobiscum, adiutore Deo [12], ea in his, quibus laborant ecclesiae, dirigatis, quia secundum Prophetam: *Pax multa diligentibus nomen tuum, et non est illis scandalum* [13]. Non sunt incognita apud mansuetudinem vestram, quae nos ab ea, quam redintegrare cupimus, unitate discernant. Date operam, ut laudando, quae profitemini, compleantur effectu. Et apostoli, cuius communionem creditis expetendam, totis

Siquidem ad Dominum conversio non differenda.

Itaque inceptis insistendum.

Verborum fides operibus comprobanda.

idem Eccl. Annalium parens huic ep. praemittit § xii, affirmans Hormisdam, dum hanc ep. Anastasii legatis traderet, huius gesta debuisse laudare. Perpetua enim Anastasii subterfugia, fallacem concilii convocationem, periura promissa, obstinatam pro Acacio, aliorumve haeretic. defensionem et caetera huiusmodi Pontifex commendare non potuit. Et sane vel huius ep. initium leviter consideranti paternam potius correctionem sapiat necesse est.

1 Baron. omittit *et*. Forte mend. typograph.

2 Vet. cod. Vat. 4961 leg. *commoneamur*, cui adhaeret cod. n. 5617, qui tamen ad marg. emendatur iuxta nostram lectionem. Cod. Ottob. 474 *quum moneamur*.

3 Eccli. v, 8, ubi Vulg. legit: *Non tardes*.

4 Mendose Caraf. *in incerto vitae tempore*.

5 Baron. *remedium*.

6 Matth. xxv, 21, ubi Vulg. inquit. *Euge. ... intra in gaudium Domini tui*.

7 « *Cum facienda iussit* ». Caraf., cui Cont. Const. libenter adhaeret.

8 Alludit ad Matth. xi, 12, ubi legitur: *Regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud*.

9 Philip. i, 6, ubi Vulg. legit: ..... *usque in diem Christi Iesu*.

10 Act. iv, 32.

11 *Fructibus* Codd. Vatt. 4961 et 5617; forte melius, siquidem hoc verbum magis consonat cum Matth. vii, 16.

12 « *Deo auctore* ». Baron. forte ad context. minus bene.

13 Psal. cxviii, 165, ubi Vulg. ait: ..... *diligentibus legem tuam*.

Damnatorum contagia sedulo effugienda.

viribus sequimini disciplinam. In totum perdita noxiorum declinate contagia; scientes, non habere cum religiosis impios portionem, nec ullum fidei cum perfidia esse consortium. Consequens est, ut qui errorum detestatur principes, oderit sectatores [1]. Execrabile habeatur in flore, quod damnatur in semine. Offerte hoc munus Deo, pro vestris, precor, offerte temporibus; iamdiu hanc a vobis hostiam pro tantis, quae vobis contulit Christus beneficiis [2], expectat. Quid opus est apud illum preces adhibere, qui supplicat? Vos senatui urbis Romae, ut me ad pacem hortaretur [3], iniungitis. Ego non solum cum his ad vos supplicationis verba converto, sed vestigiis vestris pro universali [4] advolvor ecclesia. Audite me pro Christo legatione fungentem: non patiamini ab improbis [5] canibus Christi membra discerpi: quae insanabilia videtis, abscindite, et quae aegra, curate. Cur quae sana sunt, invalidis coniuncta quatiuntur [6]? Servate ordinem, quem unitas [7] ipsa praefinit, et pacem mundo, quam poscitis, reddite [8]. Haec et sub praesenti occasione deposco, et rursum ac saepius supplicare curabo, sperans, importunitatem hanc meam et Deo esse placituram, et apud vos quoque per assiduas petitiones, quoniam id nos Dominus docuit, vacuam non futuram. Data Romae [9].

Imperatorem ad Ecclesiae unitatem enixius urget.

EPISTOLA VIII [10].

Ioannis humilitatem laudans, eum in fide confirmat; quomodo resipiscentes sint in Ecclesiam recipiendi per subditam normam edocet; litteras suas per Rufinum missas populo communicandas indicit.

Hormisda Ioanni episcopo Nicopolitano per Rufinum diaconum.

Ioannis humilitatem commendat.

Gavisi sumus in Domino valde, frater carissime, acceptis literis tuis, in quibus te profiteris sacerdotium Dei gratia suscepisse. Haec est fides certa [11], haec spes sine ambiguitate secura, qua creditur [12] totius boni causa in superna dispensatione consistere. Cuius rei scientiam habens, frater carissime, beneficiorum, quae a Deo nostro consecutus es, religioso animo gratiam confiteris, licet hoc quoque de eodem clementiae fonte descendat [13], ut se auctori suo humana submittat humilitas. Ait enim: *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, et quietum, et trementem sermones meos?* [14]. In his ergo,

Super humilem Spiritus Domini.

1 Forte legendum *sectatores*, *et execrabile habeatur in flore.*

2 Cont. Const. ex edit. rom. *beneficiis* expungit: nn. codd. cum Ottob. 474 ipsi consentiunt.

3 Baron. apte ad orat context. *hortetur*.

4 Ita et cit. cod. Ottob., cui refragantur codd. nn. 4961 et 5617, qui iuxta orat. context. probe legg.: *cum universali*.

5 «*Ab impiis*». Cit. cod. Ottob.

6 Caraf. cum Vatt. codd. 4961, 5617 *quatiantur*. Forte rectius ad context.

7 Caraf. cum nn. codd. *veritas* Ad rem perperam videtur.

8 In mss. *reddidisti*. Forte melius, quasi diceret « et inde pax certa continuo consequetur; adeoque in tua est potestate pacem consequi, seu praestare, quam poscis ». E Cont. Const.

9 Alii notam chronolog. ex ep. sequenti supplendam autumant, scil. datam existim. post August. mens, Petro consule, idest ann. 516. Jaffè autem eam scriptam censet post diem 16 Iul. eiusdem anni.

10 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col 588.

11 Cod. Ottob. 474 sic leg.; cod. autem Vat. 4961 habet: *Haec fides certa, haec.*

12 Perperam Caraf. *quae redditur*.

13 Ottob. et Vatt. citt. inepte quidem *descendit*.

14 Isai. LXVI, 2, ubi Vulg. legit. *Ad quem autem respiciam nisi ad pauperculum, et contritum spiritu, et trementem sermones meos?*

in quibus huiusmodi probaris, clarius inclaresceret aliis etiam virtutis huius futurum exemplum; quando ad hoc etiam, Deo instituente, perductus es, ut et de te[1] catholicorum glorietur Ecclesia. Nam sicut divinis testimoniis eruditus, et iuxta

Inde factum, ut Ioannes cum S. A. sententiis conveniat.

apostolum[2] sacrarum literarum institutione formatus[3] hoc auspicium tuae ordinationis edidisti, ut adversus deviantes cum Sedis apostolicae sententiis convenires. Neque enim remunerare[4] aliter tantorum beneficiorum poteras largitorem, nisi adversus inimicos eius evidentem zelum apostolicae confessionis ostenderes.

Eum in fide confirmat.

Notum est enim, eos extra religiosa septa consistere, qui et ipsi profitentur conscientiam fidei atque fiduciam[5], sed infructuosa est apud eos, quamvis[6] cum religiosis congrua sanctae communionis aequalitas, quia procul dubio qui ea, quam meruit, libertate non utitur, subiectum se iniquitatibus confitetur. Quid gloriemur his, quas non sequimur disciplinis? Falso appellat magistrum, qui se institutionibus eius non probat esse discipulum. Sed quia nobis nunc omnia in confessione similia, et libertatis propriae resumpsistis affectum, paternae rursus haereditatis cupientes esse consortes, amplectimini gratiam traditionis antiquae, et in illius inconvulsi fundamenti stabilitate persistite, non cum temporibus corda mutantes: inconstantis enim mutabilitas ista solet esse propositi, atque ideo bene fundatis oportet inhaerere; quando huiusmodi studia clementia scit fovere divina, ut fidei vestrae firmitas vobis de aliorum salute fructificet, et fervore vestri studii aliorum quoque animus ad resumptionem bonorum suorum possit accendi; quatenus et de vobis quoque sanctus Apostolus dixisse credatur: *Aemulatio vestra provocavit plurimos*[7]. Ergo Nestorii et Eutychetis impietatibus iuxta synodalia constituta damnatis, sectatores quoque eorum similiter execrantes, cum exultatione dicamus: *Exite de medio eorum, et separamini, et immundum ne tetigeritis, dicit Dominus*[8]. Quemadmodum enim quis malarum inventionum detestabitur principes, si non declinat sequaces? aut quemadmodum odit originem, qui non execratur et sobolem?[9]. In discipulis praedicatur fama docentium, et donec male iactorum seminum radix per succedentes culta floruerit, tamdiu auctorum memoria non peribit. Addatur perdito Eutycheti et Acacius discipulus[10] sub communione Petri, omniumque damnatorum mixtus errori: quos vestra dilectio literis suis, dum fidem suam asserit, evidenter expressit. Ad instructionem vestrae fidei pleniorem, quo ordine ad communionem

Vel ipsi haeresum fautores vitandi.

Erga resipiscentes agendi rationem subdit.

1 Huic lect. refragantur mss., quae cum Caraf. legunt *in te*.

2 Tit. I, 9.

3 « *Et iuxta Apostolorum sacrarum litterarum institutionem formatus* ». Baron. contra nn. codd. auctorit.

4 « *Remunerari* ». Vat. cod. 4961.

5 Id. sane perperam. *conscientiam fidei fiduciam, atque ideo et infructuosa est apud eos.* Caraf. *qui et ipsi profitentur conscientiam fidei; atque ideo et infructuosa est apud eos.* Forte rectius Cont. Const. *conscientiam fidei, non fiduciam; atque ideo et infructuosa est apud eos.*

6 Caraf. perperam, ut videtur, *quaevis*.

7 II Cor. IX, 2.

8 II Cor. VI, 17., ubi Vulg. legit: *et separamini, dicit Dominus, et immundum.*

9 Baron. *detestatur et sobolem.*

10 Male Caraf. cum nn. codd. *perditis Eutychetis, et Acacii disciplinis.* Legend. potius cum Cont. Const. *perditis Eutychetis discipulis addatur et Acacius*, qui vere non Eutychetis, sed Petri Mongi, quocum communicavit, extitit discipulus.

nostram suscipi deceat revertentes, indiculum [1] subter adiecimus, sperantes in Deum bonorum omnium largitorem, quod laudabili circa fidem vestrae devotionis [2] instantia non solum hoc eorum, qui vobis vicinitate iunguntur, saluti prosit, sed eorum quoque, ad quos fidei vestrae, et religiosae voluntatis velox fama pervenerit. Rufinum siquidem diaconum, qui nobis literas vestras obtulit, in Christi caritate suscepimus, quem Apostolorum orationibus commendantes cum pace remittimus [3]. Hortantes literas a nobis tam ad caritatem tuam, quam ad synodum directas populo relegatis, quod et nos pro fidei vestrae commendatione fecisse cognosce.

Litterae per Rufinum missae populo communicandae.

Data XVII Kalendas Decembris, [4] Petro V. C. consule.

Dat. die 16 Novembr., ann. 516.

EPISTOLA IX [5].

Ioanni metropolitae Nicopol. significat, ad veteres Epiri episcopos, qui nominatim haereticos non damnarunt, se fidei formulam misisse subscribendam, eorumque rescripta quam citius exposcit.

Hormisda Ioanni Episcopo Nicopolitano per Pulionem [6].

Litterarum, quas direxisti, series, et expositio tuae fidei conveniens Sedis Apostolicae iudiciis nostros animos relevavit. Tot incitati gaudiis contenti non fuimus, nisi per Pulionem [7] subdiaconum Ecclesiae Romanae, quid plenius circa vos ageretur, cuperemus agnoscere; magnopere quia in relatione episcoporum sub ordinatione charitatis tuae degentium non universa, quae ad ecclesiastica constituta pertinent, sicut in vestra, leguntur evidenter expressa. Unde et pro nostra sollicitudine, et illorum integra nobiscum coniunctione, libellum direximus, in quo eos oportet debere subscribere, quia et omnes sacerdotes vestrarum partium, qui ad Sedis Apostolicae communionem reversi sunt, in eadem professione subscripserunt. Ista charitas, ista communis salutis excitavit ambitio, quod credo et fraternitatem vestram gratanter accipere, quia ubi de animarum salute res agitur, studii tui, vel intentionis debes operam commodare [8], ut antecedendo fructum de tali possis laude percipere. Pulionem praedictum cum rescriptis charitatis vestrae ad nos, iuvante Deo, sub celeritate remittite, quatenus desideria nostra diu suspensa esse non possint.

De episcoporum fide nonnihil ambigit.

Ideo fidei formulam ab iis subscribendam mittit.

Celera responsum exposcit.

Data XIII kal. Decemb., Petro viro clarissimo [9] consule.

Data die 19 Novemb., an. 516 [10].

1 Forte iste indiculus idem est ac ille, qui subiicitur op. XIV pag. 393. h. vol.

2 Caraf. *dilectionis*. Forte melius n. lectio.

3 Caraf. cum nn. codd. *remisimus*; sane minus recte. Hic autem pro commate ab aliis intermisso affirmandi punctum appingimus, ut locutionis pespicuitati inserviamus.

4 Cont. Const. XIII kalend. Decembr., diemque XVII librariorum oscitant. huc irrepsisse suspicatur.

5 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 582.

6 Caraf. addit *subdiaconum*

7 Al. *Polionem*.

8 Baron. *accomodare*.

9 In nn. codd. deest *viro clarissimo*.

10 Labbaeus libellum, seu fidei regulam h. ep. subdit, Bininm secutus, cuius haec sunt verba: « *Hunc libellum, qui his litteris iungebatur, eumdem esse putamus, quem XV Kal. Aprilis datum, ex cod. Vatic. hic tibi exhibemus* ». Neve certe obstat, eamdem fidei formulam diversas praeseferre temporis notas, prout vicissim fuit subscribenda. Attamen quum huiusmodi libellus ipsissimis fere verbis ad calc. redeat ep. XIV, pag. 393 h. vol., eo lectorem remittimus, ne frustra idem document. repetatur.

EPISTOLA X [1].

Pulionem mittens Nicopolim, quae ipsi agenda sint, singula praescribit.

Pulioni subdiacono Hormisda [2].

In primis curandum, ut Metropolita suos episcopos convocet.

Cum Dei adiutorio, et orationibus sanctorum apostolorum Petri et Pauli veniens Nicopolim, sic debes agere, ut postquam episcopus Nicopolitanus acceperit litteras nostras, episcopos, quos in sua paroecia habet, colligat, et faciat subscribere libellum [3], quem in epistolis suis [4] habet annexum. Si tamen dixerit praedictus episcopus, esse laboriosum episcopos colligere, dirigat tecum personas per singulos episcopos, ut, te praesente, subscribant praedictum libellum [5]. Sic tamen cum Dei misericordia facere debes, ut epistolae, quae a nobis missae sunt, publice legantur; aut si videris prae timore, hoc episcopos facere nolle, saltem clericis suis haec relegant; quae tamen in ipsorum dimitte potestatem, et scripta episcoporum, et illius episcopi, hoc est Ioannis metropolitani, ad nos cum Dei misericordia reporta. Post hoc factum nullas moras te volumus ibidem facere propter insidias et calliditates inimicorum. *Per Ioannem diaconum eius* [6].

Sin minus, ut Pulionem ad singulos mittat.

Epistolae vel publice, vel saltem coram clero ab episcopis legendae.

Ubi rescripta Romam reportanda.

EPISTOLA XI [7].

Gaudens, quod veteris Epiri antistites ab Eutychiana haeresi resipuerint, eos ad constantiam hortatur, fideique formulam per Rufinum ab ipsis subscribendam mittit.

Hormisda synodo Epiri veteris [8].

De resipiscentibus laetatur.

Benedictus Deus Ecclesiae suae membra consocians. Benedictus Deus, qui, maligno instigante divisos, sub eadem, qua olim fuerunt, facit soliditate coniunctos. Etsi enim diu perdicis modo vociferavit inimicus, et eos quos non genuit, sicut asseruit Propheta, collegit [9]; tamen abyssina ambiguitate [10] desolabitur. Neque enim oves dominicae sequuntur alienum, aut alterius vocem pastoris exaudiunt [11]. Unde nec vos ad salutis iter rediisse miramur, cum tarditatem magis in hac redintegratione culpemus. Debemus, carissimi fratres, domesticis uti ad hanc, quam quaerimus stabilitatem, documentis; siquidem tunc Timotheus Chersonensis [12] gravis cum disceret [13], gravior cum doceret. Nam Dioscori sectator, et idem Petri nihilo minus institutor, adversus beatae recordationis Proterium saevi-

Eos ad constantiam urget.

1 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 582. Aliis quidem placet, hanc ep. sequenti postponere: sed quum rerum ordo aliud require videatur, nos eam hic collocamus.

2 In editis ita inscribitur: « *Indiculus per Pulionem, vel per Pulionem subdiaconum* »; at Cont. Const. nostram lectionem sequitur.

3 Codd. nn. 4961 et 5617, *in libellum.*

4 Innuit seq. ep. x.

5 Citt. codd. *in praedictum libellum.* Hormisdam autem voti compotem fecere non solum Nicopol. Episcopi, sed et Dardani, uti patet e litt. seqq.

6 Dat. iuxta Jaffè l. c. ann. 516. Quum autem haec ep. subsequenti annectatur, vid. quid de die sit inferendum.

7 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 580.

8 Codd. nn *Ephesi veteris* mendo quidem amanuensium. Cont. Const. e generali indice, qui in vet. cod. documentis praemittitur, addit *per Rufinum diaconum.*

9 Ierem. xvii, ubi Vulg. legit: *Perdix fovit quae non peperit.*

10 Ita cum cod. Ottob. 474 et edit.; al. mss. *ab his sine ambiguitate.* Sane recte ad contextum.

11 Ioann. x, 5, ubi Vulg. inquit: *Alienum autem (oves) non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum.*

12 Hic est Timoth. ille parricida, de quo plura praesertim in S. Leonis epistolis. Ab Hormisda autem forsan ideo Chersonensis nuncupatur, quod e Chersone, ubi exul degebat, *procellos spirabat*, prout inquit Acacius in ep. ad Simplicium apud Mign. *Patrolog.* tom. LVIII, col. 46. E Cont. Const.

13 « *Descenderet* ». Caraf. Al. cum codd. Vatt.

tiam [1] suae temeritatis exeruit, et totius finem [2] crudelitatis excessit, religiosi viri caedem inter ipsa operatus altaria, vix faucibus suis ab illo pio cruore suspensis. Tunc excitata universalis Ecclesia in odium parricidae [3] auctorem facinoris tanti [4] non solum communione, verum etiam ipso quoque christiano nomine spoliavit, et omnium mentes nova quadam admiratione stupuerunt tantae praesumptionis audaciam.

Ideo universae Eccl. in Dioscorum vindictam commemorat.

Tunc beatus Eugenius paroeciae vestrae obtinens principatum, cum subiecta sibi sancta synodo zelum quemdam, quali fide esse, Deo commendatus ostendit [5]. Cuius rei memoriam non solum non potest tempus abscondere, verum etiam de die in diem magna apud orthodoxos fama multiplicat. Horum studia sic probata negligere, et sententias non amare, idem est in ipsa Domini nostri [6] confessione delinquere. Et nobis quidem nunc post professionem ac litteras vestras, omnia fidei dogmata, Deo suos coniungente, similia orandum est [7], ut in ea voluntas vestra, qua nostros animos relevavit, confessione permaneat. Sed opus est intra respectum timoris insectari eorum rabiem, qui fide diversa nituntur [8].

Nec non Eugenii fidem.

Quanto enim infidelium error exaestuat, tanto magis se, si resistat, securitas nostra commendat. Neque enim haec sunt per patientiam negligenda, quando malum hoc vitio pravae consuetudinis animatum apud plures sub quodam colore legis inolevit, dum aut prava studia in unum congruunt, aut recta se subtrahunt. Nam, ut eam, quae imminet, rem loquamur, Eutyches ut nefandae haeresis inventor excluditur etiam ab his, a quibus eius dogmata diliguntur [9], apud eos ipsos ita exosus atque fugiendus, ut nominis quoque ipsius oderint mentionem. Sed perversi religiosarum [10] institutionum ministri, quem sicut verum detestantur haereticum, hunc alia via tanquam verum amplexantur orthodoxum.

Haereticis fortiter obsistendum.

Siquidem in sancta Chalcedonensi synodo Dioscorus eadem sentiens pari ratione damnatus est; et quum una persecuta sit utrumque sententia, horum alterum si quis sequatur et diligat [11], dicat aliquis quemadmodum se ea sententia [12], quae designatos damnavit, excipiat; quum eos, quos transgressionis aut impietatis connectit aequalitas, sine dubio unum quoque vinculum damnationis adstringat. Timo-

Dioscorus, licet Eutychem detestans, damnatus.

4961, 5617, et Ottob. 474 *discederet*. Cont. Const. nostram lect. praefert, cuius indicio posset etiam legi *pravus cum disceret*, idest quum Dioscori discipulus Proterium episcopum suum interfecerit; *pravior cum doceret*, idest quum episcopus factus Petri, qui ipsi successit, institutor fuerit, ac magister.

1 Apud Baron. *scientiam*.

2 Potius *fidem*; idest crudelitatem exeruit, quae omnem fidem excessit. E Cont. Const.

3 Excitata scilicet Leonis Augusti litteris ad universas provincias missis. E Cont. Const.

4 Baron. *ductorem facinoris tanti*.

5 Ita et Baron.; Caraf. eum nn. codd. perperam *quali fine esse Deo commendavit, ostendit*; cod. autem Ottob. 474 non minus inepte *quali fine esset*. Cod. vero 5617 ad margin. corrig. *Phinees*. Hinc aptius Cont. Const. *quali Phinees se Deo commendavit, ostendit*.

6 Baron. omittit *nostri*.

7 Forte haec periodi protasis ita legenda: *Et nobis quidem nunc post professionem, ac litteras vestras omnia fidei dogmata venerantes, Deo suos coniungente, similiter orandum est, ut .....*

8 « *Qui fidei diversae nituntur* ». Perperam Caraf.

9 Scil. ab Acephalis, qui sic appellabantur, quod Eutychen caput haereseos, quam erant amplexi, aversabantur. E Cont. Const. De his autem vid. Bercastel. *Hist. Eccl.* vol. VII, pag. 83, edit. Ven.

10 Caraf., refragant. mss. « forte *irreligiosarum* ». Sed perperam, ut opinor: religiosum enim dicitur quidquid ad religionem pertinet.

11 Id. *aut diligat*.

12 Caraf. male *se a sententia*.

Item Timotheus, Petrus et Acacius.

theus et Petrus horum sequaces, homines mente corrupti, et pestis quaedam nominis detestanda catholici, quorum communionem in Petro complexus Acacius, similiter [1] quoque meruit subire sententiam, qui tantum malum quasi parvi aestimans, et propositum nunquam ad meliora convertens, ne ab illis quidem se, quae in Antiochia detestamur, abstinuit; ibi quoque transgressori Petro communione connexus, in Apameam nihilo minus hostiliter versatus [2], ecclesiam Tyriam quoque non ea, qua decuit integritate, disponens. Propter quae, dilectissimi fratres [3], ab eorum innodatione solventes, velut religionem [4] quamdam pestiferam relinquentes, servemus apostolicam disciplinam [5], saluti nostrae omni diligentia et sollicitudine providentes, ea cura nefandi Nestorii declinemus [6] errores, qua Eutychetis impia inventa persequimur.

Ab his itaque non minus cavendum.

Maxime enim nunc religiosa [7] fidei dogmata diverso incursu horum, qui praedicti sunt, incursantur insidiis [8], scelestis pro ratione temporis sua argumenta nectentibus, quomodo possint innocentium viis fraudem suae impietatis inserere. Atque ideo sicut docti nummularii et prudenter instructi, ab improbandis laudanda separantes, talenti vobis crediti poteritis multiplicare substantiam. Haec, dilectissimi fratres, scripsimus plenae charitatis impulsu, quia spem [9] fidei vestrae primum Dei dono [10], deinde et fratris nostri Ioannis, qui vobis praesidet, professione praesumpsimus; qua nominatim omnes, quos apostolica ac generalis catholicorum condemnat Ecclesia, execrabiles sibi esse declaravit; quos vos quoque in litteris vestris oportuit evidenter exprimere, nec arbitrari posse sufficere sibi tantis [11] praesertim insidiis callidorum, quos viritim et singulos insectari convenit, atque damnare, sub quadam eos generali damnatione concludere. Diligentem quaerunt vulnera antiqua medicinam; nec abundans esse creditur quidquid pro integritate fidei et stabilitate religionis adhibetur. Unde libellum cum litteris misimus, cui vos subscriptiones proprias inscrite [12], ut fides vestra, quam directa per Rufinum diaconum scripta testantur, apud nos fiat huius quoque repetitionis adiectione manifestior.

Ioannis Nicopolitani archiepiscopi fidei formulam laudat.

Fideique libellum episcopis subscribendum mittit.

Data XIII kal. Dec., Petro V. C. Consule.

Dat. die 19 Novembris, an. 516.

EPISTOLA XII [13].

Aviti de statu orientalis Ecclesiae sollicitudinem commendat, summque silentium excusans Orientalis legationis infelicem exitum aperit: tum plures, ac praesertim veteris Epiri antistites ad S. A. communionem reversos significans, Avitum ad fidem vindicandam

1 « Al. *similem* ». Hard. Forte melius.

2 Porro non Acacius proprie, ac per se, sed Petrus Fullo, quocum Acacius ipse ob Petri Mongi societatem coniunctus censebatur, in Apameae Ecclesiam hostiliter se gessit, quum, Apamenis invitis, Ioannem ordinavit. E Cont. Const.

3 Supple *nos*.

4 Certe melius ad sens. Caraf. *velut regionem quamdam*.

5 Forte legend. *disciplinam; et saluti nostrae*.

6 Baron. *vitemus*.

7 Baron. *religiosae*.

8 Cont. Const. recte corrig.: *diverso incursu horum, qui praedicti sunt, incursantur, insidiose istis scelestis pro ratione temporis sua argumenta nectentibus, si quo modo possint....*

9 Baron. *qui et spem*. Caraf. *quia et spem*.

10 Id. *de Dei dono*.

11 Id., et Baron. forte rectius *sub tantis*.

12 « *Inserere* ». Vat. codd., in quibus omittitur verbum *oportet* forte amanuens. mendo.

13 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 584.

hortatur, seque alteram Constantinopolim legationem destinare innuit; demum Avitum precatus, ut divinum auxilium Christi Ecclesiae sedulo imploret, de Dardaniae et Epiri actis documenta subdit.

Hormisda Episcopus Avito Episcopo, et universis Episcopis provinciae Viennensis.

Avitus Orientalis Ecclesiae statum scire cupiens laudatur.

Qui de his, quae ad disciplinam catholicam pertinent, maxime sciens instrui cupit, quid studii circa mandata divina habeat, evidenter ostendit. Non enim potest esse huiusmodi cura, nisi ubi fides fuerit infucata. Atque ideo exultamus in Domino [1] de sinceritate propositi tui, dilectissime frater, dum te secundum directas per Alexium presbyterum, atque Venantium diaconum litteras intuemur et de impiis transgressoribus Eutychete, atque Nestorio Sedis Apostolicae constituta recolere, et si quid adversus eos admonitio nostra promoverit, per quos Orientales ecclesiae confunduntur, inquirere. Digna plane sollicitudo fidelibus, ut de miserorum lapsibus ingemiscant, et ipsi, ne aliena polluantur contagione, provideant [2]. Sed ne nos quidem hoc supersedisse credatis, ut ad notitiam vestram, si quid actum fuisset, competens perferret instructio. Verum breviter silentium nostrum, quod dilectio mordet vestra, purgamus. Nam quod non saepius nostra admonitio vos frequentet [3], de conscientia vestra, et fidei stabilitate confidimus. Sollicitudo impendenda fortasse sit dubiis; satis est, vitanda indicasse perfectis. Legationis vero nostrae, quam semel, non secundo, sicut scribitis, misimus, si votivus contigisset eventus, alacres illico vobiscum [4] fueramus desiderata partituri [5]; scientes [6] hoc rationi, hoc nostro proposito convenire, ut quos participes sollicitudinis fecimus, cum his de integritate unitatis [7] gaudia iungeremus. Sed quantum ad Graecos, ore potius praeferunt [8] pacis vota, quam pectore, et loquuntur magis iusta, quam faciunt; verbis velle se iactant, quod operibus nolle declarant; quae fuerint professi, negligunt [9]; et quae damnaverint, haec sequuntur. Nam unde est, quod cum per Ennodium fratrem et coepiscopum nostrum sacerdotales viros ad confirmanda ea, quae Sedes Apostolica poposcerat, directuros se esse promisissent, multa quoque, quae ad correctionem pravitatis suae a nobis quaesita fuerant, pollicentes, non solum non [10] religiosos viros, penes quos causae illius plena esse posset instructio, secundum constituta propria non miserunt; verum etiam, quasi res parva gereretur, laicos et alienos ab ecclesiastico corpore [11] destinantes non se studuerunt de coeno, quo immersi tenentur, evolvere, verum etiam catholicae fidei clarita-

Nam de alterius lapsibus ingemiscere digna fidelium sollicitudo.

Silentium suum excusat.

Apud Graecos qui legationis exitus.

Eorum perfidia.

1 Caraf. omitt. *in Domino.*

2 Baron. mendo, ut videt., typographico *pervideant.*

3 Cont. Const. hic apte supplend. censet *hoc in causa est, quia.*

4 Baron. omitt. *vobiscum.*

5 Codd. Vati. 4961, 5617 recte ad locut. context. *fueramus desiderata partiti*; licet in hoc ad margin. corrigatur *fueramus desiderata partituri*, forte pro *fuerimus desiderata partituri.*

6 Id. cod. 5617 ad marg. addit *pariter.*

7 Caraf. *redintegratae unitatis.*

8 Caraf. *praeferuntur:* Baron. *proferuntur.* Certe ad orat. context. mel. n. lectio.

9 Male, ut videtur, Baron. *quae professione diligunt.*

10 Sic Edit. et nu. codd.; verum iuxta latin. syntax. hinc particula *non* expungenda.

11 Scil. Theopompum domesticorum comitem, et Severianum comitem sacri Consistorii. Haec autem laicorum legatio, qui fidei negotia tractarent, insolens Hormisdae visa est, tum quod a cleri albo deligendi erant, qui res huiusmodi agerent, tum quod Anastasius contra promissa fecit. Ex Mans. op. al. cit. et Blanchin. apud Anastas. Biblioth. tom. III, pag. 227.

tem fulgentem[1] sua, quod absit, se posse crediderunt obscuritate[2] fuscare? Haec fuit nostri causa silentii, quam vos quoque spiritali vobis prudentia revelante vidistis. Quid enim de hac causa poteram directis litteris indicare, quam in statu suo videbam duram[3] pertinaciter custodire perfidiam? Novi exitus sollicitae diligentiam relationis inquirunt[4]. Qui de rebus cognitis nihil indicat, abunde in statu suo manere priora declarat. Quapropter, dilectissime frater, et vos praesentibus hortamur alloquiis, et per vos quoque, quia occasio data est, alios per Gallias, quos fides eadem nobiscum amplectitur, admonemus, promissam et amabilem Deo fidei servare constantiam[5]; et transgressorum societate declinata, constantiam vestram uni viro virginem castam, sicut spopondistis, exhibere Christo[6]. Et cavete, ne sicut serpens Evam seduxit astutia sua, ita sensus aliquorum corrumpantur a simplicitate et castitate, quae est in Christo Iesu. Perniciosa sunt blandimenta nocentium, atque ideo vigilare vos convenit, *quia adversarius salutis humanae, tamquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret. Cui resistite fortes in fide*[7], quia hoc speciale habent patris sui de coeli arce deiecti, qui vestigia eius sequuntur et diligunt, ut illa veritatis luce privati et[8] alios gaudeant sua obscuritate fuscari; et cum perversitatis suae poenas luituros esse se sciant, exultent si miseros cum sua damnatione coniungant. Nam unde est, quod cum pro magna parte a conterminis suis Thracibus, Dardanis, Illyricis, cognita eorum perversitate, deserantur, procul positos ignorantiae spe, fraudibus et[9] variis artibus nituntur allicere, nisi ut lucem, quam ipsi non habent, in aliis quoque impia contagione[10] commaculent? Ut autem quae sint partium earum studia possitis agnoscere, plures Thracum, licet persequentium incursibus atterantur, in nostra tamen communione persistunt, scientes fieri fidem per adversa clariorem. Dardania et Illiricus vicina Pannoniae a nobis, quod iam fecimus, ubi necessarium fuit, ut sibi episcopi ordinarentur expetiit; in tantum se a communione perditorum[11] separare gaudentes, ut remedia quaererent, dummodo commune cum transgressoribus nihil haberent. Epiri metropolitanus, hoc est Nicopolitanus episcopus cum synodo sua nuper segregatus ab impiis ad apostolicam communionem, deprompta, quae efficeret[12], professione, se contulit. Quae ideo scriptis aestimaverimus indenda[13] praesentibus, ut sicut sortem nos convenit dolere pereuntium, ita laetemur pariter de salute remeantium; et ut fideles constituti ab eis longius instruantur, qua virus eorum sollicitudine debeat

Avitum ad fidem constanter vindicandam hortatur.

Perversis. ac diabolis eadem institutio.

Haereticorum alliciae a pluribus reiectae.

Dardaniae et Illyriae episcopos postulantibus obsecutum.

Epiri metropolita cum sua synodo ad apostolic. communionem reversus

1 Caraf. *claritate fulgente;* cui adhaerent et nn. codd., certe mendo amanuensium, quibus nil facilius quam litterae *m* sigla in fine verborum omittere.

2 Cont. Const. *societate.* Sane ad texti metaphoram minus apte. Al. *siccitate* male interpretatum forte ex cod. 1961, ubi erronee legit. *sicietate* pro *societate.*

3 Minus bene Baronius *duriter et pertinaciter.*

4 Perperam Caraf. *inquirant.*

5 Baron. *amabilem Deo servate constantiam,* et mox *exhibete.*

6 II ad Corinth. xi, 2.

7 I Petr. v, 8, ubi Vulg. legit: *quia adversarius vester diabolus, sicut leo.....* Mox autem post vocem *devoret* pro commate ab aliis interiecto nobis affirmandi punctum requirere sententiarum nexus visus est.

8 Codd. nn. perperam expungunt *et.*

9 Iid. *aut variis.*

10 Male ad context. Baron. *cogitatione.*

11 Caraf. cum nn. codd. *a consortio perditorum.*

12 Recte Baron. *fieret.*

13 Baron. *inserenda.* Forte autem legendum: *Quae ideo scriptis aestimavimus indenda praesentibus.*

effugi, quos et a suis videant tam iusta detestatione vitari. Et nos quidem dispensationis nostrae memores necesse est, eos repetitae legationis officio convenire; quo [1] affectu salvationis [2] suae, si respectu Dei, si rationis intuitu non moventur, saltem pulsantibus importune et pertinaciter acquiescant; et aut ad rectam viam, declinatis erroribus, revertantur, aut propter impoenitens cor ab omnibus inexcusabiles iudicentur, qui et moniti toties in perfidiae obstinatione persistunt.

Legatio ad Orientem repetenda.

Vos orate, et nobiscum ad Deum preces et vota coniungite, ut per opem misericordiae eius nostra actio laborans pro catholicae fidei stabilitate promoveat [3], immaculatos vos et integros ab omni transgressorum societate servantes, ut aut cum correctis sensus et corda iungamus, aut ab eorum venenis intacti esse mereamur. Nam qui, sicut vos quoque conscientiam vestram non latere testamini, novimus Eutychetem atque Nestorium apostolicae, id est catholicae sententiae auctoritate damnatos; quemadmodum salvi esse poterimus, si eorum sectatoribus ac posteris qualibet parte communionis haereamus, quum Belial cum Christo nostro portionem habere non possit? Instructionis autem vestrae interesse credimus, ut ea, quae apud nos a Nicopolitanis, vel Dardanis acta sunt, vel quo in communionem ordine sunt recepti, vobis nota faceremus ipsarum lectione chartarum.

Itaque Deus pro viribus exorandus.

Nicopolis et Dardaniae acta subiecit.

Data xv kalendas Martias, Agapito consule.

Die 15 Febr., ann. 517.

EPISTOLA XIII [4].

Ioanni Nicopolis archiepiscopo de constantia in fide gratulatus, cum ad aerumnas aequo animo sustinendas incitat, rogatque ut provinciales episcopos ad constantiam hortetur, seque imperatori pro Eccl. pace supplicaturum Deo commendet.

Hormisda Ioanni episcopo Nicopolitano.

Remeante Pulione subdiacono nostro, litteras Charitatis vestrae suscepimus, de constantia fidei, vel de intentione, quam circa communionem Sedis Apostolicae geritis, gratulantes; sed contristati sumus, quod vos aliquas sustinere molestias perhibetis. Ista tamen diuturnam non possunt habere substantiam; quia ubi Deus pure colitur, etsi adversa contigerint, in prospera [5] commutantur secundum Apostolum dicentem: *Spes non decipit* [6]. Dubitans Apostolorum princeps incedens per pelagum laboravit; mox tamen, invocato Domino suo, paratum habuit, qui eum, porrecta manu, non pateretur sustinere discrimen [7]. Ergo auctorum nostrorum sequentes exempla, et in ipsorum fide permanentes, illius poscamus auxilium, de quo scriptum est: *Qui nos non dimittit tentari supra quae possumus* [8]. Igitur salutantes charitatem tuam hortamur, ut quemadmodum praediximus, in his, quae bene inchoata sunt, perseveres, quia *qui persliterit usque in finem, hic salvus erit* [9]. Frequenter alloquiis tuis

De acceptis litteris gratulatur.

Ioannem in aerumnis tolerandis confirmat

1 Codd. nn. *quod*, quib. consentit et Caraf.; sed perperam ad locution. contextum.

2 Potius legendum: *promoveatur*.

3 Ita et n. cod. 4961; at alii male interpretati verbum *solutionis* praeced. codic. erronee legg. *salutationis*.

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 595.

5 Perperam Caraf. *in prosperis*.

6 Rom. v, 5, ubi Vulgat. legit: *Spes autem non confundit.*

7 Matth. xiv a v. 29 ad 32.

8 I ad Corinth. x, 13, ubi Vulgat. legit.: *Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis.*

9 Matth. xxiv 13, ubi Vulg. habet *perseveraverit.*

nostram sollicitudinem relevare non desinas. Paroeciales quoque sacerdotes tuos competenti adhortatione[1] confirma, quia ista faciendo, talentum tibi creditum poteris multiplicare quotidie. De illa quoque parte, quam dilectio tua postulat, cogitamus, ut ad imperatorem clementissimum pro generalitatis quiete preces nostrae perveniant. Tantum est, ut votum studiumque nostrum congruis orationibus iuvare non cesses; quia nos in his, Deo auctore, perficiendis vacare minime potuerimus[2].

Comes et provinciales episcopos ad constantiam adhortari.

Imperatorem pro pace supplicaturus Deo commendandum.

Data v nonas Martias, Agapito viro clarissimo consule[3].

Dat. die 3 Mart. ann. 517.

EPISTOLA XIV[4].

Rogatu Ioannis antistitis Tarraconensis universis episcopis per Hispaniam constitutis indicit, ne orientales clerici in suam communionem recipiant, nisi fidei libello, quem mittit, subscribant.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Hispaniam constitutis Hormisda.

Inter ea, quae notitiae nostrae Ioannes frater et coepiscopus noster[5] studio ecclesiasticae utilitatis ingessit, hoc quoque pro affectu catholicae fidei et Apostolicae Sedis veneratione consuluit, quo ordine ex clero Graecorum venientibus tribui deberet sancta communio; propter causam scilicet Acacii a praedecessoribus nostris pro haereticorum communione damnati; in qua[6], qui se ab eius contagione non dividunt, a nostra communione habeantur excepti. Laudo[7] propositum viri hoc zelo circa fidem et apostolica instituta ferventis, ut nec[8] per ignorantiam quidem quemquam coeno erroris alieni pateretur immergi. Digna haec cura fidelibus, ut sollicito studio semper invigilent, et inculpatos se ab omni perversitate conservent. Ipsa est enim fidei innocentia, ut praevideat, ne vel casu possit errare[9]. Satisfacientes igitur et laudabilibus desideriis memorati viri, et memores nostri, sicut oportet, officii, documenta quaeque[10] de Ecclesiae scriniis assumentes ad concilium vestrum pro generalitatis instructione direximus, ut ex illis plenius, quae sunt acta discentes, ab omni vos errantium communione[11] separetis. Neque enim est personalis odii causa[12] in impios transgressores dicta, Deo inspirante, sententia; in qua quidem causa nequaquam a[13] praedicatione cessavimus et principi supplicando, et sacerdotes et populos admonendo, ut transgressores absoluti[14] ad rectam se fidem et affectu Dei et iudicii timore converterent. Sed obstinatio miseranda eo

Ioannis Tarrac. petitio.

Huic Pontifex obsequitur.

S. 4. erga deviantes sollicitudo.

1 « *Allocutione* ». Caraf.

2 Codd. no. *poterimus*. Forte aptius ad locut. contextum.

3 In iisdem *viro clariss.* deest.

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 635.

5 *Frater, et coepiscopus noster* deest in cod. 3791.

6 Cont. Const. ex cod. Colb. add. *ii quoque.*

7 Id. corrig. *Laudamus.*

8 « *Ut ne* ». Id. ad locut. minus apte.

9 Al. *ut praevidere, vel cavere possit errores.*

10 Cod. 1340 perperam ad context. *et documenta quaeque*. Cont. Const. e mss. probe restituit *documenta quoque.*

11 Cont. Const. cum ms. Colb. praeferunt *cognatione*, quibus consentire nn. codd. videntur, ubi legitur *cognitione* pro *cognatione* forte amanmendo.

12 Apte quid. Cont. Const. corrig. *sed in impios.*

13 Id. e mss. *neque.*

14 Cod. Colb. sane rectius *a transgressoribus absoluti*. Acacius enim, Timotheus Elurus, Petrus Alexandr. et Petrus Antioch., utpote vita functi, nec resipiscere, nec absolvi poterant. E Cont. Const.

perduxerat[1] illos, ut nullis modis mortifera venena vincantur, sed mala semina fixis in deterius pullulent radicibus. Ergo, dilectissimi fratres, ad omnia competenter instructi servate vos et Ecclesiam Dei, Apostoli exhortatione[2] compuncti.

Quonam pacto Orientales clerici in communionem recipiendi.

Nos autem libellum misimus, sub quo si quis communionem vestram de Orientalibus clericis poposcerit, ad eam possit admitti, secundum quam et de Thraciae et Scythiae, Illiricique partibus, vel Epiri veteris, sed et secundum quod[3] de Syria multos iam constat esse susceptos, gaudentes ad recta confluere, et devia declinasse. Unde pro subreptione[4] mandamus, ut omnis cura et sollicitudo omnis invigilet, et ut iam nullus sit ignorantiae locus, nullus utatur simplicitatis excusatione praeterita[5]. Scienti peccare necessaria confessio est.

Scienti peccare necessaria confessio.

Necesse est[6], ut errorem sibi scribat[7] qui monstratur institisse pravo itineri[8].

FIDEI FORMULA AB ORIENTALIBUS CLERICIS SUBSCRIBENDA.

Bonifacius notarius sanctae Ecclesiae Romanae ex scrinio editi exemplaria libelli exsequitur[9].

E PP. constitutis nunquam devandum.

Prima salus est, rectae fidei regulam custodire, et a constitutis Patrum nullatenus deviare. Et quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*[10], etc. haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede Apostolica extra maculam[11] semper est catholica servata religio. De qua spe et fide minime separari cupientes, et Patrum sequentes constituta anathematizamus omnes haereses, et praecipue Nestorium haereticum, qui quondam Constantinopolitanae fuit urbis episcopus, damnatus[12] in concilio Ephesino a beato Celestino Papa urbis Romae, et a venerabili viro Cyrillo Alexandrinae civitatis antistite. Similiter et[13] anathemathizamus Eutychen et Dioscorum Alexandrinum in sancta synodo, quam sequimur et amplectimur, Chalcedonensi damnatos, quae secuta sanctum concilium Nicaenum fidem apostolicam praedicavit. Detestamur et Timotheum parricidam, Helurum cognomento[14]; discipulum quoque ipsius, et sequacem in omnibus Petrum Alexandrinum condemnamus. Et etiam[15] anathematizamus Aca-

Haereticinomi natim damnandi

1 Codd. Colb., et Remig. *perdurat illos*. Immo cod. Colb. ita leg. *Sed obstinatio miseranda perdurat illos, nec ullis modis mortifera venena vincuntur; mala semina fixis in deterius pullulant e radicibus*. E Cont. Const. Codd. nn. ad locut. aptius, ut videtur, *pullulant radicibus*.

2 Ita n. cod. 1341; at cod. 3791 vetustior, *Apostolo exhortante*, iuxta quem cod. 1340 textum suum corrigit.

3 Al. cum cod. Colb. *secundum quem*. Cont. Const. legend. non dubitat *et secundae Syriae multas iam constat esse susceptos*, quum ex hac region. multos fidei, et commun. cathol. fuissent addicti.

4 « Cod. Colb. *sub repetitione mandamus* ». Cont. Const. Sed melius ad orat. context. videtur n. lectio.

5 Codd. citt. 1340 et 3791, *invigilet. Iam nullus sit ignorantiae locus; nullus utatur*... Cod. ant. cit. 1341 *invigilet. Iam nullus utatur simplicitatis excusatione praeterita*. Cont. Const. ad orat. context. aptius, ut videtur, *invigilet. Iam nullus sit ignorantiae locus, ut utantur simplicitatis excusatione praeterita*.

6 Al. cum cod. 1340. *Et necesse est*.

7 Const. *sibi adscribat*.

8 « Multo melius cod. Colb. *qui monstrata non insistit itineri* ». Cont. Const.

9 « Pith. mss. *libelli editi exemplar exequitur* ». Id.

10 Matth. XVI, 18. Caraf. perperam hic apponit punct., dein male quidem prosequitur *Hanc, quae*.

11 Cont. Const. *citra maculam*.

12 Codd. nn. cum Cont. Const. *damnatum*. Recte sane.

13 Cit. cod. expung. *et*.

14 Ita et n. cod. 1340: at codd. 1341, 3791, *illorum cognomento* (f. *coinmento*) *imbutum*.

15 Cont. Const. cum nn. codicibus ad locut. rectius. *Etiam anathematizamus*:

cium Constantinopolitanum quondam episcopum ab Apostolica Sede damnatum, eorum complicem et sequacem, vel qui in eorum communione aut societate[1] permanserint. Qui Acacius, quorum se communioni miscuit, ipsorum similem habere[2] meruit in damnatione sententiam. Petrum nihilo minus Antiochenum damnamus cum sequacibus suis, et omnibus suprascriptis[3]. Suscipimus autem et probamus epistolas beati Leonis Papae universas, quas de religione christiana conscripsit, sicut praediximus, sequentes in omnibus Apostolicam Sedem, et praedicantes eius omnia constituta. Et per omnia spero[4], ut in una communione vobiscum, quam Sedes Apostolica praedicat, esse merear, in qua est et integra et vera[5] Christianae religionis et perfecta soliditas: promittens in sequenti tempore sequestratos a communione Ecclesiae catholicae, id est, non consentientes Sedi Apostolicae, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria[6]. Quod si in aliquo a mea professione deviare tentavero; his, quos damnavi, complicem me[7] mea sententia esse profiteor. Hanc autem professionem meam ego manu mea subscripsi, et tibi[8] Hormisdae sancto ac venerabili Papae urbis Romae direxi[9].

Leonis PP., et A. S. doctrinae adhaerendum.

Damnatorum nomina inter sacra non recitanda.

EPISTOLA XV[10].

Ad Anastasium alteram legationem mittens sese importunitatis nota liberat, eumque vehementissime obtestatur, ut tandem haeresum sectatoribus reiectis, data verba solvat, et universae Eccl. pacem restituat.

Hormisda Anastasio Augusto per Ennodium et Peregrinum episcopos.

Dudum legatis mansuetudinis vestrae remeantibus, ad litteras vestras et mandata respondi, non quidem universa plene[11], sicut magnitudo rei postulabat, expediens, et tamen pro tempore certa perstringens. Verum etsi sufficienter me allegare omnia contigisset; numquid agens apud clementiam vestram causam fidei, poteram repetitis precibus importunitatis incessi? Timeant notam huius ingratitudinis, quibus cura est studium negotiis navare[12] mundanis. Opus non implet evangelici, qui a praedicatione eius venaliter putat posse cessari. Pervigilem pastorum oportet esse custodiam, et lumbos sine relaxatione praecinctos. Bonae admonitionis sicut constat dulcem fructum, ita eius non decet esse fastidium. Et alias, cur postulationis meae molestam mansuetudini vestrae quisquam dicat esse frequentiam, cum per ea, quae fiunt ex officio meo, per remedia fidei vestro con-

Fidei causam agenti importunitatis nota non timenda.

Siquidem evangelium non implet, qui ab eius praedicatione cessat.

---

1 Al. *communionis societate*. Ad rem aptius videtur n. lectio.

2 Cont. Const. addit *iure*.

3 Id. « Rectius cod. Colb. *cum suis sequacibus, et omnium suprascriptorum* ».

4 « *Et ideo spero* ». Cont. Const.

5 « *Verax* ». Cont. Const.

6 Periodus, quae sequitur, usque ad verba *Hanc autem* desideratur apud ipsum Labb. col. 582, ubi hunc ipsum libell., sicut advertimus ad not. 3 pag. 388, col. 1., iterum affert in caeteris persimilem.

7 Al. rectius add. *hac*.

8 Citt. codd. omitt. *tibi*, quod a Cont. Const. restituitur.

9 Dat. iuxta Baron. III Non. Aprilis, Agapito V. C. Consule; nempe die 3 Aprilis 517. Haec eadem not. chronologica legitur etiam in an. codd. ad calcem huius libelli, qui ab hac ep. divisus denuo refertur post commonitorium, sive indiculum Ennodio, coetaerisve legatis traditum, quem nos supra referimus pag. 374, col. 1.

10 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 586.

11 Perperam Baron. *plane*.

12 Id. perperam ad locut. *studium negotiis vacare mundanis*.

sulatur imperio? Etenim quae me onerat cura, vos relevat; mihi incumbit, sed vobis proficiet[1], licet ex diverso semine unus fructus amborum est. Nam sicut poena est nec dicere Deo accepta, nec facere, ita certa remuneratio vel illi, qui spiritalia praedicaverit, vel illi, qui audita non spreverit. Dedit quidem clementia vestra veluti obsidem propositi sui sub testimonio imperialis alloquii, et se quasi pignore quodam bonae voluntatis adstrinxit: sed opus est coeptis adiicere[2] firmitatem; sumant plenum decorem iacta fundamina; non remittantur propugnantes[3] pro Dei Ecclesiis manus. Toties Israeliticus hostis intercidit, quoties Moyses, brachia non remisit. Effectus opera, finis commendat initia. Non prodest coepisse deferentem, quia sola perseverantia fidei dat salutem. Benedicimus Deum, cuius zelo pietas vestra transgressores impios Nestorium et Eutychetem, vel eos persequitur, qui cum nefandis et sacrilegis dogmatibus profitentur. Probat odisse se vitia, qui condemnat errantes, nec relinquit sibi locum deviandi, qui non pepercerit excedenti. Primus innocentiae gradus est odisse culpanda; sed veritatis interest, domine fili, et catholicae disciplinae, ut sectatores etiam eorum atque participes oderitis, quorum execrandos principes iudicatis. Non in damnandis sola, id est, certa nomina, sed in his etiam, qui damnatos sequuntur, sunt crimina persequenda. Frustra aversari se plures asserit qui unum de his, qui detestatione digni iudicantur, exceperit; non enim numerus errantium hominum, sed meritum consideratur errorum. Hoc ideo ne facile putet vestra clementia Acacii praetereundam esse personam. Nonne ille est Acacius, qui coeno Petri, Dioscori et Eutychetis dogmate et communione pollutus, dum copulatur, immersus est? Illius sustinens in condemnatione supplicium, cuius elegit in communione consortium? Qui viritim propter impietates suas horum singulos odit, et in illis Acacium necesse est oderit, et omnes in Acacio non amarit. Ab illo per Orientales ecclesias fermentum nefandi erroris inolevit. Inde Alexandrinae perfidiae cousque nutrita superbia, ut non acquiescat, sicut scripsistis, mandatis[4] salutaribus, cuius famulatur imperiis; et in errore declinando non sequatur admonitionem, cuius in agendis rebus experitur sibi utilem potestatem. Unde et maiore huiusmodi homines convenit detestatione vitari, quia, quae docere debuerunt, nec, dum ab aliis instruuntur, assumunt, spernentes in his imperantis monita, in quibus tantum non timeri iubentur imperia[5]; et immemores devotionis contra salutem animae, quos contumaces esse oportuit pro salute. Hos mentibus perditis ausus nutrivit Acacii cum perfidis iuncta communio; atque ideo aestimandus est auctoris loco, cuius gravius peccatur exemplo. Nihil enim vitia magis, quam imitatio fovet, dum creduntur non improbanda esse, ad quae alii quoque videntur accedere. Fragilis est et caduca mortalitas; vix nefariae cogitationes dum comprimuntur, intereunt. Iacet[6] semen noxium sub errore, nec deficit; latum pandit

Per hanc imperio consulitur

Anastasio promissi munus complendum.

Effectus enim opera, finis initia commendat

Nedum haeresum auctores, sed etiam sectatores damnandi.

Ideo et Acacius, cui perfidia ingens.

Habendus qui auctoris loco, cuius exemplo gravius peccatur.

1 « *Perficit* » Cod. Vat. 4961; sed ad locutionem inepte. Potius legendum *proficit*.
2 « *Addere* ». Baron.
3 « *Pugnantes* ». Id.
4 « *Eius mandatis* ». Caraf. ad locut. aptius.
5 Scilic. in fidei causis, in quibus Christi discipuli docentur, reges et praesides non timere iuxta illud Matth. x 26, 28: « *Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non revelabitur, et occultum, quod non scietur. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum, qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam* » E Conl. Const.
6 Caraf. addit *saepe*.

derelinquentibus aditum, qui iungit cum improbitate consensum. Utinam, invictissime imperator, inter ipsa apostolicae districtionis [1] initia Orientales ecclesiae Acacii contagia nefanda vitassent [2]! Non per multos error ille noxia venena diffunderet; ipsa quoque erecta tunc fortassis Alexandrinae [3] ecclesiae tunc colla cecidissent, dum perculsam perfidiam suam in damnatione imitatoris agnoscerent, et displicere in complicibus se viderent. Sed dum male nutriti foventur errores, et pravorum consensus inutilis aequitate corrigenda dissimulatur, per impunitatem sequacium mala dogmata multiplicavit auctorum [4]. Et vos quidem, si placet, a Deo [5] efficaciter impetretis, ut condemnetis vestrum de alieno errore propositum. Sed cogitandum est, clementissime imperator, si ei apud Deum sufficiat errata culpasse, cui dedit posse corrigere; non est differenda curatio; admoveantur medicae profundis vulneribus manus. Sola ante Acacium Alexandria perfidiae suae foeditate sordebat. Respicite quantas iam partes emendatio neglecta polluerit. Quousque pateris [6], domine fili, Ecclesiam Dei divisionem suorum moerere membrorum? Anticipent beneficia tua ad Deum perventura suspiria; assume fidei curam; et vexillum salutis attollens ad errores ab Israel removendos, velut Ezechias alter, exurge: fas tibi laude novorum operum titulos aequare priscorum. Ille dissipavit excelsa, tu superbiam erectae impietatis [7] inclina; ille simulacra contrivit, tu dura infidelium corda confringe; ille memoriam serpentis aenei sustulit [8], tu virus praesentis effunde. Offer Deo recta, quae fecit, et spera dona, quae meruit: ***Fidelis est enim Dominus, qui reddit singulis secundum opera eorum*** [9]. In aperto est quanta sit expectatio fidelium, quanta trepidatio perfidorum. Illi ambiunt gaudere cum angelis de receptis; isti metuunt, ne ab his, quos deceperant, destituti, poenis remaneant praeparatis. Pendent anxia corda cunctorum. Ab ultimis ad nos Galliis directa legatio, si quid de unitate redintegrationis sollicitudo nostra promovisset [10], fama secuta, consuluit. Nec difficile opus clementiae tuae. Scit Deus suorum laboribus subvenire. In usu est ad principes suos convertere colla [11] subiectos. Dat speciem maximum signum recens religiosae memoriae Marciani imperatoris exemplum. Quid egit tunc vulgus, aut populus? Non [12] opus nota revolvere. Adulta est perfidia ista per devios, sopita per iustos. Imitare religiosi integritatem propositi, quam studio civilitatis aequasti. Ad haec nostris lacrymis, nostris precibus alleganda Ennodium atque Peregrinum fratres et coepiscopos nostros vice nostra pro exhibenda etiam honorifica salutatione direximus; ideo maxime designato viro fasce secundae legationis imposito, ut qui nobis spei bonae detulit initium, nunc, adiutore Deo,

Ad Anastasium pro Eccles. unitate vehementissima adhortatio.

Ezechias ipsi in exemplum proponitur.

Nomen Marciani.

Per legatos laetum nuncium expectat.

1 Caraf. perperam *distinctiones*

2 Hic alii duo puncta ponunt: e sensu autem liquet admirandi punctum requiri.

3 Id. recte minus *Alexandriae tunc.*

4 Forte legendum: *per impunitatem sequacium mala dogmata numerus multiplicatur auctorum.*

5 Baron. *adeo efficaciter impetretis, ut.* Perperam ad locut., ut videtur.

6 « *Patieris* ». Caraf. Ad orat. aptius videtur.

7 « *Pravitatis* ». Baron.

8 IV Reg. XVIII, 4.

9 Matth. XVI, 27, ubi Vulgat. legit.. *qui reddet unicuique secundum opera eius.*

10 « *Sollicitudo promisisset* ». Baron.; sed ad orat. context. inepte, ut videtur.

11 « *Corda* ». Caraf.; et quidem melius, ut opinor.

12 « *Nec* ». Baron. Ad elocut. minus apte.

plenum reportet effectum. Acquiescite, precamur, fidelibus monitis, cuius vos delectatos dudum legimus institutis.

Dat. III nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Dat. die 3 Aprilis, ann. 517 1.

EPISTOLA XVI 2.

Timotheo CP. episcopo praeteriti silentii causam innuens eum admonet, ut, tandem haeresi reiecta, in cathol. communionem redeat, et populos in Eccl. unitate confirmet.

Hormisda Timotheo episcopo Constantinopolitano 3.

Praeteriti silentii quae causa.

Non mirabitur dilectio tua rationem praeteriti silentii mei, si quae praecesserint universa consideret: non mirabitur praesens alloquium, si quae sit vis caritatis expendat. Sustinere enim omnia caritatem, magistro gentium docente, cognovimus 4; quae si sua, sicut continet doctrina ipsa, non quaerit, an incongrue abusus privilegio meo, quod tibi potius prodesse possit, exhibeo? Expectare enim me decuit ab errantium coniunctione te liberum, et sic amare correctum: videre ab improbandis dividi, atque ita literario sermone complecti.

Sed quem optem 5 reducem, cur differam vocare tardantem? Cur non detur locus moderationi, cum nihil detrahitur aequitati? Impendenda sunt quae laborantibus prosunt, si nos societatis contagione non polluunt. Haec causa mihi fuit praesentium literarum, ut hortor, ut moneam, ne terram nostram iacere patiamur negligentius infaecundam.

Timotheum ad meliora consilia trahit.

Non diu infructuosam arborem occupare solum diligens permittit agricola 6: patienter expectat; sed numquid sub continuatione perdurat? Vocatus ad salutaria, non moreris. Prope ab innocentia non recedit, qui ad eam sine tarditate revertit 7. Movere Patrum monitis, et insistens fidelibus sine lapsu, aut errore vestigiis praecedentia diluc per futura. Adiacet tibi, modo ad iusta populos incitando, modo pro fide principalibus vestigiis 8 supplicando, dirigere quod devium est, solidare quod dubium: magno te convenit labore providere, ut causas transacti temporis rectae 9 tegat sedulitas actionis. Praestat quidem animae suae, per quem universali aliquid confert 10 Ecclesiae. Et ita se res habet, ut si studiosus, si indefessus institeris, fiet tibi utilis causa communis 11.

EPISTOLA XVII 12.

Orientales episcopos obtestatur, ut ad petram, super quam Ecclesia fundata est, revertentes catholicam fidem toto pectore tueantur.

Hormisda universis episcopis in Orientis partibus constitutis.

Orientalium antistitum desidiam arguit.

Etsi admonitionis meae cura desisteret, vos tamen proprii memores conveniret officii, non negligenter omittere, quae

1 Baron. ad ann. 517, § XXX advertit, ab Hormisda huic ep., et quinque seqq. fidei normam subdi, quam nos superius p. 393, col. 1 attulimus.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 588.

3 Ne mireris, Timotheum hunc Macedonii loco iniure suffectum Episcopum a Pontifice appellari, siquidem ordinatio etiamsi illicita characterem imprimit, et factum a iure distinguitur.

4 I Corinth. XIII, 4 et seqq.

5 Ita et Baron. Caraf. cum Cont. Const. *Sed quem optes;* et mox *cur differas.* Forte mel ad context. n. I

6 Luc. XIII, 7.

7 Caraf. ad orat. context minus apte *reverterit.*

8 « Idest principis Anastasii vestigiis provolutus ». Cont. Const.

9 « Cont. Const. forte minus bene *recta tegat sedulitas actionis.*

10 Optime ad sens. Baron. *confertur.*

11 Iuxta Jaffè l. c. dat. die 3 April., ann. 517.

12 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 589.

enixe omnes decet pro animae suae salute servare, ut mandatorum caelestium disciplina non alieno studio, sed ipso vobis clareret inesse proposito. Nam licet laude non careat, qui bonis consiliis obsecundat, tanto est tamen potior in honore sapientiae, qui praevenit recta, quam qui sequitur instituta, quanto est illustrius docere, quam discere [1]. Recordetur unusquisque in qua vocatione a Domino sit vocatus, et quid ab eo expectetur, advertat [2]. Miserum est intra meritum iacere propositi, cum id, quod praefertur nomine, non ostenditur actione. Magna meruimus, si quod indulta [3] postulant, impleamus. Qui se ad pascendas dominici gregis oves gaudet adscitum, cogitet de commissa sibi gubernatione iudicium. Pervigil adhibenda tutela est, continuanda custodia: non dandus lupis rapacibus locus, non ullis casibus relinquendus, quia neglectus error ovium culpa pastorum est. Veniet, qui rationes creditae dispensationis examinet. Omnium quidem constat esse iustitiam, nec ulli impunitam licentiam patere peccandi. Sed qui gradus nesciat esse meritorum, et sicut non aeque [4] praemia, ita diversa esse supplicia? Multiplicantur scientibus plagae: pauca flagella leguntur inscitiae. Quod si ita est, sicuti esse non dubium est, existimandum quid in eo deceat esse propositi, cui alienos quoque errores necesse est imputari. Clamat Sanctus Spiritus per Prophetam: *O pastores Israel: numquid semetipsos pascunt pastores?* [5]. Certum est plus ab eo, cui plus creditur, exigendum; et tanto magis nos obnoxios fieri, quanto effusiore gratia contigerit honorari. Magister bonus, et docens per obscura lucem, per similitudinum aenigmata veritatem, servum talenti a se traditi, praeter augmenta, custodem non arguit infidelem, sed condemnavit inutilem [6]. Unde in aperto est in quo metu esse deceat [7] eum, qui dominicum numisma perdiderit, si culpatus est ille, qui acceptum sine inmunitione servavit. Nullus contentus sit innocentia sua, quia Deo nostro universa cernenti, per praedicationis assiduitatem rationem quoque propositi debemus alieni. Largam scientiam decet esse doctorum. Non amat fides Christiana secretum; quam quisquis in aure tantum effundit, abscondit [8]. Per universas gentes Verbi praedicatio mandatur apostolis, et quam inexcusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commissum [9]. Quid prodest cuilibet paternarum reverentiam servare regularum, si conceptu haec ab aliis, si sine honore tractari patienter accipiat? Infirmum ostendit affectum, qui quod

Ipsos ad fidei unitatem custodiendam impellit.

Nam error ovium in pastores recidit.

Quid quisque igitur a Christo iudice pertimendum.

Fidei praedicationi sedulo instandum.

1 Erronee cod. 4961 *quam dicere*.

2 I Corinth. I, 26, et seq.; Ephes. IV, 1, et seqq.

3 Ita et n. cod. 4961: al. melius, ut videtur, ad context. *indicta*. Cont. Const. hic supplend. admonet *pastoralis dignitatis munia*.

4 Cit. cod. f. melius *aequa*.

5 Ezech. XXXIV, 2, ubi Vulgat. legit.: *Vae pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges a pastoribus pascuntur?* Hic forte factum est ut Caraf. et Baron. adderent: *nonne oves pascunt pastores?*

6 Matth. XXV, 30.

7 Baron. *decet*.

8 Perperam ad elocut. contextum nn. codd. *quam quisque in augmenta infundit, abscondit*. Caraf. cum Ottob. 474, *quam quisque in augmenta non effundit, abscondit*. Quae sane lectio Coot. Const. arridet; siquidem eius iudicio magis consonat cum talenti similitudine in augmentum crediti. Verum quum hic sermo habeatur de praedicationis talento, quod tum absconditur, cum in aures non effunditur, n. l. videt. praeferenda, dummodo voci *tantum* part. *non* substituas.

9 Ita et Baron. Codd. nn. legg. *et quam excusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commissis?* h. e., qua excusatione uti potest, qui hoc tacet plebibus sibi commissis? Caraf. erronee quidem *et quam excusabiliter hoc quisquam potest sibi tacere commissi?* Cont. Const. recte nn. codd. lectionem sequitur.

diligit non tuetur. Incursantur passim sancta a perfidis constituta, et rediviva subinde de compressis excessibus resurgit improbitas. Quemadmodum, rogo, pietatem in Deum probat, qui tam nefanda dissimulat? Recordemur, qua catholicorum frequentia sacerdotum illa, quibus nitimur, celebrata didicerimus esse concilia: quantos nec debilitas impedivit, nec senectus onerosa tardavit. Exigua visa sunt spatiosarum intervalla regionum, et labores ipsi pro quadam consolatione iucundi, dum, spiritu sanctarum congregationum regente sapientiam, sera [1] aetas quod servaret acciperet. Et haec insectantibus impiis post damnatam in radice perfidiam, tacet qui scit sibi esse mandatum: *Exalta vocem tuam, qui evangelizas Ierusalem: exalta, noli timere* [2]. Nonne hoc ante oculos habens discipulum ita gentium Doctor instituit, ut opportune [3] evangelizare non cessaret? admonens: *Attende tibi, et doctrinae: insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos qui te audiunt* [4]. Ergo vel propheticis stimulis excitati, vel normis apostolicae institutionis [5] instructi curam salutaris praedicationis assumite. Diligite, et vindicate sententias probatas piis, infidelibus inimicas. Et ad petram, supra quam est fundata Ecclesia, revertentes, apud illorum etiam vos Patrum spiritus, quorum veneranda constituta improbe labefactantur, absolvite; aestimantes, cum Dominus ad illud, quod expectatur, examen advenerit, qualis apostolis creditus, qualis aliquorum tentantium dubitatione compertus, qualis angelo praenunciante promissus, utrum ab illis melius sit argui, an cum eorum cohorte coniungi? Utrum talis, [6] qualis videbitur, aut qualis ab impiis negatur, Dominum confiteri? Nil vos retrahat a salute: velocibus ad viam redite vestigiis. Lapsus cuncum non gravat, si resurgat. Larga est dominicae doctrina clementiae: noxia sunt erroris vincula, dum retinent. Odit iustitia pertinaces, fovet clementia corrigentes.

Porro impius, qui nefanda dissimulat.

Attendere sibi, et doctrinae episcoporum est.

Propositum suum eorsios urget.

Pertinaces odit iustitia, resipientes clementia fovet.

Data III Nonas Aprilis, Agapito V. C. consule.

Dat. die 3 April., an 517.

EPISTOLA XVIII [7].

Catholicorum Orientis antistitum constantiam laudans, eos in proposito magis magisque confirmat, deque iterata Constantinopolim legatione admonet.

Hormisda episcopis orthodoxis.

Est quidem fidelium speciale solatium Deus, nec unquam inter qualibet dura deficiunt, qui se ad eum toto mentis studio contulerunt. Veruntamen hoc votum proposito vestro debere me fateor, ut sicut exulto de sinceritate fidei vestrae, ita de firmitate merear gaudere constantiae. Unde et aspectu interiore vos intuens ad desiderium colloquendi vobiscum promptus assurgo, ut et dile-

Orthod. episcopi de constantia commendantur.

1 Al. ad marg. *sacra*. Sane perperam.

2 Isai. XL, 9, ubi Vulgat. legit.: *Exalta in fortitudine vocem tuam...*

3 Caraf. et Baron. cum nn. codd. addunt *importune* iuxt. II Tim. IV, 2.

4 I Timoth. IV, 16. Cont. Const. iuxt. Vulgat. text. corrig. *Haec enim*.

5 Caraf. minus bene, ut videtur, *eruditionis*.

6 Ita et cod. vat. 5617, ubi alia manu eius textus emendatur iuxta n. lectionem; quam tamen optime ad locution. codd. 1340, et 3791 corrigg. scribendo *talem*.

7 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 590.

ctionem circa Deum vestram literario sermone remunerer, et spem paginali adhortatione confirmem; atque ita his, cum quibus mihi est consortium sanctae communionis, iucundum reddam testimonium charitatis. Non enim sufficit animo meo de vobis esse securum, nisi ostendero illum quoque, quo vos complector, affectum. Siquidem declarat, se non ex iudicio odisse a Dei dilectione divisos, qui potest non amare coniunctos. Benedico igitur Deum, dum fervorem fidei vestrae inter procellas varias, tempestatum adversa considero. Vos quoque, ut super his pietatem eius glorificetis, uberiore exultatione suadeo, qui electorum suorum memores, quo acceptiores sibi reddat, examinat; et licet cognitos sibi, quibusdam tamen difficultatibus probat, ut iustitiam quoque inesse dono, quod largitur, ostendat. Atque ideo pertinaciter bono vos convenit imminere proposito, nec in via, quae ducit ad caeli regna, deficere. Qui intuetur dominica munera non aestimanda promissa, nullius potest respectum habere periculi. Non enim frangit consideratio praesentium malorum, nisi futurorum bonorum vincat oblivio: quando omnem amaritudinem laboris excludit, qui dulcedinem spei, quae expectatur, amiserit [1]. Quae enim difficultas beatitudini par est? aut quae condignae praemiis passiones ad futuram scilicet gloriam, quae in nobis, apostolo annunciante, revelabitur? [2]. Absit, ne quidquam a Christi charitate nos separet. Quanta est tribulatio, si gloriam parit? Materia prosperorum est, quae putatur adversitas. Dum inclinamur, erigimur. Nemo haberet futuram remunerationem, nisi necessitates praesentium sustineret. Videte quanto opere hominum terrena messis assurgat. Quanto est igitur labore procurandum, ut coelestia dona non pereant? Quieta est negligentium vita, sed non voti opulenta substantia [3]. *Dignus est operarius, ut fructum mercedis accipiat* [4]. Indiscrete [5] passim pietas cum impietate languesceret, si examinatio bonos a malis divisura cessaret. Gratum admodum spectaculum Domino [6] in agone iustorum: nec quidquam ita supernam gratiam conciliat homini, sicut adversorum impetus patienter excepti. Quis milites sub pacis securitate miretur? [7]. Non est arduum in sicco secura fixisse vestigia: nec artem gubernatoris ostendit marina tranquillitas. Satis est intrepidum inter bella procedere, inter lubrica non labare, fluctus in tempestate contemnere. Saeviat, et motus suos exerceat mundana [8] tentatio, dum manifesti appareant qui probantur. Haec scientes, carissimi fratres, fidei vestrae tenete constantiam, et ipsa etiam, si inciderint, militantia meritis vestris amate pericula. Annunciate quae colitis, et participate etiam per universum orbem mandata evangelica, quae tenetis: supra stipendia vestra, correctio quoque vobis adscribatur aliena: inter caeterorum enumerationem [9], quibus sibi divinam gratiam plenus Spiritu Dei propheta conciliat, inter

Ob haec grates Deo referendae.

Et coeptis fortiter insistendum

Nulla enim adversitas coelesti beatitudini par.

Neque miles nisi bello probatur.

Igitur ab evangelica praedicatione nunquam cessandum.

1 Baron. recte ad sens. *non omiserit*. Rectius vero Caraf. *admiserit*.

2 Rom. VIII, 18.

3 Cont. Const. cum Vat. cod. 4961 perperam ad context. *sed non opulenta substantia*.

4 Luc. x, 7, ubi Vulg. legit: *Dignus est operarius mercede sua*.

5 Apte ad sens. Caraf. *Indiscreta*.

6 Caraf. addit *est*, cui adhaer. cod. 4961.

7 Ita et n. cod. 4961. Cont. Const. rectius, uti patet ex orat. contextu, adprobat roman. edit, quae praefert, *Quis miles sub pacis securitate meretur*?

8 Baron. ad rem perperam *humana*.

9 Caraf. cum cit. cod. perperam ad rem, ut opinor, *inter peccatorum enumerationem*.

ea quibus misericordiam, qua conservetur, exorat [1]: docere se iniquos vias Domini, et conversionem per se fieri praedicat impiorum [2]. Beati quibus vita innocenter acta dat praemium [3]. Beati, per quos aliis quoque praestatur exemplum. Et nos quidem, quantum in nobis est, nec solicitudine, nec labore cessamus, ut humilitatem, quam nos Dominus noster docuit, imitati, quae saluti eorum conveniunt, postulemus: ut dispensationis mihi creditae, dum agnoscitur cura, probentur officia. Nam repetita vice Ennodium atque Peregrinum fratres et coepiscopos nostros, mandata legatione, direximus, rationem, adhortationes, preces, lacrymas ingerentes, ut ab impiorum contagione separati, ad veram fidem iisdem, quibus vos modis, et apostolica scit Sedes [4], se conferant, aut certe non nos defuisse praedicationi, sed illos propriae saluti mundus agnoscat.

Legati iterum Constant. missi.

Data, Agapito viro clarissimo consule [5].

Dat. ann. 517.

EPISTOLA XIX [6].

De Possessoris Episcopi perseverantia laetatus illum urget, ut in eo, quo coepit, vitae tramite perduret, ac de ipsius fide libellum per legatos se accepisse innuit.

Hormisda Possessori Episcopo [7].

Optimam vestrae charitatis audientes instantiam, et cognoscentes rectae vitae [8] tramitem, quem sine strepitu vindicatis, Deo nostro gratias sine cessatione persolvimus, ut et in ea dispositione persistas, et caeteris, quod sequantur, tribuere possis exemplum. Ista sunt dona coelestia: ista sunt divinae retributionis iudicia: ista sunt Dei iudicia, quae te a catholico sacerdotum noluerunt separari consortio. Unde, frater carissime, praesentibus hortamur alloquiis, ut in ea constantia, qua electus es [9], perseveres, ut augmenta probabilibus initiis subministres: quia bonum opus, praecipue quod ad doctrinam fidei pertinet, nisi semper creverit, videtur imminui. Et si tribulatio mundana contigerit, ante oculos vestros [10] futura praemia ponentes, apostolica vos admonitione consulimus [11] dicentes: *Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis* [12]. Meliora tamen speramus, quia Deus qui per beatum Apostolum dixit: *Qui vos non dimisit tentari super quod potestis* [13], ipse pro sua pietate,

De Possessoris perseverantia laetatur.

In fide strenue perdurandum.

1 Cont. Const. *in enarratione peccatorum, quibus plenus Spiritu Dei Propheta divinam sibi gratiam, ac misericordiam conciliat; inter ea, quibus conservetur, exorat.*

2 Psalm. L, v. 15, ubi Vulg. legit: *Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur.*

3 Psalm. I, v. 1 et seqq.

4 Sic edit. passim; at cit. cod. *Sedes* expungendo legit *apostolica scita*, nempe *statuta*, cui lect. et Cont. Const. recte adhaeret.

5 Nota chronolog. in n. cod. deest. Cont. Const. existimat, Baronium haud temere addidisse: *Data ut supra, Agapito v. c. Consule*, scilicet die 3 April. 517.

6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 592.

7 Possessor in Mauritania Sitifensi Episcop. sede sua ab Arianis eiectus Constantinopoli exulabat, quum S. A. legati eo pervenerunt, coram quibus fidei suae professionem emisit, eamdemque illis ad Hormisdam dedit perferendam: unde orta h. ep. occasio.

8 Caraf. cum n. cod. 4961, et Cont. Const. *fidei*. Forte melius ad context.

9 « *Qua exorsus es* ». Baron. ad context. aptius, ut videtur.

10 Caraf. cum cit. cod. perperam ad sens. *nostros*.

11 « *Consolamur* ». Id. cod., nec quidem inepte.

12 Rom. VIII, 18.

13 I Corinth. X, 13, ubi legit.: *Fidelis autem Deus est, qui non patietur, vos tentari supra id quod potestis.*

quos suos elegit esse, et de laqueis adversariorum, sicut semper, eripiet. Libellum dilectionis tuae de confessione rectae fidei per legatos nostros remeantes accepimus, et in eo sinceritatem tuae fraternitatis agnovimus: quia quod recte credit, sub attestatione publica praedicare non distulit.

Possessoris cath. confessio sibi a legatis tradita.

Data III Nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Dat. die 3 april., ann. 517.

EPISTOLA XX [1].

Pro fide sollicitus ab haeresis fautorum consortio sedulo cavendum indicit.

Hormisda clero, populo et monachis orthodoxis Constantinopoli consistentibus.

Pastoris pro fide sollicitudo.

Si is qui calicem aquae frigidae mandata evangelica secutus obtulerit, mercedem boni propositi, ipso Domino, qui hoc [2] docuit, restituente, consequitur [3]; nonne qui tanto populo fidelium veritatem annunciare distulerit, iuste [4] poenam damnationis incurrit? Hinc est, quod in terminationem mandati coelestis effugiens (quod decet, loquendum est in his, quae ad Deum pertinent, nec tacendum) habens quoque vestrae salutis affectum, admonitionem eorum, quae praesens necessitas poscit, assumpsi; omnes, quibus curae [5] est fide integra christianam religionem servare, contestans, ut eos, qui sanctam Chalcedonensem synodum, et beati Leonis de fide catholica conscriptas epistolas declinant, quibus possunt viribus aversentur [6] et fugiant; quando ipsi sunt, qui Eutychetis et Dioscori Alexandrini, vel potius nefanda Manichaeorum contagione polluti, verbo quidem adversus constituta Patrum videntur habere certamen, rebus autem contra incarnationem Domini nostri Iesu Christi evidenter insurgunt. Recordamini, carissimi, quae fuerunt, Basilisco palatinae aulae [7] incubante, tentata; et temporum illorum acta, vel visa, vel audita recolite. Quam scelesta tunc fuerit Timothei cognomento Aeluri, quam imprudens [8], et monstruosa praesumptio [9]; quantas etiam per universum orbem fidei se vestrae fervor ostenderit. Probavit tunc Constantinopolitanus populus, quam pure deceat credentes christiana servare mysteria. Sed transacta utinam studia fuissent, et non nunc similia tempus expeteret! Rursum enim iidem haeretici caput improbum de profundo, quo immersi tenebantur, attollunt. Atque ideo rogo, hortor, admoneo dilectionem vestram, ab eorum vos conciliis et communione secernite. Recordamini zeli prioris, et vivere in vobis lucem, scintillam ignis spiritualis

Chalc. synod. et S. Leonis epistolas declinantes effugiendi.

Etenim re ipsa Christi incarnationem impetunt.

Ad hoc animos vehementius incendit.

1 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 592.

2 Caraf. cum n. cod 4961 *haec.*

3 Matth. X, 42, ubi habet: *Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

4 Sic et cit. cod. Caraf. *instae poenam damnationis.* Baron. *iuste damnationem.*

5 Id. cod. *cura.* Apte quidem ad locut.

6 « *Avertantur* ». Ita Caraf. mal. Vat. cod. interpretatus, ubi non potest ambigi, corrigendum esse *avertant.*

7 Caraf. *arci.* Cod n. *palatinam arcem,* cui Const. libent. adhaeret.

8 « *Impudens* ». Caraf. et Baron. certe melius

9 Innuit quae, Basilisco tyranno, contigisse narrat Evagrius, lib. III, c. 4. hisce verbis: « *Timoth. Aelurus quum in urbem regiam venisset, permovit Basiliscum, ut encicliclos litteras ad omnes ubique episcopos mitteret, et ea, quae Chalcedone gesta fuerant, et Leonis tomum anathemati subiiceret* ». Verum ut id. auctor ibid. c. 7 docet « *mox id. tyrannus a populo, monachisque regiae urbis coactus est, litteras prioribus contrarias, quibus Chalced. synod. confirmabatur, mittere* ». E Cont. Const.

ostendite, ne simplicem in vobis veritatis affectum perditorum astutia expugnasse se gaudeat. Et haec quidem, quantum ad praesentem necessitatem, et assumendam contra impios cautionem, dixisse sufficiat. Spero tamen[1], quod si admonitio ista promoverit, et mihi et vobis utilis erit; quando et Deus in vestra salute glorificabitur, et fructus nostrae sollicitudinis apparebit.

Data III nonas Aprilis, Agapito viro clarissimo consule.

Dat. die 3 Aprilis, ann. 517.

EPISTOLA XXI [2].

Ennodium et Peregrinum certiores facit, se Ioannis Nicopolitani litteris respondisse, nullum consortium cum Thessalonicensi episcopo esse instituendum, et in hac causa mandatorum libellum subdit.

Hormisda Ennodio et Peregrino Episcopis.

Ioannis Nicop. episc. litterae.

Posteaquam profecta est caritas vestra, Nicopolitanus diaconus, qui vobis etiam occurrit in itinere, Romam venit[3]; quem praeter moram vidimus, cogitantes ne forte esset, quod ad instructionem mandatae vobis legationis adiicere deberemus: quod et rationabiliter factum ipsa res evidenter ostendit. Obtulit enim nobis[4] epistolam Ioannis episcopi sui, et aliam synodi sibi[5] subiacentis ecclesiae Nicopolitanae, qua queruntur ab episcopo Thessalonicensi excitatas adversum se tam principales[6], quam iudiciarias potestates: concussionibus et dispendiis se vehementer affligi propter hoc, quia de ordinatione sua ad episcopum relationem secundum prisca exempla non miserit. Pro qua causa speraverunt, ut de remedio cogitare deberemus, consulentes etiam nos, ut[7] daremus eis licentiam relationem ad designatum episcopum secundum consuetudinem destinandi. Unde tractavimus, et episcopum quidem[8] Nicopolitanum admonuimus, ne tale aliquid audere tentaret, si nobiscum velit in communione persistere; ne per illum, si ab eo, qui a communione nostra alienus est, confirmationem petiisset, nostra quoque communio contagium sustineret. Haec vos, ut omnia sciretis, instruximus. Quid autem, propitio Deo, vobis de hac[9] agendum sit, subiecta declarant.

Quibus rescriptum cum Thess. episc. nullo pacto esse communicandum.

Mandatorum libellum subdit.

Data pridie idus Aprilis, Agapito consule.

Dat. die 12 April., ann. 517.

EPISTOLA XXII [10].

Quid in causa Nicopolitana sit agendum cum Thessalonicensi episcopo sigillatim praescribit.

Hormisda Ennodio et Peregrino Episcopis.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, intercedentibus et adiuvantibus

S. A. litterae Thessal. episc. tradendae.

1 Caraf. cum n. cod. 4961 *autem*.

2 Ex Labb *Concil. Collect.* tom. v, col. 593.

3 Nempe intra d. 4 April., quo legati profecti sunt, et 12 eiusd. mens., quo haec ep. signata est.

4 Baron. forte mend. typograph. omitt. *nobis*.

5 Caraf. cum n. cod. 4961 perperam expung *sibi*.

6 « Scilic. *imperatoris potentiam*; ne forte quis hoc verb. intelligi malit Illyrici praefecturam, et sublimissimam inter mundanos apices potestatem ». Cont. Const.

7 Caraf. *utrum*. Baron. autem rectius, ceu opinor, praefert *ut*, ad marg. *utrum* reiecto.

8 Baron. *quidem* expung contra nn. codd. auctoritatem.

9 Caraf. cum nn. codd *de hac causa*.

10 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 594. Huiusmodi documentum potius commonitorium, sive mandatorum indiculus legatis a Pontifice traditus, quam epistola est appellandum. E Cont. Const.

sanctis[1], quid agendum sit[2] de causa Nicopolitanae ecclesiae. Primum ubi Thessalonicam, Deo iuvante, veneritis, epistolas nostras, quas in hac causa misimus, episcopo Thessalonicensi tradite, illum quidem ordinem in eius salutatione servantes, quem scitis a nobis esse mandatum circa eos qui cum Sede apostolica, hoc est, Ecclesia catholica non communicant. Traditis autem epistolis, instanter agere debetis, ut se ab eius Ecclesiae concussione suspendat; rationem reddentes, quia non potuit reversus ad communionem, et ad corpus Ecclesiae cum illis, qui necdum reversi sunt, quidquam habere coniunctum: nos non solvere a praedecessoribus nostris concessa privilegia, si ipse ecclesiastica instituta non deserat. Certe redeat ad unitatem, et nos cum eo insistemus[3], ut omnia privilegia quaecumque consecuta est a Sede Apostolica Ecclesia eius, inviolata serventur. Dicite etiam aperte, illum ostendere inimicum se esse fidei, si insequitur quos videritis ad catholicam communionem reverti. Quod poteritis[4] causam ibi Deo propitio componere, scriptis ad episcopum Nicopolitanum litteris[5], quid vestra promoverit opera, nunciate. Si vero obstinatus fuerit, nec ab insecutione eius cessare voluerit, secundum litteras, quas ad clementissimum imperatorem misimus, apud principem causam ecclesiae Nicopolitanae sic agite, ut dicatis: Alcyson episcopus Nicopolitanus satisfecit Ecclesiae catholicae, susceptus est, et ad communionem reductus; huius successor Ioannes episcopus et Deum ante oculos habens, et de salute sua cogitans, et praedecessoris sui bonum exemplum sequens, condemnatis haereticis vel transgressoribus ad Sedem beati Petri apostoli misit, et susceptus est; huic nunc Thessalonicensis episcopus insidiatur, et eum concutit[6], contraria his, quae fecit, ab eo exigere volens. Hinc pater vester, et omnes orthodoxi rogant, ut iussionibus vestris removeatur ab eo ista molestia: ne videatur hominibus propter hoc illum persecutionem pati, quia ad communionem Sedis Apostolicae rediit; et qui expectant per vos unitatem fieri, aliud incipiant credere, si pietatem vestram viderint hoc dissimulare, hoc negligenter accipere. Visum est nobis expedire, ut litteras, quas ad Thessalonicensem in causa Nicopolitana direximus, quolibet ordine prudentia vestra diversis in locis faciat publicari, magnopere tamen in civitate Thessalonicensium, quia hoc facto, et a persecutione nostrorum potest cessari, et ad ipsius, si se correxerit, credimus pertinere salutem[7].

11 a Nicop. eccles. concussione cesset, insistendum.

Si annuat, Nicop. episc. rei exitus denunciadus.

Secus Imperatoris auxilium implorandum.

S. A litterae ad Thessalonicensem episcopum praesertim in eius civitate publicandae.

EPISTOLA XXIII[8].

Anastasio Augusto enixe commendat, ut Ioannem Nicopolitanum cum sua sy-

---

1 Al. contr. mss. auctorit., sed ad consuetud. forte aptius *Sanctis Apostolis*.

2 Cod. 4961 expung. *sit*; al. retinent cum Ottob. 474.

3 Caraf. cum nn. codd. 4961, et 5617 *insistimus*; cit. Ottob. text. castigans praefert *insistemus*, certe rectius.

4 Caraf. et Baron. ad sens apte *Quod si poteritis*. Cod. n. 4961, *Quod si potueritis*: cod. 5617 *Quod si poteritis* cum praedict. Ottob., ubi verbum *potueritis* castigatur.

5 Vatt. codd. omitt *litteris*, quam voc. Cont. Consl. a Baron. perperam inductam arbitratur.

6 Caraf. hic periodum claudit, dein cum un. codd. prosequitur «*Contraria ab his, quae fecit, ab eo exigere volens, hinc*»..... Sane recte n. lectio.

7 Iuxta Labb. ad marg., et Jaffè ll. cc. dat. ann. 517.

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 594.

nodo ad A. communionem reversum a Thessal. episcopi insidiis tueatur.

Hormiada Anastasio Augusto, per Ennodium et Peregrinum Episcopos.

Anastasii benevolentiam sibi conciliat. Dum[1] sapientiae vestrae, clementissime imperator, profunda considero, providentes saluti propriae vobis displicere non aestimo. Neque enim aut divina monita, aut humana continent instituta, ut qui consulit bonae spei, qualibet debeat reprehensione culpari; cum maxime pietas quoque vestra affecta se unitatis et pacis flagrare fateatur. Quae res me quoque vel pro fiducia conscientiae vestrae, vel pro creditae quoque mihi dispensationis officio, emergente compulit non supersedere negotio. Ioannes frater et Nicopolitanam causam exposuit. coepiscopus meus[2] Nicopolitanae civitatis antistes, praedecessoris sui sanctae recordationis Alcysonis secutus exemplum beati Petri apostoli communionem cum synodo sua, damnatis his, quos Ecclesia detestatur, expetiit. Is nunc gravibus fatigatur insidiis. Precor mansuetudinem vestram, iniqua molientibus obviate et removete molestias, et correctum fovete, cui, ut corrigeretur[3], debuisse insisti[4]. Scient enim qui tardaverint, se reos futuros, cum a vobis foveri viderint iam reverso. Fateor, clementissime impera- Imperatoris auxilium in Thessal. episcopum implorat. tor, miror insidiantium pertinaciam neque Dei, neque vestro intuitu permoveri. Nam qui oderunt in homino studium desiderii boni, quod de se aestimant iudicari, insequuntur, ad recta reduces; iure culpandi, si non converterint deviantes. Date fidei vestrae clara documenta, si adfore cunctis ad unitatem reductis et officio omni, et adhortatione cogitetis[5].

EPISTOLA XXIV[6].

Dorotheum episcopum Thessalonicensem de vexationibus Ioanni Nicop. eiusque synodo illatis gravissime reprehendit, a quibus, ni cesset, nominalem anathema ei minitatur.

Hormiada Episcopus Dorotheo Episcopo Thessalonicensi.

Ioannes frater et coepiscopus meus Nicopolitanae urbis antistes cum synodo Cur Ioannes Nicopolitanus a Thess. episcopo vexetur. sua variis se concussionibus atque dispendiis graviter causatur affligi; quod a transgressorum societate divisus, postquam communionem Sedis Apostolicae emeruit, ad Thessalonicensium Ecclesiam ordinationis suae initia non direxit. Potuisset neglectus sic[7] esse culpabilis, si unum esset inter omnes mysterium charitatis. At cum multi se a petrae illius, quae Christus est[8], soliditate diviserint; quis non velit ab errantium coniunctione Idque prorsus iniquum ostenditur. discerni[9], ut mereatur cum his, qui consistunt in veritate, coniungi? Non igi-

1 Baron. *Quum.*

2 Id. *meus* omitt.

3 Caraf. perper. *corrigeret.* Cont. Const. potius *se corrigeret.*

4 Perperam Baron. *assistere.*

5 Sic et Baron. Codd. nn. legg.: *Datae fidei vestrae clara documenta, si affueritis ad unitatem reductis, effici omni adhortatione cogitetis.* Quam lection. satis corrupt. sic nitid. restituit Cont. Const. *Data fidei vestrae clara erunt documenta, si adfueritis ad unitatem reduc*[illegible] *idemque a caeteris effici omni adhortatio*[illegible] *cogitetis.* Dat. autem iuxta Labb. ad marg., et Jaffè ll. cc. ann. 517.

6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 596.

7 Mans. omitt. *sic.* Cod. Vat. 4961 *hic.* Ad context. mel. videtur n. lectio.

8 Ioann. I Corinth. x, 4, ubi Vulg. legit.: *Petra autem erat Christus.*

9 Caraf. cum al. forte minus bene *dirimi.*

tur consuetudo est neglecta, sed vitata contagia. Ergo obiicere quis possit errorem, ubi cogitatam salubriter intelligit cautionem? At nos, quod debueras primus assumere, credebamus, te sequi saltem post aliena exempla potuisse. Non sufficit in lapsibus mora, nisi ad reprehensionis cumulum, circa eos quoque, qui ad viam redeunt, accedat invidia? Quid aliud, quam beati Petri (quod sine impietate dici non potest) ipsum, quod a Domino datum est, nomen oderunt, qui eos, qui ad Sedis ipsius altaria confugiunt, insequuntur?

In Dorotheum gravissima reprehensio

Quo pudore, rogo, privilegia circa te illorum manere desideras, quorum mandata non servas? Et reverentiam, quam non exhibes fidei, cupis tibi ecclesiastica potestate deferri[1]? Si in iisdem vestigiis, quibus catholici nituntur, insisteres, in sectationem tamen proximi vitare deberes; sciens secundum Domini nostri et Salvatoris, quem colimus, instituta, eum qui scandalizaverit unum de minimis, obnoxium magnis esse peccatis[2]. Ubi est, Domine, humilitas, quam sub occasione discipulorum tuorum certantium de loci qualitate docuisti[3]? Tu ostendis illum esse maximum, qui exhibere studuerit se pusillum: *Respice de coelo, vide*[4] *visita vineam istam te cultore plantatam*; intende circa mandata tua minimos, et circa ambitum honoris elatos.

Cur recentia cupitis, et prisca deseritis, circa summa desides, et parva curantes? Nonne hoc est rerum vilia decimare, et legis praecepta contemnere? Serva[5] illa quae Deo congruunt; et facile ea, quae sunt ab hominibus, subsequentur[6]. Quin potius curam salutis assume: et cur te alius praevenerit in veritate[7], suspira; ne si insectari eos, qui ad Ecclesiae revertuntur membra, persistiteris, tu quoque cum his, quos nominatim condemnat apostolica sententia, copuleris.

Qui ne ab inceptis desistat, nominatim anathemate percellendus.

Data pridie idus Aprilis[8], Agapito viro clarissimo consule.

Dat. die 12 Aprilis, ann. 517.

EPISTOLA XXV[9].

Animum veteris Epiri antistitem a Dorothei persecutione sublevat, eisque cum ipso communicandi facultate denegata, ad constantiam totis viribus hortatur.

Hormisda Ioanni Episcopo Nicopolitano cum synodo.

Veteris Epiri antistites solatur

Optaremus, dilectissimi fratres, ab omnibus vos molestiarum fluctibus alienos vitam sub tranquillitatis serenitate[10] transigere, et Deo nostro, remota mundanarum tempestatum mentis perturbatione[11] ..... moverant; quia quae fieri nolumus, necesse est, ut facta doleamus. Sed abundat mundus incommodis et

1 Codd. mm. perperam ad locut. *sub ecclesiastica potetate ......*;

2 Marc. IX, 41; Matth. XVIII, 6; Luc. XVII, 2.

3 Matth. XVIII, 1; Marc IX, 33; Luc. IX, 46.

4 Vatt. codd. *et vide* iuxta text. Psal. LXXIX, 15, 16, ubi Vulg. inquit: *et visita vineam istam, et perfice eam, quam plantavit dextera tua.*

5 Codd. mm. *servate*, aptius quidem ad superius dicta *cur recentia cupitis*. Mox dein minus apte ad Script. textum *subsequuntur*.

6 Iuxta VI Matth. 33, «*Quaerite ergo primum regnum Dei, et iustitiam eius, et haec omnia adiicientur vobis*».

7 Citt. codd. *in veritate, affectione suspira*. Forte corrigend. *veritatis affectione, suspira*.

8 Codd. mm. omittunt *Aprilis*, forte mend amanuens.

9 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 595.

10 Vatt. Codd. 4961, et 5617 *securitate* Forte mel. ad elocut. context. n. lectio.

11 Cod. n. 4961, *mentes perturbatione nostras devotas esse*. Forte legend. *transigere: at Deo nostro, remota mundanarum tempestatum perturbatione, mentes nostras devotas moverunt, quia....*

tentationibus; saeculum istud, in quo peregrinamur, expositum est passim, veluti magna moles, ventorum procellis. Ita fidelium mentes diabolicis pulsantur insidiis, et sicut dictum est, *qui volunt pie vivere in Christo, persecutiones patiuntur*[1]; sed consolatur spes a iusto retributore promissa: *Quia beatus est, qui non fuerit scandalizatus in Domino*[2]. Non deiiciant milites Dei impetus fragiles et caduci. Qui assistit strenuis, non delectatur ignavis. Facile contemnuntur ista, quae transeunt, si illa, quae sunt mansura, cogitentur. Amplectenda est probationis occasio; quia licet sint dura onera laborum, praemia tamen maiora virtutum. Quemadmodum par erit ei remuneratio, qui se imparem monstrat examini[3]?

Eos in proposito confirmat.

Non simus segnes ad fortia, si pervenire cupimus ad promissa. Quis super hoc expectet vocem hominis, cum quotidie nobis insonet sententia veritatis: *Beati, qui passiones*[4] *patiuntur propter iustitiam?* Sed ne me[5], fratres carissimi, (licet apud fideles magna sint) spiritualia tantum vestrae exhibere credatis confirmationi solatia; providendis enim pro vestra tribulatione remediis, quantum in homine esse potuit, non quievi. Nam per legatos ad Orientis principem destinatos, et Thessalonicensem episcopum, ut ab infestatione vestra cessaret, admonui; et prorogatis paginis, ut imperatori suppliraretur, adiunxi[6].

Quaeque pro iis gesserit exponit.

Haec quantum ad praesentia sunt provisa; sed illa, quae ad spem futuram pertinent, haec sunt potius mentibus intuenda. Sane hoc me fateor fuisse miratum, quod inter allegationes angustiarum religiosae prudentiae vestrae haec potuit cura subrepere, ut a me sub consolationis colore dirigendi ad Thessalonicensem episcopum solidas litteras licentia posceretur. Ego ne huius rei auctor existerem, quam si, inscio me, cognoscerem factam esse, culparem? Absit ista perversitas. Audite apostolicam vocem, sed personae meae convenienter aptandam: *Si quae destruxi, haec iterum reaedifico, praevaricatorem me constituo*[7]. Nolite, obsecro, ad evitata vix redire contagia; nec pedes luto, quo tenebantur, avulsos, patiamini male rursus immergi. Sinite, obliterata esse transacta: *Nemo mittens manum suam in aratrum, et aspiciens retro aptus est regno Dei*[8]? Impediuntur a processu propositi itineris, qui reflexis oculis respiciunt quod relinquunt. Non amant ecclesiasticae disciplinae eos, in quibus remanet memoria illa perfidiae[9]; totos ab errantibus oportet abscindi; quia in tantum detestabiles existimantur ad spreta redeuntes, ut B. apostolus Petrus melius illis esse praedicaverit, ut non cognoscerent viam

Verum communicandi cum Thess. episc. facultatem denegat.

Ad hoc vehemens adhortatio

1 II Timoth. III, 12, ubi Vulg. inquit: *Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur.*

2 Matth. XI, 6, ubi apud Vulg. legit: *Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.*

3 Cod. n. 5617 *Quemadmodum par erit remunerationi, qui se imparem monstrat examini?*

4 Codd. un. *persecutionem*, uti legitur in Matth. V, 10 apud Vulg.

5 Citt. codd. *Sed ne me, fratres carissimi, (licet apud fideles magna sint) spirituali* (cod. n. 5617 erron. *speciali*) *tantum vos solum credatis confirmatione solari, providentes pro vestra tribulatione remediis, quantum....* Quae verba claram redd. sententiam, si ea amanuens. errorib. expurges in hunc mod. « *Sed ne me, fratres carissimi, (licet apud fideles magna sint) spirituali tantum vos credatis confirmatione solari; providentes pro vestra tribulatione remedia, quantum....* Verum melius, uti videtur, n. lectio.

6 Iid. forte melius *iniunxi*.

7 Galat. II, 18, ubi Vulg. habet... *iterum haec aedifico, praevaricatorem me constituo.*

8 Luc. IX, 61, ubi Vulg. legit: *manum suam ad aratrum, et respiciens.*

9 Cit. codd. *memoria illa perfidiae.*

iustitiae, quam cognoscentes retrorsum reflecti in [1] tradito sibi sancto mandato. In aperto est, qua pertinacia traditae fidei debeat constantia custodiri, si tolerabilius est in errore persistere, quam coinquinationibus rursum, quas quis fugerit, implicari.

Tolerabilius est in errore persistere, quam ad spreta redire

Data pridie idus Aprilis, Agapito viro clarissimo consule [2].

Dat. die April., 12 ann. 517.

EPISTOLA XXVI [3].

De Hispaniensium antistitum concordia gratulatus, eis Orientalium ad S. A. legationem significat; quid Sallustio de PP. statutis conservandis fuerit commissum, innuit.

Fratribus dilectissimis universis Episcopis per Boeticam provinciam constitutis

Hormisda Episcopus.

De Hispaniensium episcoporum concordia gaudet

Quid tam dulce solicito, quam quod [4] mihi de vobis innotescunt illa, quae cupio? Quid tam religiosis conveniens institutis, quam ut inter se [5] sacerdotes pacem, quam eos necesse est aliis pro officio annuntiare, conservent! Plena [6], fateor, gratulatione suscepi, quod votiva mihi de caritate (quae inter vos est) Ecclesiarum et pace [7] litteris indicastis. Sponte mihi quidquid hortari poteram, quidquid movere, delatum est: *Confirmet hoc Deus, quod operatus est* [8] *in nobis;* et quae praecepit pro animarum salute facienda, haec ipse qui praecepit, pro ea, qua nos redemit pietate, faciat. Et his [9] tam bonis nuntiis nos quoque religiosorum vicem reddimus nuntiorum. Quidquid [10] cum Orientalibus, quos ad Ecclesiae corpus unitatemque revocatos dudum Dei nostri ope litteris significavimus destinatis [11], denuo, cuma ptum fuerit [12], repetitis vobiscum participabimus indiciis. Mox post nostrorum reditum [13] ab Orientalibus missa legatio est [14]. Certa speravit, certa consuluit. Sed facimus de his, quae fuerant [15] dicenda, compendium ipsi potius, ad instruendam notitiam vestram, quae a nobis sunt responsa dirigentes [16], ne quid sibi sub spatio prolixiore terrarum aut opinio vindicet, aut error assumat, cum ad rerum fidem ipsam teneri sufficiat veritatem. Quod autem ad continentiam vestrarum pertinet litterarum, oportuit quidem desideria plenius expedire [17], ut, aestimatis omnibus, responsum rationi congruum redderetur. Sed quia privilegiorum veterum, et statutorum paternorum indiditis iisdem litteris mentionem, ad Sallustium fratrem et coepiscopum nostrum

Orientalium ad S. A. legationem innuit.

Ne quid contra PP. statuta moliatur Sallustio indictum.

1 Cit. codd. *a tradito.*

2 Codd. nn. add. *per Pulionem subdiaconum.*

3 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 615, edit. Venet. 1728, ubi notare praestat, hanc ep. fere totam cum Morcellin. PP. litt. ad Oriental. Episcopos cohaerere, uti videre est apud Caraf. tom. I, part. I, pag. 168. Hinc forte est, ut Jaffè op. c. pag. 927 huiusmodi Marcell. epistolam inter spurias recenseat.

4 Al. perperam ad locut. context., ut opinor *Quam quum.*

5 Mans. perperam omittit *se.*

6 Caraf., minus recte, ut videtur, *plane.* Cont. Const. nobiscum leg.

7 Id. corrig. *et Ecclesiarum pace.*

8 E mss Colbert. id. restit. *operatur* contra Vulg. text. in Psal. LXVII, 29, qui nobiscum leg.

9 Cit. mss. *Sed his*

10 Id. *nuntiorum: et quidquid.*

11 Innuit ep. XI, pag. 379, col. 2 h. vol.

12 Cont. Const. *actum fuerit.*

13 Al. *pro nostro edicto.*

14 Cont. Const. existimat, Hormisdae legatos die 9 Iul. ann. 516 Constantinopoli profectos Romam attigisse d. 17 Septembr. Orientalium autem legatio missa est d. 16 Aug. eiusd. ann., uti ex Anast. litteris colligitur. Vid. Anast. ep. apud Migo. *Patrolog.* tom. LXIII, col. 383.

15 Cont. Const. *fuerunt.*

16 « Rectius cod. Remig. cum al. mss. *ipsa potius ad struendam notitiam vestram... responsa dirigentes* ». Cont. Const.

17 Ita et cod. 1340. *planius expediri.*

sub hac parte [1] rescripsimus, vobis quoque strictim, quae dicta sunt illis [2] latius, indicantes, ne privilegia nobis indulta convellerent [3], et nihil tam conveniens fidei iudicare, quam ut in honore suo a Patribus decreta serventur. Deus autem [4] vos incolumes custodiat, fratres carissimi [5].

EPISTOLA XXVII [6].

Iustino I susceptum imperium gratulatus per eum Ecclesiae pacem restitutum iri confidit, de qua re per Alexandrum legatum suum responsum expectat.

Hormisda Iustino Augusto.

Iustino de regni primitiis gratulatur.

Venerabilis regni vestri primitiis, fili gloriosissime, loco muneris gratulationem suam catholica transmittit Ecclesia, per quas se post tantam discordiae fatigationem requiem pacis invenire confidit. Nec est dubium ideo ad rerum summam coelesti vos providentia pervenisse, ut vestris temporibus [7] impacta religioni in Orientis partibus aboleatur iniuria. Debitas beato Petro apostolo imperii vestri primitias reddidistis, quas hac ratione devoti suscepimus [8], quia Ecclesiarum per vos proxime futuram credimus sine dubitatione concordiam. Deus, qui pietatis vestrae sensibus alloquendi nos vota concessit, ipse circa sincerum religionis suae cultum praestabit, sicut optamus, effectum [9]. Significastis nolentibus et recusantibus vobis imperii pondus impositum, qua ratione electos vos [10] coelesti constat esse iudicio, secundum Apostolum dicentem: *Non est potestas nisi a Deo; quae autem sunt a Deo ordinata sunt* [11]. Superest ut a Deo electi, sicut et credimus, Ecclesiae, quam laborare cernitis, manus vestrae solatia porrigatis. Cessent [12], qui paci eius obsistunt; obmutescant, qui in forma pastorum conantur gregem Christi disperdere. Istorum correctio vires vestri firmat imperii, quia ubi Deus recte colitur [13], adversitas non habet [14] effectum. Hanc gratulationis paginam per Alexandrum virum clarissimum non omisimus destinare, sperantes cum Dei nostri adiutorio per [15] virum clarissimum filium nostrum de singulis, quae ad unitatem Ecclesiae pertinent, nos clementiae vestrae praebituros esse responsum [16].

Eum ad Eccles. pacem restituendam impellit.

Per Alexandrum responsum expectat

EPISTOLA XXVIII [17].

Iustini pro Eccl. pace sollicitudinem commendans, rescribit episcoporum vota, licet serius emissa, sibi esse gratissima,

1 Cont. Const. recte e mss. Colbert. *super hac parte* restituit: cit. cod. 1340 nobiscum leg.

2 *Illis* mss. auctoritate expung. Cont. Const.; retinet autem n. cod. 1340.

3 « *Nec privilegia nos indulta convellere* ». Ita ad sensum apte Cont. Const. animadvertens, Hormisdam in ep. VII ad Sallustium, quam videre est tom. I h. op., pag. 143 col. 2 sub fin., non de suis, sed de metropolitarum privilegiis habere sermonem.

4 Cont. Const. expungit *autem*.

5 Iuxta Cont. Const. data fuit circ. Iul. ann. 519, in quem ann. convenit et Labb. ad marg. l. c. Jaffè autem op. c. pag. 67 dubius haeret, an data sit ann. 517.

6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 606.

7 « *Tantis temporibus* ». Codd. Vatt. 4961, et 5617. Forte ad rem aptius.

8 Caraf. cum nn. codd. *devote suscepimus*.

9 Caraf. forte rectius ad context. *affertum*.

10 Caraf. cum n. cod. 4961 perperam ad context. *electos suos*. Cod. cit. 5617 recte n. lect. adhaeret.

11 Rom. XIII. 1, ubi Vulg. legit.: *Quae autem sunt a Deo, ordinatae sunt*.

12 « *Quiescant* ». Caraf. cum n. cod. 4961.

13 Mans. perperam ad context. *Deus recolitur*.

14 Codd. nn. cum Caraf. inconcinnius ad praecedentia *non habebit*.

15 Caraf. cum n. cod. 4961 add. *Gratum*; cod. 5617 legit *per Gratum filium nostrum*.

16 Iuxta Labb. ad marg. l. c. dat. ann. 518 secundum autem Jaffè l. c. p. Aug. 1 eiusdem anni.

17 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 607.

eisque per litteras, et libellum quid sit agendum protinus indixisse. Postremo Gratum legatum eius laudat.

Hormisda Iustino Augusto.

Imperatoris pro Ecclesia sollicitudinem laudat.

Sumptam de imperii vestri ortu laetitiam, quamvis apud nos pollentem merito praecedenti, quoque geminastis alloquio, reciproca devotione testati[1]. Iam tunc secutura praevidimus, quae nunc de ecclesiasticae unitatis affectu coelestis gratiae inspiratione significastis. Habes ergo, clementissime imperator, praesentem de tali voto iam gloriam, sed expectatur de perfectione perpetua. Haec sunt validissima imperii vestri fundamenta, quae in ipso nascentis regni[2] principio divinam universis praeferunt sancta dispositione culturam. Tenete itaque hanc piae sollicitudinis curam, et pro catholicorum pace, sicut coepistis, insistite, quia Deus noster, qui vobis hunc tribuit animum, elegit etiam per quos praestet effectum.

Episcoporum preces sibi acceptissimae.

Nam et episcoporum vota precesque nobis[3] effusas gratanter amplectimur; qui tamen loci sui consideratione commoniti ea desiderant, quae dudum, ut sequi vellent, Sedis Apostolicae exhortatio crebra non defuit. Et quoniam clementiam vestram id cupere, illos etiam haec didicimus postulare, quae res hactenus ecclesiarum pacem sub contentiosa obstinatione diviserit[4], nec pietatis vestrae, nec illorum refugit, velut latenti causa, notitiam. Quid igitur facere debeant et litteris nostris, et libelli[5], quem direximus, serie continetur.

Ipsis quid agendum indictum.

Haec si, Deo nostro, et clementia vestra adiuvante, suscipiunt et sequuntur, poterit ad eam, quam maximo desideramus ardore, perveniri concordiam. Filius praeterea noster vir clarissimus[6] Gratus sacri consistorii comes et magister scrinii memoriae ostendit in se vestrum allegationis suae maturitate iudicium; cuius mora sensibus vestris, eo referente, melius asseretur[7].

Gratum commendat.

EPISTOLA XXIX[8].

Ioanni Episcopo Constantinopolitano de Orientalium antistitum resipiscentia gratulatus, eam et Iustini sollicitudini tribuendam scribit. Ostendit autem ad catholicam fidem requiri etiam damnatum Acacii nomen reiicere, ideoque fidei libellum Ioanni subscribendum mittit. Grati pietatem laudibus extollit.

Hormisda Ioanni Episcopo Constantinopolitano.

De Orient. antistitum resipiscentia gaudet.

Spirituale gaudium directis caritas tua significavit affatibus, docendo[9] ut catholicae religionis disciplinam ordine suo vestri pastores, Deo nostro iuvante, receperint[10]. Haec esse beneficia misericordiae supernae quis dubitet? Haec quis dubitet venerabilis principis tro-

1 Caraf., deleto puncto, prosequitur: *iam tunc sequuturum*, quam lect. Cont. Coast. reiiciens nostrae adhaeret.

2 Baron. non inepte, ut opinor, addit *vestri*.

3 Ita et Baron.; Coat. Coast. mallet *vobis;* videat lector, utrum haec emendat. cum oratione cohaereat.

4 Caraf. coatr. nn. codd. auctor. *diviserint*.

5 Hunc vide ep. XIV, subiectum pag. 393 h. vol.

6 Caraf. mal. interpretatus in Vat. cod. sigla vs legit *Vestrae Sanctitati*, cui et Bin. adhaeret. Contin. Coast. probe restit. *vir sublimis*.

7 Iuxta Labb. ad marg. l. c. dat. ann. 518; secundum autem Jaffè l. c. post septembr. 7 eiusdem anni. Coat. autem Const. datam contend. ann. 519, Ianuar. exeunte.

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 609.

9 Caraf. minus bene *dicendo*.

10 Male Baron., et Caraf. *ut cathol. religionis disciplina ordinem suum vestris pastoribus receperit*. Quam lectionem Coat. Const. apte

phaeis adiungi? Quis ambigat, quia maior ei de hac pace, quam de quibuslibet praeliis triumphum acquiritur? Istius laboris gloria nescit occasum: quia ubi Deus recte colitur, nunquam adversariorum crescit iniquitas. Dilectionis tuae confessionem gratanter accepimus, per quam sanctae synodi comprobantur, inter quas instauratione constitutorum omnium Chalcedonense concilium praedicastis, et catholicorum numero adiungi desiderans sancti papae Leonis in diptychis nomen asseveras scriptum. Ista laudanda sunt, si perfectionis subsequatur effectus: quia recipere Chalcedonense concilium, et sequi sancti Leonis epistolas, et adhuc nomen Acacii defendere, hoc est inter se discrepantia vindicare. Quis Dioscurum, et Eutychetem condemnans, innocentem ostendere possit Acacium? Quis Timotheum, et Petrum Alexandrinum, et alium Petrum Antiochenum, et sequaces eorum declinans, sicut diximus, non abominetur Acacium, qui eorum communionem secutus est? De caritate [1] siquidem tua meliora Dei omnipotentis expectamus auxilio, habentes optimae promissionis spem, sicut ad nos, quae direxisti, tua scripta ostendunt [2], tecum in veritate sentiens, et ipsa defendens, sperans in illo indicio per ipsa te posse salvari. Post haec quid restat, nisi ut Sedis apostolicae, cuius fidem te dicis amplecti, sequaris etiam sine trepidatione iudicia? Igitur partibus orientalibus ostende per te quod sequantur exemplum, ut omnium laus, qui correcti fuerint, tuis laboribus applicetur. Ergo cum magna denuncies, et fidem beati apostoli Petri te amplecti significes, recte credens in ea salutem nostram posse subsistere [3], libellum, cuius continentia subter annexa est, a caritate tua subscriptum ad nos dirige [4], ut sine conscientiae formidine unam communionem, sicut oramus, habere possimus. Pro persona quoque filii nostri Grati viri clarissimi Deo nostro gratias sine cessatione persolvimus, cuius fides et recta credulitas nostrum circa se excitavit affectum: dignus revera qui tantae curam susciperet actionis, et maximi principis ad nos mandata perferret [5].

Haec imperatoris trophaeis addenda.

Ad perfectam fidem requiritur et Acacii nomen reiicere.

De hoc Ioannem obtestatur.

Cui fidei normam subscribendam mittit.

Grati laudes.

EPISTOLA XXX [6].

Iustini pietatem laudibus extollens eum omni prece obtestatur, ut non modo

castigat in hunc modum: *ut cath. religionis disciplina ordinem suum vestris partibus, Deo nostro iuvante, receperit*. Idque consonat cum aliis Hormisdae verbis ad eumd. Ioann. ep. XXXV, pag. 417 col. 1 h. vol., ubi legitur: *Desideria quippe tua, quibus te ad ecclesiasticam testaris festinare concordiam, ut haberent partes illae semper optavimus.*

1 Baron. perperam ad context., ut videtur, *De civitate*, ad marg. *De charitate* reiecto.

2 Haec verba « *tua scripta ostendunt* », quae in nn. codd. desiderantur, a Baron. addita videntur. Cont. Const. legand. arbitratur: « *sicut ad nos ipse dixisti, una mecum in veritate sentiens, et ipsam defendens, sperans in illo iudicio per ipsam te posse salvari.* Hormisda enim ipsius Ioann. verba repetere videtur, qui ad Pontif. scribens ait: *una tecum in veritate sentiens, et una tecum sperans, in illo die per hanc fidem salvari*. Vid. Ioann. ep., cui per hanc Hormisda respondit, apud Mign. *Patrolog.* tom. LXIII, col. 429.

3 Ita et Baron. ad oral. context. quidem apte. Cont. Const. mallet *substinere*, subaudito *te*.

4 Libellus hic idem est, de quo in praeced. ep. ad not. 5, ut evidenter patet e fidei professione, quam Ioannes subscriptam misit Hormisdae sub die 27 Martii ann. 519. Vid. Mign. op. cit. col. 443.

5 Iuxta Jaffè dat. p. decembr. 20 ann. 518.

6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 614.

Chalcedonis, et Leonis statuta custodiri, sed haeresum quoque sectatores, maximeque Acacium damnari iubens, tandem Ecclesiae pacem restituat, ad quae vota firmanda legatos mittit.

Hormisda Iustino Augusto.

Per Iustinum imperio aucta gloria, non ipsi per imperium.

In tantum pro gratia divinitatis gloriae vestrae famam constat extensam, et ita vos suffragante vitae merito laudabiliter mundo contigit innotescere, probatissimorum hominum opinione vulgante, ut super vos potius credatur delatum [1] culmen imperii, quam per imperium vos aliquis dicat agnosci. Certum est quidem huiusmodi provectione vestra pristino splendori [2] accessisse decoris cumulum: sed sicut tenuistis olim moribus principatum; sic cum vos per ora gentium impatiens secreti magnitudo detulerit [3], ad nos quoque, sicut mystice loquuntur [4] scripturae, testimoniis suavitatis vestrae odor advenit [5]. Et certe cum late prudentium hominum sententia religiosae vitae vestrae fuerint instituta dispersa, habere non potuimus incognitum quidquid de vobis fuerat mundi attestatione vulgatum: quia sicut mediocri laude digna in immensum sibi nequeunt vindicare praeconia, ita sine fide [6] praedicandum rapitur in populum quidquid bono fuerit admirationis ornatum. Vindicat enim sibi quantitatis suae iure magnitudo famae testimonia, quia nesciunt latere miranda. Hinc est quod principatus vobis ac honores publica iura commiserunt [7]: nam quod meritorum insignia generalitatis facta sunt vota [8], nemo ita rerum arbiter iniquus extitit [9], qui passim vos aestimet arches inclitae [10] accepisse titulos, cum negari nequeat digne vos meruisse imperii culmen, quorum probitatem mundus agnovit. Sed parum [11] est, quamvis iudicio universitatis, suscipere loco praemii iura regnandi. Illud magis est admirabile, quod ita vos hominum laudabilitate firmatos suscipiunt imperia, ut iudicia sint divina. Non est dubium, electos suos venerabili praedestinatione divinitatis ad tantae potestatis ornamenta venire, quos sincerae fidei documenta circumvallant. Vere vobis prophetici spiritus convenire verba dixerimus: *Priusquam te formarem in utero, novi te* [12]. Ad hanc vos gloriam, incomprehensibili supernae maiestatis dispositione procurante, obsequium naturae

Quanta eius in universum aestimatio.

Hinc ipsius ad imperium evectio repetenda.

Per hanc autem et Dei iudicium patefactum.

1 Baron. *dilatatum*. Forte ita legend.: *ut per vos potius credatur dilatatum culmen imperii, quam per imperium vos aliquis dicat agnosci.*

2 « Potius *vestro pristino splendori* ». Cont. Const.

3 « *Defuerit* ». Caraf. perper. nn. codd. interpretatus, ubi legitur *diffuerit*, cui sane substituendum est *diffuderit*, non *defuerit*.

4 « *Leguntur* ». Caraf. e nn. codd., in quos amanuens. mend. *leguntur* pro *legunt* irrepsit.

5 « *Odorem suavitatis* ». Exod. XXIX, 41.

6 « *Sine fine* ». Baron. cum Caraf., et nn. codd. Recte, uti videtur.

7 Caraf. habet *principatus vobis adoreas publica iura commiserunt. Adoreae* autem voce utuntur Plin. et Fest. pro *honore*, et *gloria*. Cont. Const. mallet *principatus honores vobis publica iura commiserunt*.

8 « *Voto* ». Baron. Forte legend. *nam quod vestra merita generalitatis voto facta sunt insignia, nemo...*

9 Caraf. *excitabit* mal. Vatt. codd. interpretatus, in quos mendo amanuens. *excitabit* pro *extabit* incidit.

10 Scil. *regii principatus*. Sic enim Procop. Hist. arc. cap. VI loquit.: Επειδη τε ο βασιλευς εξ ανθρωπων ηφανιστο, αυτος τε της αρχης δυναμει βασιλειαν παρειληφεν i. e. *Postquam autem rex ab hominibus disparuit, ipse potentia fretus regium principatum capessivit.*

11 Caraf. cum Cont. Const. *parvum*. Codd. Vatt. lectioni nostrae consentiunt.

12 Ierem. I, 5.

Ecclesiae pax restituenda.

mundo protulit, sub custodia fidei transacte vitae probitas instituit, atque ad imperia clementia divina provexit; ob hoc scilicet, ut tandem aliquando divisores dominici corporis fidei vestrae executione compressi, ecclesiarum concordia diabolica impedimenta succideret [1], et universitas de adunatione gauderet. Hoc religioni, hoc fidei, hoc serenitati vestrae specialiter coelitus mandatur officium: quibus et posse omnia, et perficere videmus indultum. Itaque sicut instituistis facere, navate suscepti operis munus, quod superna vobis providentia videtis iniunctum. Et vere sic decuit, ut per principem pax debeat fieri, quam reverentia divinitatis exposcit. Date has assumpti Deo nostro vestri oblationes imperii, ut per vos possit pacis fructus impleri. Sine dubio quidquid tali facto animae vestrae fuerit praestitum, a vobis mundo iudicatur impensum. Magnum, et inaestimabile est, venerabilis imperator, propter quod adsciti estis iudicio divinitatis: extenduntur ecce vota pacem desiderantium: diuturni temporis tractu moeret ecclesiarum indivisibilis discissa communio: est in gemitu discerpta fraternitas [2], cum circa patrum dogmata varia sit voluntas. Accingite ergo lumbos

Ad hoc lumbum omnibus urget

viribus fidei: videte, cui vos regi divinitas velit obsequi, quantum sit quod per vos procurat impleri. Ecclesiae venerandae corpus, quod propria Christus noster passione fundavit, gloriae vestrae adunare factis instituit. Non est quo magis circa vos gratia supernae maiestatis eluceat, quam si Ecclesiae corpus per vestrum reparetur officium, sanguinis Domini [3] redemptione formatum. Est quidem causae huius vetustissima calamitas, sed pro immanitate sui recentissimus dolor, et tanto christianis animis fortior gemitus, quanto temporibus est dilatus. Videndum vobis est in quantum quotidie antiqui hostis fervescat insania, et, cum olim causa sit decisa fine sententiae, pacis faciat tarditatem [4]: et cum Chalcedonensis synodus, et B. papae Leonis constituta placeant, quo ad caritatem reverti volumus, a certamine non desistas. Sequuntur quae dogmatibus praedictis adscripta sunt, et ab eorum sequacibus, quos praedicta auctoritate damnatos intelligunt, non recedunt. Tenent adhuc in complexibus nomen Acacii, quem vident iudicio Sedis apostolicae merito poenam subiisse damnati. Quis non intelligat simulate dici: Sanctorum patrum sequimur dogmata, sed non diligimus facta? Quae a sancta synodo Chalcedonensi constituta sunt, et quae beati Leonis epistola continet, fovemus, veneramur, amplectimur, sed Acacio, qui damnatorum communionem secutus est, impendimus vota. Sed quid opus est de iudicatis rebus verba facere, cum nos hortari tantummodo deceat, ut, expressa superius simulatione summota, sub omni puritate pacem debeant, a quibus haec dicuntur, optare? Apud vos mihi est omnis deprecationis causa, imperator egregie: vos his ac talibus religiosi operis resistite viva caritate: vobis imminet, ut qui ecclesiasticae concordiae habuistis sub privata vita [5] desiderium, sub prin-

Catholic. fidem non tenet qui maxime Acacium etiam non relicit.

In hoc igitur insistendum

1 Cont. Const. optime quidem sensum restituit hoc modo « *ut tandem aliquando divisoribus dominici corporis fidei vestrae executione compressis, Ecclesiarum concordia diabolica impedimenta succideret.*

2 Caraf. perperam ad context. *sine gemitu discrepat fraternitas*. Cont. Const. partic. *non* e mss. codd. adiiciens legit: *Non sine gemitu discrepat fraternitas.*

3 Al. *sanguinis dominici.*

4 « *Paci faciat tarditatem* ». Vat. cod. 4961.

5 « *In privata vita* ». Caraf. cum mss. codd.

cipatu detis effectum. Non fuit quo magis gratiae vestrae cumulus accederet, quam quod vobis divinitus datum est [1], ut quod semper voluistis fieri, per vos ad terminum possit adduci. Nec breve specimen circa vos gratiae divinitatis effulsit, quibus datur posse facere, quod semper optastis. Quapropter quoniam vobis tantae causae titulum videtis esse servatum, removete quidquid ambiguum remansisse creditur ad plenitudinem gaudiorum. Nos enim, qua decuit affectione, per Gratum virum clarissimum, cui pro moderatione sui congrue sensimus officium legationis iniunctum, litteris vestri principatus acceptis, causae magnitudini convenientes, destinavimus viros Germanum [2] et Ioannem episcopos, et Blandum presbyterum, nec non et Felicem diaconum [3], per quos si, quemadmodum praesumimus, serenitatis vestrae favor arriserit, secundum quae mandata sunt, ecclesiarum adunatione generalitatis possint vota firmari [4].

Ad imperatorem legatos.

EPISTOLA XXXI [5].

Euphemiae Augustae religione confidens eam hortatur, Iustinum virum suum Eccl. pacis studiosissimum incitet, ut Episcopos libello a se misso subscribere iubeat.

Hormisda Euphemiae Augustae.

Euphemiae quae religio.

Ecclesiarum pax iam coelesti ordinatione componitur, cum vos ad imperium Deus elegit, apud quos esse integrum semper religionis suae cognovit affectum. Nam sicut in privata vita Deum semper recto dogmate coluistis, ut de religionis concordia cogitaretis [6]; et multa quidem inter ipsa imperii vestri primordia facta sunt, quae spem nobis correctionis integrae pollicentur. Unde quia in vobis amorem fervere fidei gratulamur, agentes Deo gratias, quotidie pro vobis beato Petro apostolo supplicamus, ut votis vestris apud Dominum suffragetur, et cursum bonae voluntatis adimpleat. Nec dubium est, divinis vos auxiliis adiuvari, quia tanto religionis studio mandatis coelestibus obeditis. Hinc est, quod quia sanctum coniugii vestri constat esse propositum, has fiducialiter ad vestram clementiam literas destinamus, ut per vos ad perficiendam Ecclesiae pacem mariti vestri pietas amplius incitetur. Magnum opus arripuistis, magna vobis causa commissa est. Per vos etiam [7] populos Christus vult ad Ecclesiae foedera revocare, quos per se voluit a morte redimere. Magna etiam vestro sexui parata est laudis occasio, si, vobis instantibus, Ecclesiae suae Christus, quae divisa fuerant, membra coniungat. Nec eius [8] maior est glo-

Per ipsam Iustini pietas urgenda.

1 Baron. *delatum.*

2 « Hunc Anast. Bibliothecarius, Baronius, aliive Capuae Episcopum dicunt. Verum quum ipse Baron. nihilominus opinetur, alium extitisse Germanum ab eo, qui ann. 497 ab Anast. PP. ad Anastasium August. legatus fuerit; nac probabilis desit coniectura, eum ab Hormisda missum esse, quem rerum orientalium peritiorem pristina legatio fecerat, non satis liquet haec de Germani sede opinio. Porro hunc Capuanae Eccles. nondum Anast. tempore fuisse praepositum ex ipsis Anast. litteris non obscurum ». Cont. Const.

3 His addendus Dioscorus diaconus, uti videre est in ep. XXXIII, pag. 415 col. 2 h. vol., qui in his negotiis non infimas partes egit.

4 Iuxta Labb. ad marg., et Iaffè l. c. dat. ann. 519.

5 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 615.

6 Cod. Vat. 5617, *ita de religionis concordia cogitetis*. Sane perperam.

7 « *Per vos enim* ». Caraf. cum u. cod. 4961, et quidem ad context. recte.

8 Cod. cit. 5617 nobiscum legit. Verum Caraf. cum u. cod. 4961 forte ad context. inepte *Nec enim*.

ria, quae humanae salutis lignum servata est, et solam[1] crucem, quam omnis veneratur mundus, invenit. Superabitis quin imo illius merita, quia Ecclesiae unitas per illam suum invenit signum, per vos est habitura remedium. Agat igitur iugalis vestri religiosa clementia, ut fratres et coepiscopi nostri sub eo libelli tenore, quem dudum misimus, fidem suam dignentur asserere: quatenus perfecta possit esse quae est inchoata correctio: quia irrita est quaelibet in cultura Dei confessio, cui deest fidei plenitudo. Hoc enim, quod a reliquis fieri poposcimus[2], a multis iam sacerdotibus constat effectum: et unitas esse iusta in communione non poterit, si non fuerit in reversione servata[3].

Ut fidei libellum episcopos subscribendum praecipiat.

EPISTOLA XXXII[4].

Iustiniano Augusto gratias agens, quod Ecclesiae pacem reddere studeat, hunc obtestatur, ut tandem Acacii nomine cum suis asseclis remoto, eam perfici curet, ac de missis legatis monet.

Hormisda Episcopus Iustiniano Augusto[5].

Litterarum vestrarum serie religionis ope pollente devotionis optatissima gratulatione suscepta, gratias Divinitati referimus, quia dedistis iudicium, facile a vobis fieri, quod potuissemus hortari. Hinc est quod quia sponte laudabilia cupitis, digne ad principatus apicem generis vestri stemmata pervenerunt. Quapropter insistite, et religiosae vivacitatis animis imminete, ut quemadmodum pro bonae voluntatis initio genus vestrum meruit culmen imperii, in aeterna vobis de perfectione gloria sint triumphi. Videte quo desiderio ad[6] pacis gaudia ludificatus diu mundus exhortet[7]. Respicite generalitatis animos vestri praesumptione beneficii, certa spe quietis attolli: non est quod se dubietas inserat, non est quod aliquid ambiguitatis accedat, cum testamini, quod et nos quidem bene novimus, accedere ad ecclesiarum concordiam religionis principis[8] vota. Quapropter tantae magnanimitati[9] gratias agentes, quanta possumus petitione deprecamur, ut Acacii nomen cum sequacibus suis, quod plene unitatis ecclesiarum impedit gaudium, damnationis ordine sit remotum. Nos enim convenientes causae qualitati direximus legatos, quibus praesentibus, initium, quod dedisti[10], gaudii possit secundum quae mandatis continentur, impleri[11].

Pro Ecclesiae pace Iustiniani studium.

Gratias agens orat, ut haec tandem perficiatur.

Ad hoc legatos a se missos innuit.

EPISTOLA XXXIII[12].

Legatis Constantinopolim missis mandata singula traduntur.

Germano et Ioanni Episcopis, Blando presbytero, Felici et Dioscoro diaconis Hormisda.

Cum Deo propitio partes Orientales fueritis ingressi, si qui episcopi vobis oc-

Cum episcopis fidei libel-

1 Baron. *et sola* Ad context. melius videtur: siquidem haec ad Helenam referuntur Constantini matrem, quae certe Christi crucem solam non invenit. Vid. Bercast. *Stor. Crist.* tom. III, pag. 70, § 143.

2 Caraf. cum n. cod. 5617 *poscimus*

3 Iuxta Labb. ad marg. at Jaffè l. c. dat. an. 519.

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 612.

5 Iaff. op. cit. pag. 67 notat « Lege *comiti* ».

6 Caraf. forte incod. typogr. expungit *ad.*

7 Al. *exultet.* Cod. Vat. 5617 corrig. *exoptet.* Unde sic legendum opinor: *Videte quo desiderio pacis gaudia ludificatus diu mundus exoptet*, vel iuxt. primam lect. *Videte quo desiderio pacis ludificatus diu mundus exultet.*

8 Al. ad orat. aptius *religiosi principis.*

9 Caraf. cum nn. codd. perperam ad elocut. *tantae magnanimitatis.*

10 Codd. nn. recte praecedentia *dedistis.*

11 Iuxta Jaffè l. c., cui Binius assentitur, dat. ann. 519; at Labb. ad marg. l. c. ann. assignat 517.

12 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 612.

Jam subscribentibus instituenda communio.

currerint, et libellum, cuius continentiam percepistis, a se subscriptum offerre voluerint, suscipite, eisque praebete sanctae communionis consortium. Si vero

Cum aliis non item.

occurrentes ipsi[1] eo, quo superius diximus, ordine profiteri noluerint, a vobis equidem sub sacerdotali affectione tractentur; sed neque vobis sit cum his mensa communis, neque ab his vel victualia praesumatis accipere, nisi tantum subvectionem, si causa poposcerit, et hospitalitatem, ne credant se omnino fastidiose despectos. Cum autem Constanti-

Legatis vix Constantinopolim ingressis quid agendum.

nopolim, Deo adiuvante, veneritis, in eam secedite, quam imperator praebuerit mansionem; et nullum ad salutationem vestram prius permittatis accedere, exceptis his, quos ipse miserit imperator, aut quos nostrae communionis esse cognoscitis, donec ipsum principem videatis; cui prae-

Quae ad imperatorem allocutio.

sentati, salutantes, litteras nostras offerte, suggerentes magnum nos de eius imperio gaudium percepisse, et nimium gratulari, quod eum Deus omnipotens ad hoc evexit, iuxta eius sacras litteras, ut secundum ea, quae sunt ab Apostolicae Sedis constituta, praesulibus, Deo auctore, et regno eius adnitente, ecclesiarum et pax et unitas his[2] temporibus desiderata proveniat. Qui si[3] vos hortatus fuerit, ut Constantinopolitanum videatis episcopum, intimate, vos praefinita habere, quae etiam ab eis saepe sunt[4] cognita, quae ab universis episcopis catholicam communionem amplectentibus professio debeat celebrari. Haec si episcopus Constantinopolitanus implere paratus est, ei gratanter[5] occurrimus. Si vero Sedis Apostolicae adhortationem sequi contemnit, quid necesse est, ut ad occasionem contentionis salutatio nostra proficiat, quibus non est disputationis aut certaminis causa in[6] mandatis? Si vero imperator sibi aperiri voluerit quid sit, quod ab episcopo fieri postuletis, formam libelli, quam portatis, ostendite. Quod si de anathemate Acacii consentiens, successores eius dixerit recitandos ob hoc, quod propter defensionem Chalcedonensis synodi aliqui eorum fuerint exilio deportati[7]; insinuabitis, nihil vos de libelli posse forma decerpere, in qua sequaces damnatorum pariter continentur. Sed si eos ab hac non potueritis intentione deflectere; sal-

In fidei professione saltem Acacii nomen damnandum.

tem hoc acquiescite, ut anathematizato specialiter per libellum, quem vobis dedimus, Acacio, de praedecessorum eius nominibus taceatur, abrasis eorum[8] de diptychorum inscriptione vocabulis. Quo facto episcopum Constantinopolitanum in vestram communionem accipite. Libel-

Haec sin minus coram populo, certe coram clero recitanda.

lum[9] vero vel episcopi Constantinopolitani, vel aliorum, quos vos suscipere, Deo volente, contigerit, primo agite, ut praesente populo recitetur. Quod si hoc fieri non potuerit, saltem in secretario praesentibus clericis et archimandritis relegatur. Haec omnia si Deo fuerint volente completa, imperatorem rogate, ut, destinatis sacris per metropolitanos episcopos, adiunctis ipsius episcopi Constantino-

CP. Episcopi in S. A. communionem receptio coeteris metropolitis denuncianda.

politani[10] litteris innotescat, episcopum Constantinopolitanum, suo quoque consensu celebrata professione, quam Sedes Apostolica destinavit, in unitatem communionis fuisse susceptum; quibus litteris etiam ipsos hortetur similia profiteri. Quod si in hac parte imperator aliquid

1 « *Occurrentes Episcopi* ». Baron. cum codd. 4961, 5617.

2 In cit. cod. Vat. *his* deest.

3 Cod. n. 4961, *Quod si*.

4 Caraf. *sint*. Forte mendo typograph.

5 Baron. cum nn. codd. *gratulanter*.

6 Vat. codd. omitt. *in*.

7 Scil. Euphemius, et Macedonius.

8 Baron. recte minus omitt. *eorum*.

9 Id. ad syntax. quidem apte *Libellus*.

10 Caraf. omitt. *Constantinopolitani*.

difficultatis attulerit, episcopus Constantinopolitanus, directis praeceptionibus episcopis suis paroecialibus, vel caeteris metropolitanis, eis praesentibus[1], qui a vobis pariter directi fuerint, quid ipse fecerit, innotescat; quod ab eo modis omnibus vos oportet exigere, ut facti huius testimonio peragrante, etiam universos, vel qui longe sunt positi, latere non possit[2].

EPISTOLA XXXIV[3].

Iustiniano pro Eccl. unitate laboranti stimulos addit, ut fidei libellum omnibus episcopis subscribendum caret: ipsum de missa legatione, ac de eius munere sibi tradito instruit.

Hormisda Iustiniano viro illustri.

Magnitudinis vestrae litteras sanctae fidei plenas amore suscepimus, quibus ad exercendam apud vos praedicationis apostolicae firmitatem, opportunitatem nobis provenisse divinitus nunciastis. Unde indesinenter[4] Domino nostro agimus gratias, qui ad tam praeclara remedia et tempus vobis et animum dedit. Et nos quidem desuper ista agnovimus[5] ordinari, postquam ei detulit divina maiestas imperium, qui se ad componendam ecclesiarum pacem indicat ordinatam. Ergo restat, ut universi episcopi partis Orientalis, iuxta libelli seriem, ad correctionis pervenisse se testentur effectum. Patet venerandae via concordiae; nota[6] sunt optatae remedia sanitatis. Sacerdotes, qui catholicam pacem desiderant, professionem catholicam non recusent; non enim opus est partibus errorem corrigi, sed radicitus amputari. Insistite igitur, sicut coepistis, ut merces apud Deum vestra, quae de boni operis inchoatione habet initium, de perfectione consequatur effectum. Animum quidem vestrum talem missa ad nos testantur alloquia, ut ad plenitudinem boni propositi non multum indigeatis hortatu; nostri tamen desiderii ea, quae spem dedit, ratio[7] amplius accendit ardorem, et avidius gaudia impleri cupimus, quae instare iam divinitus arbitramur. Hinc est quod beatum Petrum apostolum quotidie suppliciter obsecramus, ut vobis, per quos integrari membra sua sancta iam sperat Ecclesia, et effectum Deus celerem, et salutem tribuat longiorem. Nos quidem vestris animis obsequentes viros direximus ad solidandam sub apostolicae dispositionis ordinatione concordiam. Vestrum est, ut sicut nos bonae intentioni deesse noluimus, ita eos apud nos[8] optatum referre faciatis effectum. Munus vestrum veneranda sacraria susceperunt, quod amplius beato Petro apostolo facietis acceptius, si per vos optatam Ecclesiae receperint unitatem[9].

Iustiniani de Eccl. pace sollicitudinem gaudet.

Eidem insistendum, ut Orientales episcopi fidei libellum subscribant.

De missa legatione edocet.

Eius munus sibi traditum enunciat.

EPISTOLA XXXV[10].

Traditis consiliis insistens summ ecclesiasticae unitatis studium ostendit, quam Ioannem Constantinopolit. Eccl. episcopum numquam assequuturum declarat, nisi ab omni haereticorum

1 Baron. *eisdem praesidentibus.*

2 Iuxta Iaffè l. c. cui et Labb. ad marg. consentit, dat. ann. 519.

3 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 618.

4 Caraf. cum n. cod. 4961, *indeficienter*. Cod. 5617 perperam *insufficienter*.

5 Caraf. cum cit. cod. 5617 *agnoscimus*. Melius quidem ad locut. context. n. lectio.

6 Caraf. *notata:* scilicet sub fin. praecedent. libelli.

7 Baron. cum al., quos probat. Cont. Const., *oratio*.

8 Caraf. cum nn. codd. *ad nos*.

9 Iuxta Iaffè l. c., cui et Labb. ad marg. l. c assentitur, dat. ann. 519.

10 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 616.

contagione seclusus Acacium damnet, ac integram fidei professionem, missis legatis, praebeat.

Hormisda

Ioanni Episcopo Constantinopolitano.

Tradita consilia latius aperienda.

Reddidimus quidem, frater, congruum litteris tuis sub ecclesiastica libertate responsum; et quid in his congratulati fuerimus insertum[1], qui taciturnitate praeteritum, evidenter expressimus[2]. Ac licet cuncta sensibus tuis nunc crebra legatio, nunc usu in Ecclesia diuturnae conversationis tuae vetustas infuderit; iuvat tamen adhuc latius aperire nostrum repetita ratione consilium, quia tunc bene de fidei firmitate disseritur, quando simplicibus verbis conciliandae pacis cupiditas explicatur. Desideria quippe tua, quibus te ad ecclesiasticam testaris festinare concordiam, ut haberent partes illae semper optavimus; nec sola votorum ambitione contenti, usi etiam precibus sumus. Vestro sunt haec et mundi testimonio roborata, quae loquimur; quia ut catholicae unitatis reparatio fiat, auctoritatem nostram intemeratae fidei integritate[3] submittimus. Inclinet orationibus nostris aurem suam divina miseratio, ut quod creditis postulandum, sequamini, et ametis oblatum. Nobis una causae sollicitudo, una custodia est ita pacem cupere, ut sic religionis, sic venerabilium Patrum constituta serventur; quoniam, quae inter se consona credulitate non discrepant, aequum est, ut simili observatione subsistant[4]. Sed cur diutius immoramur? Scis ipse unitatis causa quid exigat; scis ipse qua via ad beati[5] Petri apostoli debeas venire consortium. Habes itineris tui ducem, quem[6] te iam sequi asseris, Chalcedone habitum pro religione conventum. Iam te quoque, quod idem amplecti testatus es, beati Leonis redeuntem dogma comitabitur. Haec si placent, Acacii defensio damnati non placeat; hoc est, quod boni studii a perfectione vota suspendit. Si sunt enim illa adversum Dei et legis eius inimicos venerabilium Patrum congregatione disposita, ut quisquis eos in communione[7] sequeretur, iam tunc latam subiret in sua damnatione sententiam; non sunt igitur nova, quae constanter exequimur, sed temporibus illis facta iudicia iusta Patrum constitutione servamus. Hortamur itaque, frater, et mentem tuam, Dei nostri misericordia adiuvante, pulsamus, ut ab omni te haereticorum contagione, Acacium cum sequacibus suis condemnando, disiungens, una nobiscum dominici corporis participatione pascaris. Si nobiscum universa praedicas, cur nobiscum non universa condemnas? Tunc enim nobiscum, quae veneramur amplecteris, si nobiscum, quae detestamur, horrueris. Pax integra nescit aliquam habere distantiam, et unius Dei vera esse non potest, nisi in confessionis unitate cultura. Quapropter salutantes te fraternae charitatis affectu petitionem tuam, missis, sicut sperasti, religiosissimis viris Germano ac Ioanne episcopis, Felice diacono, Dioscoro diacono, atque Blando presbytero, significamus esse completam. Hi vero quibus fuerint mandatis instructi ante allegationes eorum, si cogites, evidenter

Quanta sibi Eccles. unitatis sollicitudo.

Ad eam assequendam Acacii nomen tollendum.

Ioannem ad hoc vehementer hortatur.

Missos legatos innuit.

1 Caraf. cum nn. codd. *gratulati fuerimus insertum.*

2 « *Quid taciturnitate praeteritum, evidenter expressimus* », Id. cum Baron. et nn. codd.

3 Caraf. minus apte, ut videtur, *intemerata fidei integritate*. Baron. omitt. *intemeratae fidei*.

4 Al. sane perperam contr. mss. auctorit. *sustineant.*

5 Baron. *beatissimi.*

6 Caraf. cum cod. 4961 perperam ad context., ut videtur, *quo te.*

7 Cod. n. 5617 nob. legit; at cod. 4961 forte aman. mendo *eos communione.*

agnosces. Hi pacem tuam sub ea, qua saepe scripsimus [1], professione suscipient. Imple ergo, frater carissime, gaudium nostrum, et tuum ad nos per eos rectae fidei tuae remitte praeconium, ut per te universis detur exemplum [2].

EPISTOLA XXXVI [3].

Quod Ioannem ecclesiasticae pacis sese studiosum ostendat, gratulatur, ad quam perficiendam legatos mittit.

Hormisda [4]

Ioanni episcopo Constantinopolitano.

Ea, quae charitas tua destinatis litteris significavit, agnovimus, et gratulamur ad conscientiam nostram fidei tuae indicia pervenisse; optantes, ut intentioni tuae, quam rectam esse cupimus, plenum Deus noster circa ecclesiasticam pacem concedere dignetur effectum, cuius spem animo supernae maiestatis assumpsimus; quia imperatorem serenissimum ad hoc providentia divina indicamus electum, ut per eum ecclesiarum redintegratio tantis temporibus desiderata proveniat [5]. Quapropter licet, quae pro fidei unitate facienda sunt, tuae charitatis notitiam latere non possint [6], legatos tamen direximus, quos ratio causae poscebat; quibus hortantibus, et quae iampridem a nobis significata, et quae nuper iterata sunt, ad effectum, Domino nostro auctore, perveniant [7].

Ioanni de Eccl. pace studium.

Ad hanc componendam legati.

EPISTOLA XXXVII [8].

Perfectam Ecclesiae pacem quamprimum restitutam iri confidens, Theodosium archidiaconum, et universos catholicos de praeteritis aerumnis sublevat, eisque Constantinopolim imperatoris rogatu legatos a se missos innuit.

Hormiada [9]

Theodosio archidiacono Constantinopolitano et universis catholicis.

A pari.

Gratias misericordiae divinae competenter exsolvimus, quae fidem vestram diu laborare non passa est; nam tempus oblatum est, quo fidos milites suos catholica recuperare possit Ecclesia. Quae enim maior animum vestrum potest obtinere iucunditas, quam malorum commemorata depulsio? Gaudiis praesentibus compensate afflictionis incommoda; quia Deus noster, qui remedio fuit, adversis opprimi charitatem vestram noluit, sed probari. Nam si transacti temporis mala cum praesenti, quae divina esse non ambigitur, retributione compensetis, quis dubitat ampliora vos [10] praemia consecuturos [11], quam nocere potuisset adversitas? Et quamvis pro statu fidei catholicae nunquam sollicitudo nostra cessaverit [12]; tamen serenissimi principis sacris affatibus incitati legatos destinare curavimus, quorum officio, Deo auctore, in his, quae saepe mandavimus, subsequi non dubitamus effectum. Et ideo competenter enitere, ut

Catholicos spe proximae pacis solatur.

Imperatoris rogatu missa legatio.

1 Caraf. cum nn. codd. *rescripsimus.*

2 Iuxta Labb. ad marg., et Iaffé l. c. dat. ann. 519.

3 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 617.

4 Baron. contra mss. auctorit. add. *Episcopus.*

5 Caraf. sane mend. typograph. *perveniat:* revera Cont. Const. nobiscum legit.

6 Perperam ad elocut. cod. n. 4961 *non possit.*

7 Iuxta Labb. ad marg., cui consentit Jaffè l. c., dat. ann. 519.

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 617.

9 Baron. add *Episcopus.*

10 Caraf. perperam ad contexl. *nos.*

11 Id., et Baron. cum nn. codd ad contextum aptissimo *praemia consecutos.*

12 « *Cessavit* », Baron.

Ecclesiae catholicae hoc praecipuum vestrae liberationis munus possitis offerre, quatenus repulsis omnibus, quae hactenus nocuerunt, in una, quam semper optavimus, communione gratulantes, Deo nostro laudes referre sine cessatione possimus [1].

EPISTOLA XXXVIII [2].

Celerem et Patricium aulicos clarissimos rogat, ut legatis suis de Eccl. pace laborantibus apud imperatorem adsint.

Hormisda [3] Celori et Patricio [4]

A pari [5].

Imperat. consilio Constantinopolim missa legatio.

Quamvis pro loci nostri consideratione de causa fidei catholicae minime tacere possimus, tamen ad hanc partem serenissimus princeps magnopere directis affatibus nostrum incitavit studium, pro cuius legatos voluntate direximus. Et quia huiusmodi causa filiorum Ecclesiae sublevari debet auxilio, salutantes vos culta atque honorificentia competenti poscimus, ut pro ecclesiastica pace allegationes eorum, qui directi sunt, apud animos serenissimi principis adiuvetis; siquidem vestrae celsitudinis laborem non parva retributio subsequitur [6], quum omnipotenti Deo nos gratias persolvere de vestris operibus feceritis [7].

Hunc enixe opitulandum.

EPISTOLA XXXIX [8].

Legatis Constantinopolim missis, Praefectum Praetorium Thessalonicensem, caeterosque viros illustres hortatur, ut pro viribus studium suum in Eccl. pacem tamdiu exoptatam perficiendam impendant.

Hormisda

praefecto praetorio Thessalonicensi,

et caeteris [9] illustribus a pari

Legati Constantinopolim missi.

Licet pro causa ecclesiastica numquam sollicitudo nostra cessaverit, tamen imperatoris serenissimi sacris affatibus promptius incitati legatos cum coelestis misericordiae favore direximus; quorum officio bona, quae de principis mente praesumimus, impleantur. Et ideo salutantes amplitudinem vestram, cultu et honore, quo dignum est, poscimus, ut pro redintegratione fidei vestrum commodetis studium, nec tantis fidelium tardari vota temporibus permittatis; quia non est dubium, celsitudinem vestram fructum tantae laudis acquirere, si per eam, quae ab omnibus bonis optantur, Dei nostri misericordia operante, proveniant [10].

Ad pacem perficiendam hortatur.

1 Iuxta Iaffè l. c. dat. ann. 519.
2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 619.
3 Baron. add. *Episcopus.*
4 De Celere, et Patricio haec habet Procop. *De Bello Persico* lib. I, c. VIII: « *Celer ordinum Palatinorum dux, et Patricius Phrix praefectus militum, qui erant Byzanthii* ». Hunc autem dein proscriptum S. A. legati Hormisdae his verbis renuntiarunt: « *Nobis nunciaverunt, Patricium Senatorem proscriptum, et in exilium missum* ». E Cont. Const. Legatorum autem epistolam ad Hormisd. vid., si lubet, apud Mign. op. cit. col. 441.
5 Baron. leg. *Celeri et Patricio viris clarissimis a pari.*
6 Cod. n. 5617 apte ad context. corrig. *subsequetur.*
7 Iuxta Labb. ad marg., et Iaffè l. c. dat. ann. 519.
8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 619.
9 Baron. add. *viris*, cui consentit et Cont. Const.
10 Caraf., qui optim. nn. codd. leg., sed eos, ut plurimum non emendando, minus recte interpretatur, *perveniant.* Dat. autem iuxta Labb. ad marg. et Iaffè l. c. ann. 519.

EPISTOLA XL[1].

Anastasiae et Palmatiae legatos suos pro fidei redintegratione Constantinopolim missos valde commendat.

Hormisda [2] Anastasiae et Palmatiae [3].
A pari.

Missam legationem significat.

Bonae voluntatis studium divinae semper comitatur prosperitatis effectus. Dei nostri providentia temporis facultas oblata est, in qua pro fidei vestrae praemio debeatis adniti. De superna primitus misericordia, deinceps de conscientia clementissimi principis praesumentes, legatos pro religionis catholicae causa direximus, per quos amplitudinem vestram debitae venerationis salutamus officio; postulantes, ut pro ecclesiasticae redintegratione concordiae vestrum laborem atque operam non negetis, quatenus cum, repulsis remotisque iis, quos Apostolicae Sedis damnavit auctoritas, ad unam, quae recta est, communionem plebs christiana redierit, beatum Petrum apostolum, pro cuius fide nitimur, in vestris possitis habere actibus adiutorem [4].

In fidei redintegrationem enixe incumbendum.

EPISTOLA XLI[5].

De legatis suis sollicitus eorum diuturnum silentium dolet, monetque ut quamprimum de ipsorum incolumitate, rebusque gestis rescribant.

Hormisda Germano et Ioanni [6] episcopis, Felici et Dioscoro diaconis, et Blando presbytero.

De legatis suis sollicitudo.

Opinionum diversitas diu nos facit de prosperitate vestra, vel de susceptae actionis qualitate sollicitos; praecipue cum nihil certum tam diuturno tempore vestrae dilectionis potuissemus rescriptione cognoscere. Nos tamen, reperta latoris occasione, haec ipsa significare maluimus. Quapropter salutantes cum Dei omnipotentis auxilio incolumes nos esse cognoscite, quod et de vobis audire desideramus. Sed ut de omnibus, quae gesta sunt, nostram plenius possitis instruere notionem, a quibus personis, vel in quibus locis bene, sicut credimus, suscepti fueritis, vel ubi, aut sub qua festivitate Resurrectionis dominicae charitas vestra tenuerit diem, et quid deinceps egeritis, per omnia rescriptis currentibus declarate, quatenus vestram cogitationem de vestra et actuum prosperitate revelare possitis [7], et si quid instructioni, quam suscepistis, causae defuerit, subiungere cum Dei nostri solatio valeamus.

Ipsos prolinus rescribendum indicit.

Data VII kalendas Maias, Eutharico viro clarissimo consule.

Dat. die 25 Aprilis, an. 519.

EPISTOLA XLII[8].

Diuturna legatorum silentio commotus eos redarguit, urgetque, ut de eorum sospitate, causaeque profectu rescri-

1 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 619.

2 Baron. add. *Episcopus.*

3 Quo tempore Anastasii persecutio in Cathol. saeviebat, hae mulieres a Christi fide divelli non potuerunt, aliosve in ipsa viriliter confirmarunt. De his vid. Baron. ad ann. Christi 519. Cont. Const. addit, Anastasiam, teste Procopio, sororem esse Theodosiae Iustiniano nuptae.

4 Iuxta Labb. ad marg., cui consentit Iaffè l. c. l. c. dat. ann. 519.

5 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 629.

6 Caraf. contr. nn. codd. auctorit. omittit *Ioanni.*

7 Coot. Const. mallet «*quatenus nostram cogitationem de vestra, et actuum prosperitate relevare possitis*». Certe rectius.

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 630.

bunt. Paulinum cum litteris ad imperatorem missum enunciat.

Eisdem legatis Hormisda.

Legato de diuturno silentio reprehendit.

Animus noster diuturna redditur expectatione sollicitus: praecipue ad tantum principem destinati sub celeritate nos certiores debuissetis efficere. Nam ante diem Ascensionis dominicae[1] litteras vestras credebamus nos posse suscipere. Idcirco tam vestrae sospitatis indicia, quam profectum causae, quam peragendam cum Dei nostri invamine suscepistis, desideramus agnoscere. Paulinum Ecclesiae Romanae defensorem cum scriptis praesentibus destinare curavimus, tam principi litteras, quam singulis, quibus oportuit, dirigentes. Quapropter Deum nostrum congruis precibus oramus, ut ipse salutem vestram sua propitiatione custodiat, et causae, qualem desideramus, concedere dignetur effectum. Qui[2] nihil maius inter titulos optimi imperatoris adscribitur, quam si cum ecclesia Graeca praesens et futura praedicare mereatur pacis auctorem.

Paulinum ad imperatorem, caeterosque cum litteris missus.

Data III kalendas Maias, Eutharico viro clarissimo consule.

Dat. die 29 Aprilis, an. 519[3].

EPISTOLA XLIII[4].

Legatorum sollicitus litteras suas ad eos per Magistranium missas memorat, iisque Stephanum negotiatorem commendans eorum silentium urget.

Eisdem legatis Hormisda[5].

De legatis sollicitudo.

Necesse est, ut vel de iniunctae actionis statu, vel de vestrae dilectionis cogitemus absentia; et pro his rebus sollicitudo nostra non patitur scribendi quaslibet occasiones omittere. Antehac per Magistrianum, qui in Symmachi patricii remeavit obsequium, litteras charitati vestrae direximus; hortantes, ut nos de universis, quae in causa ecclesiastica gesta sunt vel geruntur, non omitteretis instruere, quod et facere pro nostrae cogitationis revelatione[6] debetis. Nostri enim voti est, ut labori vestro Deus omnipotens desideratum concedere dignetur effectum. Stephanum negotiatorem, per quem vobis nostra contradentur alloquia, in quo ratio poposcerit, competentibus solatiis adiuvate; quia hunc semper nostrum fuisse recolitis.

Eorum silentium carpit.

Stephanum commendat.

Data eodem die.

Dat. die 29 April., an. 519[7].

EPISTOLA XLIV[8].

Iustino Augusto restitutam CP. Ecclesiae concordiam gratulatus eum vehementer impellit, ut haeresis vestigia in Antiochena quoque, et Alexandrina ecclesiis delere studeat, eiusque religioni legatos suos committit.

Hormisda Episcopus Iustino Augusto.

Pace CP Eccl. exultat.

Lectis clementiae vestrae paginis, quae restitutam fidei concordiam nunciabant, in divinae laudis canticum mens totius ecclesiae laeta[9] prorupit, quo canitur:

1 « *Domini* » Baron.
2 Caraf. *quia*, cui et mss. codd. adhaerent
3 Jaff. dat. autumat 30 April. eiusd. ann.
4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 630.
5 In cod. Vat. 4961 nulla praemittitur inscriptio; cod. 5617 nobiscum legit.
6 « *Relevatione* » Caraf., quod Cont. Coust. recte approbat.
7 Vid. not. 3 ep. sup.
8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 630.
9 Baron. *laeta* expungit.

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis[1]. Huius igitur fiducia hymni dignam fidelibus meritis gloriam, felicitatemque praesumite. Neque enim te ita Deo placitum principem ad imperii verticem humanus tantum consensus evexit: te sibi divinus favor ante formaverat. Tradidit enim tibi Orientis imperium, ut eius operum fieres instrumentum; atque ideo, ut hoc in te propheticum dictum iure conveniat, efficiatis[2]: *Constitues eos principes super omnem terram; memores erunt nominis tui, Domine, in omni*[3] *progenie et generatione.* Etenim cum tibi sit christianam pacem servare propositum, quis te dubitet a Christo esse dilectum[4]? Haec prima sunt vestri fundamenta principatus, Deum placasse iustitia, et ascivisse vobis excellentissimae maiestatis auxilia, dum adversarios eius velut proprios comprimitis inimicos. Haec nimirum maxima rei publicae fundamenta sunt, hoc solidum invictumque robur. Neque enim humanis ictibus potest esse pervium, quod est divinae gratiae firmitate vallatum. Testis est huic prophetica scriptura; ait enim: *Elegi David servum meum, oleo sancto meo unxi eum; manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum*[5]. Contra autem frustra arma, frustra sibi copias quaerit, quem gratia superna destituit. Etenim veraciter scriptum est: *Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilant, qui custodiunt eam*[6]. Bellabis tu quidem divino tutus auxilio, excellentissime princeps, et tuae reipublicae iugo ferocissimarum gentium colla submittes; sed nulla victoria potest esse praestantior, quam quod humani generis hostem post quaesita tam longi temporis firmamenta subvertis. Enimvero caeterorum natura praeliorum distincta gentibus, regionibus terminata, cruore polluta; haec omne genus humanum palma complectitur, hunc omnibus regionibus imputatis triumphum[7]; et quod divinae proximum pietati est, qui paulo ante ductu diaboli grassabantur, nunc ad propriae salutis effectum sine sanguinis effusione vincuntur[8]. Durabit igitur huius christianae victoriae per aevum triumphus. Neque enim poterunt labe temporis aboleri, quae in sempiterna[9] fidei stabilitate fundata sunt. Permanebit longe lateque vestrorum fama factorum, et, sicut divinis designatur eloquiis, *in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines*[10] *terrae verba eorum.* Et caeteris quidem bellis agros, urbes, oppida, et quod supremum[11] est, subiectorum libertatem tueris, quae mortalium usibus comparata, simili quadam mortalitate[12] solvenda sunt. In hoc certamine vita ipsa defenditur, et quodammodo pro sempiternae beatitudinis arce

Haec quae Iustini gloria.

Christi fidem tueri humani imperii fundamentum.

Devicta haeresi nulla gloria maior.

1 Luc. II, 14, ubi Vulg. legit *Gloria in altissimis....*

2 Cod. Vat. 5617 corrig. *efficis;* restituend. potius *efficeus.*

3 Baron. omitt. *omni* contra Vulg. text. Ps. XLIV, 18, quae sic habet.... *in omni generatione, et generationem.*

4 Al. *delectum;* quam vocem Cont. Const. praefert quum magis haec consentire videatur Hormisd. verbis ad Iust. ep. XXVII pag. 419 col. 1 h. vol., ubi legitur « *Nec est dubium ideo ad rerum summam coelesti vos providentia pervenisse, ut...*: itemque ep. XXX pag. 413 col. 1 h. vol. *vos ..... ad imperio clementia divina provexit; ob hoc scilicet . ..*

5 Psalm. LXXXVIII, 21, 22.

6 Psalm. CXXVI, 2, ubi Vulg. leg. .... *frustra vigilat qui custodit eam.*

7 Al. male *importabis.* Baron. minus recte ad locut. context. praefert *imputabis.* « Id autem sibi vult, Iustini triumphum regionibus non esse terminatum, sed omnibus proficere ». Cont. Const.

8 Baron. *sine sanguine vincuntur.*

9 « *Sempiternae* ». Caraf.

10 Id. cum Baron. add. *orbis* iuxta Vulg. text. Psalm. XVIII, 5.

11 « *Postremum* ». Caraf. Ad rem quidem inepte.

12 « *Simili quondam mortalitate.* » Id.

pugnatur. Quocirca continuam tanti operis apparatus clementiae vestrae intentionem requirit. Facite, ut nullum prorsus receptaculum, et quo rursus immanissimus hostis emergat, inveniat; cunctis eum nudate praesidiis, et si quid usquam vestigiorum eius reliquum est, id omne clementi remedio purgate [1]; omne nequitiae germen funditus eruatur; adversa Deo stirps ad vivum usque resecetur, ne minus compressa (quod absit) iniquitatis radix venenata latius iterum virgulta diffundat. Quorsum haec? Quia superest adhuc vobis Alexandrinae atque Antiochenae et aliarum ecclesiarum nullo modo negligenda correctio, in qua, si suam curam clementia vestra immiserit [2], spes est, quo auctore bona cuncta credimus incipi, eodem celeriter auxiliatore compleri. Commendamus praeterea legatos ab Apostolica Sede directos, et apud vestram fidem religionemque [3] deponimus; quos ita, perfectis omnibus, pietas vestra dimittat, ut divinis vestrisque beneficiis ad Apostolicam Sedem plenam referant de ecclesiarum omnium pace laetitiam. Quae scripta per Paulinum Romanae Ecclesiae defensorem famulum vestrae pietatis ingerenda transmisimus.

Ab Antioch. et Alexandrin. Eccles. haeresis germen evellendum.

Iustino legatos suos commendat.

Data VII idus Iulii, Eutharico viro clarissimo consule.

Dat. die 9 Iulii, an. 519.

EPISTOLA XLV [4].

Ioanni episcopo CP. summopere gratulatus, quod ad apostolicam unitatem redierit, illum vehementer hortatur, ut praesertim Antiochenae et Alexandrinae ecclesiae paci pro viribus studeat, eidemque legatos suos commendat.

Hormisda
Ioanni Episcopo Constantinopolitano.

Consideranti mihi tuae scripta charitatis, in quibus cum Sede beati Apostoli Petri unam tibi esse fidem professus es; prophetica libet exclamare licentia: *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum* [5]. Neque enim refert, quam longinquis locorum spatiis dividamur, quando iam Deo auctore una fidei cohabitatione coniungimur; nunc enim misericordia procurante divina in unius corporis vultu dissipata olim Christi membra conveniunt, et ab iniquissimis direpta latronibus annunciata a propheticis vocibus Domini nostri redintegratur hereditas, et vere in huius petrae fide, id est, apostolorum principis firmitate, Orientalis ecclesiae fundamenta solidantur, quae cum facta tuis litteris indicentur, tempestiva exultatione dicendum est: *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona* [6]. Gratias igitur excellentissimae Trinitati, quae consentientes in Christum Ecclesiae, ac reipublicae dedit esse rectores: enimvero rerum salus est [7], quoties in fidei catholicae veritate sacerdotes ac principes mens una conuectit. Hoc firmum pacis vinculum est, haec coelitus dimissa societas; neque fas est enim in quo vident concordari [8] praepositos, aliud sentire subiectos. An dubium est cuncta haec

De Ioannis resipiscentia summopere laetatur.

Sacerdotum, ac principum concordia mundi salus.

1 Caraf. *repurgate*.

2 Ita et Baron. « Forte legendum *clementia vestra non remiserit* ». Cont. Const.

3 Caraf. cum nn. codd. *regionem*; quod Cont. Const. non reprobat. Baron. autem nobiscum legit.

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 632.

5 Psalm. CXXXII, 1.

6 Rom. X, 15.

7 Caraf. *enim vero magna rerum salus est.*

8 Cont Const ad locut. recte *concordare*.

providentiam disposuisse divinam? Primum cum principem esse delectum, qui cum se hominum suscepisse videret imperium, non se oblitus est Deo esse subiectum. Dehinc quod talem fraternitatem tuam Ecclesiae suae praesulem dedit, quem non esset ambiguum cum Sede nostra, id est, apostolica, certam mansuramque fidei subiturum esse concordiam. Etenim libello a nobis fidei libenter accepto, cum redintegrationis in Christo fueris avidus, nunquam in praedestinatione divina fuisse a nobis cognosceris alienus. Itaque, dilectissime frater, Dei nostri sponte currentibus instate beneficiis, sparsi olim gregis plenius membra colligite, et custodite collecta. Memento nunc, clementer assignatae a Christo navis esse te rectorem; fac cogites diabolicae contumaciae spiritus quietem itineris et curam turbantes [1]; nec te lateant fluctus tempestatis incertae, quos evigili mente prospicias, et erecta in Deum ratione compenses [2]. Nulla tibi commissi negotii negligentia clavum dominicae ratis extorqueat. Illud unicum recti itineris signum fixis semper obtutibus intuere, quo certius perflantis diaboli turbata contemnas, et ad promissi portus tranquilla pervenias. Haec [3] est christiani palaestra certaminis; tali Christi militiae sempiternae vitae palma proponitur. Haec tibi rectissime cogitanti non deerit suo militi praesidium ducis; et quanto hostium multiplicantur insidiae, tanto [4] summi gratia rectoris adversantis venena misericordiae suae facit esse materiam, sicut sermo apostolicae veritatis asseruit, dicens: *Ubi abundavit iniquitas, superabundavit et gratia* [5]. Tu tantum divinis rectissimisque inhaerens institutis, ecclesiasticam fovendo concordiam, veluti quodam pacificae voluntatis signatus indicio illius esse discipulus approberis, qui ait: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis* [6]. Hortare etiam, quamquam sponte ad recta tendentem, filium nostrum clementissimum principem Iustinum, christiano saeculo divinitus comparatum ea perficere, quae regalibus litteris dignatus est polliceri, ut missis ad eos edictis, quos ab Ecclesiae matris uberibus etiam nunc devius error abducit, diabolicam fraudem et auctoritate religionis et moderata potestate compescat imperii, eamque sibi contra communem totius humanitatis hostem maximam ducat esse victoriam, si supernae auxilio divinitatis vetusti serpentis venena compresserit. De Antiochenae quoque atque Alexandrinae ecclesiarum statu non supersedeas esse sollicitus, et clementissimo subinde principe supplicato, ut in his quoque pacem religiosa ordinatione restituat, quatenus bonis coeptis plenae cumulum perfectionis adiungat. Frustra enim bonum opus incipitur, si non in totum perfectio subsequatur. Commendamus praeterea legatos a Sede Apostolica destinatos, quos ita faciat ad nos tua dilectio remeare, ut nobis plenam referre queant de restituta universis ecclesiis pace laetitiam.

Ioannis ad apost. unitatem reversio singulari Dei providentiae tribuenda.

Ad eam fovendam adhortatio.

Ideo apud Iustinum instandum.

Praesertim Alexandr. et Antioch. eccl. pax curanda.

Legatos commendat.

Data VII idus Iulii, Eutharico V. C. consule [7].

Dat. die 9 Iulii, an. 519.

1 « *Fac cogites diabolicae contumaciqe spiritus quieti itineris secura turbantes* ». Cod. Vat. 5617.

2 Cont. Const. recte mallet *componas*.

3 Caraf. cum nn. cod. 4961, 5617 add. *enim*.

4 Id. perperam ad elocut. *tantum*.

5 Rom. V, 20; ubi Vulg. legit..... *ubi abundavit delictum, superabundavit gratia*

6 Ioann. XIV, 27, ubi Vulg. habet: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.*

7 Nn. codd. *Qs. Cons. ss*: forte pro *Qs. Cons*, vel pro *Q. Cons. ss.*; idest quo supra consule, vel quo consule suprascripto, nempe Eutharico.

EPISTOLA XLVI[1].

De pace per Iustinianum Ecclesiae reddita laetatus eumdem ad hanc perficiendam impellit.

Hormisda illustri viro Iustiniano

De pace gaudet Eccl. per Iustinianum restituta.

Benedicimus ineffabile divinitatis auxilium, quia de ecclesiarum pace universitatis desiderium sub tranquillitate agnovimus fuisse completum. Quod quidem non praeter opinionem nostram contigit fieri; quia religiosissimi Augusti praesumpti genere spem semper gessimus de quiete, et quod credidimus faciendum sub principe christiano de adunatione, erat in votum. Quare habebit gloriosus imperator de hac causa triumphorum titulos, non quibus se oblivio mortalitatis interserat, sed quos divinitatis gratia super[2] perpetuitate confirmet; et vobis quoque coelestis remunerationis non deerit praemium, qui adivistis boni principis institutum, atque obsequio conveniente[3] desiderio horrorem segregationis fecistis excludi: *Benedictus Dominus Deus noster, qui visitavit et fecit redemptionem plebis suae*[4]. Superest nunc, et quia vobis huiusmodi officium certum est providentia divinitatis iniunctum, accingatis, ut ait, lumbos[5], et pacificae adhortationis viribus persequamini, a quibus pacem non videtis agnosci, maxime quia gratiae[6] gloriae vestrae detrahitur, si quid in hac causa fuerit minus impletum. Circumspicite omnia fide qua vivitis, et diligentia, qua vigetis, occurrite omnibus incursibus, quibus religionis christianae reverentiam videtis esse vexatam, ut instantiae vestrae bene possimus cum exultatione dicere: *Reminiscentur, et convertentur ad Dominum omnes fines terrae*[7]. Quae cum ita sint, vos, qui Ecclesiae catholicae tranquillitati fecistis initium, procurare decet effectum: non deerit Salvatoris nostri favor in perfectione, qui vobis hoc opus inspiravit incipere[8].

Ad eam perficiendam hortatur.

Deus recte incoeptis perficiendis non deest.

Data consule suprascripto.

Dat. ann. 519[9].

EPISTOLA XLVII[10].

Legatos commendat, ut quam citius optatam pacem Ecclesiae restituere valeant.

Hormisda.

Litterarum occasio.

Cum necesse fuerit scripta domino filio nostro clementissimo principi destinari, amplitudinem vestram silentio praeterire nequimus. Et ideo salutationis bonorificentiam praeloquentes, eos, qui in rem destinati sunt, commendamus, postulantes, ut, domino nostro auctore, sub vestra dispositione celeriter, ut[11] destinata per-

Legatis pro Eccl. pace opitulandum.

1 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 633.

2 « « *Sub* » corrigit cod. Vat. 4691; al. *super* retinent. Melius videtur cit. cod.

3 Male quidem Caraf. cum nn. codd. *convenientis.*

4 Luc. I, 68, ubi Vulg. ait: *Benedictus Dominus Deus Israel quia visitavit, et fecit redemptionem plebis suae.*

5 « *Accingite lumbos vestros* » Is. XXXII, 11.

6 Sigla grā in nn. codd. potius *gratia* videntur interpretanda, siquidem haec vox forte mag. consonat orat. context.

7 Psalm. XXI, 28, ubi Vulg inquit: *universi fines terrae.*

8 Iuxta Apost. ad Philipp. II, 13, *Deus est enim qui operatur in vobis et velle, et perficere pro bona voluntate.*

9 In nn. codd. *Qs. Cons. ss.* V. not. 7 pag. 425 col. 2 h. vol.

10 Ex Ballerin. *Opp. S. Leonis* tom III, cap. CLVIII, quam edidere e cit. cod. 4961, atque hic ponimus quia in praedict. cod. hoc ordine reperitur.

11 « *Ad* » apte corrig. Ball. cum n. cod. 5617.

veniant, ut sacratissimus et religiosissimus imperator meritorum suorum gloriam possit sine dilatione cognoscere [1].

EPISTOLA XLVIII [2].

Pompeium laudat, quod in reddendam Ecclesiae pacem totis viribus intenderit, hortaturque, ut recte incoepta perficiat.

Hormisda Pompeio [3].

Pompei studium pro fide commendat.

Ita devotionis nostrae animum gaudio concordiae laetamur impletum, ut nulla credamus verba sufficere, quibus fidei vestrae puritatem valeamus explere. Magna profecto memoria felicitatis transibitis ad posteros, quia vos in facienda pace sollicitudine certum est fuisse constrictos. Habetis apud divinitatem meritum, cuius religioni persolvitis [4] affectum. Operati quidem estis generalitatis desideria, sed et vestra pariter completa sunt vota; et cum animae vestrae paraveritis praemium, universitas sibi gaudet beneficium impensum. Quapropter debita honorificentia salutantes hortamur, et petimus, ut vivacitate, qua quietis ecclesiasticae coepistis initium, procuretis effectum; et quocumque contentionis alicuius videritis remansisse vestigia, curetis modis omnibus insequenda. Adeste ecclesiarum Dei plenissimae tranquillitati, insistite labori, quem fidei vestrae munere Domino curastis offerre. Facitis enim, ut maiore a vobis fiducia exigamus plenitudinem, quos gratulamur desideratae dulcissimae adunationis initia votiva fundasse.

Haeresis funditus evellenda.

Data consule suprascripto.

Dat. ann. 519 [5].

EPISTOLA XLIX [6].

Iulianam Aniciam de catholica unitate bene meritam laudans eam in proposito confirmat, ne unquam haeresis revirescat.

Hormisda Iulianae Aniciae.

Aniciae catholic. unitatem foventi gratulatur.

Litteris amplitudinis vestrae perceptis, gratias Deo nostro de catholicae fidei redintegratione persolvimus; optantes, ut ipse vestris sensibus pro religione sua, quod [7] concessit, longa aetate conservare dignetur studium; ut sicut personam vestram imperialis sanguinis vena nobilitat, ita conscientiae bonorum meritorum luce praefulgeat. Unde salutantes cultu atque honorificentia competenti poscimus, ut in eo, quo coepistis permanere proposito, debeatis et dare operam, ut ad effectum conatus tantae causae perveniat, ne aliquod in posterum semen huius mali remaneat, unde posthac sub qualibet occasione inimicus quilibet fidei revirescat [8].

Rogat, ut ipsa coeptis insistat.

EPISTOLA L [9].

Anastasiae de pace CP. Eccl. reddita gratulatus monet, pro viribus agat, ut unitatis concordia ubique perfecte restituatur.

1 E praeced. litt. licet inferri et hanc ep. dat. fuisse ann. Christi 519.
2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 634.
3 Hic, inquit Baron. ad ann. Christi 519, apud imperatorem vir erat auctoritate praecipuus.
4 Cod. n. 5617 corrig. *persolvistis.*
5 Codd. nn. Dat. *Qs. Cons. ss.*
6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 631.
7 Erron. codd. nn. 4961, et 5617 *quem.*
8 Iuxta Labb. ad marg. et Iaffé l. c. dat. ann. 519.
9 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 634.

Hormisda Anastasioe.

Anastasiae de pace gratulatur.

Postquam Deus noster Ecclesiae suae membra in pacem pristinam redeuntis solidavit, diu vos desiderasse certamina[1]... Quod provenisse gaudentes, et nos quidem indesinenter divinam clementiam deprecamur, ut sicut has regni primitias gratanter accepit, ita fidem boni principis omni semper adiuvet prosperitatis effectu, et tam ipsum, quam vos omnes in sacrosancto religionis amore custodiat; ut quorum fides errorem pessimae dissensionis abiecit, et tu ita[2] in terris floreas, ut aeternae salutis remuneratio subsequatur. Nunc igitur vos quoque vota nobis coniungite, et omnibus a Deo viribus implorate, ut[3] huius correctionis exemplum omnes sequantur Ecclesiae, ut nihil sibi diabolus remansisse gaudeat, quem in totum pene nostra concordia gratulatur exclusum[4].

Ad hanc perfecto obtinendam impellit.

EPISTOLA LI[5].

De Grati silentio amice conquestus eum ad scribendum urget.

Hormisda Grato[6] viro sublimi[7].

Grati silentium dolet.

Contristavit nos amplitudinis vestrae silentium, quia inter quaslibet occupationes nostri esse non debuistis immemores. Et ideo ne quod in vobis reprehendimus, incurrere videamur, necesse fuit operam styli praesentis assumere, per quam nobilitatem tuam honorifice salutamus, postulantes, ut sollicitudinem nostram de bono vestrae prosperitatis non desinatis efficere certiorem, quia incolumitatis vestrae bona quibuslibet iudiciis Deo nostro cupimus propitiante cognoscere[8].

Litteras exposcit.

EPISTOLA LII[9].

Ioanni Melicitano episcopo significans, CP. Ecclesiam ad apostolicam communionem rediisse tum Iustini litterarum exemplaria, tum CP. episcopi libellum mittit; eumque admonens huiusmodi fidei formulae plures Orientis antistites subscripsisse, haec finitimis episcopis manifestanda indicit.

Hormisda Ioanni Episcopo Melicitano[10].

CP. Eccl. ad apostolicam unitatem restitutio.

Vota nostra charitatem tuam latere nolumus, ne qui particeps fuit sollicitudinis, gaudiorum fructu reddatur extorris. Et ideo Constantinopolitanam ecclesiam

1 Sic edit. passim, qui puncta add., ut nonnulla deesse indicetur. Verum satis liquet, Hormisdam per haec verba ad epistolam alludere Anastasiae, quae apud Mign. loc. cit. col. 451 ad Pontificem scribens inquit: « *Pervigiles vestrarum orationum excubiae.... diu expectatam sacrosanctis Ecclesiis concordiam pacis restituit* ». Itaque hic potius legendum: « *diu vos desiderasse testamini quod provenisse gaudetis. Et nos quidem....* E Cont. Const. Vatt. codd. mendose quidem legg. *certamini*.

2 Ita et n. cod. 4961, qui tamen *floreat* correcto, substituit *floreas*. Cod. 5617 apponens ad marg. vocem *vita* sic ait « *et vita in terris floreas, et aeternae salutis* ». Forte in hunc mod. sensus restituendus: « *ut quorum fides errorem pessimae dissensionis abiecit, ita in terris floreant, ut aeternae salutis remuneratio subsequatur* ».

3 *Ut* deest in nn. codd.

4 Labb. ad marg. et Iaffè l. c. hanc ep. referunt ad ann. 519.

5 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 634

6 « Is primum a Iustino legatus Romam missus Hormisdae fuit acceptissimus » Cont. Const.

7 Falso asserit cl. Mansi hunc titul. in cod. Vat. 4961 sic enunciari « *Grato inl. Hormisda* » Cod. enim ab ipso enunciatus longe abest, ut Concil. collectionem praeseferat. In cod. vero 4961, cui forte alludit, rectum liquet « *Grato vs Hormisda* ».

8 Iuxta Iaffè l. c. dat. ann. 519.

9 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 645.

10 Caraf. ad marg. *Miletopolitano*. Al. *Nilecopolitana* « Forte *Malacitano* in Hispan. » Hard. In cod. aut. Vat. 1340 sic inscribitur: *Epus Hormisd. PP. ad Ioannem Epcum Milicitanae Eccl.*

ad communionem nostram rediisse, Domino propitiante, tradentibus significamus alloquiis; et mandatorum, quae legatis nostris dedimus, in omnibus seriem fuisse completam. De qua parte, ut ad dilectionem tuam plenius perfectum[1] gaudium perveniret, libelli Ioannis[2] et consacerdotis nostri episcopi Constantinopolitani, et Iustini clementissimi principis Orientis sacrarum litterarum exemplaria pariter credidimus destinanda; indicantes nihilo minus per Orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest, ut a nobis competentibus precibus Divinitas exorata concedat, quatenus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero, quae significare curavimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitati tuae vicini sunt, curabis perferre notitiam, ut et ipsi de effectu tantae rei gratias nobiscum coelestis misericordiae beneficiis referre non cessent. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Iustini litteras, et CP. episcopi libellum mittit.

Cui et plures Orient. episcopi subscripsere.

Haec finitimis episcopis manifestanda.

EPISTOLA LIII[4].

De his gaudens, quae S. A. legati hactenus egerunt, eis mandat apud imperatorem, et augustam coniugem insistant, ut Orientales ecclesiae universae, in primisque Alexandrina et Antiochena ad Apostolicam communionem revocentur.

Hormisda Germano et Ioanni Episcopis, Felici et Dioscoro diaconis, et Blando presbytero.

De his, quae acta charitatis vestrae relatio comprehendit, gratias Deo nostro referimus, qui laborem vestrum iuvare dignatus est, et hortamur, ut clementissimo principi et piissimae Augustae[5] coniugi eius officiis imminere competentibus debeatis, et agere, auxiliante Christo nostro, universis sub ecclesiastica observatione dispositis, ut omnes ecclesiae[6], quae in qualibet mundi parte sunt positae, ad communionem Sedis Apostolicae revocentur. De Alexandrina vero, atque Antiochena ecclesiis laborate, ut nostrae fidei sub observatione rationabili connectantur, quia tantae rei perfectio tam clementissimo principi, quam vobis gratiam divinae propitiationis acquirit.

Pro omnium Eccl. cum S. A. communione instandum

Alexandrin praesertim, et Antioch. Eccles. unitas curanda

Data Eutharico viro clarissimo consule[7].

Dat. aon. 519.

EPISTOLA LIV[8].

De Dioscori laboribus gratulatus ei committit, ut de modo cogitet illos in Eccl. recipiendi, qui scriptis Chalced. synodum damnarunt: mandat, Alexandrinam et Antiochenam ecclesiam in catholicam unitatem restituendas nitatur: Thomam et Nicostratum diu nimis Constantinopoli morantes apud imperatorem iuvandos iubet; demum Ammonium per fidei libellum publice oblatum in apostolicam communionem fuisse receptum innuit.

Hormisda Dioscoro diacono[9].

De laboris tui, quem cum Dei omnipotentis iuvamine suscepisti, pro ea parte,

De Dioscori laboribus gratulatur.

de communione CP. Ecclesiae. Cod. vero 3791 *Ep..... ad Ioann. Epcum Militanae Ecclesiae.*

1 Codd. no. minus bene *perfecte.*

2 Caraf., et Mansi cum nn. codd. add. *fratris.*

3 Iuxta Jaffè l. c. dat. aon. 519: sed Coot. Coost. dat. autumat Iul. eiusd. aon.

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 636.

5 Scilic. *Euphemiae.* Cont. Const.

6 Cod. n. 5617 ita corrig. *et agere auxiliante Christo nostro, ut universis sub ecclesiastica dispositione dispositis, omnes Ecclesiae....*

7 Nn. codd. *Dat. Qs. Cons. ss.*

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 637.

9 In n. cod. 4961 nulla extat inscriptio.

quae acta est, gratulamur effectu; et indicamus, ut quemadmodum revocandi sunt hi, qui ex scripto Chalcedonensis Concilii constituta damnaverunt, debeas cogitare[1]. Forsitan tales non schismatici, sed magis haeretici videantur. An certe una sit causa tam eorum, qui sermonibus, quam eorum, qui convincuntur scripto damnasse[2], quia per hanc distantiam[3] filius noster vir illustris Albinus religiosus videtur facere quaestionem, et cogita utrum et scribentes contra Chalcedonense Concilium per illum generalem libellum tantum suscipi debeant, an certe aliquid amplius addicere[4]. De Alexandrina et Antiochena ecclesiis[5] solatio Dei nostri adiutus enitere, ut, omnibus recte dispositis, communioni catholicae socientur. Thomae quoque et Nicostrati fratrum et coepiscoporum nostrorum observatio[6] nos longa contristat; et miramur cur apud catholicum principem rectae fidei laborare videantur[7] episcopi, quorum desideria tua debebit charitas sublevare, agendo quatenus optata consequendo[8] moeror converti possit in gaudium. Ioannes Nicopolitanus episcopus per Ammonium[9] diaconum nobis scripsit, quod ei aliqui malevoli apud principem nituntur[10] generare calumniam: quem dilectioni tuae commendamus, hortantes, ut elabores, ne eius quieti inimicorum possit nocere subreptio. Quem Ammonium diaconum ad nos venientem in Sedis Apostolicae noluimus communione suscipere tamdiu, donec, habito cum Sergio diacono tractatu, qui[11] ordinari debuerit quaereremus, et hoc deliberatio nostra de supradicto diacono probabilis invenit, ut per testimonium libelli communioni catholicae iungeretur; quem libellum solemniter oblatum[12], et nostrae offerentem communioni significamus adiunctum.

Utrum Chalced. synod. scripta damnantes, ut, ut ceteros, in Eccl. recipiendi.

Alexandr. et Antioch. Eccles. reditus ad apostolic. communionem sedulo curandus.

Thomas et Nicostratus apud imperatorem iuvandi.

Ammonius in apostolic. communionem receptus.

Data consule suprascripto[13].

Dat. ann. 519.

EPISTOLA LV[14].

Dioscoro diacono significat, se de eius gestis omnes Italiae populos dominisse, et imperatori scripturum, ut Alexandrinae, non autem Antiochenae ecclesiae

1 Id. cod. recte, ut videtur, legit: *debeas cogitare, ne forsitan tales non schismatici, sed magis haeretici videantur.*

2 Cont. Const. « supple *Chalcedonensem Synodum* ».

3 Ibid. recte *propter hanc distantiam* Hinc, ut sensus satis implicatus eluceat, sic nobis legendum videtur: *debeas cogitare tales ne schismatici, vel magis haeretici videantur: an certe una sit causa tam..... quam eorum, qui convincuntur scripto Chalcedonensem synodum damnasse, quia propter hanc distantiam filius noster vir illustris Albinus religiosus videtur facere quaestionem. Et cogita.....*

4 Ibid. probe restituitur *adiicere* ex n. cod. cit., qui legit *adicere*, ubi non litt. *d*, sed *i* fuisset geminanda.

5 Pontifex, quum haec scriberet, Antiochen. Ecclesiam Dorotheo Episcop. destinatam nondum audierat. E Cont. Const.

6 Scilicet *mora*. Ita et ep. LXV pag., 439 col. 1 h. vol. de Scytis monachis ait: « *observationum moras dicerent se ferre non posse* ».

7 « *Videntur* » Caraf. cum cit. codd.

8 « *Optata consequentium moeror* » Cit. cod., cui Cont. Const adhaeret. Ad locut. melius videtur n. lectio.

9 « Nempe *Ammonio* ». Cont. Const.

10 Caraf. cum nn. codd. *nitantur*.

11 Ita et n. cod., in quem ex vitio amanuens. *qui* pro *quid* irrepsit. Revera Cont. Const. *quid* restituit

12 Forte legendum. *quem, libello solemniter oblato, et nostrae se offerentem communioni.* Vid. seq. ep. col. 2 sub med.

13 Cod. 4961 leg. *Dat.* quin aliud adiiciat. Cont. autem Const. dat. arbitratur III nonas Decembris ann. 519: Iaffè autem l. c. hanc recenset inter diem 9 Iulii et diem 2 septembr. eiusd. anni.

14 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 637. Nil fere est in hac epistola, quod in superiori

ipsum proficiat. Dein de Thoma, Nicostrato, et Ioanne episcopis eodem, quae in superiori epistola monens, Paulinum Ecclesiae defensorem commendat. Demum indicit, nisi perfectis rebus, non esse Constantinopoli eisdem discedendum.

Hormisda Dioscoro diacono

De Dioscori gestis gratulatur.

De laboris tui quidem, quem Dei omnipotentis iuvamine suscepisti, pro ea parte, quae acta est, gratulamur effectu; indicantes omnibus Italiae populis, quae, auctore Deo nostro, sine cessatione persolvimus [1], qui te fecit agnoscere, quia non pro odio [2], sed pro causae magis fueris amplitudine destinatus. Unde quoniam supplicem [3], et puram cogitationem nostram per te misericordia divinae propitiationis adiuvit, necesse est, ut de industriae vel fatigationis tuae praemio et vicissitudine cogitemus. Nam sequenti tempore scribere domino et filio nostro imperatori disponimus, ut te Alexandrinum episcopum debeat ordinare. Iustum est enim ut ea doctrina et moderatione tua corrigatur Ecclesia, in qua praecipue ab ipsis aetatis tuae principiis militasti; nam displicuit nobis, quod charitatem tuam amplissimus imperator Antiochenae praeponere nitebatur Ecclesiae. Melius enim in solo patriae tanti accipies sacerdotii [4] dignitatem, ut Aegyptios populos doceas, quam inter Syros, novos et incognitos homines, in alia orbis parte progenitus errare videaris [5]. Thomae quoque et Nicostrati fratrum et coepiscoporum nostrorum observatio longa nos contristat, et miramur cur apud catholicum principem rectae fidei laborare videantur episcopi, quorum desideria tua debebit charitas sublevare, agendo quatenus optata consequendo [6] moeror converti possit in gaudium. Ioannes Nicopolitanus episcopus per Ammonium diaconum nobis scripsit, quod ei aliqui malevoli apud principem nituntur generare calumniam; quem dilectioni tuae commendamus, hortantes, ut elabores, ne eius quieti inimicorum possit nocere subreptio. Quem Ammonium diaconum ad nos venientem in Sedis Apostolicae noluimus communione suscipere tamdiu, donec, habito cum Sergio diacono tractatu, quid ordinari debuerit quaereremus; et hoc deliberatio nostra de supradicto diacono probabilis invenit, ut per testimonium libelli communioni catholicae iungeretur; quo [7] libello solemniter oblato et nostrae offerentem communioni significamus adiunctum. Paulinum Ecclesiae Romanae defensorem commendamus, et hortamur, ut nihil indispositum pro festinatione vestri reditus relinquatis; quia melius cuncta sub prolixitate temporis cum Dei nostri iuvamine disponuntur, et gratius est, ut sub mora

Hunc Alexandrinae, non Antioch. Ecclesiae praeficiendus.

Thomam, Nicostratum et Ioannem commendat.

Ammonius in apostolic. communionem receptus.

pene iisdem verbis non repetatur; ideoque potius duo unius, eiusdemque epistolae specimina, quam duas epistolas censere licet. Cuius rei haec, uti videtur, fuit occasio. Quum Hormisda, quo primam mitteret, tempus expectaret, imperatoris consilium cognovit, qui Dioscorum in Antioch. sedem provehendum arbitrabatur. Hinc factum, ut Pontifex ep. suam aliquantulum immutare compulsus in secunda suppresserit, quae scripsit in prima, et quae in hac deerant, in illa adiecerit. Et re quidem vera, in superiori epistola, uti advertimus, nec titulus inscribitur, neque nota chronologica completur, quae certe in hac non desiderantur. E Cont. Const.

1 Caraf. cum nn. codd. ad orat. apte ita legg. *indicantes omnibus Italiae populis quae, auctore Deo, per te acta sunt placuisse, et gratias Deo nostro sine cessatione persolvimus.*

2 « Scil. quia odio perculsus ab Eccl. suae gremio abstraheretur ». Cont. Const.

3 Al. perperam ad context *simplicem.*

4 Caraf. ad rem perperam *sacerdotis.*

5 « Idest peregrinus videaris, adeoque praeter canon. leges electus ». Cont. Const.

6 Codd. nn. *consequentium.* Ad orat. mel videtur n. lectio.

7 Forte legend. ut supra · *quem, libello.*

Ad urbem reditus non accelerandus.

omnium ecclesiarum ordinetur status, quam cum per festinationem aliquid imperfectum remaneat, unde iterum et labor nobis generetur, et nostris afferatur ordinationibus difficultas[1].

Data supradicto consule.

Dat. ann. 519.

EPISTOLA LVI[2].

Thomae et Nicostrati molestiis per Menam Romanae Ecclesiae notarium cognitis, se Ioanni episcopo et Dioscoro diacono eos commendasse significat, monetque cum Dioscoro iisdem esse agendum.

Hormisda Thomae et Nicostrato Episcopis.

Pontificis de Thoma et Nicostrato sollicitudo.

Animum nostrum pro negotio vestro otiosum, aut desidem non putetis; nam non aliter de vestra fatigatione, quam de propria cogitamus. Mena siquidem Ecclesiae nostrae notario insinuante, cognovimus, charitatem vestram adhuc observationum molestias sustinere; et ideo in istis adversitatibus[3] Deus omnipotens dignetur praestare remedium, tam ad Ioannem fratrem et coepiscopum nostrum scripta direximus, quam dilectissimo filio nostro Dioscoro diacono per litteras nostras ininnximus, ut domino et filio nostro Iustino principi necessitatem et causam nostrae dilectionis[4] insinuet, et instanter agat, quatenus desideriis vestris dominus noster congruum dignetur praestare effectum; cum quo Dioscoro diacono debet loqui vestra fraternitas, quia necesse est, ut intentioni vestrae, vel intuitu catholicae communionis, vel consideratione nostrae adhortationis, studeat.

Ioanni et Dioscoro eos commendat.

Cum Dioscoro iisdem agendum.

Data quo supra consule.

Dat. ann. 519.

EPISTOLA LVII[5].

De iniuriis Thomae, et Nicostrato illatis vehementer sollicitus Ioanni Constantinopolitano episcopo et Dioscoro diacono eorum causam enixe commendat, de cuius exitu quamprimum litteras expectat.

Hormisda

Ioanni Episcopo[6] et Dioscoro Diacono.

Thomae et Nicostrati iniurias dolet.

Reperimus Thomatem et Nicostratum fratres et coepiscopos nostros Constantinopolim non ita susceptos sicuti nostra fuere desideria, et ipsi semper optabant; non solum enim loca eis debita[7] dicuntur ablata, sed a communione quoque eos cognovimus fuisse suspensos. Quod quam acerbe ferat[8] animus noster, etiam fraternitatem et dilectionem tuam credimus aestimare; et ideo quantam diligentiam causae videtis magnitudinem

Eorum causam pro viribus commendat.

1 Hac in re humill. Pontifex Iulianae Aniciae consilium secutus est ad eum scribentis: « *Quapropter stylo venerationis alloquentes sanctitatem vestram, admonemus, ut intimetis de-Minatis a vobis reverendissimis viris, nullo modo abscedere, antequam, sicut praevideritis, ut oportet, firmentur ea, quae bene disposita sunt ab eis* » Vid. Anic. ep. apud Mign. loc. cit. col. 451.

2 Ex Labb *Concil. Collect.* tom. v, col. 633.

3 Caraf. ad locut. apte *et ideo, ut istis adversitatibus.*

4 Cod. 4961 et Cont. Const. recte *vestrae dilectionis.*

5 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 638

6 Vatt. codd. add. *Constantinopolitano.*

7 « Scilic. Sedes, et Ecclesiae propriae ». Cont Const.

8 Cod. 4961 ad orat. perperam *acerbe fert;* cod. vero 5617 nobiscum leg

poscere, tantam vos efficaciam debetis sine mora praestare, et agere, ne nos magis apud quos fuerunt, videamur esse contempti, cum illis, contra quam desiderium commune habuit[1], sollicitudinis molestia fuerit indecenter iniecta, in tantum ut nec de facultatibus eorum (quae eis dicuntur invasae a fratre et coepiscopo nostro Ioanne)[2] dicatur aliquod ordinatum[3], nec litteras nostras, quas per eos misimus, fuisse susceptas. De quibus omnibus ita vos agere desideramus instanter, ut ad nos charitas vestra de effectu huius causae valeat sub celeritate rescribere.

De hac celeres litteras exposcit.

Data quo supra consule.

Dat. ann. 519.

EPISTOLA LVIII[4].

Iustino Augusto pro restituta Ecclesiae pace gratias agens quam plurimas, illum vehementer rogat, ut Heliam, Thomam et Nicostratum iniurie oppressos sedibus suis restituendos curet.

Hormisda Iustino Augusto.

Gloriosis clementiae vestrae laboribus ecclesiasticae palma concordiae[5] et orbis pacati votiva tranquillitas generali praedicatione respondent. Quae res nostrum parcum reddit ac retinet ad agendas gratias sermonis officium. Illud tamen, quod pro vobis indesinenter Domino nostro preces effundimus, non taceamus[6]; quia in votis infinitus affectus est, finitum esse potest in praedicatione iudicium. Verum inter haec pietatis vestrae beneficia, una nos, quae etiam vehementer afficit, cura non deserit, quod Heliam, Thomatem, atque Nicostratum fratres et coepiscopos meos, qui primi ecclesiasticam festina secuti sunt devotione concordiam, non solum magni frustratur palma principii, verum etiam mali miseria comitatur exempli. Quare clementiam vestram, mixto etiam precibus fletu, deposcimus, ne gaudia nostra, quae de[7] haereticorum quotidie conversione praestatis, praefatorum abiectio intoleranda conturbet, quia non sola personarum nos causa sollicitat, quibus et boni facti simul sufficere gloria posset, et meriti; sed quod venerabilium constituta canonum contemnuntur, et quod non parvam eorum abiectio Apostolicae Sedis tangit iniuriam: nec christianitatis vestrae sinceritas, qua et magnum patrocinium veteribus constitutis impenditis, et Sedis Apostolicae principatum aeta noviter veneratione sancitis, in uno inexpugnabiliter[8] relinquat posteris negotio quaestionem[9].

Iustino pro Eccl. concordia nulla gratia par.

Instat, ut Helias, Thomas et Nicostratus suis sedibus restituantur.

EPISTOLA LIX[10].

Euphemiae Augustae religionem laudans eam hortatur, ut pro Helia, Thoma, et

1 Forte legendum: *quum illis sollicitudinis molestia, contra quam desiderium commune invaluit, fuerit indecenter iniecta, in tantum...*

2 Quem Ioannem Pontifex designet non satis liquet. Hoc tantum notare praestat, duos nempe Episcopos Ioannis nomine tunc temporis in Palaestina extitisse, quorum unus Hierosolimitanae, alter Cesareae Eccl. praeerat. E Cont. Const.

3 « Potius *aliquid ordinatum*, unde scilicet necessaria vitae subsidia perciperent ». Ibid.

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 639.

5 Caraf. *prima concordiae;* quae verba Cont. Const. non respuens notat primas, ac praecipuas partes per illa innui, quasi diceret *primitiae concordiae*.

6 « Vatt. codd. ad orat. aptius, ut videtur *non tacemus*.

7 Cont. Const. recte, ut opinor, expungit *de*.

8 Caraf. cum nn. codd. perperam, ut videtur, ad contextum *inexplicabilem*. Forte legendum: *inexplicatam*, vel *inexpugnatam*.

9 Iuxta Iaffè l. c. dat. ann. 519.

10 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 639.

Nicostrato iniurie oppressis apud imperatorem preces suas adiungat.

Hormisda Euphemiae Augustae.

Augustae religionem laudat

Orare nos, et pro vestra incolumitate Deo nostro voto persolvere cum catholicorum etiam coetu sine cessatione pontificum non vestrae studium exorationis invitat, sed devotum atque persistens in ecclesiastica stimulat reconciliatione propositum. Quis enim ab haeretica segregatus conspiratione se teneat? Quis aliis in sua utatur deprecatione principiis, nisi ut vobis, serenissimoque principi iugali vestro et vita sit longior, et ad prosperitatis augmentum gratia divina proximior, qui initia felicis imperii plectendis[1] execrationibus consecrastis[2] erroris, et amicam diabolo pacifica expulistis intentione discordiam? Unde nunc decet vos laudabilibus coeptis insistere, et per totum orbem perfectam spargere medicinam; quia Christo maior numerus gregis oblatus mercedem confidenter exigit largiorem: inter quae curae vestrae sit, ut nullum Satanas iamdudum prostratus vulnus efficiat[3], sed communionis unitas magnum sit iustitiae impetrandae suffragium. Quaesumus namque, ut tandem de venerabilibus fratribus et coepiscopis nostris Helia, Thomate atque Nicostrato quod sacratissimorum canonum dictat auctoritas, vobis decernentibus, impleatur, ne videantur ut auctores alicuius mali, quod primi ad unitatem Sedis Apostolicae festinarunt, in communi omnium gaudio soli meruisse percelli, et in facto laudabili victam personali odio cessisse iustitiam. Nostris ergo precibus apud clementissimum Augustum vestras adiungite, ut fructum, quem illis Patrum regulae tribui et conservari praecipiunt, inimica tergiversatio auferre non possit[4].

Heliam, Thomam et Nicostratum eidem commendat.

EPISTOLA LX[5].

In probata Iustiniani religione plene confidens Heliam, Thomam et Nicostratum episcopos, quorum causam dolens innuit, ei vehementissime commendat.

Hormisda Iustiniano viro[6] illustri.

In Iustiniani religione quanta Pontificis fiducia.

Studium vestrum erga ecclesiasticam pacem, et damnatos haereticae contentionis errores ipsius[7] rerum effectibus approbamus; cuius vos operis magna immensaque sine dubio merces expectat. Hinc est quod quidquid pro canonum firmitate, et pro Apostolicae Sedis reverentia necessarium duxerimus, magnitudini vestrae secura peragendum protinus praesumptione mandamus; quia cum magno vos gaudio pro causis talibus sperata suscipere multiplicia huiusmodi exempla testantur. Quare omissis in longa circuitione principiis, ad rem ipsam praesentis paginae verba convertimus. Moeret Ecclesia, et magno[8] votivae unitatis exordio frui praestita non potest pro unius causae afflictione laetitia: hanc ut nobis sollicitudinem beneficia vestra submoveant, non parvis precibus exoramus. Angit nos enim et praesens dolor, et futurorum occasio procurata certaminum, per quam et venerabilium Patrum regulae negliguntur, et Apostolicae Sedis putatur auctoritas posse contemni. Nam cum divino clementissimique principis

Heliae, Thomae et Nicostrati causam moerens exponit.

1 Caraf. cum nn. codd. recte *plectendi*.
2 Nn. codd. *consecratis*.
3 Caraf. cum nn. codd. perperam ad locut. *afficiat*.
4 Iuxta Jaffè l. c. dat. ann. 519.
5 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 640.
6 *Viro* deest in nn. codd.
7 « *Ipsis* ». Caraf. recte quidem.
8 Vat. codd. rectius *et in magno*.

beneficio, sed et vestro simul adnixu [1] hi soli credantur esse pontifices, et iure ecclesias continere, qui ad communionem nostram damnatis erroribus redire consentiunt; Heliae, Thomati atque Nicostrato fratribus, et coepiscopis nostris, qui bonum causae etiam sub adverso imperatore dedere principium, non solum nihil ad provectum bona studia profuerunt, verum etiam collatae sibi a Domino obtinere nequeunt officia dignitatis, et extorres a commissis sibi gregibus subire coguntur miserias damnatorum. Quapropter quaesumus, et per divinam vos misericordiam obtestamur, ut eorum causae (quae iusta est) summum patrocinium, et probatae vivacitatis impendatis affectum, piissimi principis haerendo vestigiis, quatenus eos tandem suis ecclesiis et pietatis intuitu et iustitiae contemplatione restituat; quia in illorum contumeliam [2] ab inimicis asseritur, optatum nostrae communionis displicuisse consortium [3].

Obtestatur, ut ipsis summopere faveat.

EPISTOLA LXI [4].

Germano ecclesiasticae pacis sollicito gratum animum ostendens cum enixe obtestatur, ut Heliae, Thomae et Nicostrato apud imperatorem pro viribus adsit, quorum causam Iustini temporibus indignam pronunciat.

Hormisda Germano viro [5] illustrissimo.

Excusantibus vobis probabili pro ecclesiastica pace proposito, et tanto fidei ardore ferventibus gratiarum actio sola non sufficit, quia nec vos humanae laudis praerogativa sollicitat, sed divinae expectatio retributionis inflammat. Quod igitur maxime debemus, exsolvimus, et Deum nostrum, cuius vos [6] causis impenditis, pro incolumitate vestra quotidie deprecamur, rogantes ut studium vestrum in omni pro ecclesiasticae unitatis affectu parte sic ferveat, ut nullus boni relinquatur locus officii, ubi non paternis regulis vestrae patrocinium defensionis assistat. Praecipue tamen Heliae, Thomae, atque Nicostrati fratrum et coepiscoporum nostrorum causa nos commovet, qui primi mundo necessariam secuti concordiam, ecclesiarum suarum privatione perculsi cum venerabilium quoque canonum contumelia deprimuntur, fitque illis propriae reconciliationis gloria causa difficilis, quasi ipsi magis pertinaci mente restiterint, et, aliis ad Sedis Apostolicae redeuntibus, unitatem ipsi Ecclesiae magis membra discerpserint [7]. Quod quam nobis durum sit, quamque clementissimi temporibus imperatoris indignum, prudentiam vestram convenit aestimare, et tandem praestare remedium, quo et illorum labores, et nostram grato possit solamine auferre moestitiam [8].

Germano pro Eccl. pacis sollicitudine sese gratum ostendit.

Heliae, Thomae et Nicostrati causam ei commitit.

EPISTOLA LXII [9].

Heliam, Thomam et Nicostratum solatus eos de commendatitiis litteris Eulogio traditis edocet, quae vel per hunc vel per ipsos erunt singulis offerendae.

Hormisda

Heliae [10], Thomae et Nicostrato Episcopis.

Quanto mens nostra doloris vestri participatione fatigetur supervacuum est apud

1 Cod. n. 4961, et Cont. Const. recte *adnisu*.
2 Caraf. cum nn. codd. *in illorum contumelia*; ad locut. perperam, ut videtur.
3 Iuxta Iaffè l. c. dat. ann. 519.
4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 641.
5 *Viro* deest in nn. codd.
6 Caraf. contra nn. codd. auctorit. ad locut. perperam *nos*. Cont. Const. nobiscum legit.
7 Hic al. punctum et comma affigunt; nobis autem maioris perspicuit. gratia affirmandi punctum apponere visum est.
8 Iuxta Iaffè dat. ann. 519.
9 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 641.
10 « *Et Thomae* » Vatt. codd.

Heliam, Thomam et Nicostratum solatur.

probantes mutuam charitatem verbis astruere; sed ille, qui et nostrum animum et vestros labores scrutator praescius intuetur, moerorem nostrum vestra in gaudium prosperitate convertat [1]. Verum, ne unquam pro vestro negotio sub allegatione iustissima et blanda intercessione cessemus; noveritis, nos tam ad clementissimum principem, quam ad praecellentissimam Augustam, nec non ad illustres et magnificos viros Iustinianum atque Germanum filios nostros litteras destinasse vestrum specialiter negotium continentes, quas viro sublimi Eulogio ita tradidimus, ut in vestro primum ponat arbitrio, utrum per vos eas eligatis offerre, an per ipsum potius perlatorem tam principi porrigantur, quam caeteris, quas designavimus supra, personis [2].

Commendatitiae litterae Eulogio traditae.

EPISTOLA LXIII [3].

Iustiniani illustris viri religionem commendans, eum ad constantiam hortatur: tum de Scythis monachis rescribens exponit, cur eos in urbe detineat; postremo eius pietati obsequens apostolorum Petri, et Pauli sanctuaria transmittit, et celeres litteras exposcit.

Hormisda Iustiniano viro illustri.

Deprobata Iustiniani religione optime confidit.

Ita magnificentiae vestrae animum vigere novimus religionis affectu, ut beneficium a vobis in perfectione pacis Ecclesiae velitis magis exigi, quam rogari, iudicantes meritis excellentiae vestrae proficere, quod vos generalitatis desiderio contingit offerre. Unde et nos a vobis praesumpte quaerimus tanquam debitum quod meritis vestris novimus esse profuturum; et ideo, domine fili, sub omni charitate salutantes, speramus, ut immineatis operi, quod, Domino adiuvante, fundastis, memores divini testimonii: *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit* [4]. Praeterea monachos, quos venisse Romam significastis, litteris vestris ad propria mox voluimus reverti. Sed quia sub testificatione potentiae divinae dicebant, per insidias in itinere paratas vitae sustinere se posse discrimen [5], volentes redire Constantinopolim [6] passi non sumus violenter expelli. Quapropter necesse habuimus [7], venientibus legatis nostris, inquirere, qua revera faciente causa, inter eos fuerit commota discordia. Beatissimorum vero apostolorum Petri et Pauli sanctuaria, sicut religiosissimo quaesistis affectu, per harum portitorem sub omni veneratione transmisimus [8]; optantes orationibus eorum, ut mentis vestrae oblatio [9] et desideria gratiae sint divinitatis accepta. Petimus itaque, ut tam de his, quae geruntur pro concordia, quam etiam de incolumitatis vestrae bono nuncietis sollicitudini nostrae gaudium currente pagina litterarum.

Cur monachos Scythas ex urbe non dimittat.

App. Petri et Pauli sanctuaria transmittit.

Celeres litteras exoptat.

Data IV nonas Septembris, Eutharico viro clarissimo consule.

Dat. die 2 Septemb., an. 519 [10].

1 Forte ad orat. context. melius *convertet*.
2 Iuxta Jaffè l. c. dat. ann. 519.
3 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 651,
4 Matth. x, 22.
5 Cod. n. 5617 corrig. ad marg. *vitae sese sustinere posse discrimen*.
6 « *Nolentes redire Constantinopolim* ». Recte quidem ad sensum Cont. Const. cum nn. codd.
7 Caraf. cum un. codd. *habebimus*. Ad rem apte, ut liquet e seq. ep. LXVI, pag. 439, col. 2 sub fin.
8 E legat. ep. ad Hormisd., quam vid. apud Mign. op. cit. tom. LXIII, col. 474, inferri licet reliquias e Ss. App. catenis, et S. Laurent. craticula Iustiniano fuisse transmissas.
9 Cod. n. 5617 ad marg. corrigit : « *optantes orationibus eorum, et meritis vestra oblatio* ». Ad rem aptius videtur.
10 Labb. ad marg. signat ann. 520, *l.* mendo typograph. Siquidem hoc anno non Eutharicus, sed Rusticus fasces rexit consulares. Jaffè l. c. nostram lectionem sequitur.

EPISTOLA LXIV [1].

Quum de Thessalonicensi seditione gravis rumor increbresceret, legatis suis mandat, ut, si quae feruntur reapse contigerint, dent operam tum episcopus Thessalonicensis, tum Aristides presbyter seditionis auctor ab imperatore Romam mittantur, quibus litterarum portitor addendus, quae plenum facinoris narrationem expediant.

Hormisda Germano et Ioanni Episcopis, Felici et Dioscoro diaconis et Blando presbytero.

De Thessalonicensi seditione qui rumor. Cum nos ecclesiasticae prosperitatis gaudia sublevarent, et prope plenum laboris vestri fructum quotidie carperemus [2], repente nos inimica universi, quae repente successerat, fama confundit; cuius opinionis ordinem, etsi, vobis necdum referentibus, suspicamur incertum, pro ipsius rei tamen magnitudine credidimus [3] non tacendum. Itaque perlatum est, fratrem et coepiscopum nostrum Ioannem, dum ad Thessalonicam pro suscipiendis tantum libellis, qui promittebantur, accederet, ita plebis irrationabili seditione concussum, ut extincto primum eo, qui hospitium venienti praebuerat, ipse quoque non dissimili caede mactatus, et vix sacrosancti fontis reverentia vindicatus evaserit; cuius seditionis initium sub interrogationis dolosae commento ab Aristide presbytero narratur exortum. Verum nos, si haec manifesta sunt, adeo de plebe non querimur. Erit in potestate venerandi principis temporis sui et catholici sacerdotis iniuriam, qua iubeat, resecare censura. Sed [4] quod ad nos attinet, cura pervigili per vos (Deo propitio) desideramus impleri, quia nullum volumus, aut non reddita ratione converti, aut sic rectam viam fidei profiteri, ut sibi a principe aliquid sine doctrinae remedio causetur imponi. Haec igitur suggestione vestrae supplicationis peragite, ut Thessalonicensis episcopus, qui sub interrogationis obtentu ecclesiasticam pacem protracto in longum nititur dissipare negotio, quoniam a vobis suscipere noluit, a principe ad urbem directus, ab Apostolica percipiat Sede doctrinam, et quidquid sit dubium putet [5], huc veniens praesenti a nobis inquisitione condiscat; sic enim probare potest se catholicae professionis servare cautelam, non maliticse concepta vindicare certamina. Sciat nos paratos esse et bene inquirentes instruere, et errantes ad fidei rectum tramitem, scientia duce, revocare: quia si dubitans paratam non vult experiri doctrinam, nec rursus in simplicitate cordis, quae pacis et religionis causa iubentur, admittere, in aperto est, qua mente vel Dei nostri praeceptis obsistat, vel orthodoxi principis exempla contemnat. In hac ergo parte totus suggestionis vestrae actus immineat, quia nec illi alia possunt ratione salvari, et incitatae plebis sub hoc melius moderamine causa sedatur: cum quo etiam Aristidem presbyterum clementissimus princeps ad nos venire praecipiat, quia, sicut praefati sumus, omnes, quorum pax ecclesiastica ambiguitate dividitur, simul ad communionem nostram, depulsa mali erroris aegritudine, catholicae scientiae cupimus sentire medicinam. Praeterea mox, ut praesentia vos contigerit scripta suscipere, debebitis ad nos de vestris aliquem destinare cum relatione, quae universa contineat, unde his, quae gesta sunt, vel

Thessalonicensis episcopus ad urbem mittendus;

Nec non Aristides.

Facinoris relatio poscitur.

1 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 641.
2 « *Caperemus* ». Baron. ad locut. aptius.
3 « *Credimus* ». Id. apte quidem ad contextum.
4 « *Sed id, quod* ». Vat. codd. 3787, 4961.
5 Iid. *putat.* Recto ad orationis contextum nostra lectio.

geruntur, sollicitudinem nostram revelare [1] debeatis. Datarium quoque litteris vestris adiungite, ne vobis portitoris tarditas possit adscribi.

Data III idus Octobris, Euthariro viro clarissimo consule.

Dat. die 13 Octobr., an. 519.

EPISTOLA LXV [2].

Ioannis episcopi eaedem graviter dolens legatis praecipit, instent apud imperatorem, ut Dorotheum antistitem Thessalonicensem episcopatus honore privatum vel in exilium, vel Romam mittat; nec pati velit Aristidem seditionis incentorem eius loco substitui, cui catholicus vir est sedulo praeficiendus: Thomae, et Nicostrati causam enixius urget: Monachos Scythas Roma aufugere conatos usque ad legatorum reditum hic sollicite custodiri innuit.

Hormisda Germano, et Ioanni Episcopis, et Blando presbytero [3].

Ioannis caede contristatur.

Graviter nos Ioannis catholici afflixit interitus, quem haeretici Dorothei vesania perhibetis extinctum [4]. Nam eumdem Dorotheum Constantinopolim iussu principis didicimus evocatum. Adversus quem domino et filio nostro clementissimo principi debetis insistere, ne in [5] eamdem civitatem denuo revertatur; sed episcopatus, quem numquam bene gessit, honore deposito, ab eodem loco ac Ecclesia longius relegetur, vel certo hinc ad urbem sub prosecutione congrua dirigatur.

Dorotheus haereticus longius ablegandus, vel Romam mittendus.

Ad hanc etiam partem evigilare [6] debetis [7], ne in locum eius [8] Aristides totius mali incentor et conscius quibuslibet subreptionibus ordinetur; nam nulli prodest mutari personam, si eiusdem forma nequitiae perseveret [9]; sed talem virum debetis eligere, ut iudicio vestro [10] cuncta catholicorum congregatio gratuletur. His igitur observatis, pro Thomae et Nicostrati fratrum et coepiscoporum nostrorum personis intentio dilectionis vestrae vehementer debet incumbere. Nam quid prodest Ecclesiam redintegrasse, si ab eius corpore sacerdotes videamus extraneos, quos in nostram communionem vos caute, aut rationabiliter [11] non ignorastis esse susceptos? Unde non leviter nos res ista contristat, si ab his, qui Sedis Apostolicae praedicationem sequuntur, negligantur, qui in eius fide et consensu recepti sunt. Idcirco, sicut hortati sumus, pro eorum communione, atque loco, serenissimo principi vehementer insistite; nam in eadem causa domino et filio nostro clementissimo principi et viro illustri Iustiniano filio nostro scripta direximus, hortantes eum, ut cum vestra, quantum ad ecclesiarum suarum receptionem pertinet, debeant charitate tractare. De eo vos articulo nostrae admonitionis suspicamur non immemores. Diximus enim quemadmodum exclusis occupatoribus, hi, de quibus loquimur,

Aristides seditionis incentor eius loco non sufficiendus.

De Thomae et Nicostrati causa vehementius urget.

1 « *Relevare* ». Baron. et Caraf. cum cit. codd. Apte quidem ad contextum.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 614.

3 Dioscori, et Felicis nomina hic forte tacentur, quia ipsis datae peculiares litterae. E Cont. Const.

4 Vid. legat. ep. ad Hormisdam apud Migne op. cit. col. 468.

5 Caraf. cum mss. codd. 3787, 4961 *ad eamdem*.

6 Caraf. *invigilare*.

7 « *Debebitis* ». Cit. codd. Melius ad context. videtur n. lectio.

8 Caraf. cum mss. codd. ad locut. perperam *ne in loco eius*.

9 Cod. vat. 3787 addit. *si eiusdem formis nequitio perseveret*. Cod. autem 4961 nobiscum legit.

10 Baron. cum Caraf., et mss. codd. *de iudicio vestro*.

11 Cod. n. 3787 *atque rationabiliter*. Ad context. aptius

ad proprias revertantur ecclesias, ut illi alibi (si tamen rectae sunt fidei) ordinentur. De personis Scytharum monachorum Iustinianus vir illustris nobis scripsit, quarum exemplaria litterarum fraternitati vestrae direximus, qui cum nollent sustinere vestrae dilectionis adventum, et observationum moras se dicerent ferre non posse, tentaverunt clam de urbe discedere: quos tum nos faciemus[1] sollicitius custodiri, ea, quae de vobis contraria dixerunt, volentes agnoscere, ut cum reversi, Deo propitio, fueritis, eorum error rationabilibus adhortationibus corrigatur.

Monachi Scythae sollicitius Romae custoditi

Data III nonas Decembris, Eutharico viro clarissimo consule.

Dat. die 3 Decembris, an. 519.

EPISTOLA LXVI [2].

Iustiniano viro clarissimo per Eulogium rescribens causas significat cur monachos Scythas usque ad legatorum reditum Romae detineat, eumque rogat, ut Victor, coeterique ab ipsis accusati ad urbem mittantur.

Hormisda Iustiniano illustri.

Eulogio viro clarissimo filio nostro deferente, litteras celsitudinis vestrae suscepimus, eoque remeante, debitum persolventes salutationis officium significamus[3], Scythas monachos allegasse plurima, quae nos relinquere indiscussa non possumus; sed legatorum nostrorum, Deo iuvante, festinemus[4] adventum; pro qua re eos in urbe credimus retinendos, a qua nec ipsi ordinatione dissentiunt. Amplitudinem vestram tamen retinere confidimus, quod de ipsis nobis praeterito tempore litteris destinatis scripserint[5]. In quorum allegationibus cum, legatis remeantibus, competenter fuerimus instructi, si quid reprehensione dignum cognitio nostra repererit, necesse est, ut circa eos teneamus ecclesiasticam disciplinam. Victorem[6] praeterea, qui diaconi habere perhibetur officium, cuius fidem hi ipsi monachi vehementer accusant, vel alios, qui perversas forsitan obiiciunt quaestiones, ordinatione domini filii nostri clementissimi imperatoris ad urbem, vobis suggerentibus, dirigantur, ut universas allegationes, quibus contendunt, nos possimus agnoscere[7].

Cur Scythae monachi sint Romae diutius retinendi.

Victor, coeterive a monachis accusati ad urbem mittendi.

EPISTOLA LXVII [8].

Ad legatos suos scribens de eorum sospitate, rebusque gestis certior fieri cupit.

Hormisda legatis suis.

Ita nos incolumitatis et actuum vestrorum cura sollicitat, ut quamvis frequentibus occasionibus non praetermittamus hortari, certiores vos de his[9], quae circa vos aguntur, fieri litteris destinatis. Nam et cum per hominem illustris viri

Hormisda de legatis suis sollicitudo

1 Forte legendum *facimus*.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 651.

3 Perperam Caraf. cum Vat. cod 4961 *significantes*.

4 Cont. Const. ad context. apte *sustinemus*

5 Caraf. cum Baron. recte *scripserit*. Pontifex autem designat Iustiniani litteras, quibus Scythas monachos Roma expellendos poscebat, uti videre est apud Mign. *Patrolog.* tom. LXIII, col. 475.

6 Iuxta syntaxim restituend. *Victor praeterea;* et mox *vel alii, qui perversas*.

7 Iuxta Iaffè l. c. dat. ann. 519. Cont. autem Const. eam refert ad IV non. Septembr. Eutharico cons., scilicet ad diem 4 Septembr. eiusd. anni. Ne mireris autem, quod Pontifex ad eumdem Iustinianum duas epist. per Eulogium miserit, quum et ipse binas contraria quidem flagitantes, ab illoprios acceperit. E Cont. Const Iustin. autem epp. vid., si lubet, apud Mign. loc. cit. col. 475, et 476 *D*.

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 661.

9 «*Certos nos de his*» Cod Vat. 3787, et 4961. Porro sensus clarius elucet, si optime ad sens ita legas, *ut quamvis frequentibus*

atque magnifici patricii filii nostri Agapiti desideriis vestris congruos miserimus affatus, et nunc quoque anxietatis vestrae credidimus solatium, si ad vos praesentia scripta mitteremus; tantum est, ut de actibus, atque sospitate vestra, nec non et de mora, per quam vos detineri plurimum dolemus, relevetis vos [1] alloquiis sub occasione idonea portitoris.

Eorum moram, ac silentium dolet.

Data IV idus Iulias [2], Rustico viro clarissimo consule.

Dat. die 12 Iulii, an. 520.

EPISTOLA LXVIII [3].

Diversis nunciis commotus legatorum silentium reprehendit, et cunctationis causas ab his anxius exposcens rogat, ut quamprimum de universis rescribant.

Hormisda

Germano Episcopo, Felici et Dioscoro diaconis, et Blando presbytero.

Animos nostros tum [4] diuturnum dilectionis vestrae silentium, ut tantorum temporum contristat absentia, praecipue cum vir magnificus patricius Symmachus, et vir illustris Romanus magister militum filii nostri reditum apud nos charitatis vestrae sine dilatione promiserint; et ignoramus utrum illic causarum qualitas, an certe fraus aliqua simulata sub necessitate detineat; quia nobis sollicitudinem sine cessatione gerentibus, et pene universos homines [5] illarum partium percunctantibus diversa et dissimilia nunciantur: et ideo, quoniam vos causas tantae tarditatis melius deprehendere et intelligere potestis atque cognoscere, significare nobis ista, de quibus noster cruciatur animus, debuistis; vel si est causa dilationis idonea, sicut constitutum est, aliquem de vestris ad nos oportuerat destinari [6] Unde ne forsitan per versutias, aut aliquam concinnationem vobis dilatio et impedimenta generetur [7], sub celeritate nobis scribite, ut sub rationabili ordinatione pro vestra repetitione ad filium nostrum clementissimum imperatorem dirigamus. Ergo tam circa personas, quam de causa fidei, pro qua diu moramini, quid geratur instruite, atque plenissime nobis universa rescribite, ut omnibus cognitis, Deo nostro favente, tractemus, quemadmodum personis vestris et causae ipsius, cuius res agitur, possit misericordia subvenire.

Legatorum silentium carpit

Eo praesertim, quod de cunctationis causa non scripserint.

De universis celeres litteras exposcit.

Data idibus Iulii, Rustico viro clarissimo consule.

Dat. die 15 Iulii, an. 520 [8].

EPISTOLA LXIX [9].

Possessorem de rediviva haeresi dolentem solatus ei rescribit, nec Fausti, neve cuiusvis scripta, qui a Patrum aucto-

occasionibus non praetermittamus hortari certiores nos de his, quae circa vos aguntur, fieri litteris destinetis. Quod sane congruit et sintaxi, et illis superioris epistolae verbis *debebitis ad nos de vestris aliquem destinare cum relatione, quae universa contineat* .....

1 Cit. codd. *nos*.

2 Caraf. cum Cont. Const. VI id. Iulias i. e. d. 10 Iul.

3 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 661.

4 Al. legg. *tam*. Nobis autem haec periodus ita videtur legenda: *Animos nostros tum diuturnum ..... tum tantorum temporum* .....

5 «*Homines*». Deest in codd. Vat. 3787, et 4961.

6 Vel minus consideranti patet, hic orationis sententiam penitus absolvi; quare et nobis periodum concludere visum est, aliis minime adhaerentes, qui hoc in loco comma interiiciunt.

7 «*Generentur*». Recte Caraf. cum cit. codd.

8 Cod. n. 3787 minutissimo charactere ad margin. addit *per Iustinum diaconum eius*.

9 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 662, edit. Venet. 1728. Frustra Ioannes Maxentius Eutychiana haeresi infectus, aliive ab ipso in

ritate declinaverit, esse recipienda: Scytharum monachorum perfidiam detestatur: de libero arbitrio cum divina gratia componendo ecclesiastica capitula mittere non abnuit.

Hormisda Possessori Episcopo.

Consilium petentibus non negandum.

Sicut rationi congruit, ut consulant ambigentes, ita par est respondere consultos, quia ipse impellit in errorem, qui non instruit ignorantem; nec quidquam aptius est studio religionis [1], quam inquisitio veritatis, quando facilius devium vitat, qui iter, per quod graditur [2], rogat. Sed priusquam respondendi curam de his, quae dilectio tua percunctatur, aggredias, libenter in litteris tuis fidei tuae me fateor invenisse fervorem, cuius calore succensus redivivam in illis partibus infidelium perversitatem vigere suspiras. Dignissimus dolor, qui dedita Deo corda contristet [3]: nec enim est apud eos lapsus inlamentabilis, quibus est igniculus charitatis, quia unum spiritualium votum est salus inconcussa cunctorum. Sed non est ignota Ecclesiae Dei [4] de huiusmodi procellis aut insueta tempestas; et quamvis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat, variis tamen insurgentium fluctuum laborat vexata turbinibus. Nam unde est psalmidici vox prophetae, qui ipsius Ecclesiae personam Spiritu, quo impellebatur [5], assumens: *Saepe,* inquit, *expugnaverunt me a iuventute mea; etenim non potuerunt mihi* [6]? Concutiunt, sed in nihilo praevalebunt; adhuc in area sumus, mixta sunt frumenta cum paleis, gemunt boni consortia malorum, sed superest flamma non necessariis, et parata sunt horrea iam probatis. Ubi terrarum non est ista permixtio [7]? Nos fixis decet instare vestigiis [8]; proficiemus inter adversantes propriis bonis, si erroribus non involvamur alienis [9]. Probat enim virtutis suae validum robur, qui cum impellitur, non movetur.

Possessorem ob redivivam haeresum afflictum solatur.

Haec enim nil poterit contra Ecclesiam.

Ubi non variae tentationis aculei? Quales per hunc fere iugem annum quorumdam Scytharum, qui monachos praeseferebant specie, non veritate, professione, non opere, subtili tutas calliditate versutias, et sub religionis obtentu famulantia odiis suis venena pertulimus, studentes, eos ab interno vulnere medicabilis patientiae moderamine sanare, beati Pauli monita non tacentes: ***Noli verbis contendere; ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium*** [10]. Sed quando virus, quod viscera penetravit, evellitur? Quando corda male sibi credula veritatis obtemperant institutis? Quando induit obedientiae humilitatem opinionibus suis vallata superbia? Quando acquiescunt paci contentionum studiis assueti, sola cer-

De Scytharum monachorum salute mira Pontificis sollicitudo.

errorem inducti hanc apist. Hormisdae abiudicant, siquidam et rerum gestarum connexio, et ipse stylus Hormisdam aperte arguunt. Vid. not. Sever. Bin. et Labb. ad hanc ep. l. cit.

1 « *Studioso religionis* ». Caraf. cum Baron., et nn. codd. 3787, 4961. Ad context. forte melius.

2 « *Per quod gradiatur* ». Cont. Const. cum nn. codd. Ad sensum aptissime.

3 « Al *contristat*. Ad context. aptius videtur.

4 Caraf. cum nn. codd. *ecclesiis Dei*. Forte legend. *non est ignota Ecclesia Dei de huiusmodi procellis, aut ipsi insueta tempestas.*

5 Al. *quo implebatur.*

6 Psalm. CXXVIII, 2.

7 Caraf. cum nn. codd. *ubi terrarum non ista permixtio?*

8 Al. *insistere vestigiis.*

9 Ex hisce verbis Maxentius Hormisdam Pelagiana haeresi infectum arguere nititur; tamquam Pontifex *inter adversantes non Dei munere, sed propriis bonis proficere se posse tumida elatione confideret.* Verum et illa bona nobis propria sunt, quae, divina gratia opitulante, comparantur. Igitur per Hormisd. verba Dei cooperatio in bonis operibus non excluditur, uti perfidus Eutychianista calumniatur. Vid. Labb. l. c. ad not.

10 II Timoth. II, 14.

tamina amantes de religione captare, et mandata negligere? Nunquam apud eos charitas novo commendata praecepto[1], nunquam pax dominico relicta discessu[2]; una pertinacis cura propositi, rationi velle imperare, non credere[3]; contemptores auctoritatum veterum, novarum cupidi quaestionum; solam putantes scientiae rectam viam qualibet concepta facilitate sententiam; eousque tumoris elati, ut ad arbitrium suum utriusque orbis putent inclinandum esse iudicium; nec in numero fidelium deputantes sequaces traditionis paternae, si suae viderint cedere nolle sententiae; docti crimina serere, obtrectationem venena componere, integrum Ecclesiae corpus odisse, seditiones instruere, invidiam concitare, et pro obedientia, quae in coenobiis principatum regularis obtinet disciplinae, obstinationem pertinacis amare superbiae.

Horum exsecranda perfidia.

Non illos potuimus monitis, non mansuetudine, non auctoritate comprimere. In publicum usque prodiere conventum, ad concursionem quietis circa regum etiam statuas inclamantes; et nisi fidelis populi constantia restitisset, per diabolicae semina nefanda zizaniae apud illos dissensionem et discordiam commovissent, per quos adiutorio Dei de religione eorum est pulsa dissensio. De eis sero probavimus prophetica Apostolum voce dixisse, in novissimis diebus instare tempora periculosa, et fore homines sui tantum amatores, habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes[4]; itaque esse vitandos. Haec ideo dilectioni vestrae indicanda sub occasione credidimus, ne, si illuc fuerint forte delati, ignorantes quemadmodum se in urbe Romana tractaverint, sub aliqua verborum simulatione deciperent.

Illi vero, quos vos de Fausti cuiusdam Galli antistitis[5] dictis consuluisse, litteris indicastis, id sibi responsum habeant: neque illum recipi[6], neque quemquam, quos in auctoritate Patrum non recipit examen catholicae fidei, aut ecclesiasticae disciplinae ambiguitatem posse gignere, aut religiosis praeiudicium comparare. Fixa sunt a Patribus, quae fideles sectari debeant instituta; sive interpretatio, sive praedicatio, seu verbum populi aedificatione compositum si cum fide recta et doctrina sana concordat, admittitur, si discordat, aboletur.

Faustus, aliive a Patrum auctoritate devantes non recipiendi.

Unum est fundamentum, extra quod quaelibet fabrica si consurgit, infirma est; super illud quisquis aedificat, sive vilia, sive pretiosa consideret[7]. Errat autem a via, qui ab eo, quod Patrum electio monstrarit, exorbitat, nec tamen improbatur diligentia per multa discurrens, sed animus a veritate declinans. Saepe de his[8] necessaria providetur, de quibus ipsi aemuli convincantur, instructio. Nec vitio dari potest nosse quod fugias; atque ideo non legentes incongrua in culpam veniunt, sed sequentes.

A veritate enim declinat, qui ab eorum auctoritate divertit.

1 De quo Ioann. xv, 12, Vulg. « *Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos* ».

2 De qua ibid. xiv, 27. « *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis* ».

3 Cont. Const. cum nn. codd. rectius *non cedere*.

4 II Timoth. iii, 2 ad 6: *In novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt homines seipsos amantes....... habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.*

5 « In Gallia Rhegiensis episc. ». Labb. l. c.

6 Caraf. cum nn. codd. omitt. *recipi*. Mox potius legendum videtur: *neque quemquam, qui in auctoritate Patrum non recipiens examen catholicae fidei aut ecclesiasticae disciplinae ambiguitatem potest gignere......*

7 I Corint. iii, 10, 11: « *Unusquisque autem videat quomodo superaedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.*

8 Vall codd. forte melius *ex his*.

Quod si ita non esset, nunquam doctor ille gentium acquievisset nunciare fidelibus: *Omnia probate; quod bonum est tenete*[1]. Non abs re est, etsi mundanum, non tamen a ratione discretum miscere sermonem. Fertur quidam nobilis arte pingendi, cum equum penicillo vellet explicare perfectum, asellum sibi proposuisse pingenti, asserens, non ut iumentum imitaretur informe, sed ne in alicuius informis lineamenti similitudinem lapsus incideret.

Siquidem per ipsos cath. dogmata definita.

Non improvide veneranda Patrum sapientia fideli potestati[2], quae essent catholica[3] dogmata, definiit, certa librorum etiam veterum in auctoritatem recipienda, sancto Spiritu instruente[4], praefigens; ne opinioni suae lector indulgens, non quod aedificationi ecclesiasticae conveniret, sed quod voluptas[5] sua concepisset, assereret. Quid ergo calumniantibus opus erat extra constitutos Ecclesiae terminos porrigere quaestiones, et de his, quae habentur dicta[6], quasi dicta non sint, movere certamina, cum christiana fides canonicis libris, et synodalibus praeceptis, et Patrum regularibus constitutis stabili et inconcusso termino limitetur[7]?

De libero arbitrio, et divina gratia eccl. capitula mittere non renuit.

De arbitrio tamen libero et gratia Dei, quod Romana (hoc est catholica) sequatur et asseveret[8] Ecclesia, licet[9] in variis libris beati Augustini, et maxime ad Hilarium et Prosperum, possit cognosci, tamen[10] in scriniis ecclesiasticis expressa capitula continentur, quae si tibi desunt, et necessaria creditis, destinabimus[11], quamquam, qui diligenter Apostoli dicta considerat, quid sequi debeat evidenter cognoscat.

Data idibus Augusti.

Dat die 13 Augusti, an. 520.

EPISTOLA LXX [12].

Epiphanium episcopum reprehendit, quod missis S. A. ex occasione litteris provectionem suam ad CP. Sedem de more per legatos non denuntiarit, eosque se expectare admonet.

Hormisda

Epiphanio Constantinopolitano Episcopo.

Epiphanii ad CP. sedem provectio per eius legatos fuisset S. A. deferenda.

Diu nos non nunciata tuae primordia dignitatis tenuere suspensos et in ipsa communis gratulatione laetitiae, mirati admodum sumus morem pristinum fuisse neglectum; quia reparata ecclesiarum, Deo annuente, concordia plenum fraternae pacis id flagitabat officium[13], praesertim quod illud[14] sibi non arrogantia personalis, sed regularum observantia vindicabat. Decuerat siquidem, frater carissime, te legatos ad Apostolicam Sedem inter ipsa tui pontificatus initia destinasse, ut et quem tibi debeamus affectum bene cognosceres, et vetustae consuetudinis formam rite compleres. Sed licet, his omissis, paginalia tantum sufficere indicasses ex occasione colloquia; nos tamen gratia stipulante[15] compulsi, interim iuste

Nihilominus eius litteris ex occasione datis rescribit.

1 I Thess. v, 21.

2 « *Posteritati* » Caraf. cum nn. codd. ad context. aptius.

3 « *Canonica* ». Vatt. codd.

4 « *Sancto Spiritu instituente* ». Iid.

5 « *Voluntas* ». Iid.; sed ad rem aptius videtur n. lectio.

6 Caraf. cum iisd. *et de his, quae ita habentur dicta*.

7 « *Inconcusso tramite limitetur* ». Al. cum iisd. Sed ad elocut. melius videtur n. lectio.

8 « *Asserret* » Caraf.; *serret* nn. codd.

9 Iid. codd. *licet et in*.

10 Iid. *tamen et in*.

11 Iid. *destinamus*. Verum ad orat. context. melius videtur n. lectio.

12 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 665.

13 Caraf. cum nn. codd. 3787, 4961 forte ex vitio amanuens. omitt. *id*.

14 *Illud* tam in Caraf., tam in nn. codd. desideratur.

15 Al. cum iisd. recte *stimulante*.

constantiam expectationis abrupimus, reciproca mutuae charitatis verba reddentes; quia et noster animus amoris impatiens, et legatorum nostrorum votiva relatio exclusum[1], quod imperabat causa, silentium, ad officia benigna traxerunt, quibus ad praesens gaudii nostri signa monstramus, et privatae quodammodo amicitiae votiva persolvimus. Legationem autem tuam et ea, qua dudum gratia sustinemus, et[2] fulti veteribus constitutis exigimus, ut quantum gaudii fructum vel de tui pontificatus honore capiamus, vel quas tibi gratias referri conveniat pro impensis in negotio propagandae unitatis officiis (sicut nostrorum multipliciter astruxit legatorum narratio) evidentius exprimamus[3].

Consuetam autem legationem expectat.

EPISTOLA LXXI[4].

Epiphanio graviter conquestus, quod Heliam, Thomam et Nicostratum suis sedibus iniurie expulsos adhuc non restituerit, eum ad hoc vehementer hortatur.

Hormisda

Epiphanio Episcopo Constantinopolitano.

Oportuerat quidem, fraternitatem tuam divini contemplatione iudicii, atque charitatis nostrae respectu Heliam, Thomam, atque Nicostratum fratres et coepiscopos nostros, postquam in consortium communionis nostrae recepimus, ad divina mysteria incunctanter admittere[5], atque ad ecclesias suas, a quibus eos discordiae error excluserat, pro pacis nostrae plenitudine revocare; ut unitas, quam post annorum multa curricula per totum orbem suis Deus restauravit ecclesiis, nulla voluntatum nostrarum distantia laederetur. Sed quia rem tam gratam, et Patrum statutis venerabilibus congruentem quibusdam tarditatibus contigit nunc usque differri, unde etiam ad decessorem fraternitatis tuae nos scripsisse meminimus; hortamur, ut laetitiam, quam de damnato praeteritae dissensionis errore percipimus, in nullo[6] iterum discrepantium animorum causa contristet. Etenim nulli videtur, vos nobiscum pleno communicare mentis affectu, si eos, qui nobiscum communicant, a vestro consortio segregatis. Incassum certe videntur pacem recipere, qui pacis differunt praecepta complere. Quidquid enim in illorum suscipienda communione moramini, quodammodo de nostra reconciliatione detrahitis. Et providendum est, frater carissime, ne si ecclesiarum nostrarum tandem desuper indulta concordia ab his exordium sumat exemplis, et religionis veneranda regula, et Apostolicae Sedis auctoritas imminuta (quod absit) per Orientem potius divulgata, quam restituta videatur[7].

Heliam, Thomam et Nicostratum non adhuc suis sedibus redditos conqueritur.

Epiphanium ad hoc vehementer impellit.

EPISTOLA LXXII[8].

Dorotheo episcopo Thessalonicensi de Ioannis nece rescribens eius pervicaciam arguit, hortaturque, ut tanti sceleris

1 Forte legendum: *excluso, quod imperabat causa, silentio.*

2 Nn. codd. partic. *et* recte expungunt, unde periodum haud satis perspicuam sic restituendam opinor: *Legationem autem tuam ea, qua dudum gratia sustinemus, fulti veteribus constitutis.*

3 Iuxta Jaffè. l. c. dat. p. Septembr. 17 ann. 520.

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 665.

5 « *Recipimus ad divina tecum mysteria incunctanter admittere* ». Caraf. cum nn. codd. Orat. autem contextus *recepimus* exigit.

6 « *In nulla* ». Perperam Caraf.

7 Caraf. cum nn. codd. legg. *et apostolicae Sedis auctoritas imminuta (quod absit) per Orientem potius, quam restituta videatur.* Verum ad context. aptius videtur n. lectio. Dat. autem ep. iuxta Jaffè l. c. ann. 520.

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v col. 671.

u se invidiam repellat, et eorum, qui resipuere, vestigiis insistat.

Hormisda
Dorotheo Episcopo Thessalonicensi.

Dorothei pervicacia.

Considerantes tuae fraternitatis Ecclesiam ante praetereuntis mala discordiae olim cum Sede Apostolica praecipue fuisse charitate coniunctam, te nuper pacis redditae [1] esse credebamus auctorem: sed quia, quos praevenire debueras, sequi etiam remoraris, non leviter pro fraternitatis tuae dilatae correctionis ingemiscimus tarditate [2]; scribis enim aures nostras cuiusdam sceleris atrocitate turbatas. Utinam usque ad nos tantum [3] detestabilis fama percurreret, et non toto orbe christianis mentibus tam dolendum, tam execrabile facinus nunciaret! ut qui te innocentem nesciunt, a christianitatis simul credant tramite deviasse. In qua enim mundi parte immanitatis huius invidia non et catholicas contristat ecclesias, et haereticorum prava vota laetificat? Quae nos a dilectionis tuae conscientia, sicut litteris intimas, ostendi cupimus aliena: quid enim votis nostris magis convenit, nisi ut redire ad pacem catholicam volentes episcopos a crudelitate et criminibus contingat semper innoxios comprobari? Expectamus igitur, si non desunt fraternitati tuae veritatis Deo nota praesidia, ut et tanti sceleris a te repellas invidiam, et in reconciliatione fidei tandem eorum, qui reversi sunt, sequaris exempla.

Instat, ut ipse de obiecto crimine sese purget.

Data iv kalendas Novembris, Rustico viro clarissimo consule.

* Dat die 29 Octobr., an. 520.

EPISTOLA LXXIII [4].

Iustini Augusti litteris, quibus legationis moram excusabat, rescribit se numquam eius promissa habuisse suspecta, et religionem tanti imperatoris commendans pro universae Eccl. concordia vota facit.

Hormisda Iustino Augusto.

Iustini litterae de legationis mora sibi traditae.

Benedicta Trinitas Deus noster, qui vobis gubernacula commisit mundani imperii, quibus non solum pro iure regni veneratio deberetur, verum etiam pro gloriosi modestia et integritate propositi. Vere enim glorificamus Deum, lectis vestrae pietatis epistolis [5], quibus promissae legationis moram pro infirmitate eius, qui dirigendus fuerat, excusando, luce clarius reddidisti [6], quam curam fidei et pudoris haberetis, ostendentes rerum summam regentibus non sufficere ad dominationis apicem, quam obtinent potestatem, nisi ornamenta morum pretiosiorem faciant principatum. Servet circa vos, clementissime imperator, Deus noster beneficia sua, et respiciens bona vestra, largiatur aeterna. Nec nos tamen momordit ulla suspicio, aut implendi tarditatem promissi, nec mutatione credimus evenisse consilii [7]. Nefas enim erat de eius verbis qualibet sollicitudine dubitari; cuius fidem in magnis rebus datum est tam evidenter agnosci. Redeunte igitur filio nostro spectabili viro Eulogio tribuno et notario, cultum debitae salutationis exsolvimus, Deo magno continuis precibus supplicantes, ut qui vestro stu-

In eius religione, quae Pontificis fiducia.

1 « *Te nuper pacis desuper redditae* ». Vatt. codd. 3787, et 4961.

2 Codd. nn. *pro faternitate tua dilatae correctionis ingemiscimus tarditatem.*

3 Iid. cum Caraf. *ad nos tantum tam detestabilis fama.*

4 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 671.

5 Cont. Const. cum nn. codd. 3787, 4961 *lectis vestrae pietatis apicibus.*

6 Ad locutionis context. aptius *reddidistis.*

7 « *Nec nos tamen momordit illa suspicio; aut implendi tarditatem promissi de mutatione credidimus evenisse consilii* ». Cont. Const. cum cit. codd. rectius ad contextum.

Universae Eccl. pacem a Deo precatur. dio per infideles vulnera impacta curavit, aevo vobis per longiora tempora propagato, unitatem Ecclesiae redditam ex omni quoque faciat parte securam.

Data IV kalendas Novembris, Rustico viro clarissimo consule.

Dat. die 29 Octobr., an. 520.

EPISTOLA LXXIV[1].

Iustiniani erga se reverentiam commendat, eique SS. Trinitatis mysterium breviter explanat, de quo legatis advenientibus latius se disserturum promittit.

Hormisda Iustiniano viro illustri[2].

Quod celsitudo vestra animi circa me sui benevolentiam dignatur ostendere, Iustiniani erga Pontificem venerationem maxime facienda. facitis rem Deo placitam, et rectae conscientiae congruentem; sed[3] non parva sunt nobis huius emolumenta propositi. Maior in nos fructus de tali bonitate revertitur, neque enim vacua honorificentia est, quae defertur antistiti. Indubitatum siquidem est, quia honor ministri cultus Dominum colit, qui ministrum honorat. est Domini, et qui personam sacerdotis magni habet, maiorem remunerationem ab eo, cui sacerdos famulatur, accipiet, dicente Domino Iesu iis, qui prophetas in honore suscipiunt, suam mercedem esse reddendam, et apud me quidem magni est gratia vestra momenti, eo tamen pretiosior, quia quidquid mihi gratiae dignanter impenditis, in ecclesiarum defensione monstratis. Sed ut ad id, quod celsitudo vestra desiderat, noster sermo dirigatur, quamquam et clementissimus imperator, et vos promittatis legationem esse venturam, et id cum ratione convenerit, ut eorum, qui dirigendi sunt, super omnibus nos decuerit expectare praesentiam; tamen quia gratum nobis SS. Trinitatis mysterium paucis explanat. est studium, quod circa religionem vos habere declarastis, non gravat praelibare, dicendo non opus ut stabilitatem fidei vestrae intentionis[4] potius, quam rationis sequaces procaci verborum novitate confundant. Sancta Trinitas Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus unus est Deus[5]; hunc Israel iussus adorare, cuius inseparabilis et indiscreta substantia non potest dividi, non potest sacrilega distinctione[6] separari, servata tamen proprietate sua unicuique personae. Haec interim commendanda fidei vestrae epistolaris styli De hoc in posterum plenius disserendum. terminum cogitantes congrua credimus brevitate sufficere, plenius disserenda, quum, florente imperio clementissimi principis, si[7] promissam legationem et nos suscipere, Deo propitiante, contigerit, et cognitis omnibus, cum adiutorio Dei nostri responso reddito pro universalis informatione remittere[8].

EPISTOLA LXXV[9].

De Epiphanii CP. episcopi erga Ecclesiam sollicitudine summopere laetatus, eum in proposito confirmat; tum le-

1 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 679.

2 In nn. codd. 3787, 4961 *Hormisda Iustiniano illustri.*

3 Baron. apte ad contextum « *sed si non parva sunt nobis huius emolumenta propositi; maior in nos fructus de tali bonitate revertitur* ». Sensus tamen tum hic, tum in n. textu exigit *maior in vos.*

4 Al. *contentionis.*

5 « *Deus unus est* ». Vatt. codd.

6 Baron. recte corrig. *sacrilega divisione separari.*

7 Id. cum Caraf. optime expung. *si*, etenim locutionem implicat.

8 Iuxta Jaffè l. c. dat. ann. 520.

9 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 676.

gationem ab ipso missam sibi gratissimam ostendens, munera per eum B. Petri Ap. basilicae oblata se accepisse suo charactere addit.

Hormisda

Epiphanio Episcopo Constantinopolitano.

Epiphanii de Eccles. unitate sollicitudinem laudat.

Benedicimus Dominum fraternae charitatis affectu, quia non solum synodica relatione ad sacerdotium te digne pervenisse cognovimus, sed factis atque moribus comprobamus; et ita se meriti tui gradus patefecit effectibus, ut ante fratrum et coepiscoporum nostrorum testimonium cuncta crederemus. Quod enim illi te promittunt posse omnia agere, nos videmus implesse; et tanquam fidei tuae servata pacis fuerit gratia, sic unitatis hactenus dilata sunt vota divina. Eorum praedestinationi charitatis tuae [1] vocabulum, quo nuncuparis, accessit, sub quo spiritu apparente concordia, factum est ut dicamus: *Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum* [2]. Quapropter in Christo Domino nostro reddentes officia salutationis hortamur, ut boni operis initium laudabile continuet institutum secundum sanctum Evangelium, quo monemur: *Qui perseveraverit in fine, hic salvus erit* [3]. Adhortamini igitur reliquos, invitate monitis, colligite blandimentis, quia talenti crediti multiplicata compendia sacrificia sunt divina. Praeterea gratissime tulimus, quod Ioanni fratri et coepiscopo nostro, nec non Heracliano presbytero, atque Constantino filiis nostris internuntiis promotionem charitatis tuae cognovimus, qua esse aliquid dulcius non putamus. Et cum te praedicti viri, etsi pro obsequio suscepto facerent, non tantum ratione laudarent, beati omnium sumus, quod dignae rei nuntius relator dignus extabat, ut tibi absolutissime de legatorum meritis probatio sit honoris [4].

In qua ipsi persistendum.

De missa sibi legatione laetatur.

Manu Papae. Suscepimus calicem aureum gemmatum, patenam argenteam et alium calicem argenteum, et vela duo ministerio basilicae beati Petri apostoli profutura a charitate tua directa.

Eius munera se accepisse addit.

Data VIII kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule.

Dat. die 25 Martii, an. 521.

EPISTOLA LXXVI [5].

Synodo CP. gratulatur, quae S. A. Epiphanii electionem per legatos insinuaverat, eidemque perfectam concordiam precatus, gesta in causa Abundantii episcopi Traianopolitani apud se habere subdit.

Hormisda synodo Constantinopolitanae.

De Epiphanii electione gratulatur.

Fratrem et coepiscopum nostrum Epiphanium, apud felicissimam, Deo favente, Constantinopolim ad officium muneris sacerdotalis assumptum pervenisse ad nos, fraternitate vestra referente, gaudemus, quia gratius quodammodo suscipiuntur iudicia, quae significaverit amata persona, et tanto maius pro auctoritate nuntii nascitur gaudium, quanto non est, quod de testimonio disputetur. Sic erat congruum, carissimi nobis, sic se circa proximum patefecere decebat affectum [6], ut per vos Sedi Apostolicae innotescat, quod

1 « *Eorum praedestinatione charitati tuae* ». Caraf. cum nn. codd.; sed perperam ad locut. contextum.

2 Ps. CXXXII, 1.

3 Matth. x, 22, ubi Vulg. legit. *Qui ... perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

4 Codd. nn. *Et manu Papae.*

5 Ex Labb. *Conciliorum Collectione* tom. V, col. 675.

6 Idest « Sic vestrum affectum circa Epiphanium proximum, ac fratrem vestrum se patefacere decebat ». E Cont. Const.

moribus et sanctitate fulgeret; quod usque adeo se omnium bonis [1] (sicut et vos asseritis) imbuit institutis, ut non sit fortius meritis testimonium, quam in honorem sacerdotis adscitum [2]. Quid est enim, quod de eo habeatur ambiguum, in quo de bonis moribus sub probatione factae concordiae praesuscepta sunt divina [3]? Quapropter facitis sancte, facitis religiose, facitis pie, quod veritati testimonium libenter impenditis, quod praemium bene meritis non negatis. Quia idem error est tacere veritatem, qui est falsis assistere; et eadem iniustitia est, si negetur honor moribus placitis, quae est si conceditur indignis. Certum est, amantissimi, participari vos eum sacerdotis laudibus intimatis, quia omni fraternitatis vestrae ordini transcribitur, quod in uno, quem ex vobis elegistis, esse laudatur. Deus omnipotens fidei suae pacem sub perpetuitate conservans electionem ordinationemque vestram, quam insinuandam Sedi Apostolicae per Ioannem fratrem et coepiscopum nostrum, nec non et Heraclianum presbyterum, atque Constantinum diaconum filios nostros religiose credidistis, tanta firmitate confortet, ita et omnium [4] discordantium luctamina disiiciat, ita dissidentium corda compescat; et quemadmodum sub fratre et coepiscopo nostro Epiphanio pacificationis datum est indicium, gratulemur effectum.

Pariter iniquum est honorem bene meritis negare, ac concedere indignis.

Perfectam concordiam precatur.

Data VII kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule.

Dat. die 26 Martii, an. 521.

Gesta in causa Abundantii episcopi Traianopolitani in scrinio habemus [5].

EPISTOLA LXXVII [6].

Licet probata Iustini religio humanae laudis stimulo non indigeat, eius tamen in catholicam fidem beneficia grati animi ergo recenset, eumdemque ad perfectam Ecclesiae pacem reddendam enixius impellens de recipiendis in Ecclesiam Epiphanio scriptum significat.

Hormisda Iustino Augusto.

Scio quidem, venerabilis imperator, clementiam tuam conscientia boni operis tantum esse contentam; nec in his, quae pro catholicae Ecclesiae unitate disponitis [7], humanis laudibus indigere, et [8] magni studii gloria non digna remuneratione vilescat. Quanta est enim circa eum humani summa praeconii, cui contigit terrarum regna committi, quum eo

Iustini pietati stimulus humanae laudis non addendus.

1 « *Se olim bonis* » Caraf. cum nn. codd. 3787, 4961. Forte ad sens. aptius.

2 Planius *quam quod a vobis in honorem sacerdotis fuerit adscitum.*

3 Cod. n. 4965 *factae concordiae praesusceptae sunt divina;* cod. autem 3787 *factae concordiae praesusceptae ...... sunt divina.* Forte legend. « *in quo de bonis moribus sub probatione factae concordiae praesuscepta argumenta sunt divina?* »

4 « *Et ita omnium* ». Caraf. cum. cit. codd.

5 De hac notatione ipsissima Ballerin. verba lectoris perspicaciae subiicimus, quem certe quanti valeant vel ipsa rei probabilitas edocebit. « *Quum hoec notatio,* inquiunt apud Migne *Patrolog.* tom. LVI, col. 180, *nihil commune habeat nec cum praecedenti, nec cum subsequenti epistola Hormisdae, in quibus de Abundantio nihil agitur, a collectore opposita videtur, ut indicaret se in scriniis Romanis ea gesta reperisse, quae tamen suae collectioni inserendo non credidit* ».

6 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 680.

7 « *Disponis* » Baron. Aptius ad illa *clementiam tuam.*

8 Codd. nn 3787, 4961 perperam ad locut., ut videtur. Rectius al. *ne magni studii gloria non digna remuneratione vilescat.* Nobis ad locut. apte legendum videretur: *et magni studii gloriam non digna remuneratione vilescere.*

obnoxia[1] sint blandimenta adulationis suspicioni, quae humilitas detulerit imperanti? Et alias secundum evangelicam traditionem necesse est, ut fructu supernae remunerationis careat, qui retributionis laudem expectat[2]. Hinc mansuetudinem vestram omnis bonitatis perfectione pollentem ad Deum universa, quae memorabiliter facitis, referre non ambigo; nec caduca cogitantes ab illo expectatis pro actuum vestrorum retributione mercedem, quem honorum omnium constat auctorem. Et tamen ego divinis, quibus obsecundo, convenio institutis, ne religiosae conscientiae vestrae beneficia conferta[3] dissimulem, ne taciturnitas mea, quae vobis crescit ad gloriam, mihi, quod absit, vertatur in culpam. Novi enim de illis decem Domini et Salvatoris nostri pietate mundatis, quia et novem sunt nota ingratitudinis improbati, et unus testimonium fidei et merita receptae salutis retulit[4], qui gratiarum actionem sanatus exsolvit. Exequor exempla, quae didici, et quod per officii mihi crediti materiam praedico, sub occasione litterarii sermonis exhibeo. Ago gratias quanto amplius[5] possum, etsi quantas debeo non possum; sed solatium mihi est quod de beneficiis mecum vestris mundus exultat, et laceratae hactenus Ecclesiae membra[6] ad compagem suam revocata gloriantur. Reduxisti populis fidem persecutus errorem; inclinata est superbia inimicorum Ecclesiae Dei, et humilitas erecta fidelium. Magna res tibi contigit, imperator: magna in te emolumenta cum potestate coierunt; quae merearis intellige. Non exiguam in te partem boni operis illius, quod vadens ad coelos Dominus noster Iesus Christus contulit, transtulisti, nam pacem, quam ille discipulis dedit, per te mundus invenit: non dubium[7] congratulari tibi angelos coeli; nam si iuxta assertionem evangelicam laetitia est eis super uno peccatore salvato[8], quae potest esse populo? Salve, Ezechias praesentis aetatis. Nam etsi fuerunt ante eum reges Iuda, bonum qui facerent[9], nullus tamen eorum dissipavit excelsa; tu quoque schismatum et superbiae dissipator, et cultus veteris restitutor, praesume tibi similitudine illius annorum augenda curricula, qui operum eius imitaris exempla. Haec omnia[10], quae ad maius gloriae tuae spectant augmentum, non stimulo adhortationis alienae, non ullis precibus excitatus aggrederis: solus tibi in consilio Deus; non est, qui se ad participationem tanti operis tentet inserere; tibi debes actionis huius studium, tibi bonae actionis effectum. Tu

Eius tamen in religione beneficia non tacenda.

Haec itaque fuse recensentur.

1 Cont. Const. *quum obnoxia sint.* Et sane optime ad sensum, qui ut clarius exurgat, nobis visum est interrogandi punctum apponere non post verbum *committi*, prout alii solent, sed potius post vocem *imperanti*.

2 Caraf. cum nn. codd., et Cont. Const. ad rem quidem apte *qui retributionem laudis expectat.*

3 « *Comperta* ». Caraf. ad sensum aptissime.

4 « *Merito* ». Id.; sed Cont. Const. ita legere mallet « *unus fidei et salutis merito receptae testimonium retulit* ».

5 « *Quanto humilius* » Caraf.; nn. autem codd. *quantas humiles possum.* Recte sane ad sequentia n. lectio.

6 Cont. Const. ad rem concinnius « *lacerata hactenus Ecclesiae membra* », cui lect. nn. codd. adhaerent.

7 « *Non dubium est* » Vatt. codd.

8 Luc. xv, 7.

9 Caraf. cum nn. codd. *bonum* omittit. Cont. Const. substituendum autumat « *qui facerent rectum, vel quod erat placitum coram Domino* ». Idque divinis libris magis videtur consentire, siquidem de Amasia IV Reg. xiv, 3, 4 legimus: « *Et fecit rectum coram Domino ..... nisi hoc tantum, quod excelsa non abstulit* ». Similiter de Azaria ibid. xv, 3, 4. *Fecitque quod erat placitum coram Domino ..... Verumtamen excelsa non est demolitus* ».

10 Vatt. codd. *Et haec omnia.*

me, venerabilis imperator, Ecclesiae vulnera tam longa moerentem ad spem reddendae salutis animasti. Tu me post tam continuos turbines iam pene desperatione cessantem ad novam tranquillitatem directis ultro piis litteris excitasti: hoc quoque procul dubio divina intelligentia conferente, ut inter ipsa tui principatus exordia fidei eius dicares obsequium, cui acceptum debebas imperium, sed qui [1] te ad incipienda haec non potui primus impellere, nunc maiore fiducia tantis beneficiis compellor provocatus orare, ne patiaris in re [2] tam boni operis esse defectum, ne manus, quas ad Deum erigis, accepti operis perfectione suspendas. Negare non possum pro Domini nostri haec me affectu et unitatis exposcere; sed fateor, et saluti tuae pro tanta mansuetudinis gratia haec studia me debere. Scriptum est enim quia, *qui perseveraverit usque ad finem, salvus erit* [3]. Nec vos aliquorum obstinatio reddat a proposito pigriores. Durum est, ut efficacior sit eorum pertinacia, qui dividunt pacem, quam eorum, qui asserunt unitatem. Amentur vulnera, cum provideantur [4] pro salute remedia, et praeoptabile ..... putetur ..... mortuis, quam inhaerere cum vivis [5]. An non aequum est, ut religiosi principis subdantur imperio, qui non moventur exemplo? Non omnis aeger remediis salubribus acquiescit, et medendi studium saepe ipsis, quibus adhibetur, ingratum est; et tamen grata est pro salute necessitas, nec ipsi post respirationem non sunt beneficiis obnoxii, qui curantur inviti. Cavenda est subtilium magna circumspectione calliditas, qui ingerunt difficilia, dum nituntur labefactare composita. Et quis hoc possit admittere, ut ad illa per pacem credamur adduci, ad quae non potuimus discordiae necessitate compelli? Et putetur aequum, ut contra salutem princeps subiectorum voluntatem sequatur, quam pro sua salute subiecti principis non famulentur imperio? Ipsam tibi mecum, venerabilis fili, crede Ecclesiam Dei supplicare, ut eam sine macula et ruga [6], sicut scis Domino placere, custodias; nec in eam oculus ille, qui pervigilat, naevum aliquem, quem aversetur, aspiciat [7]. Ama quod a Deo compunctus elegisti, et intemeratum serva illud, cuius pars esse voluisti. Fuerit ante sollicitudo tantum mea, nunc unam nobis causam tua fecit esse clementia. Nunc austeriorem [8] me quisquam dicat esse prioribus, nec adhortatio alicuius pro sententiae auctoritate teneatur. Diligentiorem me non pertinaciae studium, sed scandala secuta fecerunt. Forte inter initia locus esse potuit lenitati: male (sicut notum est) per accessus praecedentium temporum errorum augmenta creverunt. Non parvi habeas, fili sanctissime, quod eu-

Ad perfectam Eccl. pacem restituendam vehemens adhortatur.

1 « *Sed quibus ad* ». Perperam Caraf. cum nn. codd.

2 « *Ne patiaris in te* ». Iid. recte quidem ad contextum.

3 Math. x, 22, ubi Vulg. legit. « *qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

4 « *Amentur vulnera, quam provideantur* ». Vatt. codd., forte amanuens. mendo.

5 « *Et peroptabile ...... putetur se ..... mortuis* ». Ad sens. perperam. Caraf. Hanc autem lect. Cont. Const. ita corrig. *Et praeoptabile putetur sepeliri cum mortuis, quam.* Codd. nn. legg. et *praeoptabile putetur mortuis so.....*, ubi forte legend. *mortuis sociari, quam .....*

6 Ephes. v, 27, ubi Vulg. legit.: « *ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata* ».

7 Cont. Const. cum nn. codd. apte leg. *nec in eam oculus ille, qui pervigil est, naevum aliquem, quem aversetur, aspiciat.*

8 *Nec austeriorem.* Caraf. et Baron. Sane rectius videtur.

rasti[1]. Ubi sancta Chalcedonensis synodus, et inter sanctos venerandi Papae Leonis religiosissima constituta locum alienius honoris habuerunt? Ubi non adversum tanta fidei fundamenta quasi quodam bellicum hostium Dei insonuit exercitus?

PP. statuta eo validius defendenda, quo magis impetuntur.

Quanto acrioribus haec impetita sunt iaculis, tanto validioribus sunt munienda subsidiis. Rogo, clementissime imperator, ne me aut ad delenda haec[2], quae dudum beneplacita sunt, aut mutanda compellas. Vox enim illa auribus meis indesinenter immurmurat: Quia *nemo manum ad aratrum mittens, et post se respiciens aptus est regno Dei*[3], cum in evidenti sit, quia poenitentia malorum est operum, non bonorum. Sed quamquam his urgemur angustiis, tamen[4] propter mansuetudinis tuae considerationem et venerabilium legatorum Ioannis episcopi, Heracliani presbiteri, et Constantini diaconi allegatio nos non inhumana permovit[5], qui innocentibus aut ignaris causae remedia credidit esse poscenda[6].

De recipiendis in Eccl. Epiphanio scriptum

Ad fratrem et coepiscopum nostrum Epiphanium scripta transmisimus[7], ut memor fidei, memor religionis, quos dignos susceptione esse crediderit, et alienos a communione[8], quam respuimus, sicut asseritur, innocentes eos ad societatem suae communionis admittat, libelli tamen, qui a nobis interpositus est, tenore servato. Melius est enim et magis Deo placitum, si, salva fide, ecclesiastico corpori iungantur abscissi, quam in abscissos transeant, qui in beati Petri immaculata communione manserunt.

Data septimo kalendas Aprilis, Valerio viro clarissimo consule.

Dat. die 26 Martii, an. 521.

EPISTOLA LXXVIII[9].

Caesarii pietate commendata, sacrarum virginum monasterium ab eo institutum adprobat; prohibet autem, ne succedentes episcopi inibi temporalem aliquam potestatem sibi audeant vindicare, bonaque eidem tributa confirmat.

Dilectissimo fratri Caesario Hormisda[10].

Caesarii zelum laudat.

Exsulto in Domino, dilectissime frater, et indesinenter exsulto, ita apud te religiosae studium vigere reverentiae, ut indefessae sollicitudinis continuatione pervigiles, quatenus in Ecclesia Dei quicquid ad cultum eius pertinet, novis quoque profectibus augeatur; et de caetero non aliquid satis officio putes, nisi sem-

1 Hic alii comma ponunt: nobis autem affirmandi punctum visus est sensus exigere. Mox autem legendum: *quasi quoddam bellicum*.

2 Caraf. cum nn. codd. et Baron. *deserenda haec*.

3 Luc. IX, 62, ubi Vulg. inquit *Nemo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro aptus est regno Dei*.

4 « *Tamen et* ». Vatt. codd. ad context. rectius, ut videtur.

5 « *Nos non humana permovit* ». Iid. Melius ad context. videtur n. lectio.

6 Hic at absolvitur orationis sententia, et periodus cum reliquis per copulativ. particulam non connectitur. Igitur, ne sensus turbetur, pro puncto et commate ab aliis interiecto, affirmandi punctum posuimus; ni potius legere mavis forte minus bene: *credidit esse poscenda; ad fratrem itaque et coepiscopum*.

7 Innuit suam ad Epiph. epist. quae VI est in *Bull.* tom. I, pag. 141 h. edit.

8 « *Aut a communione ..... innocentes* Caraf. », cum nn. codd., ad orat. forte aptius.

9 Ex PP. Maur. *Conc. Gall.* tom. I, pag. 879, qui hanc ep. inter genuinas Hormisdae litteras recensent.

10 Apud Bolland., qui primus hoc documentum edidit, sequens habet. inscriptio: « *Paulinus dilectissimo fratri Caesario Hormisda* ». Quod certe mendum est, et amanuensis oscitantiae tribuendum, qui forte consulis nomen a Caesario suae regulae subscriptum huc imperite transtulit. Vid. Maurin. l. c. ad not. 1.

per adiunxeris. Est tibi fideli cura specialis infixus propositus; et unde amabilis Deo propheta, cum diceret: *Ego semper in te speravi, Domine,* devotionem hanc sibi non credens suffecisse, subiunxit: *Et adiiciam super omnem laudem tuam* [1]. Amor verus non est solitus esse contentus obsequiis; et defectum sui charitas putat, nisi fervor dilectionis exaestuet. Videat licet inhaerentem praecordiis fidem, ut secretorum speculator et cognitor Deus, non tamen dispensationem suam patitur occuli, aut thesaurum suum citra incrementum celari; iubet cultores suos arcanam reverentiam in aperto producere, et laudem suam personanti exultatione cantare. Haec ideo [2], quia in Arelatensi ecclesia, super clericorum et monachorum excubias consuetas, puellarum quoque Dei noviter choros instituisse te directis litteris indicasti, poscens ut in praefato puellarum monasterio a te nuper condito nullam potestatem successores quandoque tui habere penitus permittantur; quatenus sacratae Deo virgines ab omni inquietudine vel molestia absolutae omnipotenti Deo liberis mentibus valeant iugiter famulari.

Verus amor solis obsequiis non vacat.

Sacrarum Virginum monasterium recens institutum adprobat,

Digna providentia sacerdotalibus institutis, ad pudicitiam decantandam Deo corda compungere, et sacro cultui de illis seminibus mysticis fructum virginitatis offerre. Hoc esse summum votum suum in illis voluminibus sacris declaravit Apostolus dicens: *Desponsavi vos uni viro virginem castam exhibere Christo* [3]. Quamobrem petitionibus fraternitatis tuae annuentes apostolica auctoritate firmamus ac decernimus, ut nullus episcoporum, successorum quoque tuorum, in antedicto monasterio audeat sibi potestatem aliquam penitus vindicare, nisi tantum, pro Dei intuitu pastoralem sollicitudinem gerens, familiam Christi Domini ibidem positam congruis quibusque temporibus (iuxta quod condecet) sincero animo cum suis clericis studeat visitare. Tum denique aequum est, ut parili devotione uterque sexus locis sibi congruis consistens Dei gloriam concinat, sicut stabili atque plenissima fide uterque spem redemptionis expectat.

In quo Caesarii successoribus temporalis potestas interdicta.

Quod autem venditionem ad dilectionem tuam, donationemque in monasterio earumdem puellarum Dei antea factam nostra postulas auctoritate roborari, sperans, ut ecclesiasticorum alienatio praediorum non praesumatur in posterum nostris interdicta decretis; probamus propositum tuum, et desiderium in tantum fatemur esse laudabile, ut gaudeamus vobis quoque eadem non licere. Sed non oportuit distrahi, quod Ecclesiae servituris de Ecclesiae substantia ratio suadebat prorsus emptione concedi. Boni operis fructum decet esse gratuitum. Expectanda est recti studii merces potius, quam petenda, ne per utilitatem venditionis imminuatur remuneratio charitatis. Confirmamus tamen circa monasterium virginum a vobis vel venditum, vel donatum, et sub eadem via alienationem ecclesiasticorum praediorum decretis praesentibus exhibemus [4]; quod per sacerdotes omnes ad charitatis vestrae dioecesim pertinentes sub vestra dispositione perferte: aequum est enim, ut quae salubriter ordinantur, generaliter obediant. Deus te incolumem custodiat, frater carissime [5].

Bona monasterio tributa confirmat.

Idque dioecesanis episcopis manifestandum.

1 Psalm. LXX, 14, ubi Vulg. ait: *Ego autem semper sperabo et adiiciam* .....

2 Supple *dicimus.*

3 II Corinth. XI, 2.

4 « Forte *inhibemus* ». Maur. ibid. ad calc.

5 Hic apud Bolland. septem episcop. Gall. inscriptiones sequuntur, quae potius ad Caesarii regulam, quam ad hanc ep. spectant. Vid. Maurin. ibid. ad not. 3.

EPISTOLA LXXIX [1].

Clericos adulteros in honorem nunquam restituendos indicit, huiusque canonis aequitatem vindicans, episcopos ad eum servandum enixius impellit. Sub finem vero addit, capite damnatis divina officia et ecclesiasticum sepulchrum non esse denegandum, ni forte hoc violarint.

Hormisda PP. per universas provincias [2].

Clerici adulteri in honorem nunquam restituendi.

Ecce manifestissime [3] constat, quia secundum quod et tituli antiquorum Patrum a sancto Ioanne Papa transmissi, et trecentorum decem et octo episcoporum sententia, sed et canones Gallicani continere videntur [4], clerici in adulterio deprehensi [5] aut ipsi confessi, aut ab aliis revicti [6] ad honorem redire non possunt. Et quia forte non deerunt [7], quibus pro nimia pietate suprascripta sanctorum Patrum severitas minime placeat [8], sciant se et trecentorum decem et octo episcoporum praecepta, et sancti Papae auctoritatem, et illorum Pontificum, qui, ordinantibus trecentis decem et octo episcopis, reliquos canones statuerunt, sententias reprehendere [9] vel damnare [10]. Sed forte maior in illis est pietas, quam in supradictis trecentis decem et octo episcopis; maior in illis misericordia, quam in S. Ioanne apostolico [11] Papa; maior charitas, quam in reliquis sanctis [12] sacerdotibus, qui hoc pro exemplo vel remedio [13] Ecclesiarum suis definitionibus deliberaverunt? Et ideo aut plena voluntate [14] praeceptis illorum consentiant; aut si non fecerint, omnibus [15] se contrarios et inimicos esse cognoscant. Quae est ista iustitiae [16] inimica benignitas, palpare criminosos, et vulnera eorum usque ad diem iudicii incurata servare? Quod si etiam durissimam eos

Hunc canonem a severitate vindicat.

1 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. IV, col. 1758, edit. Paris., qui hanc ep. Hormisdae perperam tribui animadvertens, Caesario forte non immerito adscribendam autumat.

2 Cod. Herovall. « *Epistola Hormisdoe Papae in universas provincios* », quam tamen inscriptionem Iacob. Petit, qui eamd. ep. in tom. I, *Poenitential.* Theodori Cantuar., paucis immutatis, evulgavit, posteriori manu in cit. cod. fuisse additam fatetur. Vid. Mans. *Concil. Collect.* tom. VIII, edit. Florent., col. 527, qui hoc document. usque ad illa refert: *nisi quod supradicti canones continere videntur*. Etiam cod. n. 1343 leg.: « *Incipit ep. Hormisd. PP. per universas provincias de lapsis* ». Verum e charact. diversitate et hic titulus in posterum adiectus vidatur.

3 Grat. dist. 50, c. 29.

4 Ita porro et Mansi, et Caraf., aliique, qui hanc period. satis implicatam referunt, e cod. Corb., et Pith. recte castigarunt.

5 Mans. contr. n. cod. 1343 auctorit. adiungit *et*.

6 Perper. Mans. *ob iis convicti*. Forte legend. *ab aliis convicti*.

7 Id. *Non desunt*.

8 Sic et n. cod.; Mans. apte ad suae lection. context. *placet*.

9 Cit. cod. *perpendere*; sed ad orat. context. inepta.

10 Apud Baron. et Mans. haec period. ita concluditur: « *sciant, se trecentorum decem et octo episcoporum, et qui reliq. canones statuerunt, sententias reprehendere, vel damnore*.

11 In praefat. cod. deest *apostolico*.

12 Mans. ad rem perperam, et cit. cod. refragante, omitt. *sanctis*.

13 « *Per exemplo, vel remedia* ». Mans. Certe ad context. perperam. Cod. n. legit *qui hoc exemplo, vel remedio*, partic. *pro* f. ob oscitant. amanuens. omissa.

14 Mans. *per promptam voluntatem;* n. cod. *prompta voluntate;* Labb. ad marg. *prona voluntate*.

15 Scilicet *omnibus supradictis episc.;* unde cit. cod. perperam ad context. *in omnibus*.

16 Sic et cit. cod. Mans. *Quae est isto inimica benignitas*.

poenitentiam per plures annos agere videremus [1], sic [2] nos ipsi et saluti eorum consulere, et canonum deberemus statuta servare. Cum vero in aliquibus nec compunctionis humilitas [3], nec instantia orandi vel plangendi appareat, nec B. David imitentur, qui dixit: *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo* [4]; et illud: *Cinerem sicut panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam* [5]; nec eos ieiuniis vel lectioni vacare videamus [6]; possumus cognoscere, si ad honorem pristinum redierint [7], cum quanta negligentia, et cum quanto tepore, et inimica animae securitate permaneant, credentes quod sic eis, non acta digne poenitentia, dimiserit Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur [8]. Vere dico quia illi [9], quibus cum periculosa et falsa misericordia indulgere videmur, quum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi advenerint, contra nos ipsos causas dicturi sunt, dicentes: quod dum aut asperitatem linguae eorum expavimus, aut falsa blandimenta, et periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, nos eos, dum illis inutiliter indulgemus [10], in peccatis permanere, aut ipsa peccata etiam augere permiserimus, non recordantes [11] illud, quod in veteri Testamento scriptum est, quia *uno peccante* [12], *contra omnes Dei ira desaevit* [13]. O pietas! O misericordia! Uni parcere, et omnes per exemplum malum in discrimen adducere. Non ita suadet sanctus ac beatissimus Cyprianus martyr dicens [14]: *Qui peccantem verbis adulantibus palpat, peccandi fomitem subministrat, nec reprimit* [15] *delicta illius, sed fovet et iterum. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, et absconditum in profundis recessibus* [16] *virus dum servat, exaggerat.* Unde et S. Ioannes Constantinopolitanus episcopus arguit, dicens: *Imperitus est medicus, qui ante digestam putredinem superinducit vulneri cicatricem.* Et ideo diligentius perpendite, si aut potest, aut debet fieri, ut tantorum ac talium [17], quos supra memoravimus, sacerdotum canones contemnentes, aliter quam illi [18] statuerunt, servare vel agere praesumamus. Praecipue cum si illorum trecentorum decem et octo episcoporum, qui per omnes Ecclesias concilia fieri praecepe-

Siquidem periculosa est erga ipsos misericordia.

Veterum statuta spernentes redarguit.

1 « *Quod si etiam eos durissima poenitentia per plures annos agere viderint* ». Mans., et Baron. ad orat. context. perperam. Baron. vero ad marg. corrigit *durissimam poenitentiam*. Cit. cod. leg. *durissimam poenitentiam per plures annos agere videmus*.

2 « *Sic idipsum et saluti eorum consulere, et canonum debemus* »..... Mans. cum Baron., qui recte, ut videt., ad marg. notat *sic secundum idipsum*.

3 Baron. ad rem perperam, ut videtur, *nec compunctio humilitatis*.

4 Ps. VI, 7.

5 Ps. CI, 10.

6 Perperam ad orat. context. cit. cod. « *Nec eos si ieiuniis vel lectione vacare videamus, non possumus cognoscere, si ad honorem*.

7 Mans. *redirent*.

8 Baron. cum cit. cod. *indulsisse videantur*. Mans. forte aptius ad context. *vident*.

9 « *Ipsi* ». Labb. ad marg.

10 « *Indulsimus* ». Cit. cod.

11 Mans. ad locut. minus bene *nec recordantes*.

12 Id. *per unum peccantem*.

13 Iuxt. Num. XVI, 22, « *Fortissime Deus spirituum universae carnis, num, uno peccante, contra omnes ira tua desaeviet?*

14 « Lib. *De lapsis* » Labb. ad marg.

15 Mans. forte mend. typograph. *perimit delicta*.

16 Id. *secessibus*.

17 Sic Mans., et al. editi, qui legunt *aut tantorum, aut talium* e cod. Corb. et Pith. optime corriguntur.

18 Mans. perperam ad locut. context. *aliter quod illa;* Baron. cum cit. cod. recte *aliter quod isti*.

runt, tam sancta decreta negligimus[1], non illos solos despiciemus, sed sicut supra iam dictum est[2], et Africanos pontifices et omnes reliquos, qui, ipsis ordinantibus, per totum mundum pro ecclesiastica disciplina[3] aliquid statuerunt, cum peccato animae nostrae contemnemus. Ego me in hoc periculo mittere omnino non audeo[4]; quia nec talia sunt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere praesumam; nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Christi contra tantos ac tam sanctos[5] sacerdotes, qui canones statuerunt, causas dicere possim. Videat unusquisque, qui aliter sentire vel observare disponit, qualiter possit in die iudicii reddere rationem. Ego, in quantum Deus[6] vires dare dignatur, studere volo eorum praeceptionibus obedire[7]; quia cum illis[8] non rixam, sed pacem, et qualemcumque partem habere desidero[9]. Et hoc diligenter attendendum est, quod si, secundum quod suprascriptum est[10], illi clerici, qui ad uxores proprias redeunt, ad integrum[11] ab officio suspenduntur; et si etiam[12] bigami, aut internuptiarum mariti, qui utique rem licitam faciunt, clerici tamen ordinari non possunt, aut si ordinati fuerint, deiiciuntur; de quibus et Faustus[13] episcopus sanctus in epistola sua dixit: *Perdit gratiam consecrati, qui adhuc officium vult exercere mariti.* Quum haec ita sint, qua conscientia quisquam dicere poterit, quod ille, qui adulterium commiserit, iterum ad honorem redire possit[14]? Hoc loco aliquis fuerit, qui dicat: Ergo negas misericordiam Dei, qui dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat*[15]? Et illud: *Numquid qui cadit non adiiciet ut resurgat*[16]? Et illud: *Peccator in quacumque die conversus fuerit, omnes iniquitates illius oblivioni tradentur*[17]? Ad haec libera voce respondere et possumus et debemus: Absit a nobis, ut de istis sententiis videamur vel leviter dubitare. Definitissime enim credimus, quod qui usque[18] ad finem vitae suae poenitentiam egerit, non solum indulgentiam accipiat,

Bigami, aut mariti cum uxoribus viventes non ordinandi: si ordinati, reiiciendi.

Multo minus clericus adulter honori reddendus.

1 Mans. *neglexinus*, et mox *despicimus*; cod. n. *neglexerimus*. Recte n. lectio.

2 Mans. *sed et sicut supra dictum est.*

3 Mans. perperam ad locut. context. *per ecclesiasticam disciplinam*, et mox *contemnimus.*

4 Mans. *immittere* non *audeo.*

5 In cit. cod. 1343 deest *sanctos*. Mans. ad locut. perperam *contra tantos, ac tales sanctos sacerdotes.*

6 Cit. cod. recte interiicit *mihi.*

7 Id. *studere volo eorum praeceptionibus, et obedire.* Mans. *et obaudire.*

8 Sic et n. cod.; Mans. l. *cum talibus.*

9 Recte Maus. *non rixas, sed pacem ex qualicumque parte habere desidero.*

10 Id. *scriptum est.*

11 Id. *ab integro.* Cit. cod. nobiscum legit.

12 Cod. n. *et si etiam bigami, et trium nuptiarum mariti, qui utique .....* Baron. ad marg. *et interventu nuptiarum mariti.* Sane ad sensum perperam. Hunc autem facile restitues, si paragraphum 5 recolens epistolae I S. Leonis *De Ordinat.* pag. 41, col. 1, vol. I huius oper. ita legas: *Et hoc diligenter attendendum quod, secundum quod scriptum est, illi clerici ..... ab officio suspenduntur; et etiam bigami, aut internuptarum mariti, licet ....., clerici tamen ordinari non possunt ..... Quum haec ita sint, qua conscientia .....*

13 Cit. cod. *Faustinus.*

14 Mans. *venire poterit.*

15 Ezech. XXX, 11, ubi Vulg. legit.: « *Nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat* ».

16 Ierem. VIII, 4, ubi Vulg. ait: « *Numquid, qui cadit, non resurget?*

17 Ezech. XXXIII, 12 iuxta Vulg. « *et impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua* ».

18 Sic et n. cod.; Mans. ad context. minus recte *quisque*, et mox *indulgentiam accipiet..... ad praemia aeterna perveniet.*

sed etiam ad praemia aeterna perveniat. Propter regulam tamen ecclesiasticam, et propter antiquorum Patrum statuta, quae absit a nobis aut reprehendere, aut discutere audeamus, cum, quem [1] credimus ad vitam aeternam post actam poenitentiam [2] venire, ad honorem clericatus secundum tantorum Patrum praecepta novimus non debere reverti, in tantum, ut in canonibus scriptum sit [3]; ne ullus unquam [4] poenitens clericus ordinetur. Et si ille [5], qui ultro petit poenitentiam, quamvis perfecte agat [6], non potest aut episcopus, aut presbyter ordinari, ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit, et postea convincitur poenitentiam accepisse, deiiciatur [7]; ille, qui invitus ad poenitentiam agendam in monasterium mittitur, et utique, qui aliud quam poenitens dicendus est, qua conscientia ad sacerdotium redire permittitur? Nemo mihi alia quaelibet contra auctoritatem Sedis Apostolicae, aut contra trecentorum decem et octo episcoporum praecepta, vel reliquorum canonum statuta obiiciat; quia quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum Sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Valde enim metuo et contremisco illam damnationem, quam Heli sacerdos [8] propter stultam indulgentiam accipere meruit. Qui pro eo quod filios suos negligenter castigavit, ut eos nec caedere, nec excommunicare voluerit, ipsi filii una die occisi sunt, et xxx millia de populo interfecti sunt, et arca testamenti capta est, et ipse retro cadens fractis cervicibus mortuus est, et nomen ipsius de libro vitae deletum, etc. [9]. Contra Phinees, qui pro eo, quod zelo Dei commotus, duos adulteros pariter interfecit, totum populum de Dei iracundia liberavit [10]. Nec hoc ideo dico, ut sicut ille fecit, etiam nunc per mortem corporum sacerdotes Domini debeant vindicare; sed quia melius est, unusquisque [11] parvo tempore, donec vivit in hoc mundo, verecundiam vel confusionem sustineat, quam postea ad supplicia aeterna perveniat. Et multum [12] ei utilius est, propter aliorum exemplum quamdiu vivit, remotus ab honore poenitentiam agat, et remedium sibi in die [13] necessitatis adquirat. Quicumque parvitati meae in hac causa voluerit onerosus existere, aliud responsum [14] dare non delibero, nisi quod supradicti canones continere videntur [15]. Hoc ideo dico, quia dum cito crimina capitalia committentibus indulgemus, plurimi, qui nec Deum metuunt, nec sensus disciplinae ecclesiasticae expavescunt, sine ullo pudore ac reverentia, per indignas familiaritates extranearum mulierum et seipsos decipiunt, et famam christianae religionis blasphemari etiam ab extraneae religionis hominibus faciunt. Et ideo iustum

Et qui invitus ad poenitentiam adstringitur.

Episcopis PP. decreta relaxantibus Dei vindicta pertimescenda.

Quae per poenitentiam est evitanda.

Clericorum incontinentiam detestatur.

1 Sic e cod. Corb., et Pith. Mansi emendatur, qui hanc period. implicatam praebet.

2 Mans. ad locut. context. perperam *post beatam poenitentiam*.

3 Id. perperam ad locut. *scriptum est*.

4 Gratian. dist. 50, c. 29.

5 Id. ib. c. 55.

6 Mans. *quamvis eam perfecte agit*. Ad locut. aptius videtur *agat*.

7 Cod. cit. 1343 inepte ad orat. context. *deiicitur; quanto magis ille*.

8 Perperam Mansi *ille sacerdos*.

9 I Reg. IV, 10 ad 19.

10 Num. xxv, 7, 8.

11 Cod. II. ad locut. apte *ut unusquisque*, cui accedit Baron. ad marg.

12 Baron. ibid. ad locut. quidem recte *multo*.

13 Id. contra mss. auctorit. *in diem*.

14 Cit. cod. recte quidem interiicit *ei*.

15 Id. ad locut. perperam *continentur*. « Hucusque cod. Corbeiensis, et Pith. ambo; caetera ex unico sunt Rhemensi ». Labb. ad marg.

est, ut dum eis secundum omnium canonum statuta redeundi ad honorem aditus clauditur, tandem aliquando tam gravi malo finis congruus imponatur.

In hos misericordia nunquam adhibenda.

Quia quando, diabolo persuadente, aliqui clericorum in aliquod peccatum, et praecipue in adulterium lapsi fuerint, quam expedit de animabus statuta canonum cogitant[1], per falsam pietatem ita totis viribus elaborant, ut aut nec mittantur in monasteriis. Si autem, certe post non longum tempus importunitate nimia, et disciplinae ecclesiasticae inimica, extorquere conantur, ut redeant ad honorem.

Horum canonum utilitas.

Qui chartulam istam cum suprascriptis titulis canonum non fuerit aspernatus, nec eam pro rusticitate sermonis despexerit, contra inimicos ecclesiasticae regulae multum eum poterit adiuvare, ut libera fronte dicat, sicut iam suprascriptum est, se contra tam sanctas antiquorum Patrum constitutiones venire nullatenus posse. Ego haec cum omni humilitate suggerens absolvo apud Deum conscientiam meam. Quicumque autem aut importunitate, aut adulatione, aut falsis blandimentis inclinatus fuerit, ut censuram ecclesiasticae disciplinae non teneat, videat qualiter se ante tribunal Christi expediat, ubi contra eum omnes, qui canones statuerunt, causas sunt sine ulla dubitatione dicturi. In quorum dominorum meorum sacerdotum manibus[2] chartula ista pervenerit, si eam aliis sacerdotibns non solum ad legendum offerre, sed etiam ingerere transcribendam noluerint, timeant ne inde reddant in die iudicii rationem.

Proinde non contemnendi.

Nec illud credimus omittendum, ut iis, qui pro scelere suo a praesidibus, seu a rectoribus populi fuerint interempti et sepulturam in coemeterio christianorum habere, et offerentium pro ipsis oblationes iuxta statuta canonum indicamus licentiam non negari.

Capite damnatis ecclesiastica sepultura, et divina sacrificia non neganda.

Violatores vero sepulchri licet augustorum principum capitaliter damnet sententia; tamen si qui in hoc facinore fuerint reperti superstites, ab ecclesiastica communione priventur; quia nefas est, ut eis christianorum non obseretur consortium, qui temeritatis ausu humatorum cineres reddere praesumpserunt inquietos.

Si forte sepulchri violatores extiterint.

1 Locus hic in mss. valde corruptus ita videtur emendandus: *Quia quando aliqui clericorum ...... lapsi fuerint, quam expedit de animabus iuxta statuta canonum cogitant, et per falsam pietatem ita totis viribus elaborant, ut aut nec in monasteria mittantur; aut si illuc missi fuerint, certe post non longum tempus....*

2 Corrig. *manus* iuxt. syntax.

S. HORMISDAE[1]

EPISTOLARUM FRAGMENTA.

An. C. 521

I.

Nuptias occulte celebrare fas nemini edicit.

Nuptiae publice celebrandae.

Nullus fidelis, cuiuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote, publice nubat in Domino.

An. C. 521

II[2].

Eusebio episcopo rescribens significat matrimonium filii adulti sine ipsius voluntate a patre contractum esse irritum; illud autem validum, si pater pro filio minorenni contraxerit.

Filii adulti matrimonium a patre sine eius

Tua sanctitas requisivit a nobis, frater venerande, de filio adulto, quem pater

1 Hormisdae epistolarum fragmenta referentes illa iure omittimus, quae licet ab aliis collectoribus edita, in supp. epp. inserta continentur.

Primum autem desumpsimus e Grat. c. XXX, q. 5, can. 2, quem Berard. in op., cui titulus *Gratiani codicis* etc., tom. I, p. 2, cap. XLIX, asserit Hormisdae falso tributum, quum Burchardus illum excerpserit vel ex capitularibus Francorum, vel potius a capitulis Herardi Turonensis, ut censet Richter.

2 E Grat. c. XXXI, q. 2, c. 2. Porro huiusmodi decretum, a Gratiano Hormisdae, et in Gregor. IX *Decretalibus* Honorio tribuitur, qui sane, inquit Berard. l. c. intelligendus esset eo nomine secundus, quum auctor primae Decretalium collectionis, unde illud Gratianus excerpsit, non videatur h. Pontif. tempora attigisse. Cl. autem Wan-Espen in suo commentariolo ad Gratian. hunc canon. plane apocriphum existimat, cui consentit ipse Berard., qui eum tum e stylo, tum e decreti sententia redarguit. Nam prorsus inverisimile arbitratur, Pontif. maximum, de impuberum matrimonio ita decrevisse, asserens certam hanc disciplinam in Eccles. nusquam fuisse receptam. Et re quidem vera postrema h. canon. sententia, qua legis obligatio absolute imponitur, in cit. Greg. IX Decret. omnino deest, ipsique commentatores, qui eam non respuunt, ita interpretantur, quasi honestum dumtaxat filiis haberetur sequi paternam voluntatem, non necessarium; quae tamen interpretatio cum illis can. verbis aperte repugnat. Neve cuipiam difficul-

voluntate contractum plane irritum. matrimonium contrahere vult, si sine voluntate filii adulti facere potest: ad quod dicimus: si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse. Potest autem de filio nondum adulto, voluntas cuius nondum discerni potest, pater eum, cui vult, in matrimonium tradere, et postquam filius pervenerit ad perfectam aetatem omnino observare et adimplere debet. Hoc[1] ab omnibus orthodoxae fidei cultoribus, sancitum a nobis tenendum mandamus.

Filii minorennis non item

III[2].

Nulli presbytero, nisi quod altare ab episcopo fuerit permissum, erigendum gravissimis poenis indicit.

Nisi episcopo permittente, nullum altare erigendum.

Nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo loci fuerit sanctificatum vel permissum[3], ut sit discretio inter sacrum, et non sacrum; nec dedicationem fingat, nisi sit. Quod si fecerit degradetur, si clericus est; si vero laicus, anathematizetur.

Contra leg facientibus quae poena.

tatam facessere debet, quod Benedictus XIV Const. LIV *Probe* tom. III *Bullar*. pag. 421 col. 1 edit. Rom. affirmet hanc disciplin. in Eccl. antiquitus extitisse; vir enim apprime venerandus innititur cit. Hormisd. decreto, de quo oritur quaestio. Falsum autem est, a Bonifac. VIII hanc legem abrogari, ut nonnulli autumant, siquidam Pontif. summus cap. unic. *De Desponsat. impub.* statuit, *sponsalia huiusmodi, quae ab initio nulla erant, per lapsum temporis non convalescere.* Iam vero quomodo haec *ab initio nulla* appellara potuissat, si per legem, vel consuetudinam in Eccl. racaptam fuissent sancita? Satius itaque retinendum, parentes, qui impuberes monasteriis vel invitos addicere poterant, contra utriusque iuris regulas persuasum habuisse, sibi etiam licere, eosdem quamvis repugnantes coniugio sociare, unde apocryphi decreti fortassis origo.

1 Lege potius *Hoc omnibus* .....

2 Ex Migne *Patrolog.*, tom. LXIII, col. 526.

3 « In Burchard. mss. » sic legitur: *quod ab episcopo loci, vel eius permissu sanctificatum est* ». Mans. Ad orationis contextum melius nobis videtur.

S. IOANNES I.

EPISTOLA I[1].

An. C. 523

Zachariae archiepiscopo rescribens significat, episcopos, ni e fide desciverint, a dioecesanis non accusandos; eos vero, qui suis bonis fuerint expoliati, ad quamcumque synodum citari non posse, nisi prius cuncta eorum potestati restituantur; idque Zachariae vehementer commendat.

Ioannes urbis Romae episcopus, Zachariae archiepiscopo salutem.

Zachariae votis obsequitur.

Exigit dilectio tua[3], frater carissime, praeceptum Apostolicae Sedis, in quo Patrum decreta consentiunt, quod nec tibi, nec ulli recte viventium et credentium sacerdotum negare fas esse credimus. Et licet tibi pro merito[4] et honore sacerdotii, quo plurimum polles, vivendi et docendi ecclesiasticae regulae nota sint omnia[5], tamen quia Romanae Ecclesiae normam atque auctoritatem magnopere postulasti, scriptis tuis breviter respondere curavimus[6]. De occultis enim cordis alieni temere iudicare iniquum est, ut eum, cuius non videntur opera, nisi bona, peccatum est ex suspicione reprehendere. Oves ergo[7], quae pastori suo commissae fuerint, cum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, debent, et nullatenus[8] accusare possunt; quia facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam recte[9] reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia in scriptis vestris[10] reperimus, quosdam episcopos vestris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, et aliquos ex certa ratione, et idcirco quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam vero a propria Sede pulsos. Quos scias nec ad synodum comprovincialem, nec ad generalem posse convo-

An. C. 523

Cuius bona videntur opera e suspicione non reprehendendus

Episcopi nisi in pristinum restituti ad synodum non citandi

1 Ioannis, quas daturi sumus, epistolas suppositițias esse nemo non dubitat. Utraque enim ex antiqq. Pontificum, aliorumque verbis contextae, et falsam consulum notam praeferentes Mercatorem redolent, cui et haec vitia familiaria sunt, at ingenii sui sterilitatem integris Ss. Bibl. capitulis supplere in promptu est. E Cont. Const., cui adhaeret Berard. op. al. cit. tom. I, p. 2, pag. 50, et Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 743, has litt. desumpsimus.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 743.

3 Excerpta usque ad *fas esse credimus* e Zosim. PP. I ep. I, quam videre est apud Labb. op. cit. tom. III col. 399.

4 Haec ad voc. *postulasti* Innocent. PP. I ep. II referenda. Vid., si lubet, Labb. l. c. col. 7.

5 « *Notae sint per omnia* ». Labb. ad marg.; et quidem recte, licet nn. codd. 1340 et 3791 nobiscum legant.

6 Labb. ibid. *non denegavimus* Cont. Const. cum n. cod. 3791 *non dedignavimus*. Forte melius.

7 Hinc ad verba *ulcisci se velint* refertur V synodus rom. sub Symmacho, uti patet apud Labb. edit. Paris. ann. 1671 tom. IV, col. 1365.

8 Cont. Const. rectius quidem ad locut. *nec ullatenus;* itemque nn. codd. 1340 at 3791.

9 « *Recte* ». Caraf. cum nn. codd. apte, ut videt. ad contextum.

10 Labb. ad marg. *in scripturis vestris* contr. nn. codd. auctoritatem.

cari, nec in aliquo [1] diiudicari, antequam cuncta, quae eis ablata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur. Prius ergo oportet omnia illis legibus redintegrari, et ecclesias, quae eis sublatae sunt [2], cum omni privilegio suo restitui, et postmodum non sub angusti temporis spatio [3], sed tantum temporis spatium [4] eis indulgeatur, quantum expoliati vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum convocentur, et ab omnibus quisque suae provinciae episcopis audiatur [5].

Nullus enim ante litis contestationem iudicandus.

Nam nec convocari ad causam, nec diiudicari potest expoliatus vel expulsus; quia non est privilegium, qno expoliari possit iam nudatus. Unde et antiquitus [6] decretum est: Omnes possessiones, et omnia sibi sublata, atque fructus cunctos ante litem contestatam [7] perceptor [8] vel primas possessori restituat. Et alibi scriptum habetur: Ille, qui violentiam pertulit, universa in statu, quo fuerant, recipiat, et quae possidet [9], securus teneat. Et alibi in synodalibus Patrum decretis, et regum edictis legitur statutum: Redintegranda sunt omnia [10] expoliatis vel eiectis episcopis praesentialiter ordinatione Pontificum, et in eorum, unde abscesserunt, potestatem [11] funditus revocanda [12], quacumque conditione temporis, aut dolo, aut captivitate, aut virtute maiorum [13], aut per quascumque ininstas causas, res Ecclesiae vel proprias, aut substantias suas perdidisse noscuntur ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem [14] eorum: *et reliqua*. Est etiam [15] in antiquis Ecclesiae statutis decretum, ut, qui aliena invadit, non exeat impunitus, sed cum multiplicatione omnia restituat. Unde et in Evangelio scriptum est: *Quod si aliquid defraudavi, reddo quadruplum* [16]. Et in legibus saeculi cautum habetur: Qui rem subripit alienam [17], illi, cuius res direpta est, in undecuplum, quae sublata sunt, restituat. Et in lege divina legitur: *Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus, amen* [18].

Quin imo erepta cum multiplicatione forent restituenda.

AA. statuta sine transgressoris periculo violari nequeunt.

Talia ergo non praesumantur absque ultione, nec exerceantur absque sua damnatione. Tu vero, frater carissime, haec vide ne transgrediaris, et reliquos episcopos tam tuae curae commissos, quam et alios firmiter tenere doceto, quia transgredi apostolica statuta absque transgressoris gradus periculo nullatenus possunt.

Quibusnam accusatoribus non credendum.

Inimicis vero accusatoribus, vel de inimici dono prodeuntibus, seu, qui cum inimicis morantur, non credatur; ne irati [19] nocere cupiant, ne laesi se velint

1 Cit. codd. f. ex vitio amanuens. *nec aliquo;* Caraf. ad orat. context. minus apte *nec aliquid.*

2 Perperam ad locut. cit. codd. *quae sibi sublatae sunt.*

3 Labb. ad marg. *sub angusto temporis spatio.*

4 Hinc Grat. eruit can. 1, c. III, q. 2, licet verba aliquantulum discrepent.

5 Berard. legit *audiantur* f. mend. typograph.

6 Caus. II, q. 2, can. 1.

7 Labb. ad marg. *constitutam.* Ad rem concinnius videt. n. lectio.

8 Cont. Coust. « *praeceptos.* Grat. *perceptos.* Labb. ad marg. ». Vell. exemplar. *perceptor vel primus possessori restituat.* Fort. haec lectio praeferenda est, ni legere mavis *omnes possessiones .... perceptor prius possessori restituat.*

9 « *Possedit* » Labb. ad marg. Ad context. aptius videtur.

10 Caus. III, q. 1, can. 3.

11 « *Dominium* » Labb. ad marg.

12 Ita et nn. codd.; Grat. ib. perperam ad orat. context. *in eo loco, unde abscesserunt, funditus revocanda.*

13 « *Violentia maiorum* ». Grat. ibid. Certa melius.

14 Labb. ad marg. *convocationem*; sane rectius.

15 Caus. XII, q. 2, can. 7.

16 Luc. XIX, 8, ubi Vulg. legit. *et si quid aliquem defraudavi.*

17 Ib. p. III, c. 149.

18 Deuter. XXVII, 17 iuxta Vulg. « *Maledictus, qui transfert* ».

19 Mansi perperam ad orat. contextum *nec irati .... nec laesi*

ulcisci. Ili quoque reiiciendi sunt, non approbandi. Haec, carissime, tene, et prohibita semper cave. Illud adimplere stude, quod bene ad Iesum Filium Sirach dictum est: *Usque ad mortem certa pro veritate, et semper Dominus Deus tuus pugnabit pro te* [1]. Huius ergo rei gratia vobis et nobis sancta commissa est Ecclesia, ut pro omnibus laboribus [2] et cunctis opem ferre non negligamus: quoniam *dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possidet* [3]. Ideoque tanta urgente necessitate, summopere vestra apostolicaque auctoritate et reliquos episcopos oportet reprimere infestos, relevare oppressos, ut absque gravi, Domino auxiliante, difficultate, ipsi gratanter omni tempore sacrificare mereamur illaesi [4]. Ad vos quoque me reverti cogit propositi operis amica conditio, qui melioribus hactenus operam volui navare sermonibus [5], dum talem rationem exigit toxicata necessitas. Mandati coelestis habitatio nos aut miscet, aut separat. Nec interest, quae intervalla nos segregent, si una in supernae mansionis [6] clave retinentur. Nec vobis tales nocere valebunt, si invicem adiutorium ferre non distuleritis. Inauditum autem genus sacrilegii est, quod mentitae religionis honorem [7] praefixi aemuli colorant. Dehonestat enim [8] venerandi reverentiam nominis, qui adiutorem se in his, quae in Deum iactat commissa, pollicetur. Contumeliae genus est, quasi in solatio adesse sublimi [9], iuxta Apostolum: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum* [10]. Quid auribus imperitis illudunt, et graviorem vindictae speciem faciunt esse, quam culpae? Si odium habent excessibus, emendent. Cur ergo liberius condemnant scelera, quam vitant [11]? Sui profecto impugnator est omnis, qui Patres insequitur, aut detrahere non formidat. Nihil est enim, in quo inimicorum tela, Domino opem ferente, superare non valeatis, si iuxta veritatis vocem, talem, qualem Dominus praecepit, *habueritis dilectionem ad invicem* [12].

Urget, ut episcopis cuncta per integrum reddantur.

Ambitionem suam religionis fuco colorare sacrilegium est.

Inimicorum tela facile retundunt qui fraterna charitate iunguntur.

Data xv kalendas Novembris, Maximo et Olybrio viris clarissimis consulibus [13].

Dat. die 18 Octobr.

EPISTOLA II [14].

Italiae antistitum pietate commendata, eos vehementissime hortatur, ut Theodorici minas contemnentes Arianorum perfidiae toto pectore obsistant, eorum-

1 Eccli. IV, 33, ubi Vulg. habet *Usque ad mortem certa pro iustitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

2 Labb. ad marg. cum n. cod. 1340 *ut pro omnibus laboremus.* Recte quidem.

3 Luc. XI, 21 iuxta Vulg. *Quum fortis .... in pace sunt ea, quae possidet.*

4 Ita et nn. cod.; at Cont. Const., et Labb. ad marg. legg. apte ad context. *mereantur illaesi.*

5 Labb. ibid. cum cit. cod. 1340, *qui melioribus hactenus opera volui narrare sermonibus.*

6 « *In superna mansione* ». Labb. ibid. cum Cont. Const. Verum cod. 1340 nostrae lectioni adhaeret.

7 Sic et cit. cod. Al. ad locut. apte *religionis honore.*

8 Codd. nn. perperam omitt. *enim.*

9 « *Sublimis* ». Labb. ad marg. contra nn. codd. auctorit.

10 Rom. XIV, 4.

11 « *Quam vitent?* » Cod. n. 3791 forte ad locut. aptius.

12 Ioann. XIII, 35.

13 Haec consularis nota falsa deprehenditur, quum Maximus, et Olybrius numquam simul consulatum gesserint, sed ille an. 523, iste an. 526, ut Labb. notat. Sev. Binius ep. referendam putat ad consulat. Maximi, qui nullum colleg. habuit, scil. ad ann. Christi 523. Verum apocriphae ep. etiam nota chronologica arbitrario appingi potuit. Jaffè ann. in incerto relinquit, non vero diem suprascriptum.

14 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col, 745.

que Ecclesias catholico cultui sacrare velint.

Ioannes Episcopus omnibus[1] per provincias Italiae constitutis Episcopis in Domino salutem.

Episcoporum de religione sollicitudo.

Saepissime multo iam[2] experimento didici, sanctum pietatis vestrae studium circa religionem christianam gloriosis crescere et dilatari augmentis, et fides recta, quae non solum me, sed omnes Domini sacerdotes consolatur et roborat, vestris in mentibus et operibus per sacerdotale agnoscitur opus et dilatatur.

Arianae haeresi viriliter obsistendum.

Quapropter, fratres, hortor vos et moneo contra Arianam perfidiam, quae olim non semel, sed saepe damnata est, et modo in quibusdam reviviscit, armari gladio Spiritus Sancti, ut eam ita[3], adminiculante divina gratia, opprimere et extirpare valeamus, ut nec radix eius in posterum inveniatur. Ecclesias[4] vero Arianorum ubicumque inveneritis, catholicas eas divinis precibus et operibus absque ulla mora consecrate; quia[5] et nos, quando fuimus Constantinopoli tam pro religione catholica, quam et[6] pro regis Theodorici causa et negotiis[7], suadente atque hortante Arianosque extirpante piissimo atque christianissimo Iustino orthodoxo imperatore, quascumque illis in partibus eorum[8] Ecclesias reperire potuimus, catholicas eas, Domino opem ferente, consecravimus[9]. Et quamquam praedictus Teodoricus rex, eorum peste tactus intrinsecus et obvolutus extrinsecus, nos et omnem regionem nostram[10] perdere, et gladio et igne consumere minetur, nolite tamen propterea deficere, sed viriliter in agro dominico elaborare studete, et iuxta veritatis vocem: *nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest et[11] animam et corpus mittere in gehennam[12]*. Et egregius gentium Apostolus inquit: « Non enim nosmetipsos

Arianorum Ecclesiae cathol. cultui consecrandae.

Ob Theodorici minas non deficiendum.

1 « *Omnibus* » deest in cod. 1340.

2 Ita et cit. cod.; Baronius vero omitt. *iam*. Ad hoc autem vid. initium Leon. ep. xc, pag. 135, col. 1 h. vol.

3 Cod. 1340 perper. omitt. *ita*.

4 Distinct. I *De Consecrat.* can. 21. Iv., p. III, c. 37.

5 « *Quas* ». Grat. l. c. perperam, ut videtur, ad orat. contextum.

6 Id. et Baron omittunt *et*.

7 Grat. et Caraf. ad locut. perperam *causa negotii*; cod. autem 1340 voc. *negotiis* apte, ut opinor, omittit.

8 Gregor. Turonensis eadem ferme habet c. 40 *De gloria martyrum*, cuius testimonio nititur Baronius ad huius ep. genuitatem fulciendam, quem tamen Berard. refellit loc. sup. cit.

9 Hisce verbis plane refutaretur Anastasius Bibliothec., qui tom. III *De Vit. Rom. Pontif.* pag. 244 edit. Rom. ann. 1728 Theodorici regis mandata a Ioanne accepta significans asserere non dubitat, hunc a Iustino imperatore obtinuisse, ut Arianis sua templa redderentur. In qua sane narratione Anastasius ipse sibi non cohaeret affirmans, quod « *revertens Ioannes venerabilis PP., et senatores cum gloria, dum omnia obtinuissent a Iustino Augusto, Rex Theodoricus haereticus eum grandi dolo et odio suscepit eosdem PP. Ioannem, et senatores, quos etiam voluit interfici....* » Potius itaque dicendum cum Farlati *Illyr. Sacr.* tom. II, pag. 157, edit. Venet. 1753: Tantum abfuisse, Ioannes esset imperatori Iustino auctor moris gerendi Theodarici minis, ut illi potius persuaserit, ne quid de suscepta in Arianos severitate remitteret; et ipse Pontifex Constantinopoli quum degeret, aliquot templa Arianis erepta cathol. ritu consacrarit.

10 Labb. ad marg. ad rem perperam *vestrum*. Vatt. codd. lectioni n. conveniunt.

11 Baron. cum n. cod. 3791 perp. omitt. *et*.

12 Math. x, 28, ubi Vulg. ait: *timete eum, qui potest ..... perdere in gehennam*. Mox qui prolixi referuntur, Scripturae textus comuni charactere imprimendos duximus, ne oculi exili littera nimis fatigentur.

praedicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Iesum: quoniam Deus qui dixit de tenebris lumen [1] splendescere, ipse [2] illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiae claritatis Dei in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas sit virtutis Dei [3], et non ex vobis [4]. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: persecutionem patimur, et [5] non derelinquimur: deiicimur, et [6] non perimus: semper mortificationem Iesu Christi [7] in corpore nostro circumferentes, ut et vita Iesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Iesum, ut et vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habentes autem eumdem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum, et nos credimus, propter quod et loquimur: scientes quoniam qui suscitavit Iesum, et nos cum Iesu suscitabit, et constituet vobiscum [8]. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans per multas gratiarum actiones [9] abundet in gloriam Dei. Propter quod non defecimus [10]: sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem. Id enim, quod in praesenti est momentaneum et leve tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur [11]. Quae videntur enim, temporalia sunt: quae autem non videntur, aeterna sunt. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod ex Deo [12] aedificationem habemus, domum non manufactam, aeternam in coelis. Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quae de coelo est, superindui cupientes, si tamen vestiti, et non nudi inveniamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus [13] gravati, eo quod nolumus spoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur, quod mortale est, a vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes igitur semper, et scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino (per fidem enim ambulamus, et non per speciem). Audemus autem, et bonam voluntatem habemus, magis peregrinari a corpore, et praesentes esse ad Deum [14]: et ideó contendimus, sive absentes, sive praesentes placere ei. Omnes enim nos manifestari oportet ante Tri-

Christi vita in carne nostra manifestanda.

Aeterna prae oculis habenda.

1 Cont. Const. et n. cod. 3791 *lucem* iuxta textum Vulgatae.

2 Cod. 1340 omittit *ipse;* al. 3791 leg. *qui illuxit;* ambo contra Vulgat. textum.

3 Male cod. 1340, *ut sublimitas virtutis sit Dei.*

4 Cont. Const. et cit. cod. 3791 rect. corrig. *ex nobis.*

5 Bene quidem Caraf. cum cod. 3791 iuxta Vulg. text. *sed non derelinquimur.*

6 Labb. ad marg. *sed non.* Sane recte iuxta Vulg. textum.

7 Codd. cit. sequens Vulg. text. omitt. *Christi.*

8 Cod. n. 1340 contra text. Vulg. *nobiscum.*

9 Labb. ibid. iuxta Vulg. textum, recte corrig. *per multos in gratiarum actione.*

10 Caraf. cum cit. cod. 3791 iuxta Vulgat. text. *deficimus.*

11 Cod. cit. 1340 *operatur in nobis non contemplantibus, quae videntur, sed quae non videntur. Quae videntur enim* ..... Cod. 3791 nobiscum legit iuxt. Vulg. textum, ubi tamen habetur. *Quae enim videntur.*

12 Verba *ex Deo* in Vulg. leguntur post. voc. *habemus.*

13 Cit. cod. 1340 *ingemiscimus et gravati* contra Vulgat. textum.

14 Vulg. leg. *ad Dominum*, et mox *placere illi.*

Ante tribunal Christi quandoque standum.

bunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus. Spero autem et conscientiis [1] vestris manifestos nos esse. Non iterum nos commendamus vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, et non in corde. Sive enim mente excidimus, Deo; sive sobrii sumus, vobis. Charitas enim Christi urget nos: aestimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt [2], et pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, iam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. Itaque nos ex hoc neminem iam [3] novimus secundum carnem: et si agnovimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non novimus. Si qua ergo in Christo nova creatura; vetera transierunt, ecce facta sunt omnia [4] nova. Omnia autem ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum, et dedit nobis ministerium reconciliationis: quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo: Reconciliamini Deo. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Adiuvantes autem exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim: Tempore accepto exaudivi te, et in die salutis adiuvi te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu Sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei per arma iustitiae a dextris et a sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam: ut seductores, et veraces, sicut qui ignoti, et cogniti: quasi morientes, et ecce vivimus: ut castigati, et non mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, et omnia possidentes [5]. De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, pacem habete, ut Deus pacis et dilectionis sit semper vobiscum [6]». Amen.

Non sibi vivendum, sed Christo.

In vacuum Dei gratia non recipienda.

Data III Idus Iunii, Maximo [7] et Olybrio viris clarissimis consulibus.

Dat. die 11 Iunii.

1 Caraf. cum Vulgat., et cod. 1340 *et in conscientiis*.

2 Cod. 1340, Vulgat. refragant., leg. «*ergo omnes mortui sunt, ut et qui vivunt iam non sibi vivant*».

3 *Iam* rect. expung. Cont. Const. Vulg. adhaerens cum cod. 3791.

4 Ita leg. Vulgat. Cont. Const. autem, et cill codd. omitt. *omnia*.

5 II Corinth. IV, 5 ad 18, V, et VI 1 ad 10.

6 Ibi. XIII, 11, ubi legitur ..... *idem sapite, pacem habete*; et *Deus pacis et dilectionis erit vobiscum*.

7 Porro mendosa haec est temporis adnotatio. Mense enim Iunio ann. 523, quo Maximus consul fuit, nondum Ioannes Pontificatum fuerat adeptus; Iunio vero ann. 526, quo consulatum gessit Olybrius, ille iam decesserat. Pith. ad Grat. distinct. I *De Consecrat.* can. 21 notat «*ann. 526. Ravenn. in Ital.*».

S. FELIX IV[1].

An. C. 528

EPISTOLA I.

Innuens quid sibi de laicorum ordinatione constet, memorat nemini post consecrationem ad saeculares mores redeundum, nullumque de facili ad sacerdotium promovendum indicit.

Dilectissimo fratri Caesario Felix [2].

De laicorum ordinatione quid sibi relatum.

Legi, quod inter fraternitatem vestram est constitutum, non licere ex laica conversatione ad officium sacerdotale ante probationem temere promoveri [3]; de qua re etiam [4] ad nos pervenit opinio, aliquos post ordinationem ad vitae saecularis mores fuisse transgressos. Et licet sit talis nefanda praesumptio, plus tamen est periculosa neglectio. Qui enim potest venienti malo resistere, et hoc dissimulans fieri permittit, ipse magis mali auctor operis approbatur. Nemo se itaque per antiquam consuetudinem speret eruere [5], quia quae illicite inchoata sunt, si damnentur in posterum, suos fructus generare non possunt. Nam quod gradibus eruditur, si sine perfectione doctrinae ad suum perveniat constitutum, errat per examinationem, quia non recipit firmitatem; nec honorem quis per timorem potest servare, qui in eius gloriam semel labore [6] pervenit. Et laus inanis cui tribuitur laedit, ad elationem nutriens magis, quam provocans ad operam verae

An. C. 528

Consuetudo illicite inchoata, si postea damnetur, evadit irrita.

1 Quatuor dumtaxat Felicis epistolas referimus, e quibus postremae duae probabilius in apocryphas reiiciendae. Cl. autem Mansi vetustissimum Lucensem codicem evolventi synopsis quaedam occurrit epistolae ad Sicul. episcopos, quam ipse huic Pontifici tribuendam existimat. Verum quum hoc documentum rerum potius indicem, quam epistolam, vel ep. fragmentum praebeat, ideoque instituti nostri edere non sit, lectorem illud legere cupientem ad Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 670 (700), edit. Florent. 1762, libentissime remittimus.

2 Nonnulli, qui Felicem II Liberio exuli ab Arianis suffectum e Romanorum Pontificum albo expunctum volunt, hunc Pontificem eo nomine tertium appellandum censent. Utrum vero iure, an iniurie facile colliges e pag. 35 col. 1 vol. I h. operis, ubi duo diversa tempora, quibus Felix II Romanam Sedem occupavit, apte distinguuntur. Primum scilicet, quum illam Liberio in exilium pulso, invasit; alterum, quum ipsius Liberii iterum exulantis consilio die 8 Aug. ann. 358 ad eam legitime assumptus est.

3 De probatis ad episcopatum promovendis actum est can. XII, synod. Rom. ad Gallos; ep. Coelest. PP. ad provinciae Viennens., et Narbon. episcopos; ep. Symmachi PP. ad Caesarii consultat. pag. 130, § 5, I vol. h. operis; et concil. Arelat. IV, quod hic forte Pontifex attendit. E Cont. Const.

4 Maurin. *Concil. Gall.* tom. I, pag. 934 edit. Paris. 1789 perperam ad context. legg. *a te ad nos;* in notis autem advertunt Reg. cod. habere *ante.*

5 Maur. « cod. leg. *exuere* ».

6 Sic edit. passim. Maurin. vero legg., mss. suffragant., *sine labore.* Sane rectius.

virtutis[1]. Vas electionis ad suum vernaculum Timotheum scribit dicens: *Nemini cito manus imposueris, nec communicaveris peccatis alienis*[2]. Quid sibi vult ne citius imponas manus? Quia dignitas, quae datur, ideo datur, ut duret immobilis. Debet enim, antequam concedatur, longa sub deliberatione tractari. Unde magister, qui elementorum ignorat initia? Unde gubernator, qui inter nautas sua servitia non monstravit? Ignorat quaenam ratio[3] magistris debetur, qui ad obedientiam sua corda non flexit, unde quemadmodum in domo Dei conversari debeat, posteris sit exemplum[4]. Sit in omnibus clericis, et in his maxime, qui sunt ad sacerdotia deligendi, apostolicae monitionis eloquium, qui ait: *Oportet et testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt*[5]. Quapropter communi consensu, sub observatione venerabilium canonum, ordinandum eligite sacerdotem, ut et de nostra simus salute solliciti, et illorum utilitatibus consulamus, qui fuerint ad hunc ordinem diligenter adsciti. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Nemo de facili ad sacerdotium promovendus.

Ideo communi consensu sacerdotes eligendi.

Data III nonas Februarias post consulatum Mavortii viri clarissimi[6].

EPISTOLA II[7].

Ecclesii episcopi Ravennatis, eiusque cleri privilegiis constitutis, exortam controversiam dirimit; nec illorum clericorum licentiam patitur, qui spectaculis adesse audent.

Felix[8] Episcopus urbis Romae.

Laudanda est decessorum nostrorum sollicitudo de pace et quiete ecclesiastica, quia pastor, qui advigilans continere debet contentiones, aut damnat, aut corrigit. Oportet in hunc ipsum tramitem nobis ambulantibus similis[9] cum eis conspici; quia quorum per Dei misericordiam locum gerimus, ipsorum sequi nos decet exempla. Ex invidia sacerdotibus Ecclesiae Ravennatis talia contigerunt, quae omnium catholicorum animos contristasse noscuntur, altercationes, seditiones, pravitates, quae omnem disciplinam ecclesiasticam disrumpere nitererentur. Ista nos iterum ..... verum Dei timorem ante oculos habentes, ut nec illicitis audaciam demus excessibus, et non abiiciamus ..... per constitutum nostrum ordinare, quod iustum est secundum Salomonem dicentem: *Non dures*[10] *transitum aquae*[11]. Ergo recensentes, capitulis a fratre nostro[12] Ecclesio, et a presbyteris, et diaco-

Ecclesiae pax Pontifici curanda.

Ravennatis Eccl. dissidia.

1 Maurin. « mss. *opera vera;* rectius forte legeretur *opera verae virtutis* »; et ita sane leg. Baronius.

2 I Timoth. v, 22, ubi Ap. ait: « *Manus cito nemini imposueris, neque* ..... ».

3 Maurin. mss. auctoritate *quae veneratio.*

4 Baron. *in exemplum.*

5 I Timoth. 7, ubi Vulg. legit.: *Oportet autem illum et testimonium* ..... »

6 Edit. ante Sirmond. post consulat. Mavortii, seu Boetii v. c. Porro haec falsa subscriptio viros doctos diu suspensos habuit, Caesarii enim episcopatus cum Boetii consulatu minimo congruebat. Nunc vero, genuina lectione e cod. Arelat. restituta, omnia suadent a Felice IV ep. hanc fuisse conscriptam die 5 Febr. ann. Christi 528. Illud potius mirum occurrit, quod scil. cl. Fleury tom. VII *Hist. Eccles.* hanc Felicis ep. ad ann. referat 488, licet in eod. vol Caesarium ann. 501 Arelatens. Eccl. episcopum creatum fatetur. E Maur. l. cit. pag. 935.

7 Ex Mansi *Concil. Collect.* tom. VIII, col. 667, Florent. edit. ann. 1762, ubi advertitur, Agnellum Ravennatensem IX saecul. scriptorem in suo Ravennat. episcop. Pontificali servasse huiusmodi constitutum a Felice PP. datum occasione dissidii cuiusdam exorti inter Ravenn. episcopum, eiusque clericos, quod Muratorius *Rerum ital.* tom. II, part. I ad vitam refert S. Ecclesii episcopi Ravennat.

8 Muratorius hic interserit *IV.*

9 Fortasse *similes* aut *simul.*

10 « *Non dares* ». Murat.; et quidem recte.

11 Eccles. XXV, 34, ubi Vulg. legit. « *Non des aquae tuae exitum* ».

12 Murat. omitt. *nostro.* Forte mendo typograph.

nibus, et clericis [1], et notariis ecclesiae Ravennatis nobis oblatis, praesentibus fratre et consacerdote nostro Ecclesio, et eius clericis inferius designatis, quod rationi vidimus convenire, censemus, eos clericatus officium debere suscipere, quorum vitam et conversationem sacrorum canonum non possit impugnare auctoritas. Clericos vero secundum sanctorum Patrum regulas volentes dumtaxat et denunciatos; quantum ad presbyteros et diaconos pertinet, statutis iubemus temporibus solemniter promoveri. De vero Ravennatum et Classicanorum ecclesia, antiqua consuetudo servetur. Clerici vero vel monachi ad indebitum obtinendum ordinem, vel locum, potentium patrocinia non requirant, per quae aut non faciendo ingratus, aut faciendo iniustus videatur episcopus. Quarta patrimonii Ravennatensis ecclesiae, hoc est tria millia solidorum, solitis erogationibus clericis omnibus, vel quibus erogari est solitum, compleatur. Si quid tamen ex pensionibus vel haereditatibus crescere, Domino nostro volente, contigerit, eodem Domino mediante, etiam quartae portioni adiiciantur [2]; sic tamen, ut brevibus ordinatis, quod singulis distribuitur latere non possit ..... secundum merita, secundum loca, quia omnia Deus secundum iustitiam et mensuram constituit..... ita ut unusquisque extra necessitatem infirmitatis aut causam idoneam altaris omnia in suo officio vigilanter observet. Redditus [3] vero praediorum sive accessiones propter rei familiaris expensas, vel exenia, quae diversis offeruntur, et convivia, quae eis exhibere, vel pro loci sui, vel merito, vel pro advenientium susceptione necesse est, episcopo constituimus debere proficere. Nullam coniurationem, nullum conventiculum, quod vel apud laicos esse non potest impunitum, in Ecclesia Dei nllus facere tentet ex clero. Nam sicut nos optamus, ne superna misericordia patiatur admitti; sic, si quis tentaverit, sentiat auctoritatem canonum et ecclesiasticam disciplinam secundum Apostolum dicentem: *Excedentes in conspectu omnium corrige, ut residui timorem habeant* [4]. Mereantur boni laudem, qui in operibus Dei vigilant, sentiant affectum proprii sacerdotis, qui per obedientiam suam videntur ornare propositum, glorientur de sui amore Pontificis, qui in suis officiis ab operibus Deo placitis cum eius obsequiis non desistunt, sicut divina loquuntur eloquia: *Dignus est operarius mercede sua* [5]. Ad patrimonium vero Ecclesiae ex eorum episcopi iudicio ..... ex clero personae electae cum solatiis, quae pro notitia deputaverit episcopus, sub idonea fideiussione mittantur, quorum fides fuerit, et industria comprobata, ut et alimonia pauperum fraudem non patiatur, et quantitas patrimonii Ecclesiae latere non possit, et unusquisque clericus sub timore Dei et proprii sacerdotis de his, quae sibi commissa fuerint, exponat fideliter rationes. Illud vero, quod omnino, ac religioso debet execrari proposito, nos nec oportebat loqui, nec verbis exponere. Pervenit ad nos, aliquos de clero spectaculo interesse, quae res ita crudelis est, ut animas catholicorum pro sui execratione conturbet, ut quos in domo Dei divina eloquia recitantes audivit, eosdem contra mandata in spectaculis aspiciat

Quinam in clericatus officium suscipiendi.

De presbyteris, et diaconis antiqua consuetudo servanda.

Quarta patrimonii Ravennat. Eccl. iuxta solitum eroganda.

Reliquae partes in episcopi profectum cedendae.

Quodvis clericorum conciliabulum severe puniendum.

Quinam ad Eccl. patrimonium administrandum eligendi.

Spectaculis adesse nulli clericorum fas.

1 « *Et clero* ». Murat.

2 « *Portioni proficiat* ». Id. Legendum vero iuxta syntax. *Si quid ..... crescere contigerit, ... etiam quartae portioni adiiciatur.*

3 « *Excerpta vero praediorum* ». Id.

4 I Timoth. IV, 20, ubi Vulg. legit.: « *Peccantes coram omnibus argue, ut et caeteri timorem habeant* ».

5 Matth. X, 10; I Timoth. V, 18.

convenire. In his disciplina confunditur, divina praecepta calcantur. Unde oportet episcopum et de hac parte sollicitudinem gerere, ut si non faciunt, non faciant in futuro, et si faciunt, iuxta disciplinam ecclesiasticam corrigantur. Si qui vero de clero praedia urbana, vel rustica ad Ecclesiam pertinentia detinet, iisdem libellis sub iusta pensionis aestimatione factis, statuimus collocanda hac ratione [1], quod in quo modis suis solent accipere, ipsi retineant; quod superest ecclesiasticis inferant compendiis profuturum. Circa praedia urbana, vel rustica caeteraque mobilia pro animae suae mercede a fidelibus nominatim diversis Basilicis derelicta vetus consuetudo servetur. Notarii vero iuxta ordinem matriculae, primicerii, secundicerii, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus suo periculo in conspectu presbyterorum et diaconorum documenta ecclesiastica sub fidelium brevium descriptione suscipiant, ut, quoties exegerit causa, fideliter proferantur, contradant, atque recipiant. Omnia tamen cum iussione et ordinatione episcopi sui eosdem iubemus efficere. Ideo enim universa describenda sunt ecclesiastica documenta, ne ullo modo aut suscepta pereant, aut tempore, quo sunt necessaria utilitatibus ecclesiasticis, exhiberi non possint. Qui tamen notarii in officio suo observantes, strenui, consequantur sine imminutione commoda sibi, vel prioribus suis antiquitus deputata. Ipsi etiam, sicut exigit ratio, et antiquitas ordinavit, libellos, et securitates totius patrimonii ecclesiastici, quorum interest, subscriptos episcopi manu, contradant. Quibus vero eum saecularis conversationis hominibus nullam necessitatem rei familiaris tolerantibus ecclesiastici iuris praedia vel urbana, vel rustica data sunt, episcopi sollicitudine [2] per eos, quibus iusserit, clericos ad dominium revocet ecclesiae, nec deinceps, praeter causam superius comprehensam, dare praesumat. Mastalo vero archidiaconus ecclesiae Ravennatis commoda eiusdem [3] loco iuxta antiquam consuetudinem deputata sine imminutione percipiat, sicut eos, qui ante eum fuerunt, claruerit consequutos. Monasteria vero virorum sive ancillarum Dei ab episcopo ordinentur, ut omnibus ratio, iustitia, pax et disciplina servetur. A nobis haec loci nostri exigit ratio non tacere [4], fratri nostro Ecclesio ea imminet custodire, quia pacem generat cum canonibus servata iustitia. De iustitia charitas procedit, per quam Deum videmus, et per cuius gratiam haec possumus praecepta servare. In nullo ergo esse convenit negligentes, sed vigilantes ad omnia, ut talentum, quod nobis est creditum, cum boni operis augmento ipsi omnium bonorum Datori reddamus. Recognovimus. Coelius.

Clericis Ecclesiae praedia detinentibus quid agendum.

De mortuorum legatis quid servandum.

Ecclesiastica documenta fideliter descripta custodienda.

Praedia ecclesiastici iuris vindicanda.

Mastalo commoda non imminuenda.

Quaevis monasteria episcopi iurisdictioni subiecta.

Haec decreta sedulo servanda.

Felix episcopus Ecclesiae catholicae urbis Romae huic constituto inter partes subscripsi.

Nomina presbyterorum, diaconorum, vel clericorum Ravennatis ecclesiae, qui Romam venerunt cum episcopo.

Patritius presbyter.
Stephanus presbyter.
Constantinus presbyter.
Servandus presbyter.
. . . . [5]
Euperatius presbyter.
Clemens diaconus.
Ursus diaconus.
Felicissimus diaconus.

1 « *Ut exinde quod modis suis* ». Murat. Sane ad locutionem rectius.
2 Sensus requirere videtur *sollicitudo*.
3 « *Eidem* » Id. Forte ad locut. context. minus recte.
4 « *Taceri* » Id.
5 « *Honorius presbyterus* » Id.

Vigilius diaconus.
Neon diaconus.
Ioannes diaconus.
Stephanus diaconus.
Gerontius subdiaconus.
Honorius subdiaconus.
Petrus subdiaconus.
Vitalis subdiaconus.
Iulianus acolytus.
Faustinus acolytus.
Romanus acolytus.
Severinus acolytus.
. . . .[1]
Petrus lector.
Marcus lector.
Asterius lector.
Petrus alter lector.
Andreas lector.
Marinus defensor.
Maioranus notarius defensor.
Hermolaus primicerius defensor.
Honorius cantor.
Tranquillus cantor.
Antonius cantor.
Melitus cantor.

Nomina presbyterorum, diaconorum, qui Romam venerant cum Victore presbytero et Mastulone diacono:

Laurentius presbyter.
Rusticus presbyter.
Victor presbyter.
Thomas presbyter.
Mastalus diaconus.
Magnus diaconus.
Paulus diaconus.
Agnellus diaconus.
Maurus subdiaconus.
Stephanus acolytus.
Vincemalus acolytus.
Thomas lector.
Laurentius lector.
Florus lector.
Reparatus lector.
Luminosus lector.
Calunnius lector.
Ysaac lector.
Laurentius horrearius.
Petrus decanus.
Stephanus decanus.
Vindemius acolytus.
Colos acolytus.
Cassianus acolytus.
Laurentius acolytus.
Stephanus acolytus.

EPISTOLA III [2].

Episcopis ab apostolicis institutis nunquam esse recedendum demonstrans, sacra nisi in Deo dicatis locis peragenda admonet; eas vero Ecclesias, de cuius dedicatione dubitatur, per antistites consecrandas praecipit.

Dilectissimis fratribus omnibus Episcopis per diversas provincias constitutis Felix Episcopus in Domino salutem.

Magno munere [3] misericordiae Dei totius Ecclesiae catholicae multiplicata sunt

1 « *Andreas acolytus* ». Murat.

2 Ex Labb. *Conciliorum collectione* tom. v, col. 793.

Isidori Mercatoris textum haud dubie in hac ep. exhiberi persuadent tum exordium e Leonis Magni, sive potius e Sixti II litteris depromptum; tum S. Gregorii verba, quibus haec ep. redundat; tum ea demum, quae ad capitularium, et vi Concil. Paris. imitationem videntur expressa. Praeterea quod hic de missis extra Eccl. non consecratas minime celebrandis decernitur, Caroli Magni sapit tempus, quo et idem princeps in capitularibus, et episcopi in conciliis id sedulo prohibere coeperunt, ne recentis temporis consuetudo, ut inquit Paris. concil. vi, contra vetustam ecclesiasticam traditionem invalesceret. E Cont. Const., cui adhaeret et Labb., qui ad marg. νοθείας vitio hanc ep. laborare animadvertit, et Berard. op. al. cit. tom. i, part. ii, pag. 479.

3 Haec usque ad verb. *in vinculo pacis* leges in ep. ii B. Sixti PP. II. apud Caraf. tom. i, part. i, pag. 111. Vid. etiam Leonis ep. LXV, pag. 93 col. 2 h. vol.

Episcopis ab apostol. institutionibus non recedendum.

gaudia, cum ecclesiarum status eo viget ordine, quo Apostolorum successores illum statuerunt. Et cum antiqui hostis astutia eum turbari agnoscimus, non modico contristamur moerore. Quam ob causam, fratres, hortamur, monemus et flagitamus, ut a tramite apostolicae institutionis nequaquam recedatis, nec a capite dissideatis, sed fidem et ordinem, quem apostoli et apostolici viri statuerunt, absque ulla haesitatione teneatis. Nam si columnae alicuius magnae domus ruerint, ipsa postea domus minime stabit. Sic et vos, qui columnae Ecclesiae estis, si labefactari coeperitis, sancta Ecclesia, quae per vos regitur, tabescit et labitur. Haec, fratres, quae dico, valde timenda sunt, et summo moderamine pensanda, atque ne fiant cavenda. Ipsa enim per se veritas ait: *Vos estis sal terrae, quod si sal evanuerit, in quo salietur* [1]? Ideo, carissimi, vos moneo, quia debitor sum vobis, et valde vos diligo. Et quando bona audio de vobis, nimis sum gravisus; et e contra quando mala, nimis conturbatus. Ego vero, quamvis [2] a vobis per longa terrarum atque maris intervalla disiunctus sim, sum tamen omnino vobis corde coniunctus. Idque de beatitudine vestra erga me modis omnibus confido, quia cum me vicissim diligitis, a me longe non estis. Unde gratias [3] referimus illi grano sinapi [4], qui ex modici despicabilisque seminis specie, ita ramis ex eadem radice surgentibus, atque se distendentibus, usquequaque diffusis [5], ut in eis volatilia coeli [6] nidificent; gratiaque sit fermento illi, quod tribus farinae satis totius humani generis massam in unitate conspersit [7]; atque parvo lapidi, qui abscissus est de monte sine manibus, et occupavit universam faciem orbis terrae [8], qui ad hoc se usquequaque distendit, ut omni humano genere in unitatem redacto, totius corpus perficeretur Ecclesiae, atque ita ad totius compagis pertineret commodum membrorum partialis [9] ista distinctio. Unde nos quoque a vobis non longe sumus; quia in illo, qui ubique est, unum sumus. Agamus ergo ei gratias, qui solutis inimicitiis in carne sua fecit, ut in omni orbe terrarum unus esset grex, et unum ovile sub se uno pastore, semper memores quid nos egregius praedicator [10] admoneat, dicens: *Solliciti servate unitatem spiritus in vinculo pacis* [11]. Sanctitatis vestrae scripta, quae ad Sedem Apostolicam misistis super quibusdam consultis, quasi ad caput, ut inde acciperetis responsa, unde omnis Ecclesia totius religionis sumpsit exordium, gratanter suscepi, et breviter vobis respondere curavi [12].

Ipsi enim columnae sunt Christi Ecclesiae.

Eorumdem cum S. A. unitas

Pontif. ipsorum consultationibus respondet.

I.

De ecclesiarum [13] enim consecratione, et de missarum celebrationibus, non ali-

1 Matth. v, 13. Codd. vat. 1340 et 3791 hic add. *et caetera*.

2 S. Gregor. ep. 36, lib. iv.

3 Conl. Const. nn. codd. 1340 et 3791 refragant., *Unde magis gratias*.

4 Caraf. iuxta Vulgat. *sinapis*.

5 Conl. Const. optime corrig. *diffusus est, ut*, licet nn. codd. nobiscum. legg.

6 Labb. ad marg. cum Conl. Const. et cit. cod. 3791 *cuncta volatilia coeli*. De qua parab. vid. Matth. xiii, 31; Marc. iv, 31; Luc. xiii, 19.

7 Vid. Matth. xiii, 33; Luc. xiii, 19.

8 Vid. Dan. ii, 34, 35. Conl. Const. leg. *qui abscissus de monte sine manibus occupavit*.

9 Cit. cod. 1340 *principalis*.

10 Conl. Const. ad rem aptius cum cit. codd. 1350, 3791 *quid nos veritatis praedicator*.

11 Ephes. iv, 3. Vulg. habet *servare*.

12 « Vid. Innocent. ep. 4 et 2, nec non Siric. ep. 4 ». Labb. ad marg.

13 Grat. distinct. i *De consecr.* can. 1; Ivo part. iii, cap. 60.

Missas nisi in sacratis Ecclesiis non celebrandas.

cubi, quam in sacratis Domino locis, absque magna necessitate fieri debere, liquet omnibus, quibus sunt nota novi ac veteris testamenti praecepta. Tabernaculum [1] vero Moysen, Domino praecipiente, fecisse et sacrasse cum mensa et altari eius, et caeteris vasis utensilibus [2] ad divinum cultum explendum legimus, et non solum divinis praeceptis ac precibus ea sacrasse [3], sed etiam sancti olei unctione, Domino iubente, perlinisse novimus [4]. Qualiter autem haec facta sint, et quomodo ipsa sacra non alii, quam sacerdotes sacra unctione delibuti, Dominoque cum vestibus sanctis sacrati, et Levitae tractabant, ferebant, erigebant et deponebant, in ipsis institutionibus, quae, Domino iubente, per Moysen conscriptae sunt, in lege Domini [5] reperitur [6]. Qualiter ergo David regum piissimus amplificaverit cultum Dei, et templum Domini [7] aedificare voluit [8], sed propter multum sanguinem, quem effuderat, prohibitus est, et ipse collegerat expensas, Salomonque filius eius idipsum, quod ipse facere optaverat, iubente et auxiliante Deo perfecit, et templum cum altari, et reliqua ad divinum cultum peragendum, consecravit, in libro Regum inter caetera legitur ita [9]: « Aedificans, inquit Salomon Domino, aedificavi [10] in habitaculum tuum, fortissimum [11] solium tuum in sempiternum. Convertitque rex faciem suam, et benedixit omni Ecclesiae Israel: omnis enim Ecclesia Israel stabat. Et ait [12]: Benedictus Dominus Deus Israel, qui locutus est ore suo ad David patrem meum, et in manibus eius perfecit, dicens: A die, qua eduxi populum meum Israel de Aegypto, non elegi civitatem de universis tribubus Israel, ut aedificaretur domus, et esset nomen meum ibi; sed elegi David, ut esset super populum meum Israel. Voluitque David pater meus aedificare domum nomini Domini Dei Israel, et ait Dominus ad David patrem meum: Quod cogitasti in corde tuo aedificare domum nomini meo, bene fecisti, hoc ipsum mente tractans. Veruntamen tu non aedificabis [13] domum, sed filius tuus, qui egredietur de renibus tuis, ipse aedificabit domum nomini meo. Confirmavit Dominus sermonem suum, quem locutus est, stetique pro David patre meo, et sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus. Et aedificavi domum nomini Domini Dei Israel. Et constitui ibi locum arcae, in qua foedus Domini est, quod percussit cum patribus nostris, quando egressi sunt de terra Aegypti. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu Ecclesiae Israel, et expandit manus suas in coelum, et ait: Domine Deus Israel, non est similis tui [14] in coelo desuper, et super terram deorsum, qui custodis pactum et

Has autem sacrare dumtaxat Episcop. est.

Consecratio templi a Salomone aedificati describitur.

1 Gratian. distinct. I *De Consecr.* can. 2.

2 Cod. vat. 3791 n. lect. consentit; cod. autem 1340 ad rem perperam leg. *et altaris eius caeteris vasis et utensilibus*. Porro Vulg. legit: *sanctificavit cum omnibus vasibus suis, altare similiter et omnia vasa eius.*

3 Cit. cod. 3791 forte amanuens. vitio *et non solum divinis precibus ea sacrasse.*

4 Vid. Num. VII, 1.

5 « *In lege Domini* » deest in cod. 1340; et quidem recte. Haec enim verba post illa *in ipsis institutionibus* videntur abundare.

6 Numer. IV.

7 « *Domino* » Gratian l. c. iuxta illud *aedificavi domum nomini Domini.*

8 Cont. Const. melius ad locut. context. *voluerit*; verum nn. codd. n. lectioni adhaerent.

9 III Reg. VIII, 13, et seqq. Vid. not. 12 pag. 464 col. 2 h. vol. Haec autem usque ad verb. *Fecit ergo Salomon* Gratian l. c. omittit.

10 Vulgat. addit *domum.*

11 Ibid. legitur *firmissimum.*

12 Ibid. *et ait Salomon.*

13 Ibid. *aedificabis mihi domum.*

14 Cont. Const. cum Vulg. hic add. *Deus.*

misericordiam servis tuis, qui ambulant coram te in toto corde suo. Qui custodisti servo tuo David patri meo, quae locutus es ei: ore locutus es, et manibus perfecisti, ut haec dies probat. Nunc igitur, Domine Deus Israel, conserva David famulo tuo patri meo, quae locutus es ei, dicens: Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel, ita tamen, si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent coram me, sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc[1] Deus Israel firmentur verba tua, quae locutus es David servo tuo patri meo. Ergone putandum est, quod vere Deus habitet super terram? Si enim coelum et coeli coelorum te capere non possunt, quanto magis domus haec, quam aedificavi? Sed respice ad orationem servi tui et ad preces eius, Domine Deus meus. Audi, Domine[2], hymnum et orationem, quam servus tuus orat coram te[3] hodie; ut sint oculi tui aperti super domum hanc nocte et die, super domum de qua dixisti: Erit nomen meum ibi, ut exaudias orationem, quam orat in loco isto ad te servus tuus; ut exaudias deprecationem servi tui et populi tui Israel, quodcumque oraverint in loco isto, et exaudies in loco habitaculi tui in coelo, et cum exaudieris, propitius eris. Si peccaverit homo in proximum suum, et habuerit aliquod iuramentum, quo teneatur adstrictus, et venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies in coelo, et facies, et iudicabis servos tuos condemnans impium, et reddens viam suam super caput eius, iustificansque iustum, et retribuens ei secundum iustitiam suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) et agentes poenitentiam, et confitentes nomini tuo venerint et oraverint, et deprecati te fuerint in domo hac, exaudi in coelo, et dimitte peccatum populi tui Israel, et reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit coelum et non pluerit propter peccatum eorum[4], et orantes in loco isto poenitentiam egerint nomini tuo, et a peccatis suis conversi fuerint propter afflictionem suam, exaudi eos in coelo, et dimitte peccata servorum tuorum, et populi tui Israel, et ostende eis viam bonam, per quam ambulent, et da pluviam super terram[5], quam dedisti populo tuo in possessionem. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut aerugo, aut locusta, vel rubigo, et afflixerit eum inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, universa infirmitas, cunctaque devotatio et imprecatio, quae acciderit omni homini de populo tuo Israel; si quis agnoverit plagam cordis sui, et expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in coelo, in loco habitationis tuae, et repropitiaberis, et facies ut des unicuique secundum omnes[6] vias suas, sicut videris cor eius (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum), ut timeant te cunctis diebus, quibus vivunt super faciem terrae, quam dedisti patribus nostris. Insuper et alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuum magnum, et manus tua fortis, et brachium tuum extensum ubique) cum venerit ergo et oraverit in loco hoc, tu exaudies in coelo, in firmamento habi-

1 Cont. Const. iuxta Vulg. corrig. *Et nunc Domine Deus.*

2 Cont. Const. cum Vulg. delet *Domine.*

3 Perper. ad locut. cod. n. 1340 *orat te hodie.*

4 Cont. Const. cum cod. 1340 iuxta Vulg. legg. *propter peccata eorum.*

5 Cont. Const. iuxt. Vulg. add. *tuam.*

6 Cod. 1340 contra Vulg. textum omitt. *omnes.*

taculi tui, et facies omnia pro quibus invocaverit te alienigena, ut discant universi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus Israel [1]; et probent quia nomen tuum invocatum est super domum hanc, quam aedificavi. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos suos, per viam quocumque miseris eos, orabunt te contra viam civitatis, quam elegisti, et contra domum, quam aedificavi nomini tuo, et exaudies in coelo orationem eorum et preces eorum, et facies iudicium eorum. Quod si peccaverint tibi (non est enim homo, qui non peccet) et iratus tradideris eos inimicis suis, et captivi ducti fuerint in terram inimicorum longe vel prope, et egerint poenitentiam in corde suo in loco captivitatis, et conversi deprecati fuerint te [2] in captivitate sua, dicentes: Peccavimus, inique egimus, impie gessimus; et reversi fuerint ad te in universo corde suo, et tota anima sua, in terra inimicorum suorum, ad quam captivi ducti fuerant [3], et oraverint te contra viam terrae suae, quam dedisti patribus eorum, et [4] civitatis quam elegisti, et templi quod aedificavi nomini tuo; exaudies in coelo, in firmamento solii tui, orationem eorum et preces eorum, et facies iudicium eorum, et propitiaberis populo tuo, qui peccavit tibi, et omnibus iniquitatibus eorum, quibus praevaricati sunt [5] in te; et dabis misericordiam coram eis, qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis. Populus enim tuus est, et haereditas tua, quos eduxisti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreae, ut sint oculi tui aperti ad deprecationem servi tui et populi tui Israel, et exaudies [6] eos in universis pro quibus invocaverint te. Tu enim separasti eos [7] in haereditatem de universis populis terrae, sicut locutus es per Moysen servum suum [8], quando eduxisti patres nostros de terra Aegypti [9], Domine Deus. Factum est autem, cum complesset Salomon orans Dominum omnem [10] orationem et deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris Domini. Utrumque enim genu in terra fixerat, et manus expanderat ad coelum [11]. Stetit ergo, et benedixit omni Ecclesiae Israel, voce magna dicens: Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israel iuxta omnia, quae locutus est; non cecidit ne unus quidem sermo in omnibus [12] per Moysen servum suum. Sit Dominus Deus noster nobiscum, sicut fuit cum Patribus nostris, non derelinquens nos neque proiiciens, sed inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in universis viis eius, et custodiamus mandata eius, et caeremonias, et indicia quaecumque mandavit Patribus nostris, et sint sermones mei isti, quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, ut faciat iudicium servo suo, et populo suo Israel per singulos dies; et [13] sciant omnes populi terrae, quia Dominus ipse est Deus, et non est ultra absque

1 Id. cod. 1340 cum Cont. Const. iuxta Vulg. *sicut populus tuus Israel.*

2 Cod. n. 3791 iuxt. Vulg. leg. *deprecati te fuerint.*

3 Id. cum Cont. Const. iuxta Vulgat. *fuerint.*

4 Contra Vulgat. id. cod. omitt. *et.*

5 Cont. Const. et cod. 1340, Vulg. refrag., corrigg. *fuerint.*

6 Vulgat. leg. *exaudias.*

7 « *Separasti eos tibi* » Caraf. cum Vulgat. et cod. 1340.

8 Iid. iuxta Vulg. *locutus es per Moysen servum tuum.*

9 Vulgat. *de Aegypto.*

10 Cont. Const. contr. Vulgat. delent *omnem.*

11 Vulgat. *in coelum.*

12 « *Ex omnibus bonis quae locutus est* ». Cod. 1340 iuxta Vulg.

13 Vulgat. *ut sciant.*

eo. Sit quoque cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro, ut ambulemus in decretis eius, ut custodiamus mandata eius sicut et hodie. Igitur rex et omnis Israel cum eo immolabant victimas coram Domino. Mactavitque Salomon [1] hostias pacificas, quas immolavit Domino, boum viginti duo millia, et ovium centum viginti millia, et dedicaverunt templum Domini rex et filii Israel. In die illa sanctificavit rex medium atrii, quod erat ante domum Domini. Fecit autem ibi holocaustum [2], et sacrificium, et adipem pacificorum; quia [3] altare aeneum [4], quod erat coram Domino, minus erat, et capere non poterat holocaustum, et sacrificium, et adipem pacificorum. Fecit ergo [5] Salomon in tempore illo festivitatem celebrem, et omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath usque ad rivum Aegypti coram Domino Deo nostro septem diebus et septem diebus, id est, quatuordecim diebus, et in die octava dimisit populos ». Iudaei ergo loca [6], in quibus Domino sacrificabant, divinis habebant supplicationibus consecrata [7], nec in aliis, quam in Deo dicatis locis munera Domino offerebant. Si enim Iudaei, qui umbrae legis deserviebant, haec faciebant; multo magis, quibus veritas patefacta est [8], templa Domino aedificare, et (prout melius possumus) ornare, eaque divinis precibus, et sanctis unctionibus suis cum altaribus et vasis, vestibus quoque, et reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus devote et solemniter sacrare, et non in aliis locis, quam in Domino sacratis ab episcopis, et non a chorepiscopis, qui saepe prohibiti sunt, nisi (ut praedictum est) summa exigente necessitate, missas celebrare, nec sacrificia offerre Domino debemus. Et hoc si summa necessitas agere compulerit, non in domibus, quia in sacris canonibus [9] sacrificia in domibus offerri prohibita sunt; sed in tabernaculis, divinis precibus a pontificibus dicatis, et in mensis Domino sacratis, et sacra unctione a pontificibus delibutis, pro summa ut praefixum est, necessitate, et non pro libitu cuiusquam et pigritia agatur. Satius ergo [10] est missam non cantare [11], aut non audire [12], quam in illis locis, ubi fieri non oportet; nisi (ut saepe dictum est) pro summa contingat necessitate, quoniam necessitas non habet legem. Unde scriptum est: « Vide [13] ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris, sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. Et in Exodo legitur: Vos vidistis, quia de coelo locutus sum vobis [14]; non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis; altare de terra facietis mihi, et offeretis super illud holocausta et pacifica vestra;

Unde cath. Ecclesias consecrandi necessitas declaratur.

Qua tamen urgente missae vel in sacratis mensis celebrandae.

1 Cod. 1340 contr. Vulgat. omitt. *Salomon*.

2 Cont. Const. mss. cum cod. 1340 iuxt. Vulgat. legg. *Fecit quippe holocaustum ibi*.

3 Vulgat. *quoniam*.

4 Vulg. *aereum*

5 Cont. Const. cum cit. cod. 1340, Vulgat. refragant., *Fecit autem*.

6 Ivo part. III, cap. 61.

7 Ita et cit. cod. 1340; Labb. ad margin. *Supplicationibus consecrabant*.

8 Cit. cod. 1340 legit *et gratia et veritas per Iesum Christum data est*; cui adhaeret Caraf. post Burchardum, nec non Grat., qui vocem *veritas* omittit.

9 « Laodic. can. 58 » Labb. ad marg.

10 Cod. n. 1340 ita leg.; minus recte, ut vidat. ad context. Labb. ad marg. *Statutum est*. Quae autem sequuntur ad verba *Si autem, ut legitur* a Grat. l. c. omittuntur, qui tamen ex iis sequentem canon. 11 conficit.

11 « *Concil. Paris*. lib. I, 47, et capit. VII, 334 ». Labb. ad marg.

12 « S. Gregor. ep. XVIII, lib. III ». Id. ad marg.

13 Vulgat. *cave*, et mox *in eo quem elegerit Dominus*. Deuter XII, 13.

14 Vulg. *Vos vidistis, quod de coelo locutus sim vobis*.

oves vestras et boves, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei[1] ». Et sicut[2] non alii, quam sacrati Domino sacerdotes, debent missas cantare, nec sacrificia super altare offerre; sic nec in aliis, quam in praefatis Domino sacratis locis, missas cantare aut sacrificia offerre licebit. Si autem, ut legitur in concilio Laodicensi capite XXVI[3], quod[4] hi, qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesiis, quam in domibus exorcizare non possunt; multo magis[5] maioris gradus ministeria, nisi ab eis, qui ad eos gradus sunt sacrati, quibus fungi debent, officia agi vel sacrificia offerri licet. Quod autem, ut paulo superius praelibatum est, oblationes in domibus offerri non debent, in eodem concilio capite LVIII prohibitum habetur, ita: *Non oportet in domibus oblationes celebrari ab episcopis et presbyteris*. Solemnitates[6] vero dedicationum ecclesiarum et sacerdotum[7], per singulos annos solemniter sunt celebrandae, ipso Domino exempla[8] dante, qui ad festum dedicationis templi, omnibus id faciendo dans formam[9], cum reliquis populis eamdem festivitatem celebraturus venit, sicut scriptum est: *Facta sunt encaenia in Hierosolymis, et hyems erat; et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis*[10]. Quod autem octo dierum[11] sint encaenia celebranda, in libro Regum[12], peracta[13] dedicatione templi, reperies[14].

Per quos id praestandum.

Eccless., et Episcopp. consecrationis solemnia singulis redeuntibus annis peragenda.

II.

Eccl. de quarum dedicatione dubitatur, consecrandae.

De ecclesiarum vero consecratione[15] quoties dubitatur, et nec certa scriptura, nec certi testes existunt, a quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scitote eas esse consecrandas, ne talis trepidatio faciat deteriorationem[16]; quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum. His, fratres, testimoniis scripturarum apostolica auctoritate confirmatis, consultis vestris breviter respondisse sufficiat. Vobis tamen praevidendum est, et omnibus praedicandum, ut illicita non agantur, et Domini praecepta conserventur, et fideliter peragantur[17]. « Rogamus autem vos, fratres, ut dicta apostoli replicemus, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat; sed semper, quod bonum est, sectamini in invicem, et in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Haec est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spi-

1 Exod. XX, 22 et seqq.

2 Grat. *De Consecr.* distinct I, c. 11.

3 « Ex versione Dionysii exigui ». Labb. ad marg.

4 « Burchard. interiicit *si*, ad orat. inepte. Videtur itaque sic legendum: *Si autem, ut legitur ..... hi, qui non sunt .....* » Hinc autem Grat. cit. can. 2 resumit usque ad verb. *ab episcopis et presbyteris*.

5 « *Minus* ». Labb. ad marg. Ad orat. context. quidem recte, licet cod. vat. 3791 nobisc. legat.

6 Grat. *De Consecrat.* dist. I, c. 17, ubi haec verba olim Greg. PP. tribui advertitur.

7 Apud Grat. l. c. additur *Episcoporum*, quam vocem e vett. Grat. exempl. deesse ibi notatur.

8 Cit. cod. 3791 cum Grat. *exemplum*.

9 Grat. ad orat. apte *omnibus id faciendi dans formam*; codd. un. ad locut. perperam *omnibus id faciendum dans formam*.

10 Ioann. X, 22, 23

11 Sic et nn. codd.; Grat. *octo diebus*.

12 III Reg. VIII, 66.

13 Grat. apte *perfecto*. Vatt. codd. n. lect. adhaerent.

14 Labb. ad marg. cum cit. codd., quibus et Cout. Coust. adhaereot, *reperietis*.

15 « S. Leo ep. XCII, cap. XV ». Labb. ad marg. Haec ad verb. *quod nescitur factum* referuntur etiam a Grat. *De Consecr.* dist. I, c. 16.

16 « *Nec talis dubitatio facit iterationem* ». Optime ad context. Grat. ibid. Verum cit. codd. nobisc. legunt.

17 I Thess. V, 14 et seqq.

ritum nolite extinguere, prophetias nolite spernere; omnia autem probate; quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, et anima, et corpus sine querela in adventu Domini nostri Iesu Christi serventur ».

Data kalendis Martii, Lampadio et Oreste viris clarissimis consulibus.

Dat. die 1 Martii, an. 530 [1].

EPISTOLA IV [2].

Sabinae eximiam religionem laudans illam magis magisque in proposito confirmat.

Felix Episcopus Sabinae.

Sabinae pietas singularis.

Singulare membrum [3] Ecclesiae tuae religionis amplitudinem existere, et a nobis reverentissime coli, satis est omnibus manifestum. In ipso enim apice nobilitatis multo nobiliorem Ecclesiae devotionem impendis, et magis laeta Christi agnitione praeceptis eius obtemperas, et in fide potius exultas, quam tanti generis flore iactaris. Summa virtus est [4] vicisse gloriam carnis; et magna est Christi gratia [5] nobilitatem moribus superasse, domina filia merito illustris. Certa igitur existens, dilectissima, vitae huius, quaecumque sunt, spatia aeternis divinisque officiis illustrare contende, ut qui insignem te praestitit, reddat sibi per saecula clariorem. Quapropter tuam hortamur dilectionem, ut bonum, quod coepisti [6], semper implere non differas; quia non laudatur initium, sed finis. Sapientiam enim te hortamur diligere et scrutari, ut rationabiliter et sapienter disponas et iudices ea, quae tibi commissa sunt, dicente Domino per prophetam [7]: « Erudimini, qui iudicatis terram [8]. Time ergo Dominum, et mandata eius serva [9], et dilige eum totis visceribus, et proximum tuum sicut teipsum [10]. Deus altissimus creavit sapientiam in Spiritu sancto, et vidit, et dinumeravit ea terram, et mensus est [11], et effudit illam super omnia opera sua, et super omnem carnem secundum datum suum [12] praebuit illam diligentibus se. Timor Domini, gloria et gloriatio [13], et corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, et dabit laetitiam et gaudium in longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, et in die defunctionis suae benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapientia; quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, et in agnitione magnalium

Carnis gloriam vincere summa laus.

Sabinam hortatur, ut coeptis insistat.

Timoris Domini commendatio.

1 Jaffé huic ep. ann. incert. adsignat.

2 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. v, col. 797. Cont. Const. animadvertit huiusmodi documentum e genuina Innocent. I, et e spuria Pseudo-Dyonisii epist. simul copulatis fuisse contextum.

3 Haec ad verb. *Quapropter* in epistola Innocentii PP. reperies apud Caraf. tom. I, part. II, pag. 63.

4 In nn. codd. 1340, 3791, in Labb. ad marg. et in cit. ep. legitur « *Summae virtutis est* ».

5 Labb. ibid. *magnae gratiae.*

6 « S. Gregor. ep. ad Augustin., eiusque comites in Angliam missos apud Bedam lib. I, cap. XIII ». Labb. ad marg.

7 Cod. n. 3791 *dicente propheta*; cod. 1340 n. lect. adhaeret.

8 Psalm. II, 10.

9 Eccle. XII, 13, ubi Vulg. legit. : « *Deum time, et mandata eius observa* ».

10 Luc. x, 27, ubi ait : *Diliges Dominum Deum tuum ex tota corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, et ex omni mente tua; et proximum tuum, sicut teipsum.*

11 Cod. Vat. 1340 *et dinumeravit terram.* Cod. autem n. 3791 iuxt. Vulg. leg. *et dinumeravit, et mensus est.*

12 Vulgat. addit *et.*

13 Caraf. cum cod. 1340 iuxta Vulg. addit *et laetitia.*

suorum. Initium sapientiae timor Domini; et cum fidelibus in vulva concreatus est, et[1] cum electis foeminis graditur[2], et cum iustis et fidelibus agnoscitur. Timor Domini scientiae religiositas. Religiositas custodiet, et iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti Dominum bene erit, et in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiae est timere Dominum[3], et plenitudo[4] a fructibus illius. Omnem domum illius implebit a generationibus, et receptacula a thesauris illius. Corona sapientiae timor Domini replens pacem et salutis fructum; et vidit et dinumeravit eam: utraque autem sunt dona Dei. Scientiam et intellectum prudentiae sapientia compartietur, et gloriam tenentium se exaltat. Radix sapientiae est timere Dominum, et rami[5] illius longaevi. In thesauris sapientiae intellectus, et scientiae religiositas; execratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini expellit peccatum; nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Iracundia enim animositatis illius subversio illius est. Usque in tempus sustinebit patiens, et postea redditio iucunditatis. Bonus sensus usque ad tempus[6] abscondet verba illius, et labia multorum enarrabunt sensum illius. In thesauris sapientiae significatio disciplinae; execratio autem peccatori cultura Dei. Fili, concupiscens sapientiam, serva[7] iustitiam, et Deus praebebit illam tibi. Sapientia enim et disciplina, timor Domini; et hoc[8], quod beneplacitum est illi, fides[9] et mansuetudo, et adimplebit thesauros illius. Contumax non sis, et incredibilis timori Domini, et ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, et non scandalizeris[10] labiis tuis. Attende in illis, ne forte cadas, et ponas scandalum animae tuae, et adducas inhonorationem tibi[11], et revelet Deus absconsa tua[12]. Pro fide et iustitia, ac pro salute animae certa semper[13], et pro adiutorio fratrum viriliter age, ut a Domino recipias remunerationem ». Scriptum est enim: « Fili, conserva tempus, et devita a malo. Pro anima tua non[14] confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gratiam et gloriam[15]. Ne accipias faciem adversus faciem tuam, nec adversus animam tuam mendacium. Non[16] reverearis proximum tuum in casu tuo, nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscondas sapientiam tuam in decore eius[17]. In lingua enim agnoscitur sapientia[18], et sensus, et scientia, et doctrina in verbis veritatis, et firmamentum in operibus iustitiae.

Sapientiam concupiscenti necessaria iustitia

Pro animae salute iugiter certandum.

Quam caute loquendum.

1 Cod. 1340, Vulg textu refragante *concretus est*.

2 Vulg expungit *et*.

3 Ibid. *Deum*.

4 « *Etiam plenitudo* » cod. 1310 contra Vulgat. textum

5 Cont. Const., et cod. 1340 contr. Vulg. text. *rami enim illius*

6 Vulg. *usque in tempus*.

7 Ibid. *conserva*.

8 Ibid. deest *hoc*.

9 Haec ad verba *thesauros illius* in cit. cod. 1340 omittuntur. Illa vero *contumax non sis* sunt addita contra Vulg. textum, ubi legitur: *Ne sis incredibilis*.

10 Vulgat add. *in*.

11 Ibid. leg: « *ne forte cadas, et adducas animae tuae inhonorationem*.

12 Ibid. addit. *et in medio synagogae elidat te*. Eccli. I a 9 ad 39.

13 Eccli. IV, 33, ubi apud Vulg. legitur: *Pro iustitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro iustitia*.

14 Vulg. ibid. *ne*.

15 Ibid. *adducens gloriam et gratiam*.

16 Ibid. *Ne reverearis*, et mox *in casu suo*.

17 Ibid. *in decore suo*.

18 Ibid. *sapientia dignoscitur*, et mox *in verbo sensati*.

Non contradicas veritati [1] ullo modo, et de mendacio ineruditionis tuae confundere. Non confundaris confiteri peccata tua; et ne subiicias te omni [2] homini pro peccato. Noli resistere contra faciem potentis; nec coneris contra ictum fluminis. Pro iustitia agonizare pro anima tua, et usque ad mortem certa pro iustitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua; et inutilis et remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, evertens domesticos tuos, et opprimens subiectos tibi. Non sit tibi manus tua porrecta ad accipiendum [3], et ad dandum collecta [4] ». His fulta scripturarum auctoritatibus semper sta recta, et a via veritatis ne avertaris, ut gratiam Dei acquiras, et bonorum hominum amicitia fruaris; tantoque tua voluntas [5] facilius ab amore huius saeculi exeat [6], quanto et impellitur, dum vocatur [7]. Nam nos et praesentes vos videre cupimus, et absentibus per epistolam saltem colloqui desideramus. Unde et optamus, ut vos beatus Petrus Apostolorum princeps ad sua limina feliciter perducat, quatenus in Omnipotentis gratia perfrui vestra praesentia mereamur.

Quae charitas erga proximum.

Sabinam ad urbem invitat.

Data XII kalendas Novembris, Lampadio et Oreste viris clariss. Coss. [8].

Data 21 Oct. 530.

1 Ibid. *Non contradicas verbo veritatis.*

2 Caraf. cum cod. 1340 contr. Vulg. textum omitt. *omni*. Mox autem apud Vulg. legitur *ictum fluvii.*

3 Vulg. *Non sit porrecta*; codd. autem nn. 1340, 3791 legg: *Non sit manus tua porrecta.*

4 Eccl. IV a 23 ad 36.

5 Labb. ad marg. sed ad rem minus apte *mens.*

6 Codd. nn. superius. cit. *tantoque tua facilius ab amore huius saeculi mens exeat.* Forte ad rem concinnius n. lectio; siquidem amor proprie voluntatis est.

7 « Gregor. 70 lib. IX, et 73 lib. VII ». Labb. ad marg.

8 Porro haec nota chronolog. erronea est, siquidem ipse Labb. ad marg. ait: « *ann. 530 exeunte Octobri sedebat Romae Bonifacius, non Felix* ». Potius itaque corrigendum esset XII *kal.* Oct. (21 Sept.) *Lampadio et Oreste vv. clariss. coss.* At Pagius ponit Felicem obiisse XIV *kal.* Oct. (18 Sept.) Vid. Bianchin. apud Anast. Biblioth. *De Vit. Rom. Pontif.* tom. III, pag. 254.

S. BONIFACIUS II[1].

An. C. 531

EPISTOLA I.

A hierarchico Ecclesiae ordine exordiens Carthaginensis ecclesiae reconciliationem Eulalio Alexandrino episcopo aperit, eumdemque hortatur, ut coeptis fortiter insistat.

Bonifacius Episcopus
Eulalio Coepiscopo salutem.

Romano Pontifici cura universae Eccl. demandata.

Olim ab initio[3] tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universali Ecclesiae, auxiliante Domino, subvenire, et quidquid nocivum est, auctoritate apostolica corrigere et emendare. Ad hoc[2] enim divinae dispositionis[4] provisio gradus diversos et ordines constituit[5] esse distinctos, ut dum[6] reverentiam minores potioribus exhiberent[7], et potiores minoribus dilectionem impenderent, una concordiae fieret ex diversitate contextio, et recte officiorum generaretur[8] administratio singulorum. Neque enim[9] universitas alia poterit ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiae

An. C. 531

In hac hierarchicus ordo constitutus.

1 E duabus, quas referimus, Bonifacii epistolis, alteram dumtaxat eruditi viri genuinam existimant. Et re quidem vera, ut hic de prima tantum agamus, quam ex Labb. *Concil. collect.* tom. v, col. 827 edit. Venet. deprompsimus, nemo non videt epistolam hanc historiae minime consentire. Africana enim Eccl., de cuius reconciliatione ibi agitur, non modo a Rom. Eccl. unitate, et communione nunquam descivit, sed eamdem potius, vel persecutionis tempore, ut matrem suam agnovisse constat. Porro necesse erat huiusmodi commentum excogitare, ut viri sanctitate celeberrimi, qui in Vandalic. persecut. pro cath. fide obierant, e sanctorum diptychis expungerentur. Vid. Bin. apud Labb. l. c., et Berard. op. al. cit. tom. i, p. ii, pag. 480; item et Baron. ad an. 530 n. v qui hanc epist. rejicit tamquam *manifestissimae imposturae convictam*.

2 Haec usque ad verb. *possit recurri, praepositus* ad ep. pertin. Dion. PP. I, ut vid. praestat apud Caraf. tom. i, part. i, pag. 145. Vid. etiam ep. xxvii S. Leonis, pag. 48 seg. h. vol.

3 Gratian. distinct. lxxxix, c. 7.

4 « *Dispensationis* ». Labb. ad marg. cum cod. 3791.

5 Id. cod. *et diversos constituit ordines.*

6 Cod. n. 1344 perperam ad locat. context. omitt. *dum.*

7 « S. Gregor. ep. lii, lib. iv ». Lab. ad marg.

8 Ita et n. cod. 3791. Verum Labb. ad marg., et Grat. *gereretur;* forte ad context. minus bene.

9 In cit. cod. 1344 forte aman. vitio deest *enim*, et mox leg. *poterat.*

ordo servaret. Quia vero quaeque [1] creatura in una eademque aequalitate [2] gubernari vel vivere non potest, coelestium militiarum exempla nos instruunt [3], quia dum sint angeli, sint archangeli [4], liquet quia non aequales sunt, sed in potestate et ordine, sicut nostis, differt alter ab altero. Si ergo inter hos, qui sine peccato sunt, constet istam esse distinctionem, quis hominum abnuat libenter illorum se dispositioni submittere [5]? Hic enim pax [6] et charitas mutua se vice complectuntur, et manet firma concordia, ac [7] in alterna et Deo placita dilectione sinceritas. Quia igitur unumquodque salubriter tunc [8] compleitur officium, cum fuerit unus, ad quem possit recurri, praepositus; vota [9] nostra charitatem tuam latere nolumus, ne qui particeps fuit sollicitudinis, gaudiorum fructus [10] reddatur extorris. Et ideo Carthagiuensem [11] ecclesiam ad communionem nostram rediisse, Domino propitiante, tradentibus significamus alloquiis, et mandatorum, quae legatis nostris dedimus, seriem in omnibus fuisse completam. De qua parte, ut ad dilectionem tuam plenius perfecte gaudium perveniret, libelli Eulalii fratris et consacerdotis nostri Carthaginensis episcopi [12], et Iustiniani clementissimi principis Orientis sacrarum [13] exemplaria credidimus destinanda [14], indicantes nihilominus per Orientis partes plurimos episcopos sic fecisse. Superest, ut a nobis contendentibus [15] precibus Divinitas exorata concedat, quatenus de aliarum quoque ecclesiarum redintegratione gratulemur. Ea vero, quae significare curavimus, in eorum sacerdotum, qui fraternitati tuae vicini sunt, curabis perferre notitiam, ut et ipsi de affectu [16] tantae rei gratias nobiscum coelestis misericordiae beneficiis referre non cessent. Aurelius [17] enim, praefatae Carthaginensis ecclesiae olim episcopus, cum collegis suis instigante diabolo superbire temporibus praedecessorum nostrorum Bonifacii atque Caelestini contra Romanam Ecclesiam coepit; sed videns, se modo peccantis [18] Aurelii Eulalius a Romanae Ecclesiae communione segregatum [19], humilians recognovit se [20], pacem et communionem

Carthagin. Eccles. in S. Apostol. communionem reversa.

Aurelii Carth. Episcopi perfidia.

Eulalii successoris eius resipiscentia.

1 *Quaeque* perperam omittitur in praedict. codd.

2 « *Qualitate* ». Gratian. ad orat. context. minus apte.

3 Sic. et cod. 3791 cum 1344; at Labb. ad marg., et Grat. *exemplar nos instruit.*

4 « *Quia dum sunt Angeli, et sunt Archangeli* ». Grat.

5 « *Huic se libenter dispositioni submittere?* » Cit. cod. 1344.

6 Labb. ad marg. cum cit. cod. 3791 sane ad orat. recte *Hinc enim pax.*

7 Cod. cit. 1344 f. amanuens. vitio omitt. *ac.*

8 *Tunc* perperam deest in cod. 1344.

9 Quae sequunt. usque ad verb. *referre non cessent* habentur in ep. LII Hormisd. pag. 428 h. vol.

10 « *Fructu* » Labb. ad marg. — Cod. 3791 *fructu redderetur extorris*, perperam ad locut. context.; vox enim *redderetur* super. verbo *nolumus* minime respondet: *nolumus... fructu redderetur extorris.*

11 Sic et cit. cod. 3791 «*Constantinopolitanam* legitur apud Hormisd. ». Labb. ad marg.

12 Cit. codd. nobiscum legg.; verum Labb. ad marg. notat « Episcopi CP., et Iustini habet Hormisda, ex quo vel maxime patet fraus interpolatoris ridiculi ». *Iustini* legunt etiam nn. codd.

13 *Literarum* additur apud Hormisd.

14 Citt. codd. recte quidem *sacrorum litterarum exemplaria pariter credimus destinanda.*

15 Iid. non inepte *competentibus precibus*, sicut et legitur apud Hormisd.

16 Sic legit Labb., at sensus est *gratias referre* de affectu, scilicet ex corde. Sed legi etiam posset *de effectu tantae rei gratias... referre...*, et revera sic legitur in cit. ep. Hormisdae.

17 Quod hic subditur gratuitum esse figment. Sev. Binius, aliique non pauci invicte demonstrant; unde magis, magisque confirmant hanc ep. esse apocrypham.

18 Labb. ad locut. aptius, ad marg. *more peccantis.*

19 « *Separatum* » Cod. 1344.

20 Labb. ad marg. *se peccasse, pacem* cit. cod. 3791 refragant.

Romanae Ecclesiae petens, subscribendo una cum collegis suis, damnavit apostolica auctoritate omnes scripturas, quae adversus Romanae Ecclesiae privilegia factae quoquo[1] ingenio fuerunt.

Exemplar precum Eulalii[2], *et Iustiniani praedicti principis*[3].

« Prima salus est, rectae fidei[4] regulam custodire, et a constitutis Patrum nullatenus deviare; et[5] quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia, dicentis: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*[6]. Et haec, quae dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in Sede apostolica extra maculam semper est catholica servata religio. De qua spe et fide minime separari cupientes, et Patrum sequentes constituta anathematizamus omnes (qui contra sanctam Romanam et apostolicam Ecclesiam superbiendo suas erigunt cervices[7]); sequentes[8] in omnibus Apostolicam Sedem, et praedicantes eius omnia constituta. Et per omnia spero, ut in una communione vobiscum, quam Sedes Apostolica praedicat, esse merear, in qua est integra et vera christianae religionis et perfecta soliditas, promittens[9] sequestratos a communione Ecclesiae catholicae, id est[10] non consentientes Sedi Apostolicae, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quod si in aliquo a professione mea deviare tentavero, his quos damnavi complicem mea sententia me esse profiteor. Hanc autem professionem meam manu mea subscripsi,

Cath. fides custodienda,

Cuius vindex est Ap. Sedes.

Quicumque igitur contra Ap. Eccl. superbit, ab Eulalio, et Iustiniano anathematizatur.

1 « *Quocumque ingenio* ». Cit. cod. 1344.

2 Vatt. codd. substituunt *eius*.

3 Ex cit. ap. Hormisdae certo constat Ioannem CP. libellum professionis fidei et communionis ad ipsum Hormisdam dedisse, et simul Iustinum imperat. sacras literas ad eumdem Pont. misisse; et tum libelli tum literarum exemplaria illi epistolae adjecta fuisse exinde arguitur. Fortasse ad instar illius libelli hoc precum Eulalii et Iustiniani exemplar confictum fuit.

4 Haec usque ad verba *anathematizamus omnes* videre est in libello ad calc. epistolae XIV Hormisd. ad episc. Hispaniae pag. 393 h. vol.; qui libellus idem legitur et ad calc. epist. IX ipsius Horm. ad Ioann. Nicopol., ut dictum fuit pag. 385 h. vol., et plene concordat cum formula fidei quam idem Hormisda per suos legatos orientalibus subscribendam tradiderat, eamque refert Baron. ad an. 517 n. XXXI. Porro sciendum est reapse Iustinianum imperatorem una et altera vice ad Agapetum Pontif. ann. 535 et 536 fidei professionem dedisse, quae incipit: *Prima salus est, rectae fidei* etc. ut videre est apud Labb. tom. V, pag. 938 et 947. Baronius ait ad ann. 535 n. XXXV Iustinianum hoc anno subscripsisse illam ipsam primam formulam quam Hormisda per legatos praescripserat orientalibus quae, ut diximus, eadem est cum ea quae legitur ad calc. epist. IX et XIV Hormisdae quae superius memoratae fuerunt. Pagius vero ad ann. 535 n. VI, post Card. Noris. in dissert. hist. *De uno ex Trinitate carne passo* putat Iustinianum an. 535 formulam subscripsisse paulo longiorem, quam Labb. refert secundo loco pag. 947 et quam ait probabilius fuisse a Iustiniano subscriptam dum Agapetus Constantinopoli degebat. Sed parum refert hujusmodi quaestio. Labb. autem ibid. pag. 938 ponit Iustinianum prima vice subscripsisse hanc ipsam formulam prout in hac epist. Bonifacii II hic legitur, sed, ut videtur, irration.

5 Forte haec satis implexa ita legenda: *Prima salus est ..... a constitutis Patrum nullatenus deviare. Et quia non potest Domini nostri Iesu Christi praetermitti sententia,..... haec, quae dicta sunt .....* Revera sic habetur in cit. libell. Hormisd.

6 Matth. XVI, 18.

7 Haec verba (*qui..... cervices*) quae parenthesi inclusimus ea sunt quae diversa a cit. libell. Hormisd. hic occurrunt et breviora quam illic, ibi enim singuli haeretici orientales nominatim anathematizantur.

8 Haec usque ad verb. *manu mea subscripsi* leguntur iterum in eod. libello.

9 Cit. libell. Hormisd. addit *in sequenti tempore*.

10 Cod. 1344. addit *in omnibus*.

et Bonifacio[1] sancto et venerabili Papae urbis Romae direxi[2], damnans et antecessores et successores meos, et omnes, qui S. Romanae et Apostolicae Ecclesiae privilegia cassare nituntur[3] ».

Finis exemplaris praedicti.

Pontif. de fidei victoria gaudet.

Hinc[4] enim supernae misericordiae documentum perdocetur, quando et mundani principes causas fidei cum reipublicae ordinatione coniungunt, et ecclesiarum praesules, quod ad dispensationem suam pertinet, officii memores[5] exequuntur. Talibus enim indigebat post discordiae procellas religio christiana rectoribus, qui, compressis provida dispensatione turbinibus, diu peregrinatam pacem, depulsa tempestate, reducerent; ut[6] in futura post saecula ad propositi sui exempla tendentes sibi adscribendum indubitanter ostenderent quidquid Domino placitum posteris[7] pro sua imitatione fecissent. Benedicamus Dominum[8], fratres carissimi, nostris hoc diebus fuisse concessum, et totis orationum et curarum viribus adnitamur, ut quae Dei ope[9] bene coepta sunt, ipso adiuvante, per omnia compleantur.

Deo supplicandum, ut recte coepta compleantur.

Sperandum enim est, ut ad compagem corporis sui reliqua, quae adhuc divisa sunt, membra festinent, et a potioribus minora non discrepent. Ad quod cum me dilectio tua christianae studio charitatis hortatur, debet[10], quod invitat[11], sequi, et, quod[12] amandum suadet, amplecti. Similem enim iam fidei curam gerentes, per religiosam patientiam, par etiam praemium de boni operis speramus affectu[13]. Neque enim difficultatibus est cedendum. Non enim[14] fatigatur asperis fides, nec ad coelorum ardua per proclive tenditur[15], nec remunerationem citra[16] laboris exercitium quis meretur. Unde ne facientes bona deficiamus specialiter admonemur[17], etiam testante[18] Psalmista: *Beati, qui custodiunt iudicium, et faciunt*

Ad hoc et fortiter certandum.

Praemium enim non labo-

1 *Tibi Hormisdae* habet cit. libellus.

2 Hucusque ex cit. Hormisdae libello.

3 Hucusque exemplar precum; dein epist. Pont. prosequitur, ideoque hanc notulam *Finis exemplaris praedicti* interiicimus. Qua in re mire forsan Binius et Labbaeus hallucinati sunt putantes ad exemplar precum Eulalii et Iustiniani adhuc pertinere ea quae sequuntur ab iis verbis *Hinc enim*; nam continuo sequentia praecedentibus adnectunt, nulla interposita, ne lineae quidem, distinctione.

4 Nempe: *ex nuper allato fidei documento*. At fateri oportet ea quae sequuntur minime cohaerere praecedentibus. Desumpta porro sunt, prout ad marg. not. Labb., ex epist. LXXX Hormisdae act. V Concilii CP. sub Menna; quae ep. legitur apud ipsum Labb. cum graeca vers. tom. V, col. 1119 et seq.; ipsissima autem est VI Hormisdae quae habetur in *Bullar.* tom. I, pag. 141 hujus nostrae edit. ad Epiph. episc. CP. directa ubi ista praecedunt: « Multo gaudio sum repletus quod circa Ecclesiae pacem et sanctissimi imperatoris et dilectionis tuae tale studium, quale literis indicasti, legatorum quoque meorum assertione cognovi. *Manifesta enim hinc supernae misericordiae documenta produntur, quando et humani principes* etc. »

5 Cod. 3791: *et officii sui memores*, ubi certe *et* abundat.

6 Labb. et *Bullar.* ll. citt. habent *et*; gr. καὶ.

7 *Posteri* legitur apud Labb. ibid. et in *Bullar.*, et quidem recte: gr. habet μεταγενέστεροι.

8 *Deum* ll. citt.

9 *Ut quae per Dei nostri opem* Labb. et *Bull.*; gr. ἵνα ἅπερ διὰ τῆς τοῦ θεοῦ ἡμῶν συνεργείας...

10 Labb. in cit. ep. Horm. « *debet id ad quod* ».

11 Labb. et *Bullar.* *incitat*: gr. διεγείρει.

12 In *Bull.* deest *quod*, err. ut patet typogr. Gr. καὶ ὅπερ.

13 Forte *effectu* sicuti in Labb. ibid. et *Bull.*; gr. habet ἐνεργείᾳ.

14 Istud *enim* abundat nec habet. in gr. aut in ep. Horm. apud Labb. aut in *Bullar.*

15 Labb. et *Bull.* *contenditur*, gr. ἐπειγόμεθα.

16 Ap. Labb. in epist. Horm. legitur *circa* pro *citra*, sphalmate, ut patet, typ.

17 Galat. VI, 9.

18 Cit. cod. *teste*, sicut et in *Bullar.* et apud Labb. in ep. Hormisd.

ris initium, sed terminus adsequitur.

iustitiam in omni tempore[1]; quia non initium laboris remunerationem praemii consuevit invenire, sed terminus. Ergo studium[2] sollicitudinis assumentes, quibus est una in communione societas et credulitas[3], quemadmodum de unitate[4] Sedis Apostolicae et Constantinopolitanae[5] ecclesiae pariter exultamus in Domino, ita de reliquorum quoque, sicut affectione admones, redintegratione laetemur, et curemus praemium[6], ut fidem integritatemque nostram immaculatam ab omni contagione servemus. Nosti enim, frater

Per ecclesiasticam concordiam canonum integritas servatur.

carissime ac[7] sanctissime, quia[8] ecclesiastica servant[9] vincula concordiam, quae nos ab haereticorum tueatur[10] insidiis, per quam[11] etiam canonum custoditur integritas[12]. Illis in robore suo omni circumspectione servatis, remedia sperantibus conservantur[13]. Habet enim ecclesiasticarum ordo regularum, et ipsius forma iustitiae, ut medicina[14] rationabilis benigne[15] et fideliter sperantibus non negetur, nec quisquam est ita ab humanitate discretus, quem non a rigore districtionis[16] inclinet cauta[17] simplicitas. Sed ut caute hoc, caeterasque querelas, aut errores alicuius aevi[18] valeas expedire, dilectissime frater, personam meam te[19] in hoc oportet induere, scientem in huiusmodi causis, sicut praedictum est, quid cavendum sit[20], et ita omnia praevidendum, ut a te non ambigas rationem dispensationis huius Deo esse reddendam, ita tamen ut eos, qui vobis fuerint[21] communione sociati, vel per vos Sedi Apostolicae, vestra nobis scripta declarent, quibus etiam et quam continentiam libellorum obtulerint,

In fidei causis qua ratione agendum.

1 Psalm. cv, 3.

2 *Ergo par studium* habb. Labb. in ep. Horm. et *Bullar.* In gr. ἴσην σπουδὴν.

3 *Bull.* et Labb. ep. Horm. habb. *una in communione et credulitate societas*, et gr. concordat.

4 Labb. ibid. et *Bullar.* juxta gr. habb. *de adunata sedi Apostolicae Constantinopolitana ecclesia.*

5 Annon hic legendum foret *Carthaginensis* (?)

6 Labb. ibid. et *Bull.* habb. *primum* Revera nn. codd. *primum* legg., et quidem apte ad locut. contextum et ad gr. φροντίζωμεν πρῶτον.

7 Verba *carissime ac* abundant.

8 Forte *quae* ut habet. apud *Bull.* et Labb. ll. citt. juxta gr. ποῖοι... συνδέσμοι.

9 Legendum *quas ecclesiasticam servent*...

10 Codd. nn. *tuentur:* sed Labb. ib. et *Bullar.* *tueantur;* grec. versio τίνα..... φυλάττουσι.

11 Legend. *et per quae* prout habb. *Bullar.* et Labb. ib. Gr. καὶ διὰ ποίων.

12 « *Auctoritas* ». Labb. ad marg. et cod. n. 3791. Sic et *Bullar.* habet juxta gr. αὐθεντία.

13 *Bull.* habet *conferantur*. Labb. *conferentur*, et melius juxta gr. ἴασις... προσενεχθήσεται.

14 In *Bull.* legit. *medicinae* sphalmate typ.

15 Gr. habet καλοθελῶς, veluti si dicas *honeste*, *bona intentione*, quod sane melius convenit quam *benigne.*

16 Labb. in ep. Horm. et *Bullar.* habent *discretionis*, sed male. Gr. habet τοῦ διορισμοῦ.

17 Labb. ib. et *Bullar.* legg. *incauta:* gr. habet ἀπόνηρος, quod neque *cauta* neque *incauta* significat, sed *bona* simplicitas.

18 Ita et nn. codd.; Labb. hic ad marg. *rei* pro *aevi*, et quidem ad context. optime. At totus hic locus mendosus est, restituendusque ut legitur in *Bullar.* et apud Labb. in cit. ep. Hormisd. *Sed ut caute* (gr. *secure*) *hoc citra querelam aut erroris alicuius naevum valeat expediri*.....; et versio gr. concordat, ἀλλ' ἵνα ἀσφαλῶς τοῦτο, καὶ χωρὶς μέμψεως, ἢ τινὸς κηλῖδος πλάνης ἰσχύσειε προελθεῖν.....

19 Perperam et err. typ. in *Bullar.* legitur *et* pro *te.*

20 *Bullar.*, Labb. in ep. Horm. et gr. habent: *quid faciendum sit, quid cavendum, ita omnia providenda, ut*, etc. Sed melius haec postrema verba legerentur: *ita omnia providendo* (vel: *ita omnibus provisis*, gr. οὕτω πάντων προνοουμένων), *ut*, etc.

21 Labb. et *Bullar.* in cit. epist. Hormisd. habent *fuerunt.*

Humilitas cum episcopatus dignitate componenda.

inseratur[1]. Sic[2] quoque humilitatem[3] debemus tenere in mente, ut inde[4] ordinis nostri dignitatem servemus in honore, quatenus in nobis nec humilitas timida, nec ratio sit superba. Omnipotens[5] Deus, carissime, sua te protectione custodiat, atque ad coelestis remunerationem patriae[6] multiplici animarum fructu perducat. Deus te incolumem custodiat, reverendissime frater. Amen.

Datum VIII kalendas Octobris, Iustiniano tertium et Oreste viris clarissimis consulibus.

Dat. 24 Sept. an. 7 .....

EPISTOLA II[8].

Caesarii litteris rescribens eius rogatu confirmat, fidem in Christo haud aliter ac caetera bona non quidem ex humanae naturae potestate, verum e Dei gratia dimanare.

Dilectissimo fratri Caesario Bonifacius.

Caesarii litterae sibi traditae;

Per filium nostrum Armenium presbyterum, et allatem litteras tuae fraternitatis accepimus, quas ad nos, ut apparet, inscius adhuc sacerdotii mihi commissi[9], sub ea, qua in Deo tenemur, charitate direxeras; quibus credideras postulandum, ut id, quod a beatae recordationis decessore nostro Papa Felice pro catholicae fidei poposceras firmitate, mea explicaretur instantia. Sed quia id voluntas superna disposuit, ut quod per nos ab illo speraveras, a nobis potius impetrares; petitioni tuae, quam laudabili fieri sollicitudine concepisti[10], catholicum non distulimus dare responsum. Indicas enim, quod aliqui episcopi Galliarum, cum caetera iam bona ex Dei acquieverint gratia provenire, fidem tantum, qua in Christo credimus, naturae esse velint[11], non gratiae; et hominibus ex Adam, quod dici nefas est, in libero arbitrio remansisse, non etiam nunc in singulis misericordiae divinae largitate conferri; postulans, ut pro ambiguitate tollenda confessionem vestram, qua vos e diverso fidem rectam in Christo, totiusque bonae voluntatis initium, iuxta catholicam veritatem, per praevenientem Dei gratiam singulorum definitis sensibus inspirari, auctoritate Sedis Apostolicae firmaremus. Atque ideo, cum de hac re multi Patres, et prae caeteris beatae recordationis Augustinus episcopus, sed et maiores nostri Apostolicae

Quarum sensus paucis perstringitur.

Fides in Christo e Dei gratia repetenda.

1 Cod. 3791 rect. leg. *quibus etiam continentia libellorum, quos obtulerint, inseratur.* Huic adhaer. etiam Labb. hic ad marg.; et revera sic habet cit. ep. Hormisdae tum in *Bullar.* tum apud Labb., et greca versio concordat: οἷς καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς λιβέλλοις, οὓς ἂν προσενέγκωσιν, ἐμφερέσθω.

2 Hucusque ex cit. epist. Hormisdae, quae deinde ad alia vergit dicens: *sic enim et Severi et complicum eius aut similium absolvemus errores, nec eorum, qui sanari potuerint, dispendia patiemur*, etc.

3 Labb. hic ad marg. « S. Gregor. ep. XXXVI, lib. IV ad Eulogium ».

4 « *Ut inde tamen* » Labb. ib. et citt. codd.

5 Labb. ibid. « S. Greg. ep. CXXVII, lib. VII ».

6 Labb. ibid. perperam, codd. nn. refragantib., addit *cum*.

7 ... An. 530 vel 533. Haec not. chronolog. falsitate laborare advertit Labb. ad marg., et quidem recte. Orestes enim in consulatu colleg. habuit, non Iustinianum, sed Posthumum Lampadium an. 530, et Bonif. II ad finem tantum eius anni Pont. creatus fuit; Iustin. autem III cons. gessit an. 533 absque collega post Bonif. decessum. Labb. ib. corrig. *Valentino II, et Oreste*, quod sane n. cod. 1340 congruit, minime vero histor. veritati.

8 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 830.

9 « Ita recte ex cod. vat. — Al. mss. *quod apparet in cuius adhuc sacerdotii mihi commissi;* quam lect. Sirmondus, orat. context. refragante, in notis sic emendare tentaverat; *ut apparet in huius aditu sacerdotii mihi commissi* ». Maurin. in *Concil. Gall.* tom. I, pag. 951 edit. Paris.

10 « *Quam laudabili fidei sollicitudine concepisti* ». Maurin. in text. l. c. Sane recte.

11 « *Dicunt* » Labb. ad marg.

Sedis antistites ita ratione probentur disseruisse latissima, ut nulli ulterius deberet esse ambiguum, fidem quoque nobis ipsam venire de gratia, supersedendum duximus responsione [1] multiplici; maxime cum secundum eas, quas ex Apostolo direxisti sententias, quibus dicit: *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem* [2]; et alibi: *Vobis datum est* [3] *pro Christo, non solum ut in eum credatis, verum etiam, ut pro eo patiamini* [4]; evidenter apparet fidem, qua in Christo credimus, sicut et omnia bona, singulis hominibus ex dono supernae venire gratiae, non ex humanae potestate naturae; quod etiam fraternitatem tuam, habita collatione cum quibusdam sacerdotibus Galliarum, iuxta fidem gaudemus sensisse catholicam; in his scilicet, in quibus uno, sicut indicasti, consensu definierunt fidem, qua in Christo credimus, gratia divinitatis praeveniente conferri; adiicientes etiam, nihil esse prorsus secundum Deum boni, quod sine Dei quis gratia aut velle, aut incipere, aut operari, aut perficere possit, dicente ipso Salvatore nostro: *Sine me nihil potestis facere* [5]. Certum est enim atque catholicum, quia in omnibus bonis, quorum caput est fides, nolentes nos adhuc [6] misericordia divina praeveniat, ut velimus; insit nobis cum volumus; sequatur etiam ut in fide [7] duremus, sicut David propheta dicit: *Deus meus misericordia eius praeveniet me* [8]; et iterum: *Misericordia mea cum ipso est* [9]; et alibi: *Misericordia eius subsequetur me* [10]. Similiter et B. Paulus dicit: *Aut quis prior dedit ei, et retribuetur illi? Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt omnia* [11]. Unde nimis eos, qui contra sentiunt, admiramur, usque eo vetusti erroris adhuc reliquiis praegravari, ut ad Christum non credant Dei beneficio, sed naturae veniri; et ipsius naturae bonum, quod Adae peccato noscitur depravatum, auctorem nostrae fidei dicant magis esse, quam Christum, nec intelligant se dominicae reclamare sententiae dicenti: *Nemo venit ad me, nisi datum fuerit illi a Patre meo* [12]. Sed et B. Paulo simul obsistere clamanti ad Hebraeos: *Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Iesum Christum* [13]. Quae cum ita sint, invenire non possumus, quid ad credendum in Christo, sine Dei gratia, humanae deputent voluntati, cum Christus auctor consummatorque sit fidei. Quapropter affectu congruo salutantes, supra scriptam confessionem vestram consentaneam catholicis Patrum regulis approbamus. Illos

Non aliter, ac omnia bona.

Ad Christum igitur per naturae vires accedere fas nemini.

Ipse enim fidei auctor, et consummator.

1 « *Responsioni* les. C. ». Maurin. ad not., sed ad context. perperam.

2 1 Corint. VII, 25, ubi ait: « *tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis* ».

3 Vulg. *donatum est.*

4 Philipp. I, 29, ubi Vulg. legit. *sed ut etiam pro illo patiamini.*

5 Ioann. XV, 5.

6 Maurin. in text. legg. « *nolentes nos misericordia divina praeveniat, ut in fide duremus, sicut David propheta dicit*: ». Quae certe nec locut. context. respondent, nec doctrinam de gratia satis explicant.

7 « Cod. Palat. *in fine* ». Labb. ad marg.

8 Psalm. LVIII, 11.

9 Psalm. LXXXVIII, 25, ubi Vulg. legit. « *et misericordia mea cum ipso* ».

10 Maurin. in text. *subsequitur me* contra text. Vulgat., quae Psalm. XXII, 6 nobiscum legit.

11 Rom. XI, 35, 36, ubi Vulg. legit. « *Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei?.....* »

12 Ioann. VI, 44, ubi inquit: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum;* et Ioann. III, 27: *Non potest homo accipere quidquam nisi fuerit ei datum de coelo.*

13 Hebr. XII, 1, 2, ubi apud Vulg. verb. *Christum* omittitur.

autem, qui, praecedente fide, caetera, sicut indicas, volunt gratiae deputare[1], sua professione constringimus, ut multo magis dono gratiae etiam fidem cogantur adscribere, praeter quam nihil est boni, quod secundum Deum quilibet valeat operari, sicut beatus Apostolus dicit: *Omne, quod ex fide non est, peccatum est*[2]. Quod cum ita sit, aut nullum bonum gratiae deputabunt, si ei fidem subtrahere moliuntur; aut si quod bonum esse dicunt de gratia, ipsa necessario fides erit gratiae deputanda. Si enim nihil boni est sine fide; fides autem ipsa venire negetur ex gratia; nullum, quod absit, bonum erit gratiae deputandum[3]. Ait enim Iacobus apostolus: *Omne donum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum*[4]. Sed[5] et ipsi fatentur, ut dicis, dona caetera donari per gratiam; ipsa autem bona per fidem[6] subsistere non ambigunt universa. Ipsa ergo necessario fides erit gratiae deputanda, a qua bonum, quod gratiae tribuunt, separare non possunt. His itaque breviter assignatis, contra reliquas Pelagiani erroris ineptias, quas illa videtur epistola continere, quam a quodam tibi mandasti sacerdote transmissam, respondendum non duximus; quia speramus de misericordia divina, quod ita per ministerium tuae fraternitatis atque doctrinam in omnium, quos dissentire mandasti, dignabitur cordibus operari, ut ex hoc omnem bonam voluntatem non ex se, sed ex divina credant gratia proficisci, cum se senserint id iam velle defendere, quod nitebantur pertinaciter impugnare. Scriptum est enim: *Praeparatur voluntas a Domino;* et alibi: *Scio quia non possum esse continens, nisi Deus dederit; et hoc ipsum erat sapientiae, scire cuius esset hoc*[7] *donum*. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Turpiter sibi contradicunt qui cum caeteris bonis etiam fidem Dei gratiae non tribuunt.

Fides enim ab illis nunquam separatur.

Pontifex de errantium resipiscentia confidit.

Data VIII kalendas Februarias, Lampadio et Oreste viris clarissimis consulibus[8].

Dat. die 25 Ianuarii, an. 530.

1 Labb. ad marg. perperam ad context. *secundo loco, sicut indicas, bona volunt gratiae deputare*. Maurin. ad not. *secundo loco caetera, sicut indicas, bona volunt gratiae deputare.*

2 Rom. XIV, 23, ubi Vulg. legit. *Omne autem quod non est ex fide* .. ..

3 « Cod. Palat. hic addit: *etenim omne bonum donum constat esse divinum, sicut scriptum est: omne donum* ..... » Labb. ad marg.

4 Iacob. I, 17, ubi in Vulg. habetur: *Omne datum optimum, et omne donum* ....

5 Maurin in text. expungunt *sed*. Sane perperam ad orat. context.

6 Iid. ib. *bona fide subsistere non ambigunt. Universa ergo necessaria fides*. Locus quidem corruptus, qui Pelagianum sapit.

7 *Hoc* omitt. a Maurin. contra Vulg. text., quae Sap. VIII, 21 ita superiora legit: *Et ut scivi, quoniam aliter non possem*....

8 Quum Bonifacius pontificatum inierit mens. Octobr., Lampad., et Orest. cc., anno scil. 530, Baron., et Sirmond. corrigend. autumant. *Post consulatum Lampadii et Orestis*, nempe ann. 531. Id autem Pagio non arridet, qui revera hanc epistol. datam arbitratur superiori anno ad finem vergente. Maurini mendum censent irrepsisse ubi forte pro *Februarias* scriptum erat *Decembres*, aut *Novembres*; quo posito, omnia conveniunt. Vid. Baron, ad ann. 531, et Maur. l. c.

S. IOANNES II[1].

An. C. 534 | An. C. 534

EPISTOLA I[2].

Singularem Iustiniani in Sedem Apostolicam reverentiam summopere commendans doctrinam de Christi incarnatione ab ipso expositam confirmat. Cyrum et monachos Acoemetenses eius asseclas excommunicatos edicit, qui, ni resipiant, in catholicam communionem nunquam sunt recipiendi. Hypatium et Demetrium imperatoris legatos laudat.

Gloriosissimo et clementissimo filio Iustiniano Augusto[3] Ioannes Episcopus urbis Romae salutem donat.

Iustiniani erga S. A. obsequium

Inter claras sapientiae ac mansuetudinis vestrae laudes, christianissime principum, puriore luce tamquam aliquod sidus irradiat, quod amore fidei, quod charitatis studio, edocti ecclesiasticis disciplinis, Romanae Sedis reverentiam conservatis, et ei cuncta subiicitis, et ad eius deducitis unitatem, ad cuius auctorem, hoc est, Apostolorum primum, Domino loquente praeceptum est « *Pasce oves meas* »[4]; quam esse omnium vere ecclesiarum caput et Patrum regulae, et principum statuta declarant[5], et pietatis vestrae reverendissimi testantur affatus[6].

Quae omnium Ecclesiarum est caput.

Patet igitur in vobis impletum fore quod Scripturae loquuntur: *Per me reges regnant, et potentes scribunt iustitiam*[7]. Nihil est enim, quod lumine clariore praefulgeat, quam recta fides in principe; nihil est, quod ita nequeat occasui sub-

Hinc Iustiniani religio summopere laudatur.

1 « Sex proferimus Ioann. II epistolas, de quarum genuitate vel levius dubitare nefas est. Non desunt tamen legulei novatores haud pauci, qui lethali odio in Christi fidem incensi hanc primam respuere contendunt. Verum perditissimorum hominum audaciam inviete retundit praesertim Cuiacius lib. I, Iustin. Constit. tit. III, et Aleiatus lib. I, parergon cap. XXXIII ». E mss. Const. Nihilominus postremam esse apocrypham infra dicemus pag. 503.

2 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. V, col. 890; et ex Baron. ann. 534 n. XV; et ex cod. Iust. l. 8 de Sum. Trinit. et Fide cath. — E tribus Ioann. epist., quas edidit Carafa, haec 2a numeratur pag. 574.

3 « In vetust. c. titulus hisce verbis concipitur: *Constantino Iustiniano P. F. Augusto III Consuli Ioannes episcopus* ». Ex Labb. — Baron. vero omittit *Augusto*, et mox cum Cod. Iustin. *salutem donat.* Vatt. codd. lectioni n. adhaerent.

4 Ioann. XXI, 17.

5 « Scil. S. August., et caeteri, et authent. de Eccl. ». Comm. ad cod. Iustin.

6 « Idest in ep., quam nobis misisti ». Comment. ad cod. Iustin.

7 Proverb. VIII, 16, ubi Vulg. legit.: *Per me principes imperant, et potentes decernunt iustitiam.*

iacere, quam vera religio; nam cum auctorem vitae vel luminis utraque [1] respiciant [2], recte et tenebras respuunt, et nesciunt subiacere defectui. Quamobrem, gloriosissime principum, votis omnibus exorabitur divina potentia, ut pietatem vestram in hoc ardore fidei, in hac devotione mentis, in hoc integrae religionis studio sine defectu sui in longiora tempora conservet. Hoc enim et sanctis credimus ecclesiis expedire: scriptum est enim: *Labiis* [3] *regit rex;* et iterum: *Cor regis in manu Dei est, et ubi voluerit, inclinabit illud* [4]. Hoc est enim, quod vestrum firmat imperium; hoc, quod vestra regna conservat. Nam pax Ecclesiae, religionis unitas auctorem facti [5] in sublime provectum grata sibi tranquillitate custodit. Neque enim parva ei vicissitudo a potentia divina tribuitur, per quem nullis rugis [6] Ecclesia divina [7] secernitur, nullis insertis maculis variatur. Scriptum est enim, quia *cum rex iustus sederit super sedem, non adversabitur ei* [8] *quidquam malignum* [9]. Proinde serenitatis vestrae apices [10] per Hypatium atque Demetrium sanctissimos viros, fratres et coepiscopos meos, reverentia consueta suscepimus; quorum etiam relatione comperimus, quod fidelibus populis proposuistis edictum amore fidei [11], pro submovenda haereticorum intentione, secundum apostolicam doctrinam, fratrum et coepiscoporum nostrorum interveniente consensu; quod quia apostolicae doctrinae convenit, nostra auctoritate confirmamus [12].

Per hanc eius imperium custoditur.

Iustiniani litterae de fide Pontifici gratissimae.

Textus autem epistolae Imp. talis est [13].

Harum textus refertur.

Victor [14] Iustinianus, Pius, Felix, Inclytus, Triumphator, semper Augustus, Ioanni sanctissimo Archiepiscopo almae urbis Romae et Patriarchae.

Reddentes [15] honorem Apostolicae Sedi et vestrae sanctitati, quod semper nobis in voto fuit et est (ut decet Patrem) honorantes [16] vestram beatitudinem, omnia quae ad ecclesiarum statum [17] pertinent, festinavimus [18] ad notitiam deferre vestrae sanctitatis; quoniam semper nobis fuit magnum studium unitatem vestrae Apostolicae Sedis, et statum sanctarum Dei ecclesiarum custodire, quae [19] hactenus obtinet et incommote permanet, nulla inter-

Iustiniani studium S. Ap. unitatem servandi.

1 « I. e. fides et religio ». Accurs.

2 « *Recipiant* ». Baron. f. minus bene.

3 « I. e. *sententiis* ». Cit. comment.

4 Proverb. xxi, 1, ubi ait: « *Sicut divisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini; quocumque voluerit inclinabit illud* ».

5 « I. e. principem, si hoc faciat ». Cit. comment.

6 « I. e. schismatibus ». Id. comment.

7 Baron. et Labb. et cod. Iustin. legg. *divisa*, sicut etiam Carafa; quapropter mss. nostrum mendosum esse censemus.

8 Cod. Iustin. ad marg. « alias *sibi* ». Perperam, uti patet.

9 Proverb. xx, 8, ubi Vulg. legit.: *Rex, qui sedit in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo.*

10 « Scil. *litteras* ». Id. Comment.

11 V. hoc edict. in cit. cod. Iust. lib. I, tit. I, l. 4; et in Baron. an. 533 n. VII.

12 Hinc liquet, Iustin. imp. ex episc. sententia cuncta de fide edicta statuisse, et promulgasse, ipsumque Rom. Pontif. consuluisse, num omnia pie, sancta, et orthodoxe fuerint constituta. E mss. Const.

13 Ita in cod. Iustin. loc. cit. Huiusmodi autem textum Baron. sub an. 533 n. XII retulit.

14 Baron. legit: *Imperator*.

15 Cod. Iustin. leg.: « *Nos reddentes* »: verum antiq. exempl. nostrae lect. adhaerent.

16 Labb. edit. Paris. ad marg. corrigend. admonet *ut si decet patrem, honorantes* ..... parenthesi sublata. Forte ad locut. satius legend. *quod semper nobis in voto fuit, et, ut decet Patrem, honorantes* .....

17 Baron. leg.: « *ad Ecclesiae statum* ».

18 Labb. et cod. Iust. ad marg. « al. *festinamus* ». Ita etiam legg. codd. Vat. 3833, et 1427.

19 Labb. ad marg. *qui;* item et Baron. Verum n. lect., quam hab. etiam Carafa, videtur praeferenda: Sedes enim Ap. immota permanet, status autem Ecclesiarum non ita.

cedente contrarietate. Itaque[1] omnes sacerdotes universi Orientalis tractus et subiicere et unire Sedi vestrae sanctitatis[2] properavimus. In praesenti[3] ergo, quae commota sunt[4] (quamvis manifesta et indubitata[5] sint, et secundum Apostolicae vestrae Sedis doctrinam ab omnibus semper sacerdotibus firme[6] custodita et praedicata), necessarium duximus ut ad notitiam vestrae sanctitatis perveniant. Nec enim patimur quidquam, quod ad ecclesiarum statum pertinet, quamvis manifestum et indubitatum sit quod movetur, ut non etiam vestrae innotescat sanctitati, quae[7] caput est omnium sanctarum ecclesiarum. Per omnia enim, ut dictum est, properamus[8] honorem et auctoritatem crescere vestrae Sedis.

Itaque Pontifici quae de fide eveniant ducit exponenda.

Manifestum igitur facimus vestrae sanctitati, quod pauci quidam[9] infideles et alieni sanctae[10] Dei catholicae atque apostolicae Ecclesiae contradicere iudaice atque apostatice ausi sunt[11] adversus ea, quae ab omnibus sacerdotibus secundum vestram doctrinam recte tenentur et glorificantur atque praedicantur; denegantes Dominum nostrum Iesum Christum unigenitum Filium Dei et Dominum nostrum incarnatum de Sancto Spiritu, et ex sancta atque gloriosissima semper Virgine[12] Dei genitrice Maria hominem factum atque crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, et[13] coadorandum, et conglorificandum Patri et Spiritui Sancto, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eumdemque ipsum impassibilem deitate.

Acoemetensium monachorum haereses de Christi incarnatione aperit,

Recusantes enim Dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum Filium Dei et Dominum nostrum, fateri unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, videntur Nestorii malam sequi[14] doctrinam, secundum gratiam dicentis unum Filium Dei, et alium dicentis Dei Verbum, et alium Christum.

Quas Nestorianae impietati congruere autumat.

Omnes vero sacerdotes sanctae catholicae atque apostolicae Ecclesiae, et reverendissimi archimandritae[15] sanctorum monasteriorum[16], sequentes sanctitatem vestram, et custodientes statum et unitatem sanctarum Dei Ecclesiarum, quam habent ab apostolica vestrae sanctitatis Sede[17], nihil penitus immutantes de ecclesiastico statu, qui hactenus obtinuit atque obtinet, uno consensu confitentur et glorificant praedicantes Dominum nostrum Iesum Christum unigenitum Filium et Verbum Dei[18]

His catholicam doctrinam opponit:

Unum esse Iesum Christum et Verbum

1 « *Ideoque* ». Cod. Vat. 1427, sicut et Baron. et Carafa.

2 ... « *unire vestrae sanctitati* » leg. Baron.

3 Cod. Vat. 3833 *Et in praesenti ergo haec, quae mota sunt*; cod. autem 1427 *Et in praesenti ergo quae commota sunt*. Sane in utroque particula *et* abundat. Labb. ad marg. *quae hic commota sunt*.

4 « Scit. per quosd. monachos, de quibus infra ». Cit. Comment.

5 « I. e. *de fide* ». Accurs.

6 Labb. ad marg. *ferme*. Ad rem minus apte.

7 « *Quia* ». Id., et cod. Iustin. ad marg. Etiam codd. nn. 3833, at 1427 ita legg. — Baron. hab. *quae*, sicut et Carafa.

8 Cod. Iust. *properavimus*.

9 « *Quidem* ». Cod. Vat. 1427. Forte ex vitio amanuens.

10 Al. *sanctae sedi, Dei catholicae*.

11 Al. *visi sint*. Perperam ad context.

12 Cit. cod. 1427 ad rem perperam: *incarnatum ex Spiritu Sancto, et Sancta gloriosa Virgine*.

13 Id. expungit *et*.

14 Id. ad locut. perperam: *malam sequentes doctrinam*; et mox cum cod. Iustin. *dicentes*.

15 « Scil. *Abates* ». Comm. cit.

16 « *Sacrorum monasteriorum* ». Cit. cod. 1427.

17 Labb. ad marg. *quam habent ad apostolicam v. s. sedem*.

18 Cit. cod. 1427 *unigenitum Filium Dei, et Verbum*.

et Dominum nostrum, ante saecula et sine tempore de Patre natum, in ultimis diebus[1] descendisse de coelis, et incarnatum de Spiritu Sancto, et ex sancta atque gloriosa Virgine et Dei genitrice Maria natum, et hominem factum, et crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, et[2] coadorandum et glorificandum[3] Patri et Sancto Spiritui. Nec enim alium Deum Verbum, et alium Christum cognoscimus; sed unum atque eumdem ipsum consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eumdem ipsum impassibilem deitate. Ut enim est in divinitate perfectus, ita idem ipse et in humanitate perfectus est; in una enim substantia Deitatem suscipimus et confitemur, quod Graeci dicunt ὁμοούσιον[4]. Et quoniam unigenitus Filius et Verbum Dei, ante saecula et sine tempore de Patre natus, idem ipse et[5] in ultimis diebus descendens de coelis incarnatus de Spiritu Sancto, et ex sancta atque gloriosa semper Virgine et Dei genitrice Maria homo factus, Dominus noster Iesus Christus proprie et vere Deus est; ideo et sanctam atque gloriosam Virginem Mariam proprie et vere Dei matrem esse dicimus; non quia Deus Verbum principium ex ipsa sumpserit[6], sed quia in ultimis diebus descendit de coelis, et ex ipsa incarnatus, et homo factus, et natus est, quem confitemur et credimus, sicut dictum est, consubstantialem esse Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis eumdem ipsum secundum humanitatem; eiusdem miracula et passiones, quas sponte in carne sustinuit[7], agnoscentes. Suscipimus autem sancta quatuor concilia, id est, trecentorum decem et octo sanctorum Patrum, qui in Nicaena urbe congregati sunt; et centum quinquaginta sanctorum Patrum[8], qui in Epheso primo congregati sunt; et sanctorum Patrum, qui in Chalcedone convenerunt, sicut vestra Apostolica Sedes docet atque praedicat. Omnes ergo[9] sacerdotes sequentes doctrinam Apostolicae Sedis vestrae ita credunt, et confitentur, et praedicant, unde properavimus hoc[10] ad notitiam deferre vestrae sanctitatis per Hypatium et Demetrium beatissimos episcopos, ut nec vestram sanctitatem lateant, quae a quibusdam paucis monachis male et iudaice secundum Nestorii perfidiam denegata sunt. Petimus ergo vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis litteris, et ad sanctissimum episcopum huius almae urbis, et patriarcham fratrem vestrum (quoniam et ipse per eosdem scripsit ad ve-

Incarnatum de Spiritu Sancto, et natum ex Maria V.

Individuae quidem Trinitati consubstantialem, et impassibilem secundum Deitatem.

Consubstantialem autem nobis et passibilem secundum humanitatem.

In una enim substantia Deitas suscipitur, et admittitur.

Christus ergo proprie et vere Deus est, eiusque genitrix proprie, et vere Deipara.

De hoc quatuor conciliorum fides recipitur.

Petit imperator, ut Ioannes exposita confirmet.

1 « Sex numerantur mundi aetates: 1ª ab Adam usque ad Noe; 2ª usque ad Abraham; 3ª usque ad Moysen; 4ª usque ad David; 5ª usque ad adventum Domini; 6ª usque ad finem saeculi ». Cit. Comment.

2 Cod. cit. 1427 hic expung. *et*.

3 Sic. Labb. et Carafa; at melius Baron. hab. *conglorificandum*.

4 « Scil. *indivisa substantia*; al. οὐσία » Id. Comment. — Baron. et cod. Iustin. legg. « quod dicunt graeci τὴν (Baron. hab. τῶν sphalm. typ.) καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν ὁμολογοῦμεν »; cod. Iustin. addit in textu: « Idest: *eam, quae secundum personam est, unitatem confitemur* »: Labb. ad marg. « καθ' ὑπόστασιν ὁμολογοῦμεν » adda scil. ὁμοούσιον.

5 Cod. cit. 1427 expung. *et*.

6 « Quia antea fuit ». Cit. Comment.

7 « *Suscepit* ». Labb. ad marg. et sic leg. Baron.

8 Cod. Inst. cum cit. mss. 1427 hunc locum sic refert: *et centum quinquaginta sanctorum Patrum, qui in hac regia urbe convenerunt, et SS. PP. qui in Epheso primo congregati sunt; et sanctorum PP., qui in Chalcedone convenerunt;* eodemq. modo legg. Baron. et Carafa. Sane recte, secus non quatuor iuxta ep. textum, sed tria concilia ab Eccl. viderentur accepta. Adverte autem ideo innui primum concil. Ephesin., quia alterum fuit damnatum.

9 Al. *namque*. Sed recte ad context. n. lectio.

10 Cod. Iustin. *haec*.

stram sanctitatem, festinans in omnibus sequi Sedem Apostolicam beatitudinis vestrae) manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui praedicta recte confitentur, suscipit vestra sanctitas; et eorum, qui iudaice ausi sunt rectam denegare fidem, condemnat perfidiam. Plus enim ita et circa vos omnium amor et vestrae Sedis crescit auctoritas; et quae ad vos est unitas sanctarum ecclesiarum inturbata servabitur, quando per vos didicerint omnes beatissimi episcopi eorum[1], quae ad vos[2] relata sunt, sinceram vestrae sanctitatis doctrinam. Petimus autem vestram beatitudinem orare pro nobis, et Dei nobis acquirere providentiam. *Item subscriptio*[3]. Deitas te conservet[4] per multos annos, sancte ac religiosissime pater[5].

Et monachorum perfidiam condemnet.

Sese eius orationibus commendat.

Hucusque textus epistolae Iustiniani imperatoris[6].

Liquet igitur[7], imperator gloriosissime, ut lectionis tenor et legatorum vestrorum relatio patefecit[8], vos apostolicis eruditionibus studere; cum de religionis catholicae fide[9] ea sapitis, ea scripsistis[10], ea protulistis, ea populis fidelibus publicastis, quae, sicut diximus, et Sedis Apostolicae doctrina[11], et sanctorum Patrum veneranda decernit[12] auctoritas, et nos confirmamus[13] in omnibus. Opportunum est ergo voce proclamare[14] prophetica: *Tibi abundet*[15] *coelum desuper, et effundant montes iucunditatem, et colles laetitia*[16] *laetabuntur*. Haec igitur in tabulis cordis fideliter scribere, haec ut pupillas[17] oculorum convenit observare; neque enim quisquam est, in quo Christi charitas fervet, qui tam rectae, tam verae confessionis vestrae fidei refragator existat, cum evidenter impietatem Nestorii, Eutychetisque[18] et omnium haereticorum damnantes, unam veram catholicam fidem Domini et Dei nostri Salvatoris Iesu Christi magisterio institutam, et propheticis apostolicisque praedicationibus ubique diffusam, et sanctorum per totum orbem con-

Iustiniani fides de Christi incarnatione plane comprobatur;

Quippe quae Nestorii, et Eutychetis errores prorsus repellit.

1 « *Horum* ». Cod. Vat. 3833.

2 Cod. Iustin. ad marg. « al. *ad nos* ».

3 Cod. cit. 1427 *Item haec subscriptio*; cod. autem 3833, *Et subscriptio*; Baron. et cod. Iustin.: *Item subscriptio talis fuit*. Caraf. nobisc. leg.

4 Labb. ad marg. « Et alia manu: *Divinitas te servet* ». Al. *reservet*.

5 Labb. ad marg. « *Dat.* VIII *Id. Iun.* » (6 Iun.)

6 Haec verba nos interiicimus. In cod. Iust. ad seq. praemitt. inscriptio: *Sequitur residuum epistolae Papae*.

7 Iustin. ep. expleta, illa Pontif. resumitur. In cod. Iust.

8 « *Patefacit* ». Labb. ad marg.

9 Baron., Caraf., et Const. mss. cum cod. Iustin. et mss. vat. 1427 *de religione catholicae fidei*.

10 « *Ea scribitis, et publicatis* ». Labb. ad marg.

11 « *Et Sedes apostolica docet* ». Ibid.

12 Baron. cum Const. mss., et cod. 1427 *decrevit*. Carafa nobisc. leg.

13 « *Confirmavimus* » Carafa, Const. mss. cum cit. cod. 1427. — Cod. vero Iustin. ad marg. « Malim legere *et confirmamus* ». Recte quidem: agitur enim de confirmandis in praesenti doctrinis sup. expositis; et sic legg. Baron. et Labb.

14 « *Exclamare* ». Baron. et cod. Iustin.

15 Ita legg. Caraf. et Labb. — Cod. Iustin. cum Baron. et Const. mss. *Iucundetur tibi, et abundet coelum*... Codd. nn. *Tibi abundet, vel iucundetur coelum*. Edit. quidam *Tibi abundet coelum*; al. *Iucundet tibi, et abundet coelum*...

16 Isai. XLIX, 13 ubi iuxta Vulg. legitur: « Laudate, coeli, et exulta, terra; iubilate, montes, laudem ». Vers. autem τῶν LXX, a qua, ut scimus, versio itala vetus desumpta erat, ib. habet: εὐφραίνεσθε οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ, ῥηξάτωσαν τὰ ὄρη εὐφροσύνην, et Ald. edit. add. καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην: idest: « *Laetamini, coeli, et exulta, terra, erumpant montes iucunditatem, et colles iustitiam* ». Vid. etiam Ps. XCV, 11, et CXIII, 4.

17 « *Ut pupillam* ». Baron.

18 Ita et cod. 1427; sed cod. 4961 leg. *et Eutychetis*.

fessionibus roboratam, Patrum atque doctorum sententiis adunatam [1], et nostrae doctrinae consentaneam inconcusse atque inviolabiliter devota Deo et pia mente servatis [2]. Soli etenim professionibus nostris [3] adversantur, de quibus divina Scriptura loquitur dicens: *Posuerunt mendacium spem suam, et mendacio operti* [4] *speraverunt* [5]; et iterum, qui secundum prophetam dicunt Domino: *Recede a nobis, vias tuas scire nolumus* [6]; propter quod Salomon dicit: *Per semitas* [7] *propriae culturae erraverunt, colligunt autem manibus infructuosa* [8]. Haec est igitur vera vestra fides, haec certa religio; hoc beatae recordationis, ut diximus, Patres omnes, praesulesque Romanae Ecclesiae, quos in omnibus sequimur; hoc Sedes Apostolica praedicavit hactenus, et inconcusse custodivit; huic confessioni, huic fidei quisquis contradictor extiterit, alienum seipsum [9] a sancta communione, alienum ab Ecclesia iudicabit [10] esse catholica. Nos enim Cyrum cum sequacibus suis in Romana invenimus civitate, qui de Cumitensi [11] monasterio fuit; quos apostolicis suasionibus ad rectam fidem, et [12] velut oves, quae perierant, errantes ad ovile contendimus revocare dominicum, ut agnoscant [13], secundum prophetam, linguae balbutientes loqui quae ad pacem sunt. Ad non credentes autem per nos primus Apostolorum Isaiac prophetae [14] verbum [15] dicit: *Pergite in lumine ignis vestri, et flammae quam accendistis* [16]. Sed obduratum est cor eorum, ut scriptum est [17], ut non intelligerent, et pastoris vocem oves [18], quae meae non erant, audire minime voluerunt [19]. In quibus observantes ea, quae ab ipsorum sunt sta-

Et Apost. Eccles. fidei omnino adhaeret:

Cui qui contradicit, a catholica communione secernitur.

Ioannes de Cyri, aliorumque monachorum perfidia refert,

Quos, nisi errores condem-

1 Verba « *et sanctorum... adunatam* » desunt in Baron. err. ut vid. typ.

2 « *Servetis* ». Baron.

3 Cod. Iustin., Baron., et Cont. Const. cum nn. codd. ll. *professionibus vestris.* — Caraf. et Labb. n. l. habb.

4 « *Et mendacium operiri* ». Cod. Iust. cum n. mss. 1427; sed aptius, ut videtur, cod. 4961 *et mendacio operiri*, sicut et Cod. Iustin. edit. Taurin. cum Carafa.

5 Is. XXVIII, 15, ubi Vulg. leg.: *Posuimus mendacium spem nostram, et mendacio protecti sumus.*

6 Iob. XXII, 17, ubi iuxta Vulg. ait: *Qui dicebant Deo: Recede a nobis: et quasi nihil posset facere Omnipotens, aestimabant eum.* Vel potius Iob. XXI, 14: *Qui dixerunt Deo: Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus.* Vulg.

7 Cod. Iustin. cum nn. mss. *Semitas propriae culturae erraverunt.*

8 Prov. V, 6, ubi Vulg. legit.: *Per semitam vitae non ambulant; vagi sunt gressus eius, et investigabiles.* Vid. et cap. IV ib.

9 Caraf. *alienum sane a communione, alienum se ipsum ab Ecclesia*... Cont. Const. *alienum a sancta communione, alienum se ipse ab Ecclesia* ...

10 « *Iudicavit* ». Cod. Iust., et Const. mss., et Caraf.

11 « *De Comitensi* ». Cod. Iust.; *de Quimetensi* cod. n. 4961; *de Acimetensi* n. cod. 1427; *de Acoemetensi* Baron. in text. et Labb. ad marg. cum Cont. Const. — Baron. porro ad marg.: « Gr. ἀκοιμήτων, *sic dicti quasi insomnes* ».

12 Sic et nn. mss.; at Iust. cod. expung. *et*. Ad locut. perperam, ut videtur.

13 Id. cod. cum nn. mss. *ut agnoscerent*. Ad orat. context. aptius.

14 Al. *Isaias Propheta*. Sane perperam.

15 Cont. Const. *verba dicit.*

16 Baron., sicut et cod. Iustin. ad Is. text. accomodatius legit *Ambulate*, et mox *succendistis*. Cod. Iust. ad marg., cui nn. mss. adhaerent, notat: « Al. *Pergite in lumine ignis vestri, et flammae, quam accendistis* ». Is. autem L, 11 iuxta Vulg. habet: « *Ambulate in lumine ignis vestri, et in flammis, quas succendistis* ».

17 Isai. VI, 10. Matth. XIII, 15. Ioann. XII, 40.

18 Ioann. X, 3, 4, 14, 15.

19 Sic et nn. mss.; cod. vero 1427 perperam ed context. *valuerunt*. Cod. Iust. ad marg. habet: *hucusque minime voluerunt*. In quibusd. autem exempl. legitur: *Sed obduratum ...... ut non intelligerent pastoris vocem. Oves, quae meae non erant, audire minime me voluerunt:* et sic leg. Caraf.

neat, in catholicam communionem recipiet.

tuta pontifice, eos minime in nostra communione recepimus[1], et ab omni ecclesia catholica esse iussimus alienos, nisi, errore damnato, doctrinam nostram quantocius sequi, habita regulari professione, significaverit[2]. Aequum quippe est, ut qui nostris minime obedientiam accomodant statutis, ab ecclesiis habeantur extorres. Sed quia gremium suum numquam redeuntibus claudit Ecclesia, obsecro clementiam vestram, ut, si proprio deposito errore et prava intentione depulsa ad unitatem Ecclesiae reverti voluerint, in vestra communione[3] receptis indignationis vestrae removeatis aculeos, et nobis intercedentibus benigni animi gratiam condonetis[4]. Deum autem et Salvatorem nostrum Iesum Christum exoramus, quatenus longaevis et pacificis vos dignetur custodire temporibus in hac vera religione et unitate, et veneratione Apostolicae Sedis; cuius principatum, ut christianissimi et pii, conservatis in omnibus. Praeterea, serenissime principum, laudamus legatorum vestrorum personas Hypatii, et Demetrii fratrum, et coepiscoporum nostrorum, quos clementiae vestrae gratos fore ipsa manifestavit electio[5]. Nam tantae causae pondus non nisi perfectis in Christo potuisset iniungi[6]; tantae vero pietatis, tantae reverentiae plenos affatus, nisi per amantes minime dignaremini destinare[7]. Gratia Domini nostri Iesu Christi, et charitas Dei Patris, et communicatio Sancti Spiritus sit semper vobiscum, piissime fili. Amen[8]. *Item subscriptio*[9]. Omnipotens Deus regnum vestrum et salutem vestram perpetua protectione custodiat, gloriosissime et clementissime fili, Imperator Auguste.

Si autem resipiscant, illos etiam Iustiniani clementiae benigne committit.

Pro imperatoris incolumitate vota facit.

Eiusque legatos laudat.

Dat. Romae VIII kalendas Aprilis, Domino nostro Iustiniano PP. Augusto IV, et Paulino viris clarissimis consulibus.

Dat. die 25 Martii, an. 534.

EPISTOLA II[10].

Innuens cur litterarum exemplaria Iustiniano de fide tradita ad Avienum caeterosque viros illustres adhuc non miserit, catholicam de Christi incarnatione doctrinam confirmat, et Acoemetenses monachos, sequaces Nestorii vitari iubet.

Ioannes Episcopus Romanus, illustribus ac magnificis viris Avieno, Senatori, Liberio, Saverino, Fideli, Avito, Opilioni, Ioanni, Silverio, Clementiano et Ampelio[11].

Olim quidem, illustres et magnifici filii, ad hoc sententiae meae summa constiterat, ut ante iussionem vestram, postquam epistolae vel dogmatis tenorem cuncta Ecclesia, hoc est, sacerdotum[12] se-

Cur litteras de fide Iustin. traditas nondum communicavit.

1 Caraf. leg. *recipimus*.

2 Recte Cont. Const. *significaverint*. Forsan melius n. cod. 4961, cui acced. cod. cit. 1427 *signaverint*; et ita legg. Baron. et Cod. Iustin. et Caraf.

3 « *In vestram communionem* »; optime Baron. et cod. Iustin.

4 Cod. Iust., Baron. et no. codd. *condonate*. Ad locul. context. minus bene.

5 Labb. ad marg. « Liberat. in Breviar. cap. xx ».

6 Const. mss. *potuissetis iniungere*.

7 In cod. cit. 4961 hic additur: « *Et alia manu:* Gratia ... » etc.

8 Id. cod. sit *semper vobiscum amen, piissime fili*. In cit. cod. 1427 *piissime fili* omittitur.

9 Quae sequunt. desunt in o. cod. 4961, si not. chronolog. excipias, quae ibi ita enunciatur. *Dat.* VIII *kal. Apr.*

10 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. v, col. 896 et ex Baron. ad ann. 534 n. XXIII; e tribus a Carafa editis haec tertia numeratur pag. 578.

11 Caraf. *Clementino, et Amphelio;* sed Cont. Const. mss. hanc lect. ad nostram accomodat. Porro Carafa aliam adhib. interpunct.: « *Avieno Senatori, Liberio Severino, Fideli Avito, Opilioni, Ioanni Silverio, Clementino, et Amphelio* ».

12 Baron. habet: *sacerdotum, Senatus, et populi*.

natus, et populi probavit assensus, sub paginali alloquio vestris etiam sensibus intimanda dirigerem[1]; sed consilii ordinem illa res vertit, quia et dogmati per dies singulos divinae scripturae subduntur, et imperfecta destinari non poterant[2], et ea, quae per legatos directa sunt, prius non poterant in exemplaribus scripta transmitti. Novimus etenim quod, Domino docente, praeceptum est, quod pastor diligens gregem salubria ultro non desistat ingerere; quia res, quae ad salutem animae pertinet[3], omnibus necesse est sensibus intimari. Proinde, illustres et magnifici filii, quia festinatio non pertulit[4] portitores, ut ea scribi et dirigi potuissent; incontinenti tamen, si dictus divinus favor arriserit, tam epistolae, quam dogmatis exemplaria destinabimus. Nunc[5] tamen, ne quid de vestris[6] sensibus relinquatur ambiguum, quid epistolae tenor habeat, quid textus dogmatis contineat, breviter insinuare curavi. Iustinianus siquidem imperator filius noster, ut eius epistolae tenore cognovistis, de his tribus quaestionibus orta certamina fuisse signavit: Utrum unus ex Trinitate Christus et Deus noster dici possit, hoc est, una de tribus personis sanctae Trinitatis sancta persona: An Deus Christus carne pertulerit impassibili deitate: An proprio et veraciter mater Domini Dei nostri Christi Maria semper Virgo debeat appellari. Probavimus in his catholicam imperatoris fidem, et ita esse propheticis et apostolicis vel Patrum exemplis evidenter ostendimus; unum enim ex sancta Trinitate Christum esse, hoc est, unam de tribus sanctae Trinitatis personis sanctam esse personam, sive subsistentiam, quam Graeci ὑπόςασιν dicunt in his exemplis evidenter ostendimus.

Circa quam Iustiniani quaestiones exponit.

Quibus reponens confirmat

unum eumdemque esse Iesum Christum, et Verbum.

In libro Genesis per Moysen Trinitas ipsa sic dicit: *Ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis*[7]. Et item vas electionis Paulus ad Corinthios, ita evidenter expressit: *Unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in ipso, et unus Dominus noster Iesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum*[8].

Idque evincit e S. Scripturis.

Et in symbolo synodi Nicaenae: *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, et in unum Dominum nostrum Iesum Christum unigenitum.*

E Nicaena Synodo.

Item sanctus Augustinus, cuius doctrinam, secundum praecessorum meorum statuta, Romana sequitur et servat[9] Ecclesia, in libro undecimo *De civitate Dei*[10] dicit: «Credimus et tenemus, et fideliter praedicamus, quod Pater genuerit Verbum, hoc est Sapientiam, per quam facta sunt omnia, unus unum, aeternus coaeternum, summus[11] bonus aequaliter bonum. Et quod Spiritus Sanctus simul et Patris et Filii sit Spiritus, et ipse consubstantialis, et coaeternus ambobus, atque hoc totum Trinitas sit propter proprietatem personarum, et unus Deus propter inseparabilem unitatem, sicut unus omnipotens propter inseparabilem

E pluribus S. Augustini locis.

1 Caraf. hab. *digererem.*

2 Baron. immed. proseq: *in exemplaribus scripta transmitti.* Sed Labb. et Car. n. lect. adhaer.

3 Fortasse *pertinent,* vel paullo ante: *rem.*

4 Caraf. *protulit,* quod Cont. Const. iuxt. n. lect. corrigit. Baron. quoque et Labb. legg. *pertulit.*

5 Baron. «*Nunc autem*».

6 «*De nostris sensibus*». Cont. Const. cum Baron.

7 Genes. III, 22, ubi Vulg. legit: *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est.*

8 1 Corinth. VIII, 6, ubi iuxta Vulg. legitur ... *et nos in illum, et unus Dominus Iesus Christus .....*

9 «*Et probat*». Baron.

10 «Cap. XXIV» Cont. Const. — Deinde Caraf. et Baron. legg. *sic dicit.*

11 «*Summe*». Cont. Const.

omnipotentiam; ita tamen, ut [1], cum de singulis quaeritur, unusquisque eorum et Deus omnipotens esse respondeatur ».

Eiusdem in libro secundo [2] contra Maximinum: « Et Pater Deus est, et Filius Deus est, et Spiritus Sanctus Deus est, et hi simul tres unus Deus est, nec huius Trinitatis tertia pars est unus, nec maior pars duo, quam unus est ».

In libro sancti Augustini decimo quinto *De Trinitate* [3]: « Ratione etiam reddita, intelligentibus palam est [4], substantiâ veritatis [5], non solum Patrem Filio non esse maiorem, nec ambos [6] simul aliquid esse maius, quam Spiritum Sanctum, aut quoslibet duos in eadem Trinitate maius esse aliquid [7], quam unum, aut omnes simul tres maius aliquid esse, quam singulos ».

E Gregorio Nazianzeno. Gregorius Nazianzenus ex sermone [8] *De Epiphania Domini:* « Cum omnino [9] uno lumine illustramur, simul et tribus: tribus quidem secundum uniuscuiusque proprietates, sive substantias [10], sicut placet aliquibus dicere, sive personas; nihil enim pro vocabulorum diversitate dissidendum est, cum ad eumdem sensum nominum diversitas provocet et intellectum: unum [11] autem secundum substantiam vel Deitatis rationem [12]. Dividitur ergo, ut ita dicam, indivisibiliter, coniungitur divisibiliter [13], una est in tribus Deitas ».

E Gregorio Nysseno. Item ex epistola Gregorii Nysseni ad Ablamium [14]: « Aestimet haec opera utrum uni assignentur personae eorum, quam [15] in sancta Trinitate creduntur, an per tres eat virtutis effectus ». Item ex epistola Procli ad occidentales: « Super haec etiam confitemur unum ex Trinitate increata atque ineffabili Deum Verbum factum hominem ».

Ex B. Procli epistola ad Occidentales. Eiusdem: « Quid enim nos sapimus atque sentimus, quia in ipsa divina natura, qua coniunctus et unitus est Filius Patri, Sanctoque Spiritui, non dicimus eum Deitate passum fuisse, sed carne, quam pro nobis assumpsit ex nobis? Unus igitur ex Trinitate crucifixus est carne, qua factus est; non tamen Deitate, qua unitus est Patri et Spiritui Sancto, perpessus est, ne et illos crucifixos pariter asseramus ».

1 Caraf. add. *etiam*.

2 « L. c. cap. x, n. 2 ». Cont. Const.

3 « Cap. III, n. 5 ». Id.

4 « *Parum est* ». Ad sensum perperam Caraf.; quam lect. Cont. Const. restit. ad Aug. text., qui leg. *clarum est*.

5 Id. et Car. *in substantia veritatis*, ut edit. Maur. opp. S. August.

6 Pessim. quidem Caraf. *sed ambo* ... Potius iuxta edit. Maur. opp. S. Aug. legend. *sed nec ambos* ...

7 Baron. expungit *aliquid*.

8 « Homil. 39, pag. 630, edit. Paris. 1609 ». Cont. Const.

9 Id. *Deum quum nomino uno lumine illustramini*; recte ad graec. text., qui legit: Θεὸν δὲ ὅταν εἴπω ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε. Caraf. *Deum cum omnino*, errore, ut patet, typ. *omnino* pro *nomino*.

10 Adverte quomodo Ioannes PP. ὑποστάσεις vertens *substantias* moneat cum Nazianz. minime de vocabulis lites esse movendas, ubi de vero eorum sensu constet; idque sane ad Augustin. exemplum, qui lib. V *De Trinit.* c. VIII, ob hunc graecorum loquendi modum se nonnihil moveri significans, ei sese tamen accomodat lib. VII, c. IV *De Trinitate*, quum sub hoc diverso vocabulor. usu fidem non diversam esse cognoverit. E Cont. Const.

11 Id. iuxta Bill. versionem: *uno autem*; quod sane ad graec. text. aptius, ubi legitur ἑνὶ δέ.

12 Labb. legit « *deitatis ratione* ».

13 Perperam et errore typographico in Labb. habetur « *visibiliter* ».

14 Id. *Ablavium* iuxta graec. text., qui leg.: Ἀβλάβιον.

15 « Forte *qui* » Harduio. Vel legend. *earum, quae*, uti liquet e graeco textu: λογισάσθω τὴν ἐνέργειαν ταύτην, πότερον ἑνὶ πρόσεστι τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι πεπιστευμένων προσώπων... « consideret hanc efficaciam, utrum uni adsit earum, quae in S. Trinitate creditae sunt, personarum... » idest: « consideret utrum haec efficacia uni adsit, etc. ».

Haec igitur ex plurimis pauca digessimus.

Deum vero carne passum hic nihilo minus roboremus exemplis.

Itemque e S. Scripturis.

Ex libro Exodi per Moysen Dominus locutus est: « Et videbitis vitam vestram in ligno pendentem [1] ». Deum autem esse vitam Dominus noster in Evangelio Ioannis praedicat dicens: « Ego sum via, veritas et vita [2] ».

Item Propheta dicit: « Si affligit homo Deum suum, quia vos afflixistis me [3] »?

Princeps quoque Apostolorum beatus Petrus in *Actibus* ita dicit, dum impietates Iudaeorum argueret: « Vos autem virum homicidam petistis dimitti vobis, auctorem vero vitae peremistis [4] ». Item vas electionis et doctor gentium sic praedicat: « Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent [5] ». Dominus autem gloriae est Deus. Sic psalmographus ante praedixit: « Qui est iste rex gloriae [6] »?

Item in *Actibus Apostolorum*: « Attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus constituit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo [7] ».

E S. Cypriano.

Cyprianus episcopus et martyr in epistola *De Patientia*: « Iudicatur iudicaturus, et Dei sermo ad victimam tacens ducitur ».

Iteramque e Nazianzeno.

Gregorius Nazianzenus: « Et indiguimus Deo incarnato et mortificato, ut nos vivamus ».

Necnon ex Augustino *De Charitate*.

Ex libro sancti Augustini *De Charitate*: « Ille enim, qui venit per crucis irrisiones [8] carnis perimere corruptionem, et vetustatem vinculi mortis nostrae suae mortis novitate dissolvere, mandato novo fecit hominem novum; res enim vetus erat, ut homo moreretur, quod ne semper valeret in homine, res nova facta est, ut Deus moreretur; sed quia in carne mortuus est, non in Divinitate ».

Cyrillus capitulo XII: « Si quis non confitetur Verbum passum carne, et crucifixum carne, et mortem carne gustasse, factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita et vivificans est et Deus, anathema sit ».

E S. Leonis epistolis.

In epistola Leonis ad Iuvenalem [9]: « Veram igitur generationem crux vera confirmat, quoniam [10] in carne nostra nascitur, qui in nostra carne crucifigitur ».

Eiusdem ex epistola ad Flavianum [11]: « Impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis, et immortalis mortis legibus subiacere ». Ex hac quoque parte plura ex dogmatis lectione [12] poteritis agnoscere.

Comprobat B. V. esse Deiparam.

Gloriosam vero sanctam semper Virginem Mariam proprie et veraciter Dei genitricem, matremque Dei Verbi ex ea incarnati ab omnibus catholicis confiteri recte esse docemus proprie et vera-

1 « Exod. XXIV » Labb. ad marg.; vel potius ex libr. Num. XXI, 8 et 9, ubi Vulg. legit· *Fac serpentem aeneum, et pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum vivet.*

2 Ioann. XIV, 6, ubi Vulg. legit: *Ego sum via, et veritas, et vita.*

3 Malach. III, 8, ubi ait: *Si affliget* (al. leg. *affiget*) *homo Deum suum, quia vos configitis me?* Labb. et Caraf. legg. *si affigit ...*, et ad marg. « Zach. XII ».

4 Act. III, 14, ubi Vulg. legit: *Vos autem sanctum, et iustum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis; auctorem vero vitae interfecistis.*

5 I Corinth. II, 8.

6 Ps. XXIII, 8, *Quis est ....*

7 Act.. XX, 28, ubi Vulg. legit.: *posuit episcopos.*

8 « *Irrisionem* ». Cont. Const.

9 Quam vid., si lubet, pag. 140 h. vol.

10 Hic Caraf. interiicit *ipse.*

11 Quam videre est pag. 26 segg. h. vol.

12 Labb. et Caraf. legg. *ex dogmatis lectionum .....*

citer; et idem ipse, ultimis temporibus incarnatus, ex sancta et gloriosa Virgine matre nasci dignatus est.

Siquidem proprie et vere Dei Filius ex ea incarnatus est.

Propterea ergo quia proprie et veraciter Dei Filius ex ea incarnatus est; ideo proprie et veraciter matrem Dei ex ea incarnati et nati esse coofitemur. Et ne [1] Dominus Iesus per honorificentiam vel gratiam Dei nomen accepisse credatur, sicut Nestorius sentit insulsus. *Veraciter* autem ideo ne phantasma, aut aliquo modo non veram sumpsisse carnem eredatur ex Virgine, sicut asseruit impius Eutyches. Cui rei probamenta ex Patrum traditionibus consequenter [2] sanctus Augustinus in libro primo praedestinationis: « Praedestinatus est ergo Iesus, ut futurus secundum carnem filius David esset, in virtute autem Filius Dei simul et filius hominis propter susceptum hominem, et Filius Dei propter suscipientem unigenitum Domini proprie et veraciter diceretur » [3].

Quod e pluribus Patrum traditionibus ostenditur.

Leporius in epistola, quam Aurelius episcopus Carthaginensis, et beatus Augustinus [4], et synodus Africana firmavit: « Nascitur ergo nobis proprie de Spiritu Sancto et Maria semper Virgine Deus homo Iesus Filius Dei ».

Gelasius ex libro adversus Nestorium et Eutychem: « Propterea quod ex te nascitur saoctum, vocabitur Filius Dei [5]; ex te nascitur, ait, ut proprietatem de matre sumeodam nostrae conditionis exprimeret ».

His igitur evidenter ostensum est, illustres et magnifici filii, quid speraverit imperator, quid Romana sequatur et colat Ecclesia. Atque igitur [6] Christum Dominum nostrum unum esse, ut saepe diximus, sanctae Trioitatis ex duabus naturis cogooscendum, hoc est, in Deitate et humanitate perfectum, non antea existente carne, et postea unita Verbo, sed in ipso Deo Verbo initium, ut esset, accipiens [7]; inde enim vero [8] ex materno corpore caro sumpsit initium, salva proprietate vel veritate utriusque naturae, hoc est divinitatis atque humanitatis, Dei Filium Dominum nostrum Iesum Christum catholici confitemur, omni post hac commutationis [9] confusione submota.

Caro igitur Christi non prius existens, deinde unita Verbo, sed in ipso Deo Verbo initium accepit.

Neque enim naturas in eo aliter agnoscimus, nisi differentiam intelligentes et confitentes divinitatis atque humanitatis. Sed nec duas personas in Christo intelligimus per id quod dicimus duas naturas, ut adunationis divisionem facere videamur, et sit, quod absit, quaternitas [10], non Trioitas, sicut Nestorius sentit insanus;

Servata tamen utraque natura in una eademque persona.

1 Forte legend.: PROPRIE, *ne Dominus ...... sicut Nestorius sensit insulsus*; VERACITER *autem ideo, ne phantasma .....*

2 Recte quidem Cont. Const. corrig.: *Ex Patrum traditionibus consequuntur. Sanctus Augustinus .....*

3 Perperam Carafa legit *dicitur*. Sed totus iste locus mendosus est, quem sic restitue ex edit. Maur. Opp. S. Augustini: « Praedestinatus est ergo Iesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius David, esset tamen in virtute Filius Dei; ... ut filius Dei et filius hominis simul, filius hominis propter susceptum hominem, et filius Dei propter suscipientem unigenitum Deum, veraciter et proprie diceretur » (*De Praedest.* cap. XV, n. 31).

4 « Ep. CCXIX, n. 3 ». Cont. Const.

5 Luc. I, 38, ubi Vulg. legit: *Ideoque et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.*

6 Baron omitt. *igitur*.

7 « *Accipiente* ». Cont. Const.; ad locut. context. recte, ut videtur.

8 Baron. perperam *inde enim vero* omitt.

9 « *Communionis* ». Id.; sane melior n. lectio, quae planior evadet, si ita legas: *Inde enim vero ex materno corpore caro sumpsit initium, salva proprietate, vel veritate utriusque naturae, hoc est humanitatis, atque divinitatis. Itaque Dei Filium ..... confitemur, omni post hac commutationis confusione submota.*

10 Baron. leg. *et non*; mox *sensit*; et paullo post *credidit*.

nec confundimus easdem unitas naturas, cum unam personam Christi confitemur, ut Eutyches impius credit. Tomum vero papae Leonis [1], omnesque epistolas, nec non et quatuor synodos, Nicaenam et Constantinopolitanam, et Ephesinam primam, et Chalcedonensem, sicut Romana hactenus suscepit et veneratur Ecclesia, sequimur, amplectimur atque servamus. Hoc est enim nostrae fidei firmamentum, haec fidei nostrae petra firmissima. Haec autem, illustres et magni [2] filii, agens [3] gratias sollicitudini vestrae [4] intimare curavimus; plenius tamen directis exemplaribus poteritis agnoscere. Acoemetas [5] vero, qui se monachos dicunt, qui Nestoriani evidenter apparuerunt, Romana etiam eos damnat Ecclesia, a quibus vos propter canonem [6], qui cum excommunicatis christianum nec loqui, nec communicare permittit, diligentia pastorali admonere non desino, ut eorum etiam simplicem collocutionem vitetis, nihilque vobis cum eis aestinctis esse commune. Quod ideo facio, ne reus silentii inveniar, si haec ad vestram minime, christianissimi filii, notitiam pertulissem. Incolumem magnitudinem vestram Deus noster custodiat, Domini filii, merito illustres atque magnifici.

Haec S. Leonis et quatuor oecumen. Synod. firmissima fides.

Acoemetenses monachi utpote Nestoriani prorsus evitandi

EPISTOLA III [7].

Contumeliosum Reiensem episcopum multis criminibus involutum ab episcopatu removens in monasterium relegat; ei visitatorem, cuius iurisdictionem coercet, substituendum decernit; quidve ipsi ad poenitentiam sit agendum praescribit.

Dilectissimis fratribus [8] universis Episcopis per Gallias constitutis Ioannes.

Innotuit nobis a fraternitate vestra missa relatio, in qua Contumeliosus multis legitur criminibus involutus. Et quia huiusmodi persona sacris non potest inhaerere mysteriis, ab hodierno vel officio [9] eum nostra censet removere [10] auctoritas, ut in monasterio constitutus delicti veniam a Domino petere non omittat. Nihil est enim impossibile eius clementiae, qui potest cuncta relaxare, quae facta sunt. Sed ne eius Ecclesia destituta videatur, in eius loco visitatorem dari praesenti auctoritate decernimus, qui a se ita noverit omnia exhibenda, ut nihil de ordinibus clericorum, nihil de ecclesiastica facultate praesumat; sed ea, quae ad sacrosancta mysteria pertinent exequatur. Praedictum autem Contumeliosum, ut [11] habeat poenitendi licentiam, petitorium dare vobis censemus, ubi errorem suum evidenter allegans sub die profiteatur et [12] consule. Dominus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

Contumeliosum in monasterium relegat.

In eius locum visitator substituendus, cuius iura praefinit.

Contumelioso quid ad poenitentiam agendum.

Data VII idus Aprilis, Flavio Paulino iuniore viro clarissimo consule [13].

Dat. die 7 Apr., ann. 534.

---

1 « Innuit ep. ad Flavian. ». Cont. Const.

2 « *Magnifici* ». Baron.

3 « *Agentes* ». Id. quae vox sane respondet subseq. verbo *curavimus*.

4 Id. et Caraf. hic interiiciunt *pauca*.

5 Caraf. leg. *Aquimitos;* Baron. omitt. *vero*.

6 « *Propter canonica, quae* ». Cont. Const.

7 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. V, col. 899; et ex Baron. ann. 534 n. XLVIII qui eam dicit, cum alia quam infra ponimus quintam, ex Arelat. archiv. depromptam.

8 In Baron. deest *fratribus*.

9 Maurin. in *Concil. Gall.* tom I, col. 971, ex cod. reg. 3849 *ab ordine, vel officio*. Ad rem quidem aptius. Forte legend. *honore*.

10 Iid. et Baron. *removeri*.

11 Baron. legit. *ut*, err., ut vid., typ.

12 Baron. leg. *sub die profiteatur ei culpam*, et ad marg. not. *et loco ei*: at n. l. praeferenda.

13 Steph. Souvet in Ephemerid. Trivoltianis legend. censet *Iustiniano IV et Paulino vv. cc.*

EPISTOLA IV[1].

Caesario Arelatensi episcopo rescribit, ut Contumeliosum episcopatus honore privatum in monasterium ipse retrudat, eiusque Ecclesiae, donec novus antistes eligatur, visitatorem constituat. Canonum titulos ad causam accommodatos subiicit.

Dilectissimo fratri Caesario Ioannes.

Caesarii litterae sibi traditae.

Charitatis tuae litteras animo libenti suscepimus, in quibus corporeas necessitates allegans, etiam quae sacrius[2] ille, qui lapsus est, fecerit indicasti[3]. Dolemus de amissione Pontificis, rigorem tamen canonum servare necesse est. Atque ideo praedictum ab episcopatus ordine nostra suspendit auctoritas. Neque enim fas est pollutum criminibus, sacris ministeriis deservire. Sed te ordinante, in monasterio[4] dirigatur, ubi delictorum memor in poenitentia lacrymas effundere non omittat, ut ab eo, qui omnibus miseretur, Domino nostro Iesu Christo misericordiam valeat promereri. In cuius locum visitatorem constituite, donec proprium Ecclesia, quae evacuata est eius sacerdotio, merere valeat sacerdotem. Communibus tamen precibus exorare Deum nostrum debemus, ut puros cunctos praestet antistites. Si qui tamen Pontificatus immemores criminibus se forlassis involverint, et eorum personas vulgus cognoscat: facilius enim a delictis cavent, si non videant etiam hominibus secreta esse, quae fecerint. Quae vero de his canones praecipiunt, subter adiecimus, ut quae facienda sunt possitis agnoscere. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Contumeliosum ab Episcopatus ordine suspendit.

Qui a Caesario in monasterium est relegandus.

Eiusque Ecclesiae visitator substituendus.

Episcopi criminibus irretiti pubblica poenitentia mulctandi.

Dat. ann. 534[5].

Hi tituli canonum, quos nobis suprascriptus sanctus et domnus meus Ioannes Papa Sedis Apostolicae cum praefata auctoritate direxit.

Ex epistola Siricii Papae urbis Romae Emerio[6] episcopo Tarraconensi inter caetera ad locum, capitulo VII: « Et quia aliquanti, de quibus loquimur, et tua sanctitas retulit, ignoratione lapsos esse se dellent; id est, ut ad uxores proprias redierint: his ea conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo ho-

Licet quis Episcopus, presbyter, vel diaconus ob ignorantiam lapsus ad uxorem suam redierit, nunquam promovendus.

coss. quod tamen ann. non immutat. Baron. leg. *Fel. Paulin. Iun.*

1 Labb., in *Concil. Collect.* tom. v, col. 901, 1728, hanc epist. postponit tum praecedenti, tum subsequenti, ipsiq. adhaeret Jaffè. Maurin vero *Concil. Gall.* tom. I, col. 965, ex earum contextu inferentes praesentem ep. ante illas, vel saltem ead. die, scriptam fuisse, hanc dictis praemittunt. Nobis autem visum est huiusmodi ep. inter utramque inserere; quippe qui advertimus nullam de ea fieri mentionem in ep. ad episcopos Gall., quae proxime antecedit, innui vero in altera ad clerum Regiensem, quae mox subsequitur.

2 « H. e. *execratius* ». Hard. « Forte legend. *sacrilegus*, quod sacrum characterem violarit. » Maur. l. c. Et quidem recte; sic enim in vet. codd. haec vox contrahitur.

3 Cuiusnam peccati reus Contumeliosus extiterit, non satis liquet; e canonibus autem in eius causa productis in venerem prolapsus videtor. Maurin. e Grat. can. 29, distinct. L, qui can. mox subiectis additur, Contumeliosum adulterio convictum existimarunt. Verum hic can. a Pontif. allegatus non fuit, sed ab aliis adiectus. At quidquid de hoc sit, illud plane certum, nullam de Contumelioso sententiam in Gall. latam fuisse. Maiores enim causae ad S. A. erant referendae, uti patet e Symmachi verbis ad eumdem Caesarium, inquiens: *Si Dei adiutorio controversia incidens amputari potuerit, hoc ipsius meritis applicemus; alioquin existentis negotii causa ad S. A., te referente, perveniat.* Vid. Maurin. loc. cit.

4 Potius *in monasterium*.

5 Forte eadem die 7 April., qua antecedens, ut sup. notavimus.

6 « Himerio » Labb. ad marg.

noris augmento, in hoc, quo detecti sunt, quamdiu advixerint, officio perseverent, si tamen post haec continentes se studuerint exhibere. Ii vero, qui illiciti privilegii excusatione nituntur, ut sibi asserant veteri hoc lege concessum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigni sunt, Apostolicae Sedis auctoritate deiectos; nec umquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscenis cupiditatibus inhiant, privaverunt. Et quia exempla praeterita cavere nos praemonent in futuro; quilibet episcopus, presbyter atque diaconus, quod non optamus, deinceps fuerit talis inventus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentiae aditum intelligat obseratum. Quia ferro necesse est excidantur vulnera, quae fomentorum non senserint medicinam ».

Qui vero id sibi iure concessum existimet omni honore privandus.

Nam obscenis divina mysteria agere non licet.

Iis numquam indulgendum.

Ex *Canonibus Apostolorum*, cap. xxv[1]: « Episcopus, presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio captus est, deponatur, non tamen communione privetur »; dicit enim Scriptura: « Non vindicabit Dominus bis in idipsum ».

Episcopus, presbyter, aut diaconus fornicator, vel periurus deponendus; sed non excommunicandus:

Ex *Canonibus* suprascriptis, cap. xxix. Quod officium pristinum damnati pro criminibus usurpare non debeant: « Si quis episcopus, presbyter, aut diaconus depositus iuste super certis criminibus ausus fuerit attrectare ministerium dudum sibi commissum, hic ab Ecclesia penitus abscindatur[2] ».

Ab Ecclesia vero penitus separandus, si iuste depositus pristinum ministerium attrectare audeat.

Ex *Canonibus Antiochenis*, cap. iv, de damnatis, et ministrare tentantibus: « Si quis episcopus[3] damnatus a synodo, vel presbyter, aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus iuxta praecedentem consuetudinem, sive presbyter, aut diaconus; nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis. Sed et communicantes ei omnes abiici de Ecclesia, maxime si, posteaquam didicerunt adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eis communicare tentaverint.

Immo huic nec restitutionis spes relinquenda.

Ipsique communicantes ab Ecclesia abiiciendi.

Ex *Canonibus* suprascriptis, capitulo xv de episcopis ab eiusdem provinciae episcopis consonanter exclusis: « Si quis episcopus[4] de certis criminibus accusatus condemnatur ab omnibus episcopis eiusdem provinciae, cunctique consonanter eamdem contra eum formam decreti protulerint; hunc apud alios nullo modo iudicari, sed firmam concordantium episcoporum provinciae manere sententiam ».

Episcopus a provinciali synodo plenis suffragiis damnatus ad alios episcopos appellare nequit.

EPISTOLA V[5].

Monet, quod Contumelioso ab episcopatus honore deiecto visitator per Caesarium Arelatensem episcopum erit substituendus, cui in omnibus obtemperandum decernit, quae ad sacra peragenda mysteria pertinent.

Ioannes presbyteris, diaconibus, et cuncto clero Ecclesiae, in qua fuit Contumeliosus Episcopus[6].

Pervenit ad nos a fratribus et coepiscopis nostris missa relatio, ubi Contu-

Contumeliosus ab Episcopatu remotus.

1 Hic Mans. ex cod. Vat. interiicit sequentia: « *Quod episcopus, aut presbyter, aut diaconus, si pro criminibus damnati fuerint, minime communione priventur* ». Quae sane verba canonis argumentum praeseferre nemo non videt.

2 Id. ex eod. fonte adiicit: « Ex Canonibus Neocaesariensibus xcv de presbyteris, qui fornicati sunt. *Presbyter si fornicatus fuerit, aut adulterium perpetraverit amplius pelli debet, et ad poenitentiam redigi* ».

3 Grat. caus. xi, q. iii, c. 6.

4 Grat. caus. vi, q. iv, c. 5.

5 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 900, et Baron. ann. 534 n. xlix.

6 Maurin. *Concil. Gall.* tom. i, col. 973, huic tit. praemittunt: « *Ad universos clericos Rhe-*

meliosus de criminibus suis confessus legitur atque convictus. Et quia huiusmodi sceleribus implicatus sacerdotii non potest ministeria iam tractare, necessaria vobis solatia credimus visitatoris adiungere; et ideo in Ecclesia eius visitatorem dari nostra decrevit auctoritas, ut Ecclesia suo privata praesule summi nequeat pontificis solatiis indigere: cui vos in omnibus parere decernimus [1], ad ea tantummodo, quae sacris sunt gerenda mysteriis; ita tamen, ut nihil de ecclesiastica facultate praesumat; et clerus in eo quo nunc est ordine constitutus nullis gradibus promoveatur, donec proprium sacerdotem possit habere. Omnem vero hanc sollicitudinem Caesario fratri et coepiscopo nostro iniungimus, ad cuius curam cuncta, quae necesse sint, pertinere censuimus. Dominus [2] vos incolumes custodiat, dilectissimi filii.

Huic per Caesarium visitator substituendus.

Data VII idus Aprilis, Paulino Iuniore viro clarissimo consule.

Dat. die 7 April., an. 534.

EPISTOLA VI [3].

Valerii litteris gratanter acceptis rescribit, Christum Unigenitum Dei Filium Deitatis natura non esse Patre minorem, eumque hortatur, ut hanc de Incarnatione doctrinam strenue tueatur.

Reverendissimo fratri Valerio Episcopo Ioannes.

Scripta tuae sanctitatis suscipiens, plena ea fidei regula, qua plurimum [4] polles, inveni, et Deo gratias retuli quod anima et corpore te bene vigere didici. Sane ea, quae significasti quosdam dicere, quod non sit Filius aequalis Patri, et quod in Evangelio scriptum sit: *Pater maior me est* [5], scias non recte intelligere tales fidei regulas, nec rectam fidem penes se habere. Paulus [6] apostolus non secundum Deitatis naturam Christum creatum insinuat [7], sed secundum humanae naturae substantiam eumdem creatum affirmat, ipso Ephesiis conscribente: « Renovamini, inquit, spiritu mentis vestrae et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis [8] ». Et ad Hebraeos: *In eo enim in quo passus est ille et tentatus, etiam potest his, qui tentantur auxiliari* [9]. *Unde, fratres sancti, vocationis coelestis participes* [10], *considerate Apostolum et Pontificem confessionis nostrae Iesum, fidelem existentem*

De acceptis Valerii litteris gratulatur.

Christus creatus est secundum humanitatem.

giensis Ecclesiae ». In cod. vero Lirinens., uti adnot. Sirmond., haec praeponitur inscriptio: « *Ioannis PP. ad presbyteros, diaconos et cunctum clerum Rhegiens. Eccl.* »: quo indicio didicimus, subdit Sirmond., quo in loco episcopus fuerit Contumeliosus. — Labb. ed. praefert « *Ad presbyteros et diaconos Contumeliosi episcopi* ».

1 Baron. leg. *decrevimus*.

2 Maur. *Deus*.

3 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. v, col. 887, ubi ad marg. hanc esse apocrypham notatur. Et re quidem vera, si priores versus excipias, descripsit Mercator ex Ithacii lib. I, cap. IV, V et VI, quibus quaedam ad ep. calc. adiecit cum nota consulari, quam male confinxit. Vid. Cont. Const. ad h. ep. Est autem haec prima Ioann. II apud Caraf. pag. 573 et apud Labb. ibid.

4 Sic Labb., Caraf., et nn. codd.; *primum* leg. Cont. Const.

5 Ioann. XIV, v. 28.

6 Cont. Const. cum nn. codd. 1344, et 3791 hic interiiciunt *quippe*. Recte ad locut. context.

7 « Ithacius adv. Varimadum cap. IV ». Labb. ad marg.

8 « *Et sanctitatis veritate* ». Cont. Const. contra Vulg. text. Ephes. IV, 23.

9 Hebr. II, 18, ubi Vulg. leg.: « *In eo enim in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis, qui tentantur, auxiliari* ».

10 Perperam codd. Vat. 1344 et 3791: « *Unde sanctae vocationis semper coelestis participes* ».

ei[1], *qui creavit eum*. Et ad Colossenses: *Nunc autem deponite et vos universa*[2], *iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpiaque*[3] *ex ore vestro non procedant. Nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis*[4] *et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit eum*[5]. Numquid[6], qui universam creaturam, visibilia[7], propria potestatis virtute procreavit ac fecit, seipsum antea vel postmodum (quod dicere nefas[8]) creavit, vel facere potuit? Filius minor[9] est Patre in assumpti[10] hominis forma, aequalis vero Patri est in Deitatis naturae substantia, eodem protestante: « Ego et Pater unum sumus[11] ». Et iterum: « Qui me videt, videt et Patrem[12] ». Et iterum: « Qui me odit, odit et Patrem[13] ». Et iterum: « Ut sint in nobis unum, sicut et nos sumus unum[14] ». Et iterum: « Tu in me, et ego in eis[15] ». Et iterum: « Omnia tua mea sunt[16] ». Et iterum: « Ego in Patre, et Pater in me[17] ». Et iterum: « Pater in me manens facit opera haec[18] ». Et Ioannes Evangelista ait: « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum[19] »: Et iterum ipse ad Parthos: « Tres sunt, inquit, qui testimonium perhibent[20] in terra, spiritus, aqua, et sanguis; et[21] tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimonium perhibent in coelo, Pater, Verbum et Spiritus; et hi tres unum sunt[22] ». Nos itaque in natura Deitatis, quia unum sunt Pater et Filius, nec Patrem credimus aliquo tempore praecessisse, ne[23] maior sit Filio; nec Filium postea natum esse, ut Deitate Patris minoretur. Si aequalis Patri[24] Filius non esset, cur ita de illo Ioannes Evangelista testatus est: « Propterea, inquit, persequebantur Iudaei Iesum, et quaerebant eum occidere, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo[25] ». Et Paulus apostolus: « Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu, qui, cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed seme-

Increatus autem secundum Deitatem.

Itaque in Deitatis natura non minor Patre.

Haec fides strenue vindicanda.

1 Perperam cod. 3791 omitt. ei contra Vulg. text. Hebr. III, 1, ubi legitur: *Qui fidelis est ei, qui fecit illum.*

2 *Omnia*. Vulgat.

3 Cod. 1344 ad marg. add. *verba*: Vulgat. *turpem sermonem de ore vestro.*

4 Cont. Const. cum cod. 3791 contra Vulgat. text. *cum actibus eius.*

5 Coloss. III, 8 et seqq.

6 Caraf. cum cit. cod. 3791 interiicit *is*.

7 Caraf. *et invisibilia*. Forte ad rem aptius.

8 Caraf. cum nn. codd. addunt *est*.

9 « Idem Ithac. cap. V ». Labb.

10 Cod. 3791 *in assumpta hominis forma.*

11 Ioann. X, 30. Post haec Caraf. cum cit. codd. subd. ex Ioann. V, 23: *Et iterum*; *ut omnes glorificent Filium, sicut honorificant Patrem.*

12 Ibid. XIV, 9.

13 Ib. XV, 23: « *Qui me odit, et Patrem meum odit* ».

14 Ibid. XVII, 3 ubi legit.: « *ut sint unum, sicut et nos* ».

15 Ibid. XVII, 23, *Ego in eis, et tu in me.* Et ibid. XIV, 20, ubi ait: *Ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis.*

16 Codd. nn.: *Omnia mea tua sunt*; rectius ad Ioann. text. XIV, 10, ubi legit.: *Et mea omnia tua sunt, et tua mea sunt.*

17 Ib. XIV, 10.

18 Ibid., ubi ait: *Pater in me manens, ipse facit opera.*

19 Ib. I, 1.

20 Vulgat. *dant*.

21 Ib. *et hi tres*.

22 I Ioann. V, 7, 8.

23 Cont. Const. cum nn. codd. *ut maior*. Rectius videtur.

24 « Id. Ithac. cap. VI ». Labb.

25 Ioann. V, 18, ubi iuxta Vulg. ait: *Propterea ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere .....*

tipsum exinanivit, formam servi accipiens[1] ». Et in Salomone: « Qui genuit me, requievit in tabernaculo meo[2] ». Et in Ecclesiastico: « Sicut est ab initio, ita usque in saeculum, neque adiectum est ei, neque minuetur[3] illi. Ipse est enim[4] Dominus creaturae suae, qui nihil eguit ab aliquo[5] ». Et in Psalmo 72: « Quid enim mihi est in coelo? Et a te quid volui super terram[6] »? Haec omnia Filium non inferiorem natura demonstrant, sed et aequalitatem Deitatis annunciant; quoniam qui utraque locutus est, verum dixit, quia veritas mentiri non potuit. Taliter[7], frater carissime, semper age, caeterosque omnes agere mone, ut abolito hoc, qui natus videbatur, errore, in laudem et gloriam Dei per totum mundum una fides sit, et una eademque confessio, ut[8] *in nomine Iesu omne genuflectatur coelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris*[9]. Sed est Patri coaequalis.

Dat. nonis[10] Augusti, Iustiniano et Athalarico viris clarissimis consulibus[11].

Dat. 5 Aug. 533.

1 Philipp. II, 5 et seqq.

2 Eccli. XXIV, 12.

3 « *Neque minuitur* ». Codd. iuxta Vulg.

4 Cod. cit. 3791 expung. *enim*.

5 Eccli. XLII, 21, 22, ubi Vulg. legit.: *Qui est ante saeculum, et usque in saeculum, neque adiectum est, neque minuitur, et non eget alicuius consilio.*

6 Ps. LXXII, 25.

7 « Leonis verba ep. XXXII, vel XIV » Cont. Const.

8 Codd. nn. *et in nomine*.

9 Philip. II, 10.

10 Labb. ad marg. *Pridie nonas*: nn. codd. II *non Aug.* Colb. cod. edit. n. favet.

11 « Falsa consulum notatio ». Labb. ibid. Et re quidem vera, inquit Cont. Const., ab eruditis observatum est, Iustinianum anno sane 533, quo Ioann. II vivebat, tertium consulatum gessisse, sed absque collega, nec ullum Athalarici consulis unquam mentionem facere.

S. AGAPETUS I[1].

An. C. 535

An. C. 535

EPISTOLA I[2].

Caesario episcopo Arelatensi significans, Contumeliosum ad Sedem Apostolicam appellasse: hunc interim tum a missis celebrandis suspendit, tum ab ecclesiastici patrimonii administratione, quam Ecclesiae archidiacono delegat: Caesarium autem improbans, quod illum ante sententiae confirmationem in monasterium relegasset, in eius loco visitatorem constituendum decernit.

Dilectissimo fratri Caesario Agapetus.

Contumeliosi ad S. A. appellationem innuit; Optaveramus, frater amantissime, ut episcopi Contumeliosi opinione integra permanente[3], nec tibi dudum fieret necessitas iudicii, nec nobis causa censendi; maxime quia in suprascripti viri accusatione communis honoris reverentia quodammodo videtur incursata[4]. Unde quatenus praesumptione, sicut asserit, innocentiae ad appellationis voluit auxilium convolare, orationibus assiduis hoc innitamur[5], ut eum cognitionis iteratae beneficium gratulationi omnium restituat absolutum. Delegaturi enim, Deo nostro adiuvante, sumus examen, ut secundum canonum venerabilium constituta, sub consideratione iustitiae omnia, quae apud fraternitatem tuam de huiusmodi negotio acta gestave sunt[6], diligentissima vestigatione flagitentur. Neque enim praedictum virum convenit eventu prius habitae cognitionis urgeri, quippe cum et ipse iudicium petierit[7]. Non avertatur Caius causae examen est delegaturus.

1 Una tantum Agapeti epistola habetur in *Bullario*. Nos octo exhibemus magni ponderis et indubiae genuinitatis, postremâ excepta quae supposititia videtur, ideoque in ultimum locum reiicitur, quamvis quoad notam chronologicam prima fortasse foret. Duae priores latuerunt Carafam, qui sex tantum Agapeti epistolas praebet. Codices omnes editos tum secum ipsis, tum cum mss. Vatt. diligentissime contulimus, prout e pluribus variis lectionibus, quas in notis subiicimus, facile quisque perspiciet.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 946; et ex Baron. ann. 535 n. CXI edit. Lucens. « Haec autem ep. in cod. Lirinensi ita inscribitur: *Praeceptum Ioannis PP. ad presbyteros, diaconos et cunctum clerum Regens. Eccl., unde inferre est quo in loco Contumeliosus fuerit episcopus.* E Sirmond. ». Maurin. *Concil. Gall.* tom. I, col. 973.

3 In causa Contumeliosi tres ep. dederat ann. praec. Ioannes II, quas vide sup. pag. 500 et seqq.

4 Labb. ad marg. *incusata*.

5 Maurin. l. c. e reg. cod. 3849 *adnitamur;* ad not. vero advertunt « forte *enitamur:* Bolland. in vit. Agapeti ».

6 « *Sint* » Baron.

7 « Cod. cit. addit *et legamus* ». Maurin. ibid.

voluntas animi a precibus infirmorum, cum in necessitate fuerint; ne nobis, quod avertat Dominus, ea, quae leguntur in proverbiis, dici possint: *Qui obturat aurem suam, ut non audiat infirmum, et ipse invocabit Dominnm et non erit, qui exaudiet eum*[1]. Quid est enim iufirmius episcopo Coutumelioso, qui in tribulatione positus, et de praeteriti iudicii pudore coufunditur, et cognitionis, quae futura est, expectatione turbatur? Quia quamlibet ei, quod optandum est, puritas forte suffragetur innocentiae, nou potest iudicii sollicitudinem non habere. Et nos quidem, quamvis culpatus a nobis[2] Emeritus defeusor memoratum epicopum reversum ad Ecclesiam suam charitatis tuae voluntate[3] firmaverit, usque ad exitum iudicii quod delegaverimus, episcopum Contumeliosum[4], reddita sibi modo propria substantia, suspensum interim volumus ab administratione patrimonii ecclesiastici, et celebratione missarum; quia id quod sibi viderat iudicio fuisse sublatum, gloriosius, si ei veritas suffragatur, iudicio receperit, quam usurpationibus occuparit. Melius autem fecerat fraternitas tua, si, posteaquam Sedis Apostolicae appellatione interposita[5] desideravit examen, circa personam eius a tempore sententiae nihil permisisset[6] minui; ut esset integrum negotium, quod interposita provocatione quaereretur. Nam si in executiouem mittitur prima sententia, secunda nou habet cognitio, quod requirat. Addendum, quia etsi[7] non esset praedictus episcopus iudicationi refragatus, privatam magis potuit secundum canones expetere secessionem, quam severitatem religionis excipere. Suspensus igitur, sicut praefati sumus, episcopus Contumeliosus habeat tantum, quam praesumpsisse dicitur, celebrationem missarum[8]; et patrimonio Ecclesiae in gubernatione archidiaconi eiusdem Ecclesiae constituto, ita ut alimonia sufficienter[9] episcopo non negentur, visitatoriam[10] in eius loco praecipimus ordinari persouam, et patienter expectare iudices, quos inspirante nobis Domino constituerimus audire. Praeterea, ne quid esset quod charitati tuae videatur incognitum, studio dilectionis constitutorum fecimus capitula subter annecti[11], ut scientia communicemur cauonum, sicut participamur affectu. Deus te incolumem custodiat, frater carissime.

Id enim Contumelioso potenti non est denegandum.

Interim vero illum ab administratione patrimonii ecclesiastici et a missarum celebratione suspendit.

Sed improbat quod, appellatione interposita, fuerit in monasterium relegatus.

Decernit patrimonium ab archidiacono administrandum, et Ecclesiam gubernandam per visitatorem.

Data decimoquinto kalendas Augusti post consulatum Paulini Iunioris viri clarissimi.

Dat. die 18 Iulii, an. 535.

---

1 Prov. xxi, 13, ubi legit.: « *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, et ipse clamabit, et non exaudietur* ».

2 Ita et Maur., sed Baron. *a vobis*; perperam, ut videtur.

3 Bolland. ibid. optimo quidem consilio « forte interiiciendum *refragante* ». Vel potius leg.: *Charitatis suae* (loco *tuae*) *voluntate firmaverit*.

4 Baron. *quod delegaverimus episcopo Contumelioso*; minus beno.

5 Baron. *appellationem interpositam* legit, sed mutato contextu: « *Melius ..... fecerat fr. tua, si postea quam sedis Ap. appellationem interpositam desideravit, examen circa personam eius ..... »*. At n. l. praeferenda.

6 Baron. cum cit. cod. *permisisses*.

7 Melius fortasse si legas *et si* pro *etsi*.

8 Sic edit. passim; sed perperam, iis refragantibus, quae superius inquit Pontifex « *episcop. Contumeliosum ..... suspensum interim volumus ..... celebrations missarum* ». « Cum Hard. igitur et cit. mss. corrige « *Suspenso ..... episcop. Contumelioso ab ea ... celebratione* ». E Maur. l. c. Sed simplicius locum emendatum habebis legendo *suspensam ... habeat* ...

9 *Sufficientia*, Iid.

10 *Visitatoris te ..... ordinare*. Iid.

11 « Mirum est ea capitula hic deesse. Fortasse misit Pontifex quae a concil. Sardicensi circa appellationes decreta fuerant ». Iid.

EPISTOLA II[1].

Caesario ad alimonia pauperum augenda Ecclesiae praediorum alienationem petenti licet invitus Patrum canones obiicit, quibus prohibetur Ecclesiae praedia ad cuiusvis iura transferri, eosque per integrum subiiciens et sibi custodiendos admonet.

Dilectissimo fratri Caesario Agapetus.

Caesarii desiderio non annuere minime gratum.

Tanta est, Deo propitio, et ad ea[2] libentissime concedenda, quae alimoniis proficiunt pauperum, et circa tuae fraternitatis affectum nostra devotio, ut onerosum nobis nullatenus esse iudicemus, quod annui vestris desideriis postulatis. Sed revocant nos veneranda Patrum manifestissima constituta, quibus[3] prohibemur[4], praedia iure[5] Ecclesiae, cui nos omnipotens Dominus praeesse constituit, quolibet titulo ad aliena iura transferre. Qua in re[6] vestrae quoque sapientiae credimus esse gratissimum, quod in nullo contra priscae definitionis constituta, vel regulas, pro qualibet occasione, vel sub cuiuscumque personae respectu, venire praesumimus. Nec tenacitatis studio, aut saecularis utilitatis causa hoc facere non credatis[7], sed divini consideratione iudicii necesse nobis est, quidquid sancta synodalis decrevit auctoritas, inviolabiliter custodire. Quod ut charitati tuae indubitanter[8] elucescat, ad locum de hoc articulo ex constitutis Patrum fecimus revelari[9]; quae cum praesentibus pariter affatibus vobis[10] credimus dirigenda. Deus te incolumem custodiat, frater carissime[11].

At praedia iuris Ecclesiae nullo pacto alienanda,

Et Patrum constituta servanda.

Canones ad rem subiicit.

Data xv kalendas Aug. post cons. Paulini Iunioris v. cl.

Dat. die 18 Iulii[12], an. 535.

Canones[13] ex constituto synodali[14] inter caetera et ad locum.

Praedia iuris Ecclesiae non alienanda.

His ergo perpensis, mansuro cum Domini nostri consideratione decreto sancimus, ut nulli[15] a praesenti die, donec disponente Domino catholicae fidei manserit doctrina salutaris, liceat praedium rusticum, quantaecumque fuerit vel magnitudinis, vel exiguitatis, sub qualibet[16]

1 Quam referimus epistolam invanies non tantum in Labb. ibid. col. 945, at in Baron. edit. Lucen. ad ann. 535 n. CIX, sed et in I vol. *Bull.* h. ed. Taurin. pag. 145. Sed quum in *Bull.* loc. cit. iis destituta sit documentis, quae S. P. huic aptissime subdidit, non visum est abs re hisce roboratam eam praebere, ne lectorem utillimis circa Ecc. bonorum alienationem constitutis privaremus.

2 Baron. leg. *a Deo* et ad marg. *adeo*, sed perperam, ut vid.

3 Maur., qui hanc ap. contulerunt cum reg. mss. 3849, add. *specialiter;* et sic leg. Baron.

4 Baron. leg. *prohibentur.*

5 Iid. *iuris*; sane recte; et Baron. similiter.

6 *Quam rem ..... esse gratissimam.* Iid. et Baron.

7 *Nos credatis.* Iid. et Baron. et Labb. et quidem recte. Paulo ante Baron. leg. *haec.*

8 *Indubitabiliter*, Baron.

9 ..... *relevari*, Baron.

10 *Vobis*, deest in Baron.

11 *Frater reverendissime*, Baron.

12 In vol. I *Bull.* loc. cit. h. edit. ex edit. Mainardi legitur *Augusti*, errore typ.

13 E Maur. *Concil. Gall.* col. 975, edit. Paris., et ap. Baron. ib. n. CX.

14 Scil. e rom. synod. sub Symm. PP. ann. 502 celebrata cap. IV, quam videre est apud Labb. *Concil. collect.* tom. IV, col. 1333. Quum autem hic tradita nonnihil e genuino synodi textu deflectant, varietates illas sequent. notis exhibebimus.

15 Haec verba Agapetus prae oculis habuisse videtur et se ipsum iis illigatum cogitasse, dum ait: « *Constituta quibus specialiter prohibemur* ». Et re quidem vera synod. cit. leg. *nulli Apostolicae Sedis praesuli.*

16 Ibid. et Baron. ad marg. *perpetua.*

alienatione ad cuiuslibet iura transferre. Nec cuiusquam excusetur necessitatis obtentu; quippe cum non sit personale, quod loquimur, nec aliquis clericorum, vel laicorum sub hac occasione accepta tueatur. *Et paulo post*[1]: Quicumque oblitus Dei, et decreti huius immemor, cuius Romanae civitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus devinciri[2], contra facere, aut aliquid alienare tentaverit, honoris sui amissione mulctetur. *Praeterea*[3]: qui petierit aut acceperit, vel qui presbyterorum, aut diaconorum, seu defensorum, danti subscripserit, illo, quo iratus Deus animas percutit[4], anathemate feriatur; sitque accipienti et subscribenti de personis superius comprehensis, id est quas anathemate feriri censuimus, statuta poena contubernio[5]; servatâ, quam praemisimus in dante[6], vindicta; nisi forte dator celeri repetitione prospexerit[7]. Quod si[8] minore animae suae cura quisquam remedium oblatum forte neglexerit, supra ea poenarum genera, quae superius tenentur adscripta. Contra fas si qua concepta fuerit scriptura[9], universis viribus, quamvis ab initio nullas habuerit, effoetur. Sed etiam liceat quibuscumque ecclesiasticis personis vocem contradictionis afferre, et ecclesiastica auctoritate fulciri; ita ut cum fructibus possint data[10] reposcere; nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui a religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

Quivis episcopus contra fecerit, honoris sui amissione mulctetur.

Reparato damno, poena remittatur.

Huiusmodi alienationes, si fiant, irritae habeantur.

EPISTOLA III[11].

Gaudens, quod Africani episcopi ab haereticorum manibus incolumes evaserint, eorum consultationibus reponit, nec Arianos antistites ad fidem redeuntes in officium suum, nec clericum peregrinum sine episcoporum litteris esse a Pontifice Romano suscipiendum.

Agapetus Episcopus Reparato, Florentiniano[12] Datiano[13], et caeteris Episcopis per Africam constitutis.

De illorum gaudet incolumitate.

Iam dudum quidem, fratres amantissimi, de prosperitatibus vestris *repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione*[14]. Sed et nunc, cum litteras

1 Scilicet ex eodem Conc. Rom. cap. VI.

2 Ib. fusiori stylo: « *Quicumque ..... devinciri, in constitutum praesens committens, quicquam de iure titulorum, vel Eccl. superius praefatae quolibet modo, praeter aurum, argentum vel gemmas, vestes quoque si sunt, vel si accesserint aliqua mobilia ad ornamenta divina minime pertinentia, perpetuo iure, exceptis dumtaxat sub praefata conditione domibus, alienare tentaverit, donator, alienator ac venditor honoris sui amissione mulctetur* ».

3 Ex eod. Rom. Concil. cap. VII.

4 Perperam Baron. *illo quo iratus Deus animo percutitur.*

5 Baron. leg. « (*statuta poena conturbernio servata*) »; et ad marg. notat *conturbernalium* pro *contubernio.*

6 « *In alienatore* » ibid. et Baron. ad marg.; et paulo post *alienator.*

7 « *Nisi forte et alienator sibi dum repetit, et qui acceperit celeri restitutione prospexerit* » ibid.

8 « Ex eodem Rom. Concil. cap. VIII » Baron.

9 « *Si quid conceptum fuerit documentum* » ibid. — Baron. legit *si qua corrupta fuerit scriptura*; perperam, ut patet.

10 « *Alienata* » ibid. et ap. Baron.

11 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. V, col. 939. et ex Baron. ad an. 535 n. XXXVII. Hanc epist. et seqq. prius edidit Carafa tom. I, pag. 582 et seqq.

12 Baron. *Florentiano;* sed Caraf., Cont. Const. mss. et nn. codd. 4961 et 3786 n. lect. adhaerent.

13 In cit. codd. deest *Datiano.*

14 Ps. CXXV, 2.

charitatis vestrae ad praedecessorem nostrum datas accepimus[1], pridem gaudia concepta renovamus, benedicentes Dominum sempiternum, *qui liberavit nos ab inimicis nostris, et de manu omnium, qui nos oderunt*[2]. Vobiscum enim recte nos dicimus[3], cum quibus et[4] tribulati sumus. Nam cum unum corpus ubique sit Ecclesia, et apud nos quoque[5] principalia compatiebantur et[6] membra. Vester enim moeror nostra fuit semper afflictio, et de vestrorum omnium gemitu imperante charitate visceribus frequentabamus saepe singultus. Quae cum ita sint, redeuntibus Caio et Petro fratribus et coepiscopis nostris, atque Liberato[7] diacono filio nostro, proferimus sincerissimam consilii vestri charitatem: quoniam, sicut et sapientes facere decebat et doctos, et[8] immemores principatus apostolici non fuistis: sed quaestionis illatae volentes vincula dissolvere, ab eius Sede requisivistis (sicut decebat) aditum, cui potestas est[9] indulta claustrorum. Unde nos ea, quae de eiusmodi negotio in penetralibus patrum constituta posuerunt, libenter aperimus, et praesentibus alloquiis translata subnectimus, ut sine dubitatione possitis agnoscere, transcendi positos iamdudum terminos non licere. Itaque, si vitare volumus offendiculum, quod a senioribus annuntiatum est, hoc sequamur. Carent enim excusatione quos praemonitos contingit[10] excedere, et acerbitatem cumulant excessuum, quos ignorantia non tuetur. Hinc est, ut (quia in tantum Deus omnipotens *erexit cornu salutis nobis in domo David pueri sui*[11], ut de omnibus, quorum iniquitati subiacuimus, reconciliatione tractemus) ita solicite remedia debeamus adhibere, ne incolumitatis[12] nostrae sit incommodum quod curantur, aut medicina subeat maculam de vulnere, cui tribuere vult salutem. Sed eiusmodi, sicut et nobis[13] cautissime visum est, praestemus officium in observatione pastorum, ne, cum perdita volumus congregare, pereamus, et, cum sub nimia relaxatione absolvimus, obnoxii, quod avertat Dominus, cadamus in culpam: maxime cum, priorum nostrorum sententiâ, redeuntes ad nos ex Arianis, quolibet modo, in qualibet aetate illius pestilentiae labe pollutos, tanta[14] charitate in fide complexa est, eiusmodi iustitia, et[15] sub dilectione redarguit, tanta ratiocinatione de ambitu honoris exclusi[16], ut erubescerent aliud magis quaerere quam redire. De eo vero quod piissima compunctione requisistis, utrum[17] ad officium suum debent suscipi, aut eos non oportet omnino promoveri, an alimoniorum sal-

Eorum erga S. A. obsequium laudat.

Arianis episcopis ad fidem redeuntibus honor pristinus non servetur;

Tamen alimonia concedantur;

1 Concil. African. ann. Christi 535 celebratum legatos suos ad Ioann. misit, quem cum illi mortuum invenissent, Agapeto synodal. litt. dedere.

2 Luc. I, 71, ubi legitur: « *Salutem ex inimicis nostris, et de manu omnium, qui oderunt nos* ».

3 Idest: *recte dicimus nos vobiscum liberatos, cum quibus*, etc.

4 Cont. Const. mss. *cum quibus contribulati sumus*.

5 Id. cum n. cod. 4961 *quippe*.

6 Cont. Const. mss. expung. *et*: Caraf., Baron., et Labb. nobiscum legg.

7 « Prioris Romam profectionis meminit Liberatus cap. xx Breviar. ». Labb. ad marg.

8 Caraf. et Baron. iuxt. nn. codd. omitt. *et*; recte.

9 Baron. *esset* contr. nn. codd. auctorit.

10 « *Contigit* ». Id. cum Caraf., et nn. codd.

11 Luc. I, 69.

12 *Incolumitati*, Baron.

13 Cont. Const. mss. cum nn. codd. *vobis*; recte quidem.

14 Sic et nn. codd.; Bolland. in vit. Agapet. « forte *quanta* » non recte.

15 Cont. Const. mss. expung. *et*.

16 Id. e Vat. cod. restit. *exclusit*; sane ad rem.

17 Codd. nn. *utrum, et si* .....; recte quidem, sed paulo post legendum etiam *non* ante *debent*.

tim[1] utilitatibus adiuventur, laudamus[2], hortamur, amplectimur, ut revera eius[3] promotionem, aut officium in quo fuerint abnegantes, canonum vos reverentia[4] iudicent omnes appetere potius, quam gerere cupiditatis ardorem. Venientes igitur ad fidem sincerissimam, nutriat humanitas, consoletur, prompta sit omnibus misericordia, in cuius remuneratione dictum est: *Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur*[5]. Illud quoque quod catholicos, qui praesunt, aut militant ecclesiae, sine sacerdotum suorum literis suscipi a nobis minime debere mandatis, et canonibus est congruum, et disciplinis[6] prodesse iudicamus, ac fidei; qui[7] permanendo in ecclesiis, in quibus militant, et ministerii sui poterunt assiduitate in Dei salvatoris nostri amore fervescere, et, quae in pervagatione reprehensibilia sunt, vitare.

Et omnimoda exhibeatur humanitas.

Clericos peregrinos non esse a R. P. suscipiendos, nisi antistitum suorum literas deferant.

Data v idus Septembris.

Dat. die 9 Septembris[8].

EPISTOLA IV[9].

Reparato Episcopo Carthaginensi gratias agit, quod sibi de electione in pontificem fuerit literis gratulatus, simul significans se eius consultationibus respondisse, idemque per legatos suos praestiturum. Interea hortatur, ut, quae pro fide catholica scripsit, divulgari curet.

Agapetus Reparato Episcopo Carthaginensi.

Fraternitatis tuae litteris indicasti, post epistolam decessori meo dirigendam, inter navigii suscipiendi moras[10], quas hiemis continuatae generabat asperitas, ordinationem nostram tibi omnipotentis Dei beneficio nunciatam, et gratulatum te fraternitatis affectu, quia pontificatus mihi divinitas indulsit officium; quod de sinceritate tua non sumus admirati. Sic enim te nobis alloquii directi praesentavit affectio, ut cum dilectissimas tuas literas legerem, te viderim[11]. Quapropter ipsa te, quam[12] vidi, mente complectens, postulo misericordiam divinitatis, ut et in vobis quietis reparata gratia fructificet, et Deus omnipotens, qui mihi sacerdotis[13] dedit donum, concedat et meritum. Praeterea ad ea, quae Caius[14] atque Petrus fratres et coepiscopi nostri, sed et Liberatus diaconus filius noster, ut apud nos agerent verbo, a fraternitate tua sibi iniuncta direxerunt[15]; congruum putavimus verbo dare responsum, quod per legatos nostros, si Domino

Reparati gratulationes sibi esse acceptas.

Ipsius consultationibus se per legatos responsurum.

1 Baron. *saltem*. Cont. Const. mss. hunc tract. ita exhibent: « *De eo vero ..... utrum et si in officium non debent suscipi, aut eos ....., aliorum saltem utilitatibus adiuventur*,...». Quae omnia nn. codd. cohaerent.

2 « *Laudavimus* » Carafa.

3 Fortasse legendum *eis*.

4 Cont. Const. mss. *reverentiam*.

5 Matth. v, 7.

6 Cont. Const. mss. et nn. codd. *disciplinae*.

7 Caraf. et Baron. cum nn. codd. *quia*.

8 « In hac et seq. epist. *Quinto idus Novembris* (vel potius *Decembris*) legendum contendit Pagius ad an. 535 n. IV ». Ita Labb. in nota. Sed vide quae dicemus infra ad calcem seq. epist. pag. seq.

9 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. v, col. 940, et ex Baron. an. 535 n. XL et ap. Caraf. pag. 584.

10 Sic et nn. codd. 4961, 3786; Cont. Const. *moram, quam*.

11 Cont. Const. mss. cum cit. cod. *ut quum dilectionis tuae litteras relegerem, te viderem*.

12 Optima Baron. cum Cont. Const. mss., et nn. codd. *ipsa te, qua vidi, mente complectens*.

13 Ita edit. et nn. codd.; Cont. Const. mss. corrig. *sacerdotii*.

14 Cit. cod. *Gaius*.

15 Caraf. cum nn. codd. h. lect. favent; Baron. leg. *dixerunt*.

Interim quae de fide scripsit omnibus manifestanda.

placuerit, reddere non moramur[1]. Universa praeterea, quae inimicorum perversitas invaserat, charitati tuae metropolitana iura reparantes hortamur, ut ea, quae tuo vel aliorum nomine rescripsimus, universis debeas innotescere. Metropolitani quippe auctoritate suffultum[2], ne quis se excusabiliter asserat ignorare quod Sedis apostolicae principalitas canonum consideratione perscripsit[3].

Data v idus Septembris[4] post consulatum Paulini viri clarissimi.

Dat. die 9 Septembris, ann. 535.

EPISTOLA V[5].

Eximiam Iustiniani religionem valde commendans, obsequium suum erga ipsum ostendit. Arianos Episcopos ad fidem conversos cum honoribus suis non esse recipiendos praescribit. In Stephanum Episcopum Larissensem odio se ferri negans, eius causam S. A. legatis demandandam annuit. De Achillis sacerdotio in communionem restituti tum decretum iri pollicetur, quum rem per legatos cognoverit. Quod autem Epiphanius Episcopus Constantinopolitanus ipsum consecravit, vix excusandum addit. Demum consilia sua Iustiniano a legatis indicenda admonet.

Agapetus Episcopus Iustiniano Augusto.

Iustinianı religionem summopere laudat.

Licet de sacerdotii mei primitiis pietatis divinae muneribus ad referendas essem gratias multipliciter obligatus: susceptis tamen, venerabilis imperator, per Heraclium venerabilem presbyterum filium nostrum vestrae serenitatis affatibus, quos aeterni fructus ubertate plenissimos destinastis, votorum meorum sunt in Domino gaudia geminata, quod, adunatis felicitatis vestrae provectibus, tali mentis gloriosae proposito terrena vobis regna subiicitis, ut simul coelestia conquiratis. Cuius rei non sunt ambigua documenta, quando ita vestris, quae direxistis, oraculis catholicae professionis lumen irradiat, ut etiam beatis operibus enitescat. Siquidem illa est in Deo[6] nostro plena et firma credulitas, quam spiritualium simul fructuum commendat ubertas, sicut vas electionis annuntiat dicens: *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides, quae per dilectionem operatur*[7].

Ipsiusque singularem erga S. Ap. munificentiam.

Quod enim maius fidei vestrae poterit opus existere, quam quod tantis aposto-

1 Fortasse, *non morabimur*.

2 « *Suffultus* ». Baron. cum Cont. Const. mss., et citt. codd. Ut vero sensus clarius elucescat, expunge punct. post *suffultum* ita legens: *universis debeas innotescere, Metropolitani quippe auctoritate suffultus; ne quis .....*

3 « *Praescripsit* ». Id. cum Cont. Const. mss.

4 Legendum esse v id. Decembr. contendit Pag. ad ann. Christi 535, n. 4. Et re quidem vera ex init. h. ep. liquet post titt. synod. Carthag. ob Ioannis mortem Agapeto traditas, quibus epist. praec. rescripsit, Reparatum eidem alias misisse, saeviente iam hieme, mense sc. Novembris. Nil igitur rationi magis consentaneum, quam quod Agapetus iis responderit sub init. Decembris. Fatemur tamen b. Pontif. epistoll. chronologiam densis tenebris obvolvi, quas discutere instituti nostri non est.

5 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. v, col. 941; ex Caraf. pag. 584, et Baron. ann. 535 n. XLVIII.

6 « *In Domino* » Cont. Const. mss. — Codd. 4861 et 5617 nob. legunt.

7 Galat. v, 6, ubi ait: *In Christo Iesu neque circumcisio ....., sed fides, quae per charitatem operatur.*

licam Sedem charitatis et munificentiae titulis elevastis, ut ipsa etiam desideria sperantium transiretis? Et quidem hoc in vobis olim, sicut ego quoque probavi, per Dei gratiam semper floruit institutum, ut possibilitatis vestrae meritum quantitas ostenderet praestitorum, et ad hos provectus indeptae[1] momenta potentiae tenderetis, ut benignitas, vobis ingenita, vota poscentium aut praeveniret, aut vinceret. Hinc est quod usque ad principalis coronae fastigia, et ultra nunc usque prosperis vestra tranquillitas successibus gloriatur[2], neque unquam caelestibus fraudabitur adiumentis; quia scriptum est: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*[3]. Unde ego quoque piissima vestrae liberalitatis eloquia cum devotione gratulantis ecclesiae, sicut praecepistis, divinis scripta feci mysteriis adhaerere, ut supernae maiestatis obtutibus indefessis semper precibus ingerantur, et ad impetranda vobis retributionis vestrae praemia sit commemoratio sempiterna. Atque ideo, domine clementissime fili, obsequium salutationis uberrimae reverenter exsolvens, specialis vos sinibus[4] charitatis amplector, sperans ut de mea devotione, quantum in me est, in iis quae pro ecclesiasticae pacis unitate praecipitis, vos vobis potius quae sunt catholica promittatis, iuxta hoc quod dicit apostolus: *Ita quod in me est, promptum est et vobis*[5]. Nec in aliquo eorum, in quibus licite possumus obedire, mansuetudinis vestrae nos adhortationibus credatis obsistere; quia sicut gentium doctor asseruit; *Spem habeo, crescente fide vestra, et in vobis magnificari secundum regulam nostram*[6]: et ideo immensas Deo nostro gratias exhibeo, quod pro populi multiplicatione catholici tanto charitatis ardore fervetis, ut ubicumque vestrum propagatur imperium, regnum mox incipiat proficere sempiternum. Cuius studii benevolentiae vehementius insistentes, etiam nos in acquirendis eis, quos Arianam significatis vitare velle perfidiam, paternae traditionis existimatis declinare posse censuram, scilicet ut et[7] in his honoribus, in quibus fuerunt apud haereticos, perseverent, et promoveantur ad alios. Quapropter bonum hoc equidem, et summa laude praecipuum, quod omnes ovili dominico per veram fidem cupitis aggregare: sed non oportet nobis eos, qui non recte ingredi moliuntur, excipere, beato Paulo apostolo commonente: *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum*[8]. Quantam autem paternarum constitutionum[9], si sic recipiantur (quod absit), incurrant offensionem, ne quid pietatem vestram latere contingeret, ipsas quoque regulas credidi subnectendas, quae specialiter censuerant, ne quis talium reconciliatus[10] aut ecclesiastici ordinis provectibus augeatur, ut desideret[11] honores ulterius possidere, quos se dubitare iam non debet culpa-

Suum erga imperatorem obsequium testatur.

Imperatoris desiderium de Arianorum episcoporum reconciliatione, ita ut ipsi in honore permaneant.

Sed contra sunt Patrum constituta;

1 *Inditae* Baron., qui ad marg. notat *indeptae*, vel *inclytae*.

2 Ita et citt. codd.; Cont. Const. mss. *gratulatur*.

3 Rom. VIII, 28.

4 Perperam Baron. *finibus*.

5 Rom. I, 15, ubi legit.: *Ita (quod in me) promptum est, et vobis.....*

6 II Corinth. X, 15, ubi inquit: *Spem ..... habentes crescentis fidei vestrae, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam*.

7 Baron. contr. nn. codd. auctorit. expungit *et*.

8 II Corinth. VI, 3.

9 «*Quanta autem paternarum constitutionum ..... incurratur offensio*». Cont. Const. mss. recte.

10 Sic Cont. Const. mss. cum nn. codd.; perperam Baron. *conciliatus*.

11 Cont. Const. mss. corrigg. *aut desideret*;

biliter amisisse[1]: ex quibus pietas vestra melius poterit aestimare, si quo modo tam aperta et synodalia Sedis apostolicae licet infringere constituta, cum sententia clamet apostoli: *Si tamen quae destruxi ea iterum reaedifico, praevaricatorem me ipse constituo*[2]. Et ideo securus cum ipsius apostoli voce profiteor: *Quia confido in vobis, et in Domino, quod nihil aliud sentiatis*[3]. Etenim sicut idem doctor asseruit: *Certus sum et ego de vobis, quod pleni estis bonitate, repleti omni scientia*[4], *ut possitis invicem monere*[5]. Si igitur hi, de quibus indicastis, ad fidem rectam legitime[6] venire festinant, nostrae fidei regulas sequi non abnuant, dicente Domino: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et sequatur me*[7]. Quod si adhuc vituperandi[8] honoris ambitionibus excitantur, et pro lucro sanctae fidei humanae gloriae pati damna formidant, ipsi pronunciant, necdum se a vitiis et errore discedere, et nos magis velle suis excessibus implicare. De talibus ergo dicit Apostolus: *Aemulantur autem vos non bene, sed excludere vos volunt ut eos aemulemini*[9]. Quae cum ita sint, sancto studio vestro, quod Ecclesiam catholicam cupitis ampliari, nihil ex hoc, si tales in clero non recipiantur, credatis imminui, Apostolo praemonente: *Quid enim si quidam eorum non crediderunt? Numquid incredulitas eorum fidem Dei evacuavit? Absit*[10]. Nam licet simili studio charitatis pro multiplicatione fidelium ille beatus Petrus caelestis regni ianitor traheretur, qui, ut Iudaeorum plures acquireret, a doctrina et tramite regulari in non respuendo omni Iudaismo descenderat[11]; huic tamen ille iunior vinctus in Domino Paulus se retulit obviasse, dicens: *Sed cum vidissem quod non recte ingrederentur*[12] *ad veritatem evangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cum sis Iudaeus, gentiliter vivis*[13], *quomodo gentes cogis iudaizare?* Haec ergo per omnia Deo cordi vestro assidente[14] pensantes, agnoscere poteritis, non occasionem nos excusationis inquirere, sed ea, quae pro officii nostri ratione transcendere non possumus, vobis humiliter intimare, dicente Apostolo: *Non enim possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate*[15]. Unde et de Stephani Episcopi persona simul

Quae non licet infringere.

Qui humanae gloriae pati damna formidant, non sinceros esse se probant.

His abiectis, non ideo minuetur Ecclesia.

Negat se contra Stephanum episcopum offensionis studio impelli;

idque melius videtur, licet nn. codd. lect. n. adhaereant.

1 Cont. Const. mss. cum n. cod. 4961 *culpabiliter acquisisse;* sed cod. cit. 5617 et omnes edit. nobiscum legg. — « Ex his autem liquet, quod Agapet., persuasum habens ab haereticis veram ordinationem conferri, hanc tantum negat legitimam, et, quod ab illis acquiritur, culpabiliter acquiri, ideoque eius honorem iure adimi docet ». Id. Cont. Const. suae lect. inhaer.

2 Galat. II, 18, ubi leg.: *Si enim, quae destruxi, iterum haec edifico, praevaricatorem me constituo.*

3 Ib. v, 10, ubi ait: *Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis.*

4 Carafa legit: *quod pleni estis bonitate repletionis scientiae .....*

5 Rom XV, 14, ubi inquit: *Certus sum autem, fratres mei, et ego ipse de vobis, quoniam et ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita ut possitis alterutrum monere.*

6 « *Legitime* » in nn. codd. omittitur.

7 Luc. IX, 23, ubi add.: *Tollat crucem suam quotidie.*

8 Sic nn. codd. cum Carafa. — Cont. Const. mss. corrigg. *recuperandi*, quod Baron. quoque et Labb. ad marg. notant.

9 Galat. IV, 17, ubi *autem* deest, et mox leg. *illos aemulemini.*

10 Rom. III, 3, ubi *illorum* loco *eorum*, et *evacuabit* pro *evacuavit* legitur.

11 Fortasse legendum *discederat;* at vero *descenderat* legg. Baron. et Labb.

12 Vulg. Galat. II, 14, *non recte ambularent*, et mox: *dixi Cephae.*

13 Ibid. add. *et non iudaice.*

14 Cont. Const. mss. *adsistente.*

15 II Corinth. XIII, 8, ubi legit.: *adversus veritatem.*

et causa non credatis alicuius nos studio defensionis[1] impelli. Absit a quorumlibet[2] mentibus christianis, ut in quacumque persona aut innocentiam redarguant, aut crimen absolvant. Sed universa, quae Apostolicae Sedis nuper hac sunt parte disposita[3], illo semper studio manaverunt, quae principatui beati Petri vos quoque cupitis per omnia reservari; scilicet ne in his, qui Sedis eius audientiam postulassent, sperata[4] ipsius reverentia alterius sententia proveniret. Et ideo, quia clementia vestra salubriter offerre dignata est, ut a legatis nostris omne negotium tractaretur; hanc operam his quos incontinenti dirigimus Deo auctore mandamus. Ita tamen, ut iam nunc communione nostra vir religiosus Achilles pro vestra iussione debeat gratulari; at vero de sacerdotio perfruendo, cum ad nos universa, quae legati nostri cognoverint, plenissimâ eorum fuerint relatione perlata, consideratis sanctorum canonum regulis, quas servari praecipitis, sequenda firmius censebuntur. Quod autem clementia vestra fratris et coepiscopi nostri Epiphanii dignata est excusare personam, quia in praedicti Achillis consecratione vestra potius iussio, quam illius ordinatio praevenisset; credimus quod et ipse cognoverit iure culpatum, qui, praeter alia quae deliquit, hoc certe excusare vix poterit, quod tam piissimo et clementissimo principi, beati quoque Petri privilegia defensanti, non vel opportune vel importune suggesserit[5], quid in hac parte Sedis Apostolicae reverentiae deberetur. De quo simul negotio, sed et de Iustiniana civitate, gloriosi natalis vestri conscia[6], nec non[7] de nostrae Sedis vicibus iniungendis, quid, servato beati Petri, quem diligitis, principatu, et vestrae pietatis affectu, plenius deliberari contigerit, per eos quos ad vos dirigimus legatos (Deo propitio) celeriter intimamus. Superest ut, sicut a beato Petro indesinenter exposcimus, de salute et prosperitate vestri semper imperii gratulemur.

Et ideo ipsius causam suis legatis mandat.

Achillem in sua recipit communione, sed de ipsius sacerdotio sententiam differt.

Epiphanium condemnat eo quod imperatoris iussioni cesserit in Achillis consecratione.

Consilia sua per legatos ipsi Iustiniano communicabit.

Datum idibus Octobris.

Dat. die 15 Octobris, ann.....[8]

EPISTOLA VI[9].

Episcopis, si qui ab ecclesiasticis statutis declinent, resistendum innuens, dolet CP. sedem ab Anthimo, ob Eutychis errorem excommunicato, fuisse usurpatam, eumque neque catholico neque sacro nomine dignum declarans, Petrum Hierosolymitanum et alios orientales antistites reprehendit, quod hanc rem ad S. A. non retulerint, sed usurpatorem suo consensu confirmarint. In invasoris autem locum Mennam, cuius

1 « *Offensionis* » Baron. ad marg. contr. nn. codd. auctorit.

2 Perperam Baron.: *Absit quorumlibet*.

3 Cont. Const. mss. *Sed universa, quae ab A. S. super hac sunt parte disposita*. Etiam Baron. leg. *super hac*.

4 « *Separata* » Baron. in textu; id. ad marg. et Labb. in textu cum Carafa legg. *sperata;* Cont. Const. mss. hab. *spreta*, et cod. n. 5617 ad marg. huic adhaeret.

5 « *Suggessit* » nn. codd.

6 « Procop. lib. III *De aedificat. Iustin* ». Labb. ad marg.

7 Hic nn. codd., Baron. et Caraf. add. *et*.

8 Ann. Christi 535 iuxta Jaffè.

9 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. v, col. 1010, ubi et graec. lect. reperies, ap. Caraf. pag. 590 et apud Baron. an. 536 n. XXVII, ex quo constat hanc epistolam fuisse circularem ad omnes episcopos orientales qui cum Anthimo CP. sedis usurpatore communicarant: cuius exemplar ad Petrum Hierosolymorum Episc. hic ex synodo CP. sub Menna exscriptum exhibetur. Quapropter Agapetus non solum Petrum sed omnes alloquitur. Inscriptio tantummodo in princ. et salutatio in fine ad Petrum adaptata fuit.

laudes attingit, universali suffragio electum significat, et litteras a Petro et a ceteris episcopis postulans instat, ut in posterum canonum custodiam sedulo tuendam velint.

Dilecto Fratri Petro Agapetus.

Omnes Episcopi irreprehensibiles desiderantur.

Voluissemus quidem, fratres dilecti[1], propter coniunctionem nostrae charitatis, omnes Domini sacerdotes, iuxta apostolicam traditionem, irreprehensibiles invenisse[2], et neminem aut per gratiam, aut per metum ab ecclesiasticis canonibus declinare. Sed quoniam multa multoties subsequuntur, quae poenitudinem parere possunt, et Dei misericordia delicta peccatorum vincit, et idcirco differtur poena, ut reformatio[3] locum invenire possit; monere necessarium iudicavimus, et[4] ut assumpta de cetero impraevaricata custodiantur. Oportebat enim vestram charitatem, memorem paternarum traditionum, neminem permittere prohibita facere: sed si quis audax appareret, tota virtute resistere. Cum itaque pervenimus

Si quis autem a rectâ declinet, caeteri resistant.

ad comitatum serenissimi nostri[5] imperatoris filii nostri, invenimus sedem Constantinopolitanae Ecclesiae, contra omnem canonum honestatem, ab Anthimo Ecclesiae Trapezuntiorum[6] episcopo inconvenienter usurpatam, cuius animam non solum secundum istam partem, sed, quod maius est, in confessione verae fidei a perditione reducere desideravimus: sed Eutychis errori insistens ad viam veritatis venire[7] contempsit. Unde, cum[8] ipsius in fide poenitentiam isto modo expectemus[9], neque catholico, neque sacro nomine dignum esse[10] sententiavimus[11], donec omnia a Patribus tradita, per quae verae[12] religionis fides et disciplina custoditur[13], secundum congruentem satisfactionem suscipiat. Ceteros vero similis[14] contumaciae ipsius et[15] sententiâ Apostolicae Sedis condemnatos similiter charitas vestra aversetur[16], quorum ipse seipsum participem fecit[17]. Constantinopolitanae vero sedis iniuriam[18], apostolica auctoritate adiuvante, et adiutorio fidelissimorum imperatorum emendabimus[19]. Et modum quemdam[20]

Dolet CP. sedem ad Anthimo usurpatam.

Qui neque catholico, neque sacro nomine dignus est.

Iniuriam CP. sedi illatam Agapetus Ap. auctoritate emendat.

1 Omnes episc. orientales alloquitur Agapetus.

2 Iuxta I Timoth. III, 2.

3 Labb. ad marg. *emendatio*; f. concinnius ad graec. διόρθωσις.

4 Recte Baron. expung. *et*.

5 Baron. et Caraf. expungg. *nostri* contra graec. lect., quae hab. τοῦ γαληνοτάτου ἡμῶν βασιλέως.

6 « *Trapezundarum* ». Iid.

7 Iid. *redire*; iuxta graec. lect. quae apud Mansi et Labb. et in Reg. Paris. ἐπανελθεῖν habet.

8 Hic graec. addit κατὰ τὴν ἀποστολικὴν ἀγάπην *secundum apostolicam charitatem*.

9 Reg. Paris. *expectassemus*; graec. habet ἐπειδὴ ..... ἀναμένομεν.

10 Graec. add. ἐν τῷ μεταξὺ *interim*.

11 Gr. hab. ὁρίζομεν *sententiamus*.

12 Cont. Const. mss. *vere*, iuxta gr. ἀληθῶς.

13 Caraf. interiicit *et*, quod Cont. Const. mss. graec. adhaerens recte expungit.

14 Baron. leg. *similes*: gr. ap. Labb. hab. adv. ὁμοίως.

15 Cont. Const. mss. delent *et*.

16 Carafa et Baron. *advertat*; f. minus apte ad graec. text. ἀποστραφήτω. Cont. Const. mss. nobiscum II.

17 Reg. Paris. *a quorum ipse seipsum communione sciun.xit;* iuxta graec. ὧν αὐτὸς ἑαυτὸν ἀμέτοχον ἐποίησεν: at aliud orat. contextus requirit: fortasse μέτοχον pro ἀμέτοχον in gr. legendum, iuxta n. lect.

18 Cont. Const. mss. iuxta graec. βοηθοῦντος τοῦ θεοῦ add. *auxiliante Deo*. Integrum locum iuxta gr. sic intelligas: « *CP. S. iniuriam apostolica auctoritate* (*Deo adiuvante*) *et adiutorio fideliss. imp. emendabimus* ».

19 Id. ib. *emendavimus* ad graec. διορθώσομεν.

20 Baron. et Caraf. *et supra modum quidem;* graec. hab. καὶ τρόπον τινὰ τεθαυμάκαμεν: idest: *et quodam modo admirati sumus*. Aptius igitur ad sensum Baronius: *et supra modum quidem admirati sumus*, quam n. lectio.

admirati sumus, quod istud opus, ita aperte contrarium decretis Patrum, vestra fraternitas non solum ad notitiam nostram adducere neglexit, sed et reprehensibili consensu confirmavit[1]. Sed regratiamur[2] Deo, cuius spiritu mala ad melius ut plurimum vertuntur, et parvae transgressiones ad utilitatem et occasionem magni fuerint[3] gaudii. Hoc autem pro excitanda[4] vestrae conspiritualitatis[5]

Interim Petri Hierosolymit. et caeterorum silentium de hac re consensumque reprehendit.

Mennam Anthimo subrogatum fuisse significat, laetitia significo, quod Mennam fratrem et coepiscopum nostrum, virum multis laudum modis ornatum, praedicta Constantinopolitana Ecclesia episcopum suscepit: cui licet praeter ceteros serenissimorum imperatorum electio arriserit, similiter tamen[6] et totius cleri ac populi consensus accessit, ut[7] a singulis eligi

Cuius laudes enarrat. crederetur. Etenim alicui neque scientia, neque vita fuit ignotus, sed et fidei integritate, et sacrarum scripturarum studio, atque etiam piae administrationis officio sic praedicta[8] viri opinio resplenduit, ut ipsi tardius venire[9] videretur, quo dignus habitus erat[10]. Et hoc dignitati suae additum esse credimus[11], quod a temporibus

Mennas notatur ut primus orientalis ecclesiae Episcopus qui post S. Petri tempora fuerit a sede Apost. ordinatus, Petri apostoli, nullum alium unquam Orientalis Ecclesia suscepit episcopum manibus nostrae Sedis ordinatum. Et forsitan vel ad demonstrationem laudis ipsius, vel ad destructionem inimicorum instans[12] res

Et virtutibus similis iis qui a B. Petro ordinati fuerant. tanta pervenit, ut illis ipse similis esse videatur, quos in his quandoque partibus[13] ipsius apostolorum primi electio ordinavit. Commune itaque gaudium, fratres, pia exultatione suscipite, et quantum vos apostolicae Sedis nostrae iudicium comprobatis, consueta rescriptione significate[14];

Responsorias literas exposcit. habentes duplicem exultationis causam, et quod mala sine mora corrigantur, et quod[15] pro his optata subsecuta fuerint; de cetero praecaventes, ne rursus canonicis sanctionibus quid contrarium per

Ne iterum violentur canones, vos (quod non credo) fiat, vestro accedente consensu[16]; quandoquidem[17] sicut error eius, qui semel peccavit, venia

Nam semel peccare veniam obtinel, iterare peccata poenam expostulat. dignus est[18], sic frequens trasgressio motum austeritatis deposcit[19].

1 Sane notatu dignum quanto Apostolicae auctoritatis robore Orientales episcopos Pontifex alloquitur.

2 Baron. cum Cont. Const. *gratias agimus.*

3 Gr. γίνονται h. e. *fiunt* vel *evadunt.*

4 Caraf. cum Baron. *excitando;* et mox *laetitiam.*

5 Reg. Paris. et Cont. Const. mss. *unanimitatis.* Gr. ὁμοψυχίας.

6 Reg. Paris. ad graec. ὁμῶς τοσαύτη *similiter tantus.* Labb. leg. gr. ὅμως τοσαύτη h. a. *tamen tantus.*

7 Ead. et Caraf. interponunt *et* iuxta gr. ubi habetur καὶ.

8 *Praedicta viri opinio* legg. nostrae lat. edit. Baron. et Labb., at legend. *praedicti viri opinio*, ut patet ex gr. τοῦ προλεχθέντος ἀνδρὸς ἡ δόξα.

9 Cont. Const. mss. ad graec. παραγεγονέναι corrig. *venisse;* melius diceres: *adveniss.* Sensus est: tanta erat praedicti viri virtus et opinio, ut videretur tardius, quam oportebat, ipsi advenisse (scilicet collatum fuisse) honorem, quo dignatus nunc fuit.

10 Caraf. et Baron. delent *habitus.*

11 Sic graec. πιστεύομεν προστεθῆναι. Baron. et Caraf. legg. *addere credimus* veluti si gr. haber. πιστεύομεν προστιθέναι.

12 Reg. Paris. *ad repellendos inimicorum insultus;* graec. εἰς κατάλυσιν τῶν ἐχθρῶν τῆς ἐνστάσεως *ad destructionem inimicorum intentionis* scilicet *pugnacis contentionis.*

13 Ap. Caraf. leg. *patribus* err., ut patet, typ.

14 Perperam Baron. leg. *significante.*

15 Baron. et Caraf. iuxta graec. καὶ ἀντὶ τούτων expungg. *quod.*

16 Restitue e grec. lect. ἢ τῇ ὑμετέρᾳ στερχθείη συναινέσει *aut vestro consensu firmetur.*

17 Baron. et Caraf. *cumque;* minus apte ut patet. Gr. habet ἐπειδὴ.

18 Concinnius ad gr. « *quandoquidem sicut semel peccare error est venia dignus, sic frequens transgressio* etc. » Ἐπειδὴ καθάπερ συγγνώμης ἀξία ἐστὶν ἡ πλάνη τοῦ ἅπαξ ἁμαρτάνειν, οὕτως ἡ συχνὴ παράβασις κ. τ. λ.

19 Epist. robur apostolicum iterum, iteromque perpende.

Deus in bona convalescentia te custodiat[1], frater honorandissime.

Dat.[2] ann. 536.

EPISTOLA VII[3].

Iustiniani de catholica fide sollicitudinem laudans, eius litteras circa Verbi incarnationem a Ioanne II iam probatas, quarum textum refert, auctoritate sua roborat, Cyrumque eiusque asseclas, et quemvis alium, qui fidei catholicae in illis litteris expositae contradicat, anathemate percellit.

Agapetus Episcopus Iustiniano Augusto.

Iustiniani de cath. fide sollicitudo laudatur. Gratulamur, venerabilis imperator, quod tanto catholicae fidei ardore succenderis, ut omnibus piissimae vitae vestrae temporibus piam sollicitudinem circa servandam augendamque ecclesiarum[4] concordiam clementer exhibeas[5], et unam fidem, suâque per omnia firmitate consimilem, omnibus populis christianis cupias praedicari. Nec mirum in eiusmodi clementiam vestram placitâ Deo cogitatione persistere, cum non alius imperii vestri beatior sit provectus, quam religionis augmentum. (Eo beatius fore imperium quo maius relig. augmentum.) Quapropter libenti hoc et prophetica voce cantabo: *Repletum est gaudio os nostrum, et lingua nostra exultatione*[6], quod florentissimum principatum vestrum divinis quotidie inspicimus beneficiis adornari. Cupis enim[7], venerabilis imperator, ut tuae pietatis epistolam de fidei vestrae expositione, nuper ad beatae memoriae praedecessorem nostrum Ioannem, Romanae Sedis Antistitem, per Hypatium atque Demetrium episcopos destinatam, et a praefato praesule roboratam, nostra quoque auctoritate firmemus. (Iustiniani epistola de fide a Ioanne II iam probatam iterum ipse confirmat.) Laudamus, amplectimur: non quia laicis[8] auctoritatem praedicationis admittimus, sed quia studium fidei vestrae Patrum nostrorum regulis conveniens confirmamus atque roboramus[9]. (Attamen laicis non competit fidei magisterium, sed studium.) Per quod iam[10] et unitas provenit Ecclesiae, et reliqua catholicae membra Ecclesiae ad eius compagem christianitatis constantia reditura confidimus. Cuius professionis vel epistolae vestrae tenorem inferius annectentes, studium, quod circa Deum integre geritis, nostra auctoritate firmamus, praedicantes huiusmodi fidem omnibus[11] Patrum nostrorum regulis convenire, et apostolicae Sedis concordare dogmatibus: constituentes, ut si quis nostrae catholicae fidei contraire tentaverit, (Confirmatur illa ep. quia Sedis Apostol. et PP. regulis consona.)

1 Baron. iuxta graec. *incolumem te custodiat*, et mox *venerandissime*.

2 Data fuit Constantinopoli, dum ibi ageret Agapetus, ut patet ex ipso epist. initio (v. sup. pag. 517) et ex Baron. ad ann. 536 n. XV et seqq.

3 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. V, col. 937; et apud Baron. ad ann. 535 n. XXXI; tum ap. Caraf. tom. I, pag. 592.

4 Labb. habet *ecclesiam* err. typ.

5 Cod. 4961 *adhibeas*.

6 Ps. CXXV, 2.

7 Cit. cod. *etenim*, et mox *decessorem*.

8 Baron. hab. *laici* in textu. At vero ipse ad marg. corrigit *laicis*, et iterum *laicis* legit paulo post, quum hunc epist. locum citat et laudat in narrationis decursu.

9 Iure Baron. hanc epist. periodum summis laudibus extollit: « Sententia in dicta epist. R. Pont. digna nunquam e memoria dilabatur; ita nimirum recipere Cath. Eccl. ipsamque Ap. S. imperatorum leges atque sancita de rebus ad ecclesiam pertinentibus, quatenus ea sunt sacris canonibus consentientia, non ut laici hominis docere in Ecclesia praesumentis: *Firmamus* (inquit Pont.), *laudamus, amplectimur, non quia laicis auctoritatem praedicationis admittimus, sed quia fidei vestrae studium Patrum nostrorum regulis conveniens confirmamus atque roboramus* ».

10 *Iam* in cit. cod. deest.

11 « *Omnium* » Baron.; at Caraf. et Labb. n. lect. adhaerent.

quam pro submovenda haereticorum suspicione paternis regulis consonantem [1] praesenti definitione firmamus, sanctae communionis [2] efficiatur extraneus. Unde et Cyrum, eiusque sequaces [3], iam ante pro hac insania ab Ecclesiae catholicae communione suspensos, et in sua hactenus perfidia permanentes, nisi sub satisfatione canonica doctrinam apostolicam fuerint consecuti, nullatenus patimur eos sacrae communioni restitui: sed etiam ut haereticos anathemati subiicimus, ut qui [4] nostris constitutionibus parere contempserit, ecclesiasticum statum puritatemque non maculet.

Poenae in contradicentes.

Textus autem epistolae hic est [5]:

Ad Iustiniani epistolam confirmandam huius textus inseritur.

« In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei, Imperator [6] Caesar Flavius Iustinianus, Alemannicus [7], Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclitus, Victor ac Triumphator semper Augustus, Agapeto sanctissimo [8] Archiepiscopo almae urbis Romae et Patriarchae.

Contentiones de fide obortas Iustinianus innuit, et suum de iis edictum.

« Ante tempus in hac regia urbe nostra quorumdam de causa fidei extitit morbosa contentio: quam nos congrue respuentes interposito edicto [9] repressimus. Et quia studii nostri est emergentes huiusmodi causas ad Apostolicae Sedis vestrae referre iudicium, eiusdem fidei, quam sequendam duximus, tenorem epistolae nostrae insertum [10] ad beatae memoriae praedecessorem vestrum Ioannem per Hypatium et Demetrium venerabiles episcopos missa legatione direximus. Quam pro integritate fidei memoratus praedecessor vester libenti gratulatione suscipiens, suo ac totius Ecclesiae Romanae firmavit assensu. Cuius epistolae nostrae tenor huiusmodi est: *Victor Iustinianus, Pius*, etc. ... *Reddentes honorem, Apostolicae Sedi*, etc. [11].

Huiusmodi causas ad S. Ap. referre studet,

Ideo epistolam de fide ad Ioann. Pont. iam direxerat.

Suae epistolae tenorem hic iterum inserit Imperator.

« Quamobrem petimus Sanctitatem vestram, ut memoratam epistolam vestra auctoritate firmetis, et Cyrum, vel sequaces eius [12] a communione habeatis alienos, donec statutis Sanctitatis vestrae obtemperent. *Exemplar subscriptionis:* Divinitas te servet per multos annos, sancte, ac religiosissime Pater.

Et eam rogat iterum confirmari.

Dat. prid. id. Mart. Belisario v. c. consule [13] ».

Dat. die 14 Mart. ann. 535.

Hucusque epistola Iustiniani.

Huic igitur, ut praedictum est, confessioni, et huic fidei quisquis contradicere praesumpserit, a catholica communione se noverit alienum.

Epistolae Agapeti conclusio.

Datum xv kalendas Aprilis Constanti-

1 Baron. *consentaneam*.

2 Male n. cod. et Caraf. *sancta communione*.

3 Nempe Acoemetas qui, contra S. A. definitionem, negabant Christum unum esse ex Trinitate, proindeque B. Virg. Mariam vere esse Deiparam. Vid. Pag. ad ann. 535, n. vii.

4 Cod. n. *ut si quis*.

5 Ex cit. *Concil. Collect.* col. 936; Caraf. hoc loco; Baron. ibid. n. xxx.

6 « *Caesar* » deest in Baron.

7 « *Alamannicus* ». Cont. Const. mss. cum praef. cod.

8 Id. interiicit *ac beatissimo*.

9 Hoc edictum vide apud Baron. anno 533, n. vii seqq.

10 Haec vox *insertum* deest in Baron., err., ut videt., typogr.

11 Quam vid. pag. 490 h. vol. et apud Baron. ann. 533 n. xii.

12 « *Vel similes eius* ». Cont. Const. mss.

13 Cont. Const. cum n. cod. *post consulatum Belis. vir. cl. cons.* i. e. ann. 536: quod et nos dicimus paulo post cum Pag. et Jaffè ad finem epist. Agapeti pag. seq. not. i.

nopoli Flavio Belisario viro clarissimo consule [1].

Dat. die 18 Mart. ann. 535 (*corrige:* 536).

EPISTOLA VIII [2].

Anthimi perfidiam deplorans impie asserentis Dominum Iesum Christum unius esse naturae, ostendit Verbi, et carnis unam esse personam, in qua indivisae quidem, sed diversae actiones succedunt.

Agapetus Anthimo Episcopo salutem.

Multo gaudio [3] essem repletus, si te talem, circa Ecclesiae pacem et gloriosissimi imperatoris atque populi doctrinam, reperissem, qualem te in primordio esse audivi. Sed nunc, quia [4] didicimus a reverendissimis fratribus, te contra statuta Patrum, imperatorem, et reliquos populos docere, ita ut negata humanae [5] carnis atque animae veritate, tantum [6] Dominum nostrum Iesum Christum unius asseras [7] esse naturae, tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem animamque verterit, et [8] tanquam concipi ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, et [9] ascendere in caelum, sedere ad dexteram Patris, venire ad iudicandos vivos et mortuos, divinae tantum voluntatis fuerit, quae nihil horum in se sine carnis recipit veritate: quae [10] natura unita naturae Patris, natura est Spiritus Sancti, simulque impassibilis, simulque incommutabilis, sempiternae Trinitatis indivisa unitas, et unius voluntatis aequalitas. Unde si aliquis malae voluntatis homo, aut infidelis quisque desciscit [11], ne convincatur deitatem passibilem sentire, atque mortalem, et tamen Verbi incarnati, id est, Verbi et carnis [12] unam ausus fuerit [13] pronuntiare naturam; manifeste in apertam et Deo odibilem transit insaniam, qui mediatorem Dei et hominum, hominem Iesum Christum, simulatorie credit omnia egisse, nec verum in ipso corpus, sed phantasticam eius corporis speciem, oculis apparuisse cernentium. Quae impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur,

Anthimi errores asserentis Christum unius esse naturae.

Eutychianus vel deitatem passibilem, vel corpus Christi simulatorium debet admittere.

1 Iid. *post consulatum Belis. v. c. consul.* i. e. ann. Christi 536. — Pag. ad ann. 535, n. VII, et Jaff. hanc not. chronolog. laudant et sequuntur.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. V, col. 943; et apud Caraf. pag. 584; eamque innuit Baron. ann. 535 n. LXXXVIII. Spuriam esse hanc epist. ex eo evincitur, quod et nota chronol. falsitatem arguat, et rerum gestar. expositio veritati opponatur. Heic enim Anthimus velut Eutych. haeresis sectator reprehenditur, quum is, quid sentiret, studiose simularit, nec prius sese haereticum ostenderit, quam Agapetus CP. perveniens illum perversae simulationis convicit. Potius igitur Mercatori tribuenda, qui eam e Leonis ep. ad Leonem Augustum (quae est CXX in hac n. Append. pag. 170 et seqq. h. vol.) et aliis Augustini testimoniis identidem immutatis confinxit, nihilque e suo addidit, si consularem not., et exordiolum excipias ad Hormisd. ep. imitationem confectum. E Cont. Const. mss. Vide autem, si lubet, Binium, Baron. ipsumque Labb. ad marg.

3 « Hormisd. ep. LXXX » sic Labb. ad marg. At in illa Hormisdae epistola, quae est VI in *Bullar.* tom. I h. n. edit., praeter aliquam phrasim, nil simile occurrit.

4 « *Sed quia nunc* » cod. Vat. 1344.

5 « S. Leo ep. XCVII ». Ita Labb. ad marg. Sed haec vide in cit. epist. CXX h. n. Append. pag. 171 h. vol.

6 In cit. epist. Leon. legitur *totum*.

7 Ita et cod. n. 1340; Cont. Const. mss. cum cit. cod. 1344 *assereres*.

8 Sic et nn. codd.; at Cont. Const. mss. expung. *et*. In cit. ep. Leon. deest *tamquam*.

9 Id. Cont. Const. cum eodem cod. delet *et*; at legitur in cit. ep. Leonis.

10 Id. Cont. Const. cum cod. 1344 corrig. *quoniam*; cod. 1340 n. lect. adhaeret. In cit. epist. Leonis legitur: « Quoniam natura Unigeniti natura est Patris, natura est Sp. S. ».

11 Locus mendosus est: vide cit. Leon. epist.

12 Cod. 1340 *Verbi carnis*.

13 Cod. 1344 *ausus fuit*.

et talia[1] assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum dudum sunt damnata sententiis; non dubium est, eam nos fidem praedicare atque defendere, quam sancti apostoli docuerunt, et hactenus eorum, suorumque successorum sequens sancta haec Romana et Apostolica Ecclesia doctrinam tenuit ac tenet, docuit et docet. Si quidam enim ita sunt obcoecati, et a lumine alieni, ut Verbi Dei a tempore incarnationis[2] denegent veritatem; ostendant, in quo sibi Christianum nomen usurpent, et cum evangelio veritatis qua ratione concordent, si per Virginis partum aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest (evangelista dicente) quod *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis*[3], ita negari non potest (beato Apostolo Paulo praedicante) *quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*[4]. Quae autem reconciliatio esse posset, qua humano generi repropitiaretur Deus, si hominis causam mediator Dei et hominum non susciperet? Qua vero ratione veritatem mediatoris implet[5], nisi quia qui in forma Dei aequalis est Patri, in forma servi particeps esset et nostri; ut mortis vinculum, unius praevaricatione contractum, unius morte, qui solus morti nihil debuit, solveretur? Effusio enim iusti

Sanguinis Christi pretium.

sanguinis Christi tam fuit dives ad pretium, ut si universitas captivorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vinculum retineret[6]. Quoniam (sicut Apostolus ait): *Ubi abundavit peccatum, superabundavit et gratia*[7]. Et cum sub peccati praeiudicio nati potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, validius factum est donum libertatis quam debitum servitutis. Quam itaque sibi in huius sacramenti praesidio spem relinquunt, qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati,[8] quo sanguine sunt redempti? Quis est (ut Apostolus ait) qui *tradidit semet ipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis*[9]? Aut quod[10] unquam sacrificium fuit sacratius, quam quod verus et aeternus pontifex altari crucis per immolationem suae carnis imposuit? *In conspectu Domini pretiosa mors iustorum fuit*[11]: nullius tamen insontis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas. De fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiae, non dona iustitiae. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo fine persolvit; cum Filius hominis[12] unus solus Dominus noster Iesus Christus, qui vere agnus erat immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum*[13]. Fides etenim iustificans impios, et creans iustos, ad humilitatis[14] retracta participium, in illo acquirit salutem in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens

Per ipsum tantummodo mundi redemptio facta est.

1 Cont. Const. mss. corrig. *talium*.
2 « Verbo Dei... humanae carnis denegent ..» Cit. ep.
3 Ioann. I, 14.
4 II Cor. V, 19, ubi legit.. *Quoniam quidem Deus erat in Christo .....*
5 Ita et cod. 1340; sed Cont. Const. mss. recl. corrig. *impleret*, ut in cit. ep. Leonis.
6 Id. *nulla diaboli vincula retinerent*.
7 Rom. V, 20, in quo legit.: *ubi abundavit delictum, superabundavit gratia.*
8 Cont. Const. mss hic add. *dicant*.
9 Ephes. V, 2.
10 Cod. 1340 expung. *quod*.
11 Iuxta Ps. CXV, 15 *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.*
12 « *Cum inter filios hominum unus solus* etc. » Cit. ep.
13 Ioann. XII, 32, ubi ait: *Et si exaltatus fuero .....*
14 Optim. corrig. Cont. Const. mss. *humanitatis* iuxta cod. 1340.

per gratiam Dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostrae humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno Domino [1] Iesu Christo, vero Dei atque hominis filio, Verbi et carnis sua persona sit [2] quae inseparabiliter atque indivise habeat actiones communes; intelligendae tamen sunt ipsorum operum qualitates. Et sic verae fidei contemplatione cernendum est, ad quae provehatur humilitas carnis, et ad quae inclinetur altitudo deitatis: quid sit, quod caro sine Verbo non agit; et quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia nec conciperet virgo, nec pareret; et sine veritate carnis obvoluta pannis infantia non iaceret [3]: sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum stella indice declaratum; sine veritate carnis non iuberetur transferri in Aegyptum puer, et ab Herodis persecutione subduci [4]: sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de coelo: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite* [5]; et sine veritate carnis non protestaretur Ioannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi* [6]: sine Verbi potentia redintegratio non fieret debilium, et vivificatio mortuorum; et sine veritate carnis nec cibo ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato: postremo sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur aequalem [7]; et sine veritate carnis non idem diceret Patre se esse minorem [8]: cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, quae secundum confessionem beati Petri apostoli unum Christum, Dei vivi filium, et hominem credit et Verbum. Christus vero Deus noster [9] ita inter Deum et hominem [10] mediator apparuit, ut in unitate personae copulans utramque naturam, et solita sublimaret insolitis, et insolita solitis temperaret. Quid igitur? Cum Christus sit Deus et homo, loquitur homo, et calumniaris Deo [11]? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam? Gemina ergo est substantia Christi; divina scilicet, quae equalis est Patri; humana vero qua minor est Patre [12]. Utrumque autem simul non duo, sed unus [13] Christus, ne sit quaternitas, non trinitas, Deus. Sicut enim unus est homo in anima rationali et carne [14], sic unus est Christus Deus et homo: ac per hoc Christus Deus anima rationalis et caro, Christus [15] in his omnibus. Christum in singulis confitemur. Deus te convertat in bonum, frater, et rectae fidei normam to in omnibus tenere, et docere concedat. Amen [16].

In una Verbi et carnis persona indivisae quidem actiones, sed diversae.

Cath. fides unum Christum credit utramque fuisse et hominem et Verbum.

Christus mediator apparuit in unitate personae copulans utramque naturam.

Sicut anima et caro unus homo, sic Deus et homo unus est Christus.

Data kalendis Maii, Iustiniano IV et Theodato [17] viris clarissimis consulibus.

Dat. die 1 Maii ann. .....

1 Cod. 1344 add. *nostro.*

2 Id., et Cont. Const. mss. recte *Verbi et carnis* una *persona sit*, ut in ep. cit. Leon.

3 Iuxta Luc. I, 35, et II, 12.

4 Iuxt. Matth. II, 11, 13, 14.

5 Matth. III, 17; at *ipsum audite* supplet. e Luc. IX, 35; in cod. 1344 deest.

6 Ioann. I, 29, ubi legit.: *peccatum mundi.*

7 Iuxt. Ioann. X, 30: *Ego et Pater unum sumus.*

8 Sic cod. 1340; concinnius ad text. Ioann. XIV, 28 Cont. Const. mss. cum cod. 1344 legg. *Patrem se esse maiorem*, sicut in ep. cit.

9 « S. Aug. ep. CXXXVII, n. 9 ». Cont. Const. mss.

10 Id. cum cod. 1344 corrig. *homines.*

11 « Augustin. tract. 78 in Ioann., n. 2 ». Id.

12 Cont. Const. mss. cod. 1344 *qua maior est Pater.*

13 Id. cum nn. codd. addit *est.*

14 Sic et cod. 1340; verum cod. 1344 *in anima rationali et caro*; unde f. Cont. Const. rect. ad context. corrig. *anima rationalis et caro.*

15 *Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur.* Al. cum nn. codd.

16 In cod. 1344 *amen* deest.

17 Sic et nn. codd. « Ann. 534 Iustin. cum Paulin. consulatum gessit, nec fasti ulli Theodati nomen praeferunt ». Ex Labb. ad marg. — Jaff. huic ep. nullum ann. adsignat.

S. SILVERIUS[1].

An. C. 536

EPISTOLA I[2].

Vigilii ambitionem, qua Sedem Apostolicam usurpare nitebatur, detestans, eum ab episcopali honore deiectum anathematis sententia percellit.

Silverius Episcopus Vigilio.

Vigilii ambitio et crimina notantur.

Multis te transgressionibus irretitum sacerdotalis iamdudum novit generalitas; et quia, cruentis humano sanguine manibus decessoribus nostris pervicaciâ tuâ subripiens, leviticis praesumpseris[3] excubare ministeriis, plerique noverunt fidelium[4]. Nam quia contra iura canonica temporibus sanctae memoriae Bonifacii Papae, ipso vivente, successor eius designari conabaris, nisi tibi amplissimi senatus obviasset iustitia; tunc providentia pastorali ac pontificali auctoritate tua execranda iam debuerant auspicia detruncari[5]. Sed dum parvum vulnus in te[6] neglectum est, insanabile accrevit apostema; quod, nisi ferro altius abscindatur, fomentorum sentire non potest[7] medicinam; quippe qui, nequissimi spiritus audaciâ ambitionis phrenesim concipiens, in illius apostolici medici, cui animas ligandi solvendique collata[8] et concessa potestas est, versaris contu-

An. C. 536

Illius conatus ad S. A. usurpandam tempore Bonifacii;

1 Plures quam duas, easque valde dubiae genuinitatis, Silverii epistolas, quas prior edidit Carafa, adinvenire minime potuimus.

2 Ex Labb. *Concil. Collect.* tom. v, col. 1269; et ex Caraf. tom. I p. 595; eamque refert etiam Baron. ann. 539 n. II, quam dicit datam ex insula Palmaria, ubi Silverius relegatus detinebatur, et a concilio quatuor episcoporum qui illuc ad eum convenerant. Sed licet Baron. hanc ep. genuinam arbitretur, tamen supposititiam esse e styli barbarie, e falsa consul. nota, aliisque argument. evincit Pag. ad ann. 539. n. III. — Cont. Const. mss. Mercatori tribuit, qui eam ad instar sententiae Felicis III in Acacium confinxit.

3 Sic et cod. 1340; *praesumpserimus* leg. cod. n. 1344; sane perperam.

4 « Nullo historicorum testimonio confirmantur quae de Vigilio hic narrat Silverius, scilicet *cruentis sanguine manibus* leviticum munus affectasse, et *decessoribus suis* subrepisse, et senatus iustitiâ repressum fuisse ». Pag. l. cit.

5 Cont. Const. ms., cui Labb. ad marg. consentit, ita leg. *tunc providentia pastorali tua ex pontificali honore execranda iam debuerant auspicia denunciari.*

6 Nn. codd. cum Cont. Const. mss. et Caraf. ac Baron. sic legg.; Labb. ad marg. *ante.*

7 Labb. ad marg. cum Cont. Const. mss. *non potes,* nn. tamen codd. cum Caraf. et Baron. refragant.

8 Codd. nn., et Cont. Const. mss. expung. *collata et.*

Iterumque tempore Silverii.

meliam, novumque scelus erroris in Apostolicam Sedem [1] rursus niteris [2] inducere, et in morem Simonis, cuius discipulum te ostendis operibus, datâ pecuniâ, meque repulso, qui, favente Domino, tribus iam iugiter emensis temporibus ei praesideo, tempora [3] mea nitaris [4] invadere. Habeto [5] ergo cum his, qui tibi consentiunt, poenae [6] damnationis sententiam, sublatumque tibi nomen et munus ministerii sacerdotalis agnosce, Sancti Spiritus iudicio et apostolica a nobis auctoritate damnatus. Sic enim decet [7] fidem sanctorum Patrum in Ecclesia servari catholica, ut quod habuit amittat, qui improbabili temeritate, quod non accepit, assumpserit.

In ipsum sententia, qua sacerdotio privatur.

Data octavo kalendas Iulii, principe Basilio [8].

Dat. die 24 iunii, ann. .....

Subscriptio.

Caelius Silverius Papa urbis Romae [9] huic decreto anathematis in Vigilio pervasore [10] facto ad omnia statuta consensum praebens subscripsi, pariter et quatuor episcopi subscripserunt, id est Terracinensis, Fundanus, Firmanus et Minturnensis [11].

Data ista chartula per Anastasium subdiaconum.

EPISTOLA II [12].

Charitatem laudans, Amatoris erga se benevolentiam innuit; cur a Belisario in exilium sit missus exponit, animique constantiam demonstrans, accusatores, vel testes falsos, inimicos, aut suspectos in episcopum numquam suscipiendos edicit; ad virtutem hortatur.

Dilectissimo atque amantissimo Amatori Episcopo [13] Silvarius.

Charitatis laudes;

O quam bona est charitas [14], quae absentia per imaginem, praesentia sibimetipsi exhibet per amorem. Divisa tangit [15], confusa ordinat, inaequalia sociat, imperfecta perficit. Quam recte praedi-

1 Baron. at Caraf. cum cod. 1344 *in Apostolica Sede.*

2 Cont. Const. mss. cum cod. 1340 *nitaris.*

3 Sic omnes logg.; an *iura* legend. iudicet lector.

4 Baron. cum cod. 1344 et Labb. ad marg. *niteris.*

5 Grat. caus. xxiii, q. iv, c. 30 paragr. ult., quae verba, antequam a vet. mss. Silverio redderentur, Silvestro adscribebantur, uti asserit Correct. Rom. apud Pith.

6 Cod. 1340 *poenae, damnationisque*; Labb. ad marg. *perpetuae*; cod. 1344 nobisc. legit; Grat. ibid. *plenae.*

7 Id. Caus. xxv, q. ii, c. 22, quem Pith. notat ex Leon. desumptum referri ab Ivon. ep. xx, pag. 24.

8 At. *Belisario Patricio.* Baronius, animadvertens nullum sive Basilii, sive Belisarii consulatum Silverii temporibus convenire, hanc not. chronolog. adiectam existimat.

9 Cod. 1344 *urbis aeternae;* cod. 1340 n. l.

10 Baron. et Labb. ad marg. rect. corrigg. *in Vigilium pervasorem.*

11 *Meterrensis* vel *Miternensis* Cont. Const. mss.; codd. nn. *Meterrensis.*

12 Ex Labb. *Concil. collect.* tom. v, col. 1270; et ex Caraf. pag. 594. « Hanc ep. esse spuriam omnibus extat indubium, qui eam potius Mercatori tribuendam censent. Baronii iudicio indigna Silverio est, et ita imposturae labe infecta, ut ab ipsa histor. veritate proc[illegible] abhorreat ». E Cont. Const. mss. — Labb. [illegible] praefigit *Ep. Silverii PP. nomine conficta ad Amatorem.*

13 Huius Amatoris Episcapi (quem Baron. putat fuisse Augustodunensem illum qui hoc tempore floruit sanctitate) epistolam ad Silverium referunt tum Caraf., tum Baron., tum Labb.; eamque genuinam iudicavit Baron. ann. 539 n. v, sed tamquam supposititiam aut saltem suspectam habueruot Pag. et Labb.

14 Labb. ad marg. « Gregor. ep. L, lib. iv ».

15 *Iungit* cod. Vat. 3791 cum Labb. ad marg.; Cont. Const. mss. cum cod. Vat. 1344 *unit.*

cator egregius vinculum perfectionis[1] vocat; quia virtutes quidem ceterae perfectionem generant, sed tamen eas charitas ligat[2], ut ab amantis mente dissolvi iam nequeant. Hac itaque virtute, frater carissime, plenum te reperio[3], dum non solum de me sciscitando et visitando curam habes, sed etiam bonis tuis me fulcire[4] et sustentare non desinis. Quanta autem mala in me peracta sunt[5] nec enarrare, nec scribere tibi per omnia possum. Ante omnia vero patricia infesta mihi erat[6], eo quod non restituebam Anthimum, dudum patriarcham Constantinopolitanum, quem sanctae memoriae Agapetus praedecessor meus suis meritis damnavit. Urgente quoque eius iussione, exierunt quidam falsi testes, dicentes adversum me crimina, quorum numquam particeps fui. Sed dum multi in eadem accusatione persisterent, timuit Belisarius[7] patricius noster, et mandavit me ad se venire pacifice pro quibusdam ecclesiasticis dispositionibus in palatium Pincis[8], et ad primum et secundum velum retinuit omnem clerum et populum, qui mecum veniebat[9], et nullum permisit introire nisi me solum, et Vigilium diaconem meum[10]. Me vero vi retento, et ante praedictam patritiam deducto, miserunt in exilium, in quo modo sustentor pane tribulationis et aqua angustiae[11]. Ego tamen propterea non dimisi, nec dimitto officium meum; sed cum episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizavi[12], et una cum illis apostolica et synodali auctoritate statui; nullum unquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum; et si aliquis deinceps ullum unquam episcoporum ita deciperet, anathema maranatha[13] fieret in conspectu Dei et sanctorum angelorum. Similiter sanctorum Patrum roborantes decreta statuimus (licet saepissime iam statutum fuerit) nec falsos, nec inimicos suspectos accusatores[14] vel testes unquam super episcopos suscipi, eisque nocere nullatenus[15] posse; quia falsam, aut suspectam, aut odiosam vocem, aut funestam, potius interdici[16], quam audiri sanctis Patribus placuit. Summopere[17], carissime, tales cavendi sunt, et avertendi atque reiiciendi, si nocentes apparuerint; quia non solum ec-

Qua Amator Silverium prosequitur.

Mala Silverii enarrantur;

Qua a Belisario mittitur in exilium.

Silverii constantia.

Falsos testes vel inimicos suspectos non admittendos contra episcopos.

1 Coloss. III, 14, ubi legitur: *Super omnia autem haec, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.*

2 « *Sed tamen charitas ita eas ligat* ». Cont. Const. mss. cum cod. 1344; *sed tamen eas charitas ita ligat* cod. 3791.

3 « *Plenum te esse reperio* ». Cont. Const. cum codd. nn. 1344 et 3791.

4 « *Fulciri* » rect. co[illegible] cod. 3791.

5 Cont. Const. mss. cum nn. codd *peracta sint.*

6 Labb. ad marg. « *iussu Theodorae Augustae* ». Cont. Const. in suis mss. animadvertit, hic notari Antoninam patriciam Belisarii coniugem, quae vel suà sponte, vel iussu Theod. Augustae Silverio infesta erat.

7 C. XXIII, q. IV, c. 30.

8 « *Principis* » Labb. ad marg., et al. edit. cum Cont. Const. mss., et cod. 1344.

9 Cod. 3791 *veniebant.*

10 Cont. Const. mss. cum nn. codd. *diaconum nostrum.*

11 « I Reg. cap. XXII ». Caraf. ad marg.; et recte; nam ibid. vers. 27 legitur contra prophetam Michaeam haec lata iussu regis Israel sententia: « Mittite virum istum in carcerem, et sustentate eum pane tribulationis et aqua angustiae ».

12 Hanc Silverii sententiam, quae a multis saltem suspecta habetur, Bercast. in dubium non revocat.

13 Ex I Corinth. XVI, 22.

14 « *Nec falsos, nec suspectos accusatores* » Cont. Const. mss. cum codd. 1344 et 3791.

15 « *Ullalenus* » Cont. Const. mss. cum cod. 3791.

16 « *Intercidi* » Id. cum citt. codd.

17 « Quae sequuntur partim ex Leone, partim ex Bonif. Magunt. deprompta ». Cont. Const. in mss.

clesiasticae, sed etiam saeculi leges tales non suscipiunt, sed repellunt. Unde scriptum est: *Os impiorum devorat iniquitatem* [1]. Et Dominus per prophetam loquitur, dicens: *Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocenter ages. Cum electo electus eris, et cum perverso perverteris* [2]. Et Apostolus inquit: *Pervertunt mores bonos colloquia mala* [3]. Idcirco, ut iam praelibatum est, mali semper cavendi [4], et bonis atque benevolis est inhaerendum, ut periculum desidiae, quantum possumus, devitemus, et ne pestis haec latius divulgetur, severitate, qua possumus, abscindamus; quoniam non temeritas intervenit praesumptionis, ubi est diligentia pietatis. Agat semper unusquisque vestrum hac informatione, apostolica fultus auctoritate, iuxta vires suas; et fraterna dilectione, ac sancta religione mores proprios conservare, et in communi alterutrum adiuvare et in charitate permanere, et Dei voluntati indesinenter studeat inhaerere, ut simul laudantes Dominum indefessas illi gratias semper agamus. Vale in Christo carissime semper [5], et praedicta, prout melius poteris, Domino opem ferente, adimplere, et reliquos fratres apostolica auctoritate informare studeto.

Mali cavendi, bonis inhaerendum.

Ad virtutem exhortatio.

Data IX kal. Decembris, Iustiniano V [6], et Belisario viris clarissimis consulibus.

1 Prov. XIX, 28.

2 Psalm. XVII, 26, 27, iuxta quem nn. codd. legg. ..... *innocens eris. Et cum electo* .....

3 I Corinth. XV, 33.

4 Cit. cod 3791 *mali sunt semper cavendi.*

5 In nn. codd. *semper* deest.

6 In cod. 3791 deest cifra num. *V.* Haec autem consularis nota falsa est, siquidem Iustinianus numquam quintum consulatum gessit, Belisarius vero, consul creatus ann. 535 quo nondum Petri Sedem Silverius ascenderat, nullum collegam habuit. Vid. Pag. apud Labb. l. c.